7
BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
27 C
32
8. 8. 6. 7
8. H. a. 28

93.B.


SULPICI SEVERI
Preſbyteri
OPERA OMNIA
Cum Lectiſſimis Commentarijs
Accurante GEORGIO HORNIO.
LVGDVNI BATAVOR.
Apud Franciſcum Hackium. Anno

ILLVSTRIBVS, NOBILISSIMIS,

& Magnificis Viris,

Celeberrimæ Academiæ Lugduno-Batavæ

CVRATORIBVS,

D. AMELIO BOVCKHORST, Domino de VVIMMENVM, ex Ordine Equeſtri Hollandiæ, in conſeſſu Præpotentium D. D. Ordinum Fed. Belgii Aſſeſſori, Rhenolandiæ præpoſito, Aggerumque ſummo Præfecto, &c.

D. GERHARDO SCAEP, Equiti, Reipubl. Amſtel. Conſuli digniſſimo.

D. CORNELIO à BEVEREN, Equiti, Strevelshoeckii, &c. Toparchæ, nomine Hollandiæ in conſeſſu D. D. Ordinum Fed. Belgii Delegato, & Comitatus Hollandiæ in Auſtrali parte Quæſtori Generali.

Florentiſſimæ Reipublicæ LVGDVNO-BATAVÆ

CONSULIBUS,

D. ADRIANO à STAVEREN.
D. IOHANNI à GROENENDIICK.
D. IOHANNI VANDER MAERSCHE.
D. MAVRITIO VANDER Aa.

Ampliſſimo & Conſultiſſimo Viro,

D. IOHANNI à VVEVELICHOVEN, Iuriſconſulto, Reip. Lugdunenſis Syndico meritiſſimo, Nobiliſſimis Academiæ Curatoribus à Secretis.

SVLPICI SEVERI OPERA OMNIA

D. C. Q.

GEORGIVS HORNIVS.

QUemadmodum nulla in terris auguſtior gens, quam Dei populus fuit; ita res ejus, Græcis ferè Latiniſq; intactæ literis, majorem ab ipſa antiquitate, & ſcribentium inopia,

venerationem majeſtatemque capiunt. Ut id jam prætercam, quod non alia in cœlum euntibus via patet, quam quæ Sacris Scripturis notatur; quicquid uſpiam exemplo illuſtre, facto memorabile, hinc rectiſſime petas. Nam & mundi Origines pandunt, & veteres illos Heroas, quales, natura haud paululum quam nunc eſt, integriori, fuerunt, & ut miremur talium virtutes, & ut imitemur, ſanctiſſima commemoratione proponunt. Rerumpublicarum vero initia, motus, incrementa, converſiones, denique funeſtos exitus, tanta accuratione perſequuntur, ut omnibus aliis, qui ex profeſſo talia tractant, palmam ſine controverſia præripiant. Ac profecto Abraham non ſine ſumma virtutum admiratione, legi poteſt. Qui, maximus haud dubie vir, numen ſuum, longa deſitudine quaſi ignoratum (adeo cuncta religio defecerat) ſecutus, quam exul regionem, vagis & plerumque precariis ſedibus, tenuerat, innumera poſteritate ſua tandem implevit. Quæ illa dies fuit, quam religioſa poſteris, cum Sancta gens, Ægypto triumphata, exceſſit? Non ulla celebrior migratio, ſive tanti populi numerum ſpectes, ſive prodigia, & quadraginta annorum in deſertis Arabiæ, pluſquam divinos errores. Quid, quod maria fugientibus ceſſerunt, & flumina, cum aliis excipere debitos ſibi dominos honoribus non poſſent, alveos ſuos deſtituerunt? Jam collapſa mœnia, & immotus, ad gentilium internecionem, medio cœlo Sol, omnem fidem ſuperarent, niſi dubitare ſummum eſſet, & numini contumelioſum nefas.

Ad tot miracula, quis ambigat tota regione ab impiis trepidatum? Exhauſti cæde, & in fugam terra marique magnis terroribus acti, eam non niſi Africa, qua in Occidentem Atlantico mari ambitur, terminarunt. Vacuas injuſtis cultoribus terras, Hebræi avito jure occuparunt. His initiis nova ſurrexit Reſpublica, cui nullam conferre queas. Tanta ejus ſub initia Majeſtas, tanta Pietas fuit. Donec extinctis, qui tot miraculorum teſtes parſque fuerant, ſequior poſteritas, & cœli immemor, ſucceſſit. Hinc dubius & anceps ſtatus; ac, ut in ſecundis ſolet, vitia gliſcere, Deum, cujus beneficia hactenus ſenſerant, provocare. Quis miretur nunc Syris, modo omnium pejoribus Chananæis, aliquando Midianitis & Arabibus, prædæ maximam gentem fuiſſe? Adeo nihil in perniciem Reipublicæ validius, quam numinis contemtus eſt.

Hæc quaſi adoleſcentia. Sequitur maſcula ætas eademque mox in languorem, ſenium, mortem, declinans. Regem gens petit, ſtolido, quantum vix dici poteſt, conſilio. Nam nec alii in Oriente Reges, quam ſub quibus libertas nulla eſt; & talem ferox ipſorum poſcebat animus, cui domando, non ſanctiſſimæ leges, non veneranda Pontificum authoritas, ſufficiebant. Ac initia quidem ſatis feliciter ſucceſſiſſe videbantur. Nam & capaciſſimus Saulis animus, initio virtutibus ſuis, inter hoſtes invidos ut plurimum & infeſtos, molem imperii implere: & poſtquam degener exoſuſque numini, eſſe deſiit, David, omnium Imperatorum gloriam, unus complectebatur. Vir, incertum belli

paciſque artibus, an pietate major. Qui exercita in agro prima juventute, poſtea in montibus & ferarum luſtris, fugam ſuam, metus ac ſpes regni, diu exul, circumtraxit. Non eum Idumæus, non Palæſtinus & Syrus, non Ammonita ſuſtinuit. Bella non ambitione, qui mos ſæculo noſtro, ſed pro vindicanda numinis majeſtate, & implendis Vatum promiſſis, ſuſcepta. Domi quies; & exorti ſub Abſalomo & Seba inteſtini motus, contuſis authoribus, mox ſubſedere. De Salomone quid dicam? Cujus, quantam mortalitas capit, immenſa ſapientia, totum Orientem adeo implevit, ut ſacrum os ejus videre, oracula audire, inter vota ſua maximi Reges numerarint. Felix, niſi, quæ Regum conditio eſt, hominem ſe inter tot proſpera oblitus, Deum gravibus peccatis irritaſſet. Hinc omnia in pejus ruere, ac ſciſſo ſemel in adverſas factiones regno, ſiſti imminens jam & urgens fatum, ultra non potuit. Nam Jeroboam, vir rebus novandis natus, acer, ſubdolus, dum onera publica malignè cauſatur, facile majorem tumentis populi partem, ad ſe, libertatis obtentu, pertraxit. Et auxit malum ſtolida & improvida Rehabeami juventus. Qui rudis adhuc regnandi, quos aliqua remiſſione demereri potuiſſet, aſperitate accendit, & implacabiles fecit. Ab eo tempore nihil in regno, nihil in religione, ſacrum inviolatumque manſit. Civilia ut plurimum bella, mutuæ clades, & quæ noxio Chananæorum ſanguine toties maduerat terra, ſuorum cadaveribus conſtrata multoties, non abſque horrore & numinis indignatione, videbatur.

Ac ne unicum hoc malum eſſet, ſacra quoque omnia ſubverſa ſunt. Quippe ſceleris author Jeroboam, ut æterno diſſidio, una nuper gens & tot connexa vinculis, ſejungeretur, numen abjurare, & Ægyptiorum ſimulacra, vitulos ſuos, conſtituere cœpit. Nec impia audacia, & quam omnis loquitur poſteritas, nulla laudat, ſucceſſu caruit. Ita alienatis ſemel, ea ſacrorum diverſitate animis, non vatum increpationes, non cladium varietas, non ulla vis, errantes lapſoſque, in viam reduxit. Donec decurſo impietatis ſpatio, præda exteris fierent, in eas terras avecti, ubi hodieque vel ignorantur, vel fruſtra quæruntur. Nec diu poſt, cum dira Judæorum ſcelera patientiam cœli fatigaſſent, poſt vanas Senacheribi minas, Babylonii Reges, & omnibus major Nabuchodonoſor, hanc quoq; partem, ſeptuagenario exilio damnatam, in ſuas terras avexerunt. Unde reduces, ex patriis cineribus, parvam initio, mox validam exſtruxere Rempublicam, quæ Pontificum quieto aliquandiu, Religione potius quam Majeſtate, imperio, ſub exteris regibus gubernata, impotentiam Antiochi Epiphanis ultra ferre non potuit. Qui non ſacra, non profana, homo immanis, integra intemerataque linquens, cum paſſim gens in glorioſa martyria, vel infamem defectionem rueret, Haſmonæos extremi periculi vindices expertus eſt. A quibus, fractis ſæpius copiis, furorem ſiſtere, & de ſumma certare coactus, non tam virtute Judæorum, quam numinis vindicta, tot ſuorum clades, quot expeditiones numeravit. Eadem poſteros ejus fortuna exercuit; & poſt Judæ

Maccabæi Jonathaniſque immortalem pro patria militiam, Simon, primus gentem ſuam Macedonum jugo liberavit. Ita in confiniis potentiſſimorum Syriæ & Ægypti Regum poſiti, utrorumque conatus, præclaris virtutibus, liberi immuneſque, ſuſtinuerunt. Mox, quos Principes hactenus habuerant, gliſcente faſtu adulationeq;, Regum gravi titulo horrebant. Illi ſolita aliis ex eo ordine auſi, cæde & libidine cuncta implere. Tum factiones, quaſi pro Religione, in populo; inquies pleriſque ac efferus animus, & quæ certiſſima ruentis imperii ſigna ſunt, fratrum cognatorumque cruentæ contentiones. Quas dum ulciſci potius, quam componere ſtudent, via in Judæam Magno Pompejo, proximam debellanti Syriam, aperta: nec captis impetu Hieroſolymis, Romanam ſervitutem, indigna omni libertate gens, abnuere potuit.

Sic circumactis magni populi fatis, natus ille eſt, quem cœlo demiſſum iri, ut mortalitatem noſtram expiaret, antiqua carmina cecinerant. A quo tempore, novum toto orbe imperium, quovis illuſtrius, ſuccreſcere cœpit. Cui ut locus eſſet, exciſa funditus Romanis armis Judæa, damnatique perpetuis erroribus illi, quorum ſcelera in Chriſtum, odia in Euangelium, nullis amplius terrarum ſpatiis, coërceri poterant. Interea magnis incrementis aucto Chriſtianiſmo, cum nullus fere orbis angulus eſſet, quo ſe non illa doctrina, impetu quodam, & admirabili ſucceſſu, penetraſſet, metuens ſibi malus genius, omnium Regum & gentium furorem, quicquid immane & atrox, concitavit. Ag-

geſta crimina, quorum vel nomen horreſcerent Chriſtiani. Quicquid ullibi cœlo terrave injuriarum mortalibus, ob ſua ſcelera, vel impiorum dolo, illatum, Chriſtianis imputabatur. Horum ſanguine Romana incendia, clades populorum, expiatæ. Quam vero Sulpicius noſter in illis populi Chriſtiani vexationibus exultat? Et jure debuit. Adeo Martyrum paſſiones, omnem veterum conſtantiam, ac pene humanam fidem, magnitudine ſua, ſuperant. Hæc certamina noſtra ſunt, hæ victoriæ, dum in uſum nocturni luminis ſancta corpora uruntur: aut ferarum tergis contecta, laniatu canum intereunt. Præclara Scriptoris noſtri vox: *Nunquam majore triumpho vicimus, quam cum decem annorum ſtragibus vinci non potuimus.*

Poſt illas tempeſtates, cum omnis ſanctiſſimo cruore orbis adhuc ruberet, pacem CONSTANTINVS dat & libertatem. Qui primus Imperatorum, exciſa gentilium ſuperſtitione, rem longe pulcherrimam perfecit, ut Chriſti fides toto orbe excelſiſſime floreret. Sed pacem ab hoſtibus, inteſtina mala exceperunt. Quæ quanto occultiora ſunt, eo magis noxia, cum *ſceleſtiſſimus mortalium Conſtantius omnia perſecutionis mala ita temperaret, ut excluderet & in peccatis veniam, & in confeſſione Martyrium*, ſicut Hilarius loquitur. Nihil Arii hæreſi nocentius & intricatius fuit, cum de unica lis videretur literula, à qua tamen humani generis ſalus pendet. Adeo in ſacra Chriſti fide nihil minutum eſt & omittendum. Hinc calamitates pluſquam Diocletianæ, cum Euſebius Nicomedienſis,

homo veteratoriè nequam, apud Imperatorem, obnoxium & prohibere non auſum, omnia poſſet. Nam Valentis & Urſacii artes, quibus Chriſtianum orbem Arianiſmo, utcunque reluctantem gementemque, intricarunt, ex Sulpicio noſtro, incomparabili in his ſcribendis authore, notiores ſunt, quam ut jam repeti debeant. Unica tanti mali, in Nicæna Synodo, cura fuit. Sed poſtquam immedicabile vulnus ſacro illo enſe ſemel reciſum erat, partes ſinceræ non debuerunt Seleuciæ, Arimini, Buteris, & alibi, ſecari. Quod unum ex maximis Conſtantii peccatis fuit. Et actum proculdubio de fide, niſi magnus ille Athanaſius, cum paucis aliis, infracto animo, ruinæ huic ſe objeciſſet. Quo viro nihil unquam excelſius Eccleſia vidit. Adeo ſecurus ſui, in cauſa Dei, omnium calumniarum, quæ atrociſſimæ, victor, lætus alacerque perrexit. Minas, equuleos, exilia, infirmorum terriculamenta, ſolus hic, non tam ſprevit, quam magnanimus neglexit. Fiduciam cauſa dabat. Quis pro JESU CHRISTO, quem æternæ divinitatis throno dejectum factioſi ibant, periclitari nollet? Sanguinem non dubitamus pro patria, pro amicis, fundere: & Deus noſter minori nobis pretio ſit? Ita invictus Athanaſius, per medios enſes, per quicquid durum & aſperum, ad æternam pro fide ac Eccleſia gloriam, triumphata Arianorum malignitate, pergit. Utcunque totus orbis Arianæ perfidiæ concedat, Athanaſius velut alter Elias, nunc in ſpeluncis & deſerto latet, nunc percuſſores ſuos, exigua cymba vectus, lepida, ſed vera

profeſ-

profeſſione, vir magnus, non fallit, ſed avertit.

Hæc Sulpicius poſteritati mandavit. Vir & à ſeculi faſtu, quod crebræ ejus reprehenſiones arguunt, alieniſſimus, & ſincere Chriſtianus, ut Magnus Salmaſius de eo loquitur. Tantus author, Commentariis maximorum virorum, noſtra cura, illuſtratus, non alios ſibi patronos, quam vos, NOBIL. & AMP. V. quærebat. Multa id non tam ſuadere quam exigere viſa ſunt. In urbe veſtra natus, ut ſe vobis civem ſiſtit: ita patrocinium veſtrum, & favorem, in tanta ſeculi invidia, implorat. Literis qui erecto animo ſunt, omnes favent: nemo non Sacris Hiſtoriis. Vos vero jam à multis annis, omnis eruditionis ſtatores & liberaliſſimi Mœcenates eſtis. Quid de Academia dicam, cujus curam geritis? Qua florentiorem orbis non videt. Unæ in Græcia Athenæ. Una non in Batavis tantum, ſed toto Belgio, ac Europa omni, Leida eſt. Præter loci, ad literas nati, amœnitatem, quæ unquam Academia tantos viros & olim habuit, & jam habet; ac quantum nobis & de veſtra pollicemur cura, cœlique favore, habebit impoſterum? Nihil famæ dandum: ſed nec quæ orbis agnoſcit, maligne deprimenda ſunt. Habetis quibus faſces ſubmittunt quicunq; alibi eminere videntur. Quos vel æternitate temporum, & veſtro ſolo conditos Leida habet, vel ſuperſtites etiamnum (& diu ſint) colit ac miratur. Nec illos nominare memoria recens & Annales ſinunt; & hos vox publica, ac ille quotidianus conſpectus, extollit. Quanta hæc ſeculi noſtri felicitas, dum & aliæ urbes, famam Academiæ veſtræ, magnifico

gnifico apparatu ambiunt? Muſæ invidia carent. Ambire ſumma decorum, poſſidere divinum eſt. Nec vobis Nob. & Ampl. V. relictum aliud eſt, niſi ut cumScipione,modeſtiam & perpetuitatem adhibeatis. Adeo veſtris auſpiciis, Muſarum Reſpublica in urbe veſtra, invidendum faſtigium, non jam attigit, ſed tenet. Illæ vobis, dignum virtutibus literatis præmium, famæ æternitatem, gratiſſima apud poſteros memoria, rependent. Illæ curam veſtram, qua innocentiſſimas & ſanctiſſimas proſequi non deſiſtitis, toti orbi commendabunt. Ut quam latè ſe Academia veſtra, in mentibus hominum, & admiratione populorum extendit; ibi nomini veſtro gloria ſuperſtes, atque immortalitas parata ſit.

PRÆFATIO
Ad
LECTOREM.

EN, tibi, Lector, *Sulpicium Severum. In quo illuſtrando quantum operæ & laboris poſitum ſit, non aliunde rectius cognoſces, quam ſi editionem hanc cum aliis, quæ hactenus prodierunt, comparare velis. Illud prima cura fuit, textum ipſum quam maxime emendatum exhibere. Alterum erat, non tam Notas breves, quam pleniorem Commentarium, bono tuo, adjungere. In textu, Victorem ferè Giſelinum ſequimur, qui poſt Lazium, collatis quamplurimis MSS. totum opus adeo emendavit, ut nihil omiſerit quod medicabile erat. Conjecturas aliquot ſuas textui inſerere non auſus, in Notis locum habere voluit. Quod & nos exemplum ſecuti, deſperata aliquot loca relinquere maluimus, quam incerta, etiamſi vera, ſubſtituere. Iam Commentarius, maximorum plerumq; virorum verbis confectus eſt. Nemini quicquam ſubtractum. Singulos loquentes vides, & nomina ſua profitentes. Cur enim aliter in tanta eruditorum copia fiat? Innumera nunc demum prodeunt, ſive ex aliorum eruta, cum delectu, Commentariis, ſive à Doctis, quorum Batavia abundat, ore ſcriptove, ad præſens inſtitutum, ſuppedita-ta. Quos inter merito ſuo primum locum occupant, magna*

gna

gna illa orbis lumina, SALMASIVS, VOSSIVS, GOLIVS, BOXHORNIVS, *& alii quorum nomina paſſim videbis, & in Sulpicium merita. Non raro noſtra quoque intexere, non tam ambivimus, quam coacti ſumus. Ita operæ urgebant: nec ſemper ſpacium dabatur, oracula magnatum conſulendi. Si quid porro videatur addi potuiſſe, cogitandum eſt, intra cœpti operis terminos ſubſiſtendum fuiſſe. Hæc etiam cauſa cur breviores in opuſculis fuerimus. Quæ, ut recte ab aliis dictum*, pro inſtituto illorum temporum, non tam eruditionis, quam ardoris & pietatis Chriſtianæ, veteris illius & excitatæ, ſive potius credulæ nimis & portentoſæ, *monumenta ſunt. Et tamen Commentaria in Hiſtoriam, ut vides, in aliquam, pro ratione opuſculi, molem excreverunt. Sed deſino, tibique* Lector, *pulcherrimi & puriſſimi Scriptoris noſtri amorem commendo, ſimulque, ut creſcentibus ſtudiis noſtris, quæ, cœlo adſpirante, ad Dei gloriam & utilitatem tuam cuncta dirigemus, favere pergas, rogo.*

VITA

VITA
SVLPICI SEVERI,
CL. GERHARDO IOHANNE VOSSIO
Authore.

HIeronymi, ac Rufini æqualis fuit SEVERVS SVLPICIVS Nitiobrix: ubi *Sulpicius* eſſe cognomen, clarè ait Gennadius, & id nomen poſtponit Gregorius Turonenſis lib. I. de Miraculis S. Martini cap. I. & lib. X. Hiſt. Franc. cap. XXXI. Obſtare interim videtur, quod *Sulpicium Severum* ſe vocet in inſcriptione Epiſtolæ ad Aurelium Diaconum, item ad Baſſulam Socrum. Sed ſæpe prænomen poſtponi comprobat Franciſcus Sylvius Progymnaſmatum Centuria II. cap. XLI. De patria cognoſcimus partim ex Dialogo I. cap. XX. ubi ſe Aquitanum agnoſcit, atque idem Gennadio proditum: partim ex lib. II. Hiſtor. Sacræ, ubi Phæbadium ſuum vocat Epiſcopum: eum vero Aginni (quod in Nitiobrigibus) Epiſcopum fuiſſe clarè ait Hieronymus in Scriptoribus Eccleſiaſticis. Male vero Carolus Sigonius, Petrus Galeſinius, & Victor Giſelinus, Sulpitium hunc cum Sulpitio, Epiſcopo Bituricenſe, confundunt: ut rectè notatum Joſepho Scaligero in Prolegom. libr. de Emendatione Temporum, item Baronio ad an. CCCCXXXI. & P. Fabro in opuſculis poſtumis, Schediaſmate de Dionyſio Areopagita; ubi Severum hunc ait fuiſſe Monachum Primuliacenſem. Sanè nunc vixit Primuliaci, nunc Eluſone, ut cognoſcere eſt Paulini Epiſt. VI, XI, XII. Sed & Toloſæ habitaſſe videmus ex Epiſtola ejus ad Socrum Baſſulam. Sed Monachum fuiſſe non lego apud veteres, verum Preſbyterum, de quo nobis auctor Gennadius. Qui Epiſcopum fuiſſe ajunt, falli plane exiſtimandi. *Vir* fuit *doctrinâ, & ſapientiâ pollens*, ut eum Auguſtinus vocat Epiſt. CCV. *Vir genere & literis nobilis* dicitur à Gennadio, & Honorio.

Vir

Vir ſummus appellatur ab Idacio, penè initio Chronici. Inter alia duos compoſuit libros de ſacra Hiſtoria; quos à mundi initio exorſus, perduxit uſque ad conſulatum Stiliconis, & Aureliani: hoc eſt, annum quadringenteſimum. Scripſit & vitam B. Martini, quo familiariter uſus fuit: uti & B. Paullino; qui quanti Severum fecerit, ſatis laudes luculentæ in ejus Epiſtolis oſtendunt. Adhæc tres ejus Epiſtolæ exſtant: una eſt adverſus æmulos B. Martini: altera agit de obitu & apparitione ejus: tertia refert quomodo B. Martinus ex hac vita mortali tranſierit ad immortalem. Item exſtant Dialogi tres, quorum primus narrat virtutes & miracula Monachorum Orientalium; duo poſteriores exponunt virtutes B. Martini, libro primo præteritas. Pro Sulpicii libellis de B. Martino Apologiam ſcripſit Guibertus Martinus, Abbas Gemblacenſis, qui MS^us exſtat Gemblaci, & Lovanii ad S. Martinum. In Dialogis, quibus Poſthumianus, & Gallus loquuntur, ſequitur Sulpicius errorem millenariorum: ut & monet Hieronymus in Ezech. cap. XXXVI. Unde apud Gelaſium quoque legas in Concil. Rom. LXX. Epiſcop. *Opuſcula Poſthumiani, & Galli, apocrypha.* Dictione utitur terſa, & eleganti, adeo ut *Eccleſiaſticorum puriſſimus ſcriptor* vocetur à Joſepho Scaligero opere de Emendat. Temp. Salluſtii imprimis æmulus eſt. Unde *Chriſtianum Salluſtium* vocat Barthius Adverſar. lib. XLIX. cap. IV. Et alia quædam de Severo ſuppeditabunt Gennadius, ac Honorius, in ſcriptoribus Eccleſiaſticis, Ado in Chronicis, item Baronius Tom. V. Annal. ad ann. CCCCXXXI. In eo tamen à Baronio diſſentio, quod Gennadium parum cautè vocat Severi æqualem: cum Gennadius poſt Severum floruerit annis plus minus LXX. Nam dicavit librum ſuum de fide, (ut ipſe ait) Gelaſio Papæ, qui demum Epiſcopus Romanus factus eſt anno CCCCXCII. Valdè autem Sulpicii Sanctimoniam commendat, quod in Romano martyrologio ejus memoria celebretur ad IV. Kal. Februarias.

AVTHO-

AUTHORUM ALIQUOT TESTIMONIA,

Qui

SVLPICI SEVERI

meminerunt.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Hiero. in Comment. Ezec. 36.

Et nuper Severus noſter in Dialogo cui Gallo nomen impoſuit.

Paulinus Epiſt. 1. ad Sulp. Severum.

Tu, frater dilectiſſime, ad Dominum miraculo majore converſus es, quia ætate florentior, laudibus abundantior, oneribus patrimonii levior, ſubſtantia facultatum non egentior & in ipſo adhuc mundi theatro, id eſt fori celebritate diverſans, & facundi nominis palmam tenens, repentino impetu diſcuſſiſti ſervile peccati jugum, & lethalia carnis & ſanguinis vincula rupiſti. Neque te divitiæ de matrimonio familiæ conſularis adgeſta: neque poſt conjugium peccandi licentia & cælebs juventus ab anguſto ſalutis introitu & arduo itinere virtutis in mollem illam & ſpacioſam multorum viam revocare potuerunt. ITEM: *Chriſtum ſecutus nec minoris domeſticis opibus ingenii facultatis laudem ab hominibus non accipiens, & inanis gloriæ ſublimiter negligens, piſcatorum prædicationes Tullianis omnibus & tuis litteris prætuliſti.*

** Idem

Idem Epiſtola v. ad eundem.

Neque ſat habeas occaſionibus cunctis reviſere, niſi & pueros tuos mittas: nec ſolum de famulis, ſed & de filiis ſanctis, quorum benedicta in Domino prole lætaris, eligas tabellarios, quorum oculis nos videas & ore contingas, ſpecioſi nobis pedes illorum tanquam euangelizantium bona. Nunciant enim nobis & afferunt ea, quæ ad pacem ſunt de te, cum præferunt opera Domini, quæ aut operaris in verbo Dei, aut ſcribis in ſpiritu verbi.

Idem Epiſtola eadem.

Te vero victa lege membrorum & exteriore corrupto puram conſperſionem parare & ſine fermento azymum Chriſto confici, eloquia tua tam facunda quam caſta teſtantur. Neque enim tibi donatum fuiſſet enarrare Martinum, niſi dignum os tuum ſacris laudibus mundo corde feciſſes. Benedictus igitur tu DOMINO, *qui tanti ſacerdotis & manifeſtiſſimi confeſſoris hiſtoriam tam digno ſermone, quam juſto affectu percenſuiſti: beatus & ille pro meritis, qui dignum fide & vita ſua meruit hiſtoricum, qui & ad divinam gloriam ſuis meritis, & ad humanam memoriam tuis litteris conſecratur.*

Gennadius in Catalogo virorum illuſtrium.

Severus Presbyter, cognomento Sulpicius, Aquitanicæ Provinciæ, vir genere & litteris nobilis, & paupertatis atque humilitatis amore conſpicuus: charus etiam ſanctorum virorum Martini Turonenſis Epiſcopi, & Paulini Nolani, ſcripſit non contemnenda opuſcula. Nam Epiſtolas ad amorem Dei & contemptum mundi exhortatorias ſcripſit ſorori ſuæ multas, quæ & notæ ſunt. Scripſit & ad ſupradictum Nolanum duas, & ad alios alias. Sed quia in aliquibus etiam familiaris neceſſitas inſerta eſt, non digeruntur. Compoſuit & Chronica. Scripſit & ad multorum profectum vitam B. Martini Monachi & Epiſcopi ſignis & prodigiis & virtutibus illuſtris viri, & Collationem Poſthu-

miani

miani & Galli, ſe mediante & judice, de converſatione Monachorum Orientalium & ipſius Martini, habitam in ſpecie dialogi, duabus inciſionibus comprehendit: in quarum priore refert ſuo tempore apud Alexandrinam Synodum Epiſcoporum decretum, Originem & cautius à ſapientibus pro bono legendum, & à minus capacibus pro malo repudiandum. Hic in ſenectute ſua à Pelagianis deceptus, & agnoſcens loquacitatis culpam, ſilentium uſque ad mortem tenuit, ut peccatum, quod loquendo contraxerat, tacendo penitus emendaret.

Guibertus Abbas Gemblacenſis.

Sulpicius Severus, ut patet ex geſtis, quæ in Monaſterio Maiori poſitus legi, recepto intra cœli ſecreta B. Martino, cellam patris per quinquennium, hereditate videl. paterna obtinuit, quem, quamvis admodum renitentem, Bituricenſis clerus inde extrahens, Archiepiſcopum ſibi ſublimavit. Quod autem à Pelagianis ſeductus in aliquo à regula orthodoxæ fidei exorbitaverit, nuſquam omnino, niſi in ſolo Gennadio legi, qui neſcio utrum hoc alicubi & ipſe legerit, an ex ſola fama, quæ facta infectaque loquitur, didicerit. Illud tamen fideliter credo, hunc ejus errorem gloriam ſanctitatis ejus non obſcuraſſe; cum autor idem, qui refert, deceptum teſtetur & correctum.

Ex Epiſtola CCV. S. Auguſtini de laudibus S. Hieronymi.

Quod ut iterum clarius veritatis lumen pateat, pluribus teſtibus, quam uno, cenſui quid ſupradictus noſter Severus, vir doctrina, & ſapientia pollens cum tribus aliis in ipſo die, & hora obitus Hieronymi in Turronenſi civitate viderit, meæ addere viſioni: de quo mihi quidem ſolummodo ipſemet pridie ad me veniens fuit teſtis.

Gregorius Turonenſis.

Hunc Severum citat Hiſtoriarum libro primo, capite ſeptimo.

Victor Giſclinus Medicus Brugenſis

Collegit vitam hujus Sulpicii, quam Plantinus vulgavit, in qua ſacram hanc hiſtoriam, vel ſi Chronicon appellare quis malit, his verbis commendat:

Quo opuſculo, non ſane magno, aliud an ullo unquam ſeculo Reipubl. Chriſtianæ utilius ac præſtabilius editum ſit, iis, quorum illud eſt judicium, judicandum relinquo. De elegantia vero præſtare auſim & affirmare me poſſe confido, nulli idem omnium ſcriptorum Eccleſiaſticorum quicquam concedere; alia vero omnia, quæ in eodem genere verſantur, tanto intervallo omnimodis ſuperare, ut ne ſint quidem ad hoc comparanda. Magnum eſt quod dico & fortaſſe plurimis incredibile. Sed ejuſmodi tamen, quod non tam dicenti mihi, quam teſtificanti pro me veritati creditum iri confidam, ſi quibus operæpretium erit Oroſium, Florum, Eutropium, alioſque epitomatum autores cum hoc noſtro omnibus partibus contendere. Eam vero palmam ſola, ut mihi videtur, C. Salluſtii, rerum Romanarum autoris florentiſſimi, imitatione conſecutus eſt. In quo cum multa virtutis locum obtinere videret, quæ tamen ſub imitationem vix caderent, abruptum dico ſermonis genus, quod audientem lectorem tranſvolat, nec, dum repetatur, exſpectat: ſive, ut loquitur Seneca, amputat ſententias, & verba ante expectatum cadentia; eas virtutes, utpote Salluſtio ſuas, integras reliquit: à verbis item antiquis ex Catonis, ut volebat Auguſtus, Originibus excerptis, conſulto ſe abſtinuit. At concinnam illam brevitatem, lectiſſimis ac ſignificantibus verbis temperatam, ſuo inſtituto cumprimis accommodam, tanta arte expreſſit, ut propemodum quis dicat non imitatum eum, ſed æmulatum. Neque enim ſatis habuit eodem, quo ille, modo orationem ducere, ſecare, circumſcribere, colligare, ac denique à re una ad aliam tranſire; niſi & principiis iiſdem libros ſuos ordiretur, ita tamen, ut quæ ille, teſte Fabio, nihil voluit ad hiſtoriam pertinere, hic paullo propius ad rem accommodarit. Quæ omnia in ſacra ſaltem hiſtoria præclare elucere, vel primo oculorum injectu facile quivis animadvertit. Confecta eſt enim, ut dixi, in primo ætatis flore, cum flagrans eloquentiæ ſtudium ſevera Turonenſis

ronenſis contubernii diſciplina nondum reſtinxiſſet. Ejus operis ſemel tantum meminit Paullinus Epiſt. IX. qua, rogatus ſi quas de regnorum ſive annorum non congruente calculo hiantis hiſtoriæ cauſſas obſervaſſet; ſe reſpondet eadem de re Rufinum conſuluiſſe, & ſi quid opis attulerit, facturum certiorem.

Sigonius Comment. in librum primum Hiſt. Sacræ.

B. Severus Sulpicius, Bituricenſis Epiſcopus, homo ut ſanctus, ſic diſertus imprimis & eruditus.

Idem.

Hortor omnes qui ſe aut ſacris aut profanis ſtudiis dediderunt adoleſcentes, ut Severum hunc eo animo legant, ut plurimum ſe non tam in prudentiæ, quam in religionis & innocentiæ ſtudio profecturos eſſe confidant. addo etiam Latinæ eloquentiæ, quam ille tanta induſtria coluit, ut Salluſtianam dictionem nobis magna ex parte expreſſerit.

Scaliger in Prolegomenis ad libros de emend. temporum.

Sulpicium Severum nemo hactenus Aquitanum fuiſſe dubitavit: ſed patria ignoratur, cum tamen ipſe Nitiobrigem ſeſe manifeſto prodat, cum Servationem Tungrorum, Phœbadium autem ſuum Epiſcopum fuiſſe ſcribit. Phœbadius autem erat Nitiobrigum Epiſcopus. Iſte Sulpitius Eccleſiaſticorum puriſſimus ſcriptor, poſt tranſitum Martini, recepit ſeſe Eluſonem, quo tempore ad eum ſcribebat Paulinus.

Idem paullo poſt.

Mei Nitiobriges pro Sulpicio Supplicium dicunt, quomodo & Bituriges ſuum illum vocant, quem eundem cum hoc faciunt perperam, cum inter tranſitum Martini, cujus noſter Sulpitius diſcipulus fuit, & ordinationem Sulpicii Epiſcopi Bituricenſis ſub Guntchramno rege, intercedant plus minus anni centum nonaginta,

INDEX CAPITVM PRÆCIPVORVM QVÆ in Sacra Hiſtoria Sulpicii continentur.

LIBRO PRIMO.

1. PRæfatio Authoris. 1
2. Adam. 6
3. Noë. 13
4. Abraham. 23
5. Iſaac. 38
6. Iacob. 41
7. Ioſeph. 49
8. Moyſes Dux Iſraëlitarum. 63
9. Hiſtoria Iob. 66
10. Paſchæ inſtitutio. 70
11. Reip. inſtiiutio. 85
12. Leges Dei. 86
13. Tabernaculum & Arca. 102
14. Sacrificia, Feſti dies & Sacerdotes. 104
15. Narratio expeditionis. 105
16. Ioſue Dux Iſraelitarum. 115
17. Reſp. ad Iudices tranſlata. 122
18. Gothoniel Iudex. 123
19. Adon Iudex. 124
20. Semigar Iudex. ibid.
21. Barac, & Debora Iudices. 125
22. Gedeon Iudex. 127
23. Abimelec Iudex. 133
24. Thola Iudex. 135
25. Iaïr Iudex. ibid.
26. Iephta Iudex. 136
27. Eſebon Iudex. 138
28. Allon Iudex. ibid.
29. Abdon Iudex. ibid.
30. Samſon Iudex. 139
31. Heli Pontifex, Iudex. 149
32. Samuel Iudex. 157
33. Reſp. ad Reges tranſlata, Saul Rex. 160
34. David Rex contra Isbaal Regem. 176
35. David Rex ſolus. 181
36. Salomon Rex. 191
37. Diviſio Regni Iſraëlitar. in Iudam & Iſraël. Roboam Rex Iudæ. 198
38. Hieroboam Rex Iſraël. 200
39. Abia Rex Iudæ. 202
40. Aſa Rex Iudæ. ibid.
41. Nadab Rex Iſraël. 204
42. Baaſa Rex Iſraël. ibid.
43. Ela Rex Iſraël. 205
44. Amri Rex Iſraël. ibid.
45. Ioſaphat Rex Iudæ. 207
46. Achab Rex Iſraël. ibid.
47. Helias Propheta. 209
48. Ochozias Rex Iſraël. 217
49. Ioram Rex Iſraël. ibid.
50. Ioram Rex Iudæ. ibib.
51. Ochozias Rex Iudæ. 218
52. Helizeus Propheta. 219
53. Iehu Rex Iſraël. 221
54. Athalia Regina Iudæ. ibid.
55. Ioas Rex Iudæ. 222
56. Ioachas Rex Iſraël. 224
57. Ioas Rex Iſraël, & Amaſias Rex Iuda. ibid.
58. Ioram, ſive Hieroboam, Rex Iſraël. 225
59. Zacharias Rex Iſraël. 226
60. Ozias Rex Iudæ. 227
61. Ioathas Rex Iudæ. 229
62. Ninivitarum pœnitentia. ibid.
63. Sella Rex Iſraël. 233
64. Manehem Rex Iſraël. ibid.
65. Phaceia Rex Iſraël. ibid.
66. Phacee Rex Iſraël. 234
67. Oſee Rex Iſraël. ibid.
68. Tranſlatio Iſraël in Aſſyriam. ibid.
69. Achaz Rex Iudæ. 238
70. Ezechias Rex Iudæ. ibid.
71. Manaſſes Rex Iudæ. 246
72. Amon Rex Iudæ. 247
73. Ioſias Rex Iudæ. ibid.
74. Ioachaz Rex Iudæ. 251
75. Eliacim, ſive Ioacim, Rex Iudæ: Nabucdonoſor Rex Babyloniæ. 252
76. Ioachim, ſive Iechonias, Rex Iudæ. 255
77. Sedecias Rex Iudæ. 257

LIBRO SECVNDO.

1. CAptivitas Iudæorum in Babylonia annorum LXX. 261
2. Daniel Regi Nabucdonoſori charus. 262
3. Iudicium Suſannæ per Danielem. 264
4. Somnium Nabucdonoſoris de Regnis futuris expoſitum à Daniele. 264
5. Ezechielis Prophetia. 273
6. Reliquiæ Iudæorum in Iudæa diſperſæ. 274

7. Sta-

7. Statua aurea Nabucdonoſoris Regis à Daniele negle&ta. 275
8. Nabucdonoſoris inſania, & ſanitas. 278
9. Evilmerodac Rex Babylonior. 280
10. Balthaſar Rex Babyloniorum. 281
11. Darius Rex Medorum, & Babyloniorum. 283
12. Daniel Leonibus objectus à Rege Dario. 286
13. Viſiones Danielis de regnis futuris, Chriſto, & Antichriſto. 287
14. Cyrus Rex Perſarum, Medorum, & Babyloniorum. 288
15. Idolum Beli deletum à Daniele Babylone. 289
16. Reædificatio templi impedita. 291
17. Cambyſes Rex Perſarum. 294
18. DariusHydaſpis F. Rex Perſarum. 296
19. Xerxes Rex Perſarum. 297
20. Artaxerxes Longimanus Rex Perſarum. ibid.
21. Darius Ochus Rex Perſarum. Reſtitutio templi abſoluta. 298
22. Artaxerxes Mnemon Rex Perſarum. Reſtitutio Legis. 300
23. Reſtitutio Hieruſalem. 301
24. Hiſtoria Heſter Iudææ mulieris in Perſide. 306
25. Hiſtoria Iudith mulieris Iudææ in Iudæa. 314
26. Iudæi ſub Regibus Macedoniæ. Alexander Magnus Rex Macedoniæ, & Perſarum. 325
27. Atridæus Rex Macedoniæ. 327
28. Iudæi ſub Ptolemæis Ægypti Regibus, deinde ſub Regibus Syriæ. 328
29. Seleucus Philopater Rex Syriæ. Seditio Iudæorum. 330
30. Antiochus Epiphanes Rex Syriæ. 333
31. Servitus Iudæorum ſub Antiocho Epiphane Rege Syriæ. 334
32. Enumerat omnes Reges Syriæ uſque ad Epiphanem. ibid.
33. Redit ad ſervitutem Iudæorum ſub Antiocho Epiphane. 337
34. Reſtitutio Iudæorum. Aſſamonæorum Principatus. 338
35. Matthatias Aſſamonæus Princeps Iudæorum. ibid.
36. Iudas Maccab. Princeps Iudæor. 340
37. Antiochus Eupator Rex Syriæ. 346
38. Demetrius Soter Rex Syriæ. 347
39. Ionathas Princeps Iudæor. Pontif. 349
40. Alexander Rex Syriæ. 350
41. Demetrius Nicator Rex Syriæ. 351
42. Simon Princeps Iudæor. & Pont. 356
43. Ioannes Hyrcanus Pontif. & Princeps Iudæorum. ibid.
44 Ariſtobulus Rex primus Iudæor. 357
45. Alexander Iannæus Rex Iudæor. ib.
46. Salome Alexandra Regina Iudæorum. 358
47. Hyrcanus Rex Iudæorum. 359
48. Ariſtobulus II. Rex Iudæor. ibid.
49. Herodes Rex Iudæorum. 362
50. Ieſus Chriſtus Dei F. naſcitur. 363
51. Nero Imp. & perſecutio ejus. 366
52. Iudæorum Rebellio. 372
53. Veſpaſianus Imp. & excidium Hieroſolymorum. 374
54. Domitiani perſecutio. 379
55. Trajani perſecutio, Iudæorum rebellio, & extremum urbis excidium. ibid.
56. Hadriani perſecutio. 380
57. Aurelii perſecutio. 383
58. Decii, & Valerii perſecutiones. 384
59. Diocletiani perſecutio. ibid.
60. Pax ſub Conſtantino Maximo. 386
61. Crucis inventio. 390
62. Hæreſis Arriana, & Concilium Nicænum Catholicum contra eam. 393
63. Concilium Sardicenſe Catholicum contra Arrianos. 398
64. Concil. Sirmienſe Arrianum. 400
65. Concilium Arelatenſe, & Biterrenſe, Arrianum. 407
66. Concilium Mediolanenſe, Arrianum. 408
67. Concil. Ariminenſe Arrianum. 414
68. Concilium Seleucienſe Catholicum contra Arrianos. 422
69. Redit ad Concilium Ariminenſe Arrianum. 426
70. Concilium Biterrenſe, & alia Catholica contra Ariminenſe. 433
71. Hæreſis, ſive Schiſma Luciferianorum. 433
72. Hæreſis Priſcillianiſtarum. 437
73. Concilium Cæſar-Auguſtanum contra Priſcillianiſtas. 441
74. Concilium Burdigalenſe adverſus Priſcillianiſtas. 446.

NOMI-

NOMINA AVTHORVM QVIBVS IN HAC
Editione adornanda præcipuè uſi fuimus.

ABulenſis.
Adrichomius.
Ammian. Marcellinus.
Appianus.
Auguſtinus.
Baronius.
Boxhornius.
Bucholzerus.
Calvinus.
Calviſius.
Caſaubonus.
Chryſoſtomus.
Clemens Alexandrinus.
Corn. à Lapide.
Cunæus.
Dio Caſſius.
Diodorus Siculus.
Druſius.
Elmacinus.
Emmanuël Sa.
Epiphanius.
Eſtius.
Euagrius.
Euſebius.
Giſelinus.
Golius.
Grotius.
Guil. Tyrius.
Heinſius.
Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores.
Hieronymus.
Iac. Capellus.
Iac. Gothofredus.
Ioſephus.
Iunius.
Iuretus.
Lactantius.
L'Empereur.
Lyra.
Menochius.
Mercerus.
Merſennus.
Nicephorus.
Nic. Fullerus.
Oroſius.
Paulinus.
Pererius.
Perkinſus.
Petavius.
Petitus.
Philoſtorgius.
Pineda.
Plinius.
Procopius.
Rambam.
R. Salomo.
Ribera.
Salianus.
Salmaſius.
Sanctius.
Scaliger.
Scultetus.
Seldenus.
Serarius.
Sigonius.
Simlerus.
Socrates.
Sozomenus.
Spanhemius.
Strabo.
Tacitus.
Tertullianus.
Theodoritus.
Timuri Hiſtoria Arabica.
Tirinus.
Torniellus.
Venantius Fortunatus.
Vitæ Patrum.
Voſſius.
VVilletus.

SuL-

SVLPICI SEVERI SACRÆ HISTORIÆ LIBER PRIMVS.

Res à mundi exordio, ſacris literis editas, breviter conſtringere, & cum diſtinctione temporum, uſque ad noſtram memoriam, carptim dicere aggreſſus ſum: multis id à me ſtudioſe efflagitantibus, qui divina, compendioſa lectione, cognoſcere properabant. Quorum ego voluntatem ſecutus, non peperci labori meo, quin ea, quæ permultis voluminibus perſcripta continebantur, duobus libellis concluderem: ita brevitati ſtudens, ut pene nihil geſtis ſubduxerim. Viſum autem mihi eſt non abſurdum, cum uſque ad Chriſti crucem, Apoſtolorum-

SVLP. SEV. SACRAE HISTOR.] Ita libri omnes quos vidi. Eſt tamen qui appellet. *Sulp. Severi chronicon.* Gennadius quoque hanc hiſtoriam ſignificat, cum ait, *compoſuit & chronica*, id eſt, τὰ χρονικά. Author is qui diſput. Athanaſii cum Ario in Latinum convertit: *Sed ſi illud recolat, quod in Chronica ſua b.m. Sulpitius Severus poſuit dicens, duo Arii tanquam duo ſerpentes ex uno ore ſibilabant, &c.* Porro autem præcedentium nominum prius prænomen eſſe videtur, & poſterius nomen proprium. Sic enim certe dicitur Sulpicius Severus, ut Septimius Tertullianus, Aurelius Prudentius, Decimus Auſonius, Sulpicius Pius, Aurelius Auguſtinus. Quanquam in Gennadio, *Severus cognomento Sulpicius*. Druſius.

Ad noſtram memoriam.] Infra II. *Omne tempus in Stiliconem Conſulem direxi.* Ergo ad annum fere cccc. Coſſ. Fl. Stilicone, & Fl. Aureliano, Imperatore Honorio. *Ibid.*

Efflagitantibus.] Flagitantibus. *Editio Colon.*

rumque actus, per ſacram hiſtoriam cucurriſſem, etiam poſt-geſta convertere, excidium Hieroſolymæ, vexationeſque populi Chriſtiani, & mox pacis tempora, ac rurſum Eccleſiarum inteſtinis periculis turbata omnia, locuturus. Cæterum illud non pigebit fateri, me,

Etiam poſt-geſta convertere.] *Connectere.* Giſelin. Magnus Salmaſius, primus omnium, veram Methodum oſtendit, quomodo Hiſtoria Eccleſiaſtica ſcribenda ſit. Ita autem ille: Tota Antiquitas Eccleſiaſtica, in Perſonas ac Res dividitur. De Perſonis agitur ſub titulo generali, *de Ordine Eccleſiaſtico*, ſub quo continentur, ab Apoſtolica inſtitutione, duo tantum, Presbyterialis ſive Epiſcopalis, & Diaconalis. Poſtea Eccleſiaſtica inſtitutione, diviſus eſt ordo Epiſcopalis & Presbyterialis, & duo ex uno facti. Deinde & Epiſcopalis ordo, ejuſdem Eccleſiæ decreto, in duos alios ordines diviſus eſt, Archiepiſcoporum ſive Metropolitanorum, & Patriarcharum ſive Exarchorum Diœceſeon. Minores etiam ab Eccleſia ordines aliquot proditi ſunt, ignoti Apoſtolis, ut Subdiaconorum, Exorciſtarum, Lectorum, Oſtiariorum, Acoluthorum, Sacrarii Cuſtodum, Copiatarum, & Foſſariorum, Monachorum etiam, Virginum, Pœnitentium. De his omnibus in primo volumine de *Eccleſiaſtico Ordine*. Secundum de Rebus erit. Olim eadem Presbyterorum & Epiſcoporum munia; ut Sacramenta adminiſtrare, pœnitentiam dare, id eſt, veniam pœnitentiæ agendæ, Chriſma conficere, ordinare, confirmare, benedicere, & ſimilia. Poſt diviſionem autem Epiſcopalis & Presbyterialis Ordinis, ut illud diſcrimen certius conſtaret, quædam ex his Epiſcopo ſoli agenda ſunt attributa, reliqua Presbytero relicta. Pertractandum quoque erit, quando uſus Eccleſiæ hæc invexerit, aut Epiſcopi ipſi propria ambitione uſurparint. Hæc ille θαυμάσιος. Nec aliud jam ad perfectam Eccleſiæ priſcæ Ideam conſequendam reſtat, niſi ut orbis Chriſtianus, quotidiano flagitio, ſtupendum illud opus, expoſcat.

Vexationeſque populi Chriſtiani.] De perſecutionibus decem cruenriſſimis loquitur, quibus Romani Imperatores, Chriſtianum nomen, delere aggreſſi ſunt. Vtitur vocabulo in ſpeciem molliori. Quanquam ex conſuetudine illorum, qui caſtigatiſſime Auguſtæo ævo locuti ſunt. Sicuti Cicero dicit, ſe *vexationes Virginum Veſtalium perhorreſcere*. IV. Catil. *Horn.*

Pacis tempora.] Quæ cœperunt Conſtantini Imperio, qui primus Chriſtianiſmum in pleniſſimam libertatem vindicavit. Quanquam & ante eum, quoties à perſecutione externa quies, *pax* dicta fuerir, Tertulliano, Cypriano, & quod ad inſtitutum noſtrum facit, Sulpicio. Cujus ſunt lib. II. hæc: *Antonino Pio imperante, pax Eccleſiis fuit.* Et de Conſtantini ætate: *Exinde tranquillis rebus pace perfruimur.*

Eccleſiarum inteſtinis periculis turbata omnia.] Arianam & Priſcillianam, hæreſes, innuit, quæ ingenti motu Eccleſias, & ipſum Imperium, concuſſerunt. Nam cæteræ, quarum Catalogum Epiphanius rexit, multæ, frequenteſque, ante Arium & Priſcillianum, intra unam alteramque Provinciam ſe continuerunt, & paucos ex Epiſcopis ſectatores habuerunt, nedum ut ſe Orthodoxis opponere, & eos, cum Republica, opprimere auderent. *Horn.*

Non pigebit fateri.] Sulpicio animus fuit, continua temporum ſerie, ſacras hiſtorias contexere. Ex autem non niſi ad tranſmigrationem Babylonicam, ſcri-

me, ſicubi ratio exegit, ad diſtinguenda tempora, continuandamque ſeriem, uſum eſſe hiſtoricis ethnicis, atque ex his, quæ ad ſupplementum cognitionis deerant, uſurpaſſe, ut & imperitos docerem, & literatos convincerem. Veruntamen ea, quæ de ſacris voluminibus breviata digeſſimus, non ita legentibus auctor acceſſerim, ut prætermiſſis illis, unde hæc derivata ſunt, appetantur: niſi cum illa quis familiariter noverit, hic recognoſcat, quæ ibi legerit. Etenim univerſa divinarum rerum myſteria, non niſi ex ipſis fontibus hauriri queunt. Nunc initium narrandi faciam.

MVN-

ſcripturis continuantur. Inde annales deficiunt. Hinc magni hiatus, cum nulli extent commentarii, qui tempora captivitatis explanent. Poſt reparatam à Nehemia urbem, multa uſque ad Seleucum Syriæ R. deſiderantur. Expleta Maccabæorum narratione, quæ Iohanne Hyrcano Rege concluditur, cætera uſque ad Chriſtum, à Bibliis abſunt, & à Ioſepho mutuanda. Neque vero Euangelia, niſi trium fere annorum Hiſtoriam, tradiderunt. Quare Sulpicius fatetur ſe uſum eſſe Hiſtoricis gentilium, in diſpenſandis temporibus, per Reges Perſicos, Syriacos & Romanos. *Sigon.* Idque factum ab ipſo circa Monarchiam Perſicam. Nam ſuperiora immiſcere, nec opus, ob continuam ſeriem, & ſi neceſſe, qui tuto poterat? Cum vetus *Strabonis* querela ſit, *ὅτι παλαιὰ τῶν Περσικῶν, οὐδὲ τῶν Μηδικῶν, ἢ Συριακῶν, εἰς πίστιν ἀφικνεῖτο μεγάλην.* Extabat quidem ævo ejus *Cteſias Gnidius*, qui vetuſtiſſima illa tradidit, ſed admixtis fabulis, ut Plutarchus, & multi eum criminantur. Quod vel ex Epitome ejus, quam Photio debemus, apparet. Profana igitur Hiſtoria verior, à Perſicis rebus incipit. Superiora *τερατώδη* ſunt, *καὶ τραγικὰ, καὶ πίστιν οὐκ ἔχοντα*, ut recte in Theſeo Plut. cenſet. Quod de pleriſque, non omnibus accipiendum. *Horn.* A fabularum inquinamento, illa antiquiſſima, Vir Maximus, Diodorus Siculus vindicavit, cujus libri, magnam partem amiſſi, *omnem vetuſtatis memoriam, Aſſyriorum, Chaldæorum, Phœnicum, & aliarum nationum, complectebantur. Quarum rerum cognitio magnam ſacrorum Bibliorum Originibus facem allucebat. De quibus omnibus, nihil nobis præter deſiderium, ſupereſt.* Scaliget.

Ex ipſis fontibus.] Sigonius authorem noſtrum, de Hebraicis fontibus, loqui putat. *Significat*, inquit, *in ipſis Hebraicæ Hiſtoriæ verbis, ſecretius aliquid contineri, diverſum ab eo, quod literis nuncietur.* Sed aberrat à mente authoris. Qui Lectorem, non ad Hebraicos fontes, ipſi, ut ex craſſiſſimis erroribus apparet, incognitos; ſed vel ad LXX Interpretum Græcam, vel quæ ex ea expreſſa, in Occidente obtinuit, Latinam verſionem, remittit. Nam quia ex illis rivulos ſuos deduxerat, hinc fontem oſtendit. Et notum eſt ex priſcis patribus, verſionem LXX. Interpretum, ob fabulam illam, de inſpiratione Sancti numinis, qua acti ſeniores fuerint, authenticam tum temporis habitam, ſuſpecto partim ob Iudæos, partim ob imperitiam, Hebr. textu. *Horn.*

MVNDVS à DOMINO *conſtitutus eſt, abhinc annos jam pene ſex millia, ſicut proceſſu voluminis iſtius digeremus. Quanquam inter ſe parum conſentiant, qui rationem temporum inveſtigatam ediderunt. Quod*

MVNDVS à DOMINO *conſtitutus eſt abhinc annos pene ſex millia.*] Et hinc orta antiquiſſima gentium idololatria, ad temporis, velut omnium primi optimi & maximi rerum auctoris, cultum prolapſa. Cum enim intelligerent idem mundi eſſe initium quod temporis, ſive in principio temporis mundum eſſe conſtitutum, tempus, & ſignificantia tempus, Solem inprimis & Lunam, ut numina, & humanarum rerum conditores, veneratæ ſunt. Κρόνος enim, quem Saturnum Romani vocant, non aliam quam temporis habet ſignificationem. Et quæcunque de eo veteres fabulantur, ad tempus, & primum quidẽ ac feliciſſimum illud, quale inter ipſa rerum exordia humano generi illuxit, referuntur. Imo vocabula illa Θεὸς, *Deus*, Ζεὺς, & Germanorum *Teut*, revera nihil aliud ſignificant quam *tempus*, facta ex Scytharum, à quibus haud dubie Græci & Romani orti, *teit*, vel *t'ſeit*, quod ipſum etiam tempus notat. Eandem idololatriæ primam originem etiam notat Plato. Cum enim viderent homines, Solem, Lunam, Aſtra, Cœlum ipſum, currendo ſemper circumvolvi, & ex ea circumvolutione tempus numerari ac diſtingui, Deos eſſe arbitrati ſunt, ſeu, ut Plato ait in Cratylo, ἀπὸ ταύτης τῆς φύσεως τοῦ θεῖν θεοὺς αὐτοὺς, hoc eſt, *ab hac ipſa tali currendi natura Deos appellavere.* Cæterum an Platonica illa etymologia ei, quam nos jam dedimus antehabenda ſit, judicent eruditi. *Boxh.*

Sicut proceſſu voluminis digeremus.] Ea ratio ſic ſe habet: A mundi exordio ad diluvium, cIↃ cIↃ CC XLII. Ad nativitatem Abrami cIↃ. LXX. Ad migrationem in Chananæam LXV. Ad egreſſum ex Ægypto CCCCXXX. Ad mortem Ioſuæ LXVII. Ad mortem Samſonis CCC XIX. Ad exſtructionem Templi CII. Ad captivitatem Babylonicam CCCC XXIV. Ad inſtaurationem Templi & Vrbis CCLX. Ad Chriſti paſſionem CCCXLVIII. Ad Stiliconem Conſ. CCCLXXVII. Quæ omnia magnis erroribus ſcatent. Patres ſacram hiſtoriam in ſex ætates diſtribuerunt, ſecuti ordinem creationis, ab Adamo ad Noë, ad Abraham, ad Davidem, ad tranſmigrationem, ad Chriſtum, ad finem mundi. *Auguſt.* de Geneſi. Varro apud Cenſorinum tria diſcrimina temporum eſſe tradit. Primum, propter ignorantiam, ab hominum principio ad Cataclyſmum, ἄδηλον. Secundum, à Cataclyſmo ad Olympiadem primam, propter fabulas, μυθικὸν. Tertium, à prima Olympiade ad nos, ἱστορικὸν, quia res eo geſtæ, veris hiſtoriis continentur.

Parum conſentiant.] Maxima diſſenſio eſt inter Græcos & Hebræos. Nam ab exordio mundi ad diluvium, Græci computant annos cIↃ cIↃ CCXLII. Ebræi cIↃ IↃC LVI. Auguſtinus cum hanc diſcrepantiam cerneret, haud confiteri erubuit XV. C. D. ſe hujus rei rationem neſcire. Diſceptatur etiam de anni tempore, quo mundus conditus. Scaliger, eumque ſecutus Calviſius, magnis rationibus aſſerit, autumno conditum. Et deſignat diem XXVI. Octob. Alterius opinionis Græci fuerunt, qui XXV. Mart. vocant ἡμέραν πρωτόκτιστον, & ea mundum conditum, Chriſtum natum, ac crucifixum volunt. Cæterum hæc tam intricata ſunt, ut mirum non ſit Chronologos adeo in diverſas ſententias abire. *Horn.*

Vel

Quod cum vel Dei nutu, vel vitio vetuſtatis eveniat, calumnia carere debebit. Mundo autem condito, homo fa-

Vel vitio vetuſtatis.] Hujus varietatis aliæ in aliis cauſæ ſunt, ſed in prima ac ſecunda ætate, Hebræorum Græcorumque diſſenſio, præcipuam differentiam peperit. *Sigon.* Præcipua portentoſæ diverſitatis cauſa eſt, LXX. Interpretum corruptio. *Altera*, quod quidam veterum, annos Hebræorum ſupputarint, Lunares. *Tertia*, quod Iudæi, odio Chriſtianorum, plus ſatis ſibi indulſerint, ut ex Danielis hebdomatibus liquet. *Quarta*, ipſa Scripturæ loca ſatis obſcura, & in Interpretationum varietatem, niſi quis probe, multoque uſu inſtructus acceſſerit, prona ac lubrica. *Quinta*, Chronica à diverſis olim, modo negligentius, modo cum præjudicio, conſcripta. Sunt & aliæ multæ; ut Synecdochæ, confinia duorum regnorum confundentes: hyſterologiæ, mutationes termini regnorum, varietates nominum, ac denique, quod primo dicendum fuerat, librorum menda, quæ in notis, quibus temporum quantitas deſignatur, facillime fiunt, & nuſquam non ſunt obvia. *V. Giſelinus.* Sed non ferenda eſt Petavii audacia, qui totam Scripturæ Chronologiam incertam facit, eo argumento; quod ſciri nequeat, an qui recenſentur anni, integri omnes ſint & præciſi, an vero Scriptura rotundum conſectata numerum, aliquos omiſerit. Quo nihil ineptius eſt, cum Scriptura paſſim minores numeros præciſe exprimat, ſæpe menſes addat. *Horn.*

Mundo autem condito.] Ex nihilo, ut docet Moſes, ex Chao autem, ut gentium ſapientes fabulantur. Chaos autem iis dicitur rudis ac indigeſta illa moles, quæ rerum omnium ſemina continebat, quidam quaſi earum theſaurus, & gazophylacium. Vnde & Chao eſt nomen. De quo alibi dicendum erit. Ad *Chaos* haud dubie reſpexêre veteres illi Chriſtiani, quorum meminit Baſilius in Exameron, qui Hæbræorum בראשית, *in principio*, non verterunt ἐν ἀρχῇ, quomodo recte alii, ſed ἐν κεφαλαίῳ, id eſt, *in capite.* Exponebant autem hoc ἀθρόως, hoc eſt, ſimul, ut ſimul omnia condita dicerent. Eſt autem id nihil aliud, quam Chaos. *Boxhorn.*

Homo factus eſt.] Extra Paradiſum Geneſ. II, 15. Et ut Iudæorum traditio habet, in monte Moria. *Ionathan* & *Salmanticenſis.* Indi ad Gangem, ubi arx Halabaſſa. *Latius* in India Vera. Sacra, id eſt, ſola vera Hiſtoria, ex coſta Adami ſumptam & factam Evam dicit. Alia alii. Ajunt illi primum hominem fuiſſe androgynum, marem pariter & fœminam. Plato certe in Sympoſio docet, principio humani generis extitiſſe & tertiam hominis ſpeciem, non virum, aut mulierem, ſed quæ ἀνδρόγυνος appellatur, & ex mare ac fœmina ſimul conſtaret, cui brachia quatuor, & totidem pedes, ut & reliqua membra eſſent. Neque Plato tantum ita ſenſit, ſed & pagani prope omnes, etiam ante Platonem. Ianus *biſrons*, Iupiter *& mas & fœmina* deſcribitur Orpheo, Cecrops διφυὴς dictus, (qui omnes non alium ſignificant, quam primum humani generis propagatorem; quod pluribus alibi docendum) vetuſtiſſimam hanc de primo homine opinionem eſſe oſtendunt. Vnde vero illa? Ex male intellecto ab ipſis etiam Iudæis, à quibus haud dubie hæc habuere pagani, Moſe, præſertim his ejus verbis, quæ extant Gen. I, 27. *Marem & fœminam creavit eos.* At illa verba nihil aliud volunt, quam utriuſque ſexus hominem, non unum, ſed duos, Deum feciſſe. Sed nugari malunt Iudæorum magiſtri. Manaſſe Ben-Iſraël inſtar omnium ſit. Is in Conciliatore hæc ita exponit; *Non eſt bonum ho-*

factus eſt: viro Adam, mulieri Eva nomen fuit. Sed conſtituti in paradiſo, cum interdictam ſibi arborem de-

minem unicum eſſe, id eſt, ſolum corpore ex utroque ſexu coalito differre à cæteris animantibus. Vnde & poſtea adjutorium coram eo ſtatuit; hoc eſt, à fronte, adeo ut corpus illud, quod ante humeris adglutinatum hærebat, deinceps in ejus conſpectu eſſet. Hæc inepta ſunt. Addit & alia, ſed quæ eodem redeunt, hoc eſt, non minus inepta. Videntur in hunc errorem duxiſſe Rabbinos & illa Adami male intellecta verba; *Hæc eſt caro de carne mea.* Cur monſtrum maluerunt, quam ſimpliciter, ut debebant, hæc interpretari? Eva ab eodem, à quo Adam, ſed ex Adami coſta facta eſt. Ejuſdem auctoris adſpectu & conjux Adami fuit & ſoror, &, coſtam ſi videas, filia. *Boxhorn.*

Viro Adam.] Dictus ab ארמה, terra. Ἄδαμα Heſychio & Procopio παρθενικὴ γῆ, Ioſepho παρθένος καὶ ἀληθινή. Ergo Adam πυῤῥὸς, ἐπειδήπερ ἀπὸ τῆς πυῤῥᾶς τῆς φυραθείσης ἐγεγόνει. *Ioſephus.*

Mulieri Eva.] Etymon eſt à חיה vixit. Chryſoſtomus: Εὔα, ζωή. *Druſ.*

Conſtituti.] Hunc felicem ſtatum gentiles ſub aurei ſeculi nomine, deſcribunt. De quo *Dicæarchus* Peripateticus apud Porphyrium & Varronem; *Calanus* Indus apud Strabonem XV. *Grotius.*

In Paradiſo.] Quæ in Hebræo hic vox eſt גן, id eſt, *hortus*, redditur *Paradiſus* à Græcis & Latinis interpretibus. *Pardes horti* aut *Pomarii* ſignificatione in Veteris Federis libris legi notum eſt. Eccleſiaſtic. cap. II. lib. II. Eſdræ cap. II. & Cantic. cap. IV. *Paradiſus* vox haud dubie Perſica eſt. Veteres ambigere nos non ſinunt. Iul. Pollux lib. II. Onomaſt. docet *paradiſum*, proprie Græcam vocem non eſſe, quanquam à Græcis receptam, ſed Perſicam, & ex conſuetudine Perſica fluxiſſe in uſum Græcorum. Xenophon & Philoſtratus diſertim teſtantur, à Perſis hortos amœniſſimos, fontibus irriguos, & nemoribus conſitos, quibus leones, urſos Pantheraſque claudere barbaris, id eſt Perſis, mos eſt, *paradiſos* appellari. Non ergo dubitandum videtur, quin vox hæc, & origine ſua, & hac ſignificatione, ſit Perſica. Præter enim laudata jam veterum teſtimonia, multa alia ſunt, ex quibus liquido id evincas, linguæ nimirum ipſæ, earum omnium gentium, quas ejuſdem originis eſſe conſtat, cujus ſunt Perſicæ. Huc enim omnia illa reſpiciunt, Gothorum *harti* & *garti*, Hungarorum *Pharaſtit*, Francorum & Germanorum *Foreſt*, *Varade*, hodieque Belgis uſitatum, *Varande*. Quæ nil aliud quam *Fardus* Perſicum notant, quippe ab eadem origine. De quo alibi ex profeſſo. *Boxhornius.* Verum nomen EDEN eſt, ab amœnitate; unde totus ille tractus dictus. II. Reg. XIX, 12. Ezech. XXVII, 23. & hodie oppidum Maronitarum in monte Libano, quod Ptol. & Stephan. παράδεισον vocat. Atque hinc ἡδονή, *Adonidis* horti, & Campus Elyſius, apud Poëtas. *Horn.* Situs, ad utramque Euphratis ripam, magis tamen Orientalem, in ea parte Babyloniæ, quæ *Anranitis* dicitur Ptolemæo, cum dicendum eſſet *Andanitis*. Sed litera R in P detorta. Illa regio eſt totius orbis amœniſſima & feraciſſima, teſte Curtio & Plinio. Qualis *Babylonia Eden* deſcribitur, Eſa. LI, 3. Ezech. XXVIII, 23. & XXXI, 16. *Piſchon* eſt Naharmalca ſive βασίλειος, accolis Paſitigris, vel potius Piſotigris. *Gichon* Naharſares, vel juxta alios, Naharmalca, ſive βασίλειος. *Chiddekel* Tigris, quem accolæ vera voce *Diglito* vocabant, quod nomen Arabes retinuerunt. *Phrat*, omnium confeſſione Euphrates, dictus הוא פרת, per excellentiam, unde Græci, ſuum

deguſtaſſent, in noſtram, velut exules, terram ejecti ſunt.

ci, ſuum Euphrates, fecerunt. *Iunius, Grotius, Scaliger.* Cæterum error inde ortus, quod Chavilam ibi pro Indiæ regione acceperunt. Atqui duplex: & una ad ſinum Perſicum, ubi hodie Baſora. Vel paulo ſupra eam, ubi hodieque regio *Chelſa* eſt, inter Meſopotamiam & Perſiam. Populus *Chelſalini.* Et hi dicunt, ſe in Eden habitare, ubi Paradiſus fuerit, & vere dicunt. Nam XXI cIↄ. paſſ. à Ninive, ad Tigrim, eſt inſula Eden, ambitu X cIↄ. paſſ. Idque adhuc nomen retinet. Olim muro cincta fuit, ut ex ruinis patet. *Horn.*

/ *Cum interdictam ſibi arborem deguſtaſſent.*] Lapſum gentilibus notum fuiſſe, & fabula de Prometheo & Pandora innui volunt. Promethei furtum eſſe arboris vetitæ deguſtationem, Pandoram, illa mala quæ ſecuta ſunt. De quo Heſiod. Ἐν ἡμερ. καὶ ἔργ. *Horn. Arborem*, id eſt, *fructum arboris.* Hanc arborem vulgus malum fuiſſe putat, deceptum ambiguæ *pomi* vocabulo, quod latius patet, & ficum quoque comprehendit. Veteres non conſentiunt. Plerique *ficum*, alii *citrum*, vel *vitem*, vel *frumentum* fuiſſe volunt, quorum loca Druſius affert. Sed res incertiſſima eſt. Poëtæ ex hac lapſus hiſtoria, ſerpentem ſuum, malorum aureorum cuſtodem, depromſerunt. Et in antiquiſſimis Græcorum myſteriis, acclamatum Εὖα, ſimulque monſtratus ſerpens, teſte Heſychio, Clemente in Protreptico, Plut. in Alexandro. *Grotius.*

In noſtram terram ejecti ſunt.] Sentit & loquitur Sulpicius ex ſententia eorum, qui, inter veteres, paradiſum, primorum parentũ, & expulſis iis, defunctorum hominum, ſi quidem recte vitam egiſſent, ſedem, extra noſtrum orbem ſitam, credidere. Inde apud veteres Chriſtianos *Paradiſus & Elyſii campi*, aut *Fortunatorum*, ſive *beatorum inſulæ*, eadem. Proclus ad Heſiodum, qui *fortunatorum inſularum*, μακάρων νήσων, meminit, paradiſum innui, ſibi videri dicet. Opinio illa haud dubie ex eo nata, quod in novi Federis libris, Beatorum poſt hanc vitam ſedes, *Paradiſus* dicatur. Nempe à terreſtri *Paradiſo* ſumpta comparatione. Quomodo & in Magicis præceptis Zoroaſtræorum dicitur, ζήτησον τὸν παράδισον; *Quære Paradiſum.* Quod myſtice à Chaldæis dici docet Pſellus, & virtuti, in qua beatitudo hominis ſumma eſt, ſtudendum eſſe, interpretatur. Acceſſit, quod male intellexerint ea Moſis verba, quibus ex Paradiſo ejectos primos parentes tradit, quaſi vellet, nempe, tunc demum in noſtrum orbem eos eſſe expulſos. Quod eſt abſurdum. Qui ex Italia in Africam relegatur, locum mutat non orbem. Qui ex paradiſo ejicitur, eo ipſo in alium orbem non venit, neque eo fit, ut Paradiſus non ſit pars orbis terrarum. Credibile eſt ea etiam de cauſſa hunc errorem errafſe nonnullos veterum, quod nulla viderent in hoc terrarum orbe ſupereſſe veſtigia earum amœnitatum delitiarumque, quæ Paradiſo tribuuntur. Sunt autem apertiſſimæ, exque plurimæ rationes, ex quibus quiſque facile colligat, in hoc orbe ſitum eſſe paradiſum, hodieq; adhuc aut habitari eum, aut habitari ſaltem poſſe, quanquam prima illa amœnitate ſua, primiſque delitiis viduatum. Unde autem illa Paradiſi mutatio, aut quando ejus pulcherrima facies ita mutata eſt, ut ex ea ſaltem, neque jam olim, neque hodie poſſit agnoſci? Diverſæ ſunt veterum ea de re opiniones. Plerique omnes volunt, superveniente diluvio primam illam præſtantiſſimam & adſpectu jucundiſſimam faciem illi periiſſe. Chryſoſtomus diſertim dicit, ante diluvium cognoviſſe homines & locum, & viam, quæ duceret ad Paradiſum: poſt diluvium neque Noacho, neque poſteris ejus notum fuiſſe. Innuit, nempe, quod & probat

ſunt. Deinde ex his Cain atque Abel naſcuntur. Sed Cain

Auguſtinus Steuchus Eugubinus, aquarum illuvie arbores amœniſſimas eſſe everſas, terram autem, quæ ſuaves herbas pareret, vorticibus rapidiſſimis diſſipatam fuiſſe, atque ita locum delicatum concidiſſe, èque oculis mortalium evanuiſſe, ut poſt diluvium ne veſtigium quidem ejus appareret. Alii progreſſu temporis, paradiſi delitias periiſſe volunt, ut obnoxii omnibus iis caſibus & viciſſitudinibus, quibus reliqua omnia mortalium. Alia hac de re mea eſt ſententia. Neque alia fuiſſet ſanctiſſimorum Patrum, ſi verba Dei à Moſe recitata, accuratius paulo inſpexiſſent. Sunt autem iſta ad Adamum ſtatim poſt peccatum; *Maledicta eſto terra propter te, cum dolore comedito proventum ejus omnibus diebus vitæ tuæ; eaque ſpinam & carduum proferto tibi.* Sententia in totum terrarum orbem ob peccatum hominis lata eſt, ut & in ea puniretur ille; qui peccaverat. Neque pœna Adamo indicta; *In ſudore vultus tui veſcitor cibo*; exſeri poterat, niſi terra ita damnata, illa maxime, in qua ſitus erat paradiſus. Sic factum eſt, ut hic locus quidem manſerit, ſed perierint primæ illæ amœnitates ac ſponte hactenus enatæ delitiæ & opes, quas homini ſuppeditaverat. Poſt ſententiam ergo illam ſtatim periit ac concidit prima illa & jucundiſſima facies Paradiſi, & quæ ad arborem vitæ ferebat via, plane homini clauſa, hoc eſt, inacceſſa facta eſt. *Boxhorn.* Paradiſus igne impervio obſeptus. Eſt in Babylonia campus interdiu flagrans. Plin. II, 109. & ibidem tractus naphthæ plenus. Apud eundem & Curtium, & Strabonem, Plut. in Alexandro. Illi igitur ignes innuunt Paradiſum combuſtum, ut Sodoma. *Grotius.*

Velut exules.] Atque heic deſinit ſeculum aureum gentilium, & argenteum incipit. Ita enim felicem illum ſtatum vocarunt, cum tamẽ vix unius diei fuerit. *Horn.* Illud autem exilium tale erat, ut eo proprietas rerum mundanarum, ante lapſum collata, non amitteretur. Qualem Saturni ævo fuiſſe ſcribunt veteres, & cujus poſtea in Saturnalibus veſtigium manſit. Iuſtin. lib. XLIII. *Erant omnia communia, & indiviſa omnibus, velut unum cunctis patrimonium eſſet.* Ac talis uſus univerſalis juris, erat tum vice proprietatis. Nam quod quis ſic arripuerat, id ei alter, niſi per injuriam eripere non potuit. Similitudine hoc intelligi poteſt ea, quam Cicero de Finibus III. habet: *Theatrum cum commune ſit, recte tamen dici poteſt, ejus eſſe eum locum, quem quiſque occuparit.* Neque is ſtatus durare non potuit, ſi aut in magna ſimplicitate perſtitiſſent homines, aut vixiſſent inter ſe mutua quadam eximia charitate. *Grotius.* Tradunt autem Talmudici, ſex præcepta Adamo tradita, quæ ſunt: DEUM *colunto. Iura mortalibus dicunto. Sanguinem non fundunto. Idola non colunto. Nec rapinas exercento. Inceſtus vitanto.* De quibus infra in Noacho. *Cunæus.*

Cain atque Abel naſcuntur.] Cain & Abel diverſis ſeſe ſtudiis dediſſe dicuntur, alter agricola, alter paſtor. Ad eos igitur haud dubie referenda origo omnium earum rerum, quæ ad explendas hominum neceſſitates requiruntur. Cogita enim quaſcunque voles, aut paſtor eas aut agricola abunde ſuppeditat. *Boxhornius.* Ab hoc tempore privata rerum dominia cœperunt. Hinc Abeli pecora & compaſcua ſua. Caino agri & ſua ſata. Inde permutationes, emtiones, venditiones, & præter pondera ac menſuras, agris & compaſcuis termini ſeu limites acceſſere. Et de Caino ajunt, ὅρους γῆς πρῶτος ἔθηκε, *terminos agris primus poſuit.* Seldenus Mar. Clauſ. lib. I. c. IV. Quod vero Suidas ſcribit, Abelem fuiſſe παρθένον, cœlibem, id non alio fundamento nititur, quam quia ἄτεκνος in Scripturis eſt. Certe non admodum juvenis fuiſſe videtur, cum eum frater vitâ ſpoliaret. *Horn.*

Fratrem

Cain impius, fratrem interemit. Filium Enoch habuit, à quo primum civitas condita eſt, auctoris nomine vocitata. Ex hoc Irad, atque ex hoc Maviaël naſcitur. Hic Mathuſalam filium habuit, iſque Lamech genuit, à quo juvenis quidam occiſus traditur, nec tamen

Fratrem interemit.] Καὶ τὸν νεκρὸν αὐτοῦ ποιήσας ἀφανῆ, λήσειν ὑπελάμβανεν. *Ioſephus.* Latinus, Samaritanus, Syrus, Hieroſolymitanus, Ionathan, foras productum, & in agro occiſum innuunt, & hic poſterior etiam colloquium refert. Ex hac cæde orta eſt illa ſeceſſio filiorum Dei & hominum: id eſt, Sethitarum & Kainitarum, de qua mira Aben-Batrich Arabs Mſſ. apud Seldenum tradit: *Sethi familiam montem, in quo Adam ſepultus; Kaini vallem, in qua Abel occiſus, occupaſſe, tam infenſis odiis, ut Sethiani per* SANGVINEM ABELIS *jurarent, non ſe in vallem ad Kainitas deſcenſuros.* Inter Kainitas autem omnis generis ſcelera invaluerunt, ut Poëtæ ſub ferreo ſeculo innuunt.

Filium Enoch.] Ex ſorore eademque uxore ſua, quæ Save ſeu Azaa Epiphanio; Chryſoſtomo Ripha. *Grot.* Atque hic eſt Græcorum *Inachus.* Inachus in Græcia Regum antiquiſſimus. Idem primam urbium, Argos ſtruxit. Retinuerunt igitur verum nomen Enochi, ſed urbis, pro ingenio ſuo, mutarunt. *Horn.*

A quo primum civitas condita.] Atqui non à filio, ſed patre Caino, urbs ſtructa, ut Moſes habet. Hæc urbs ſita fuit in regione Nod. Illa ad Orientem Paradiſi. Ergo in Tranſtigridanis regionibus, non vero in Syria ad montem Libanum, ut author Hiſtoriæ Scholaſticæ, Nauclerus, & alii volunt. Neque etiam in Arabia deſerta, ut Ioſepho viſum. Haud dubie vero & aliæ tum urbes conditæ, quarum in ſacris Scripturis nulla præterea mentio, à profanis una adhuc, *Ioppe,* nominatur, ante diluvium condita, ut Plinius, Mela, Solinus tradunt. *Horn.*

Mathuſalam.] Hebr. Mathuſael, ne cum Mathuſala ex Sethi poſteritate confundatur. *Druſ.*

Lamech.] Moſes Gerundenſis ait, hunc Lamechum fuiſſe virum ſapientem, qui docuerit maximum natu artem paſtoritiam, & proximum ab eo muſicam, tertium vero artem poliendi ferrum & æs. *Idem.*

Occiſus traditur.] Νεανίσκος adoleſcentulus. Sic Hier. & LXX. Verba ſunt, *Occidi virum & juvenem,* id eſt, virum juvenem. Nam unum duntaxat occiſum fuiſſe, præter Severum noſtrum, Theodoretus & Auguſtinus prodiderunt. Alii duos occiſos volunt: ſunt etiam qui referunt, *non occidi virum.* Quidam, *occidam,* id eſt, occidere poſſem ſi vellem, tantum in me roboris. Qui vertunt (Oncelos in his eſt) *non occidi virum, &c.* verba Moſis legunt cum interrogatione, *occidi virum?* quaſi dicat, minime. Multi fabulantur occiſum fuiſſe ab eo Cainum, & deinde alium juvenem, ductorem ejus. Hunc Thubal-Cain fuiſſe conjiciunt. Fabula refertur à Salomone Iario Ebræo, & in Faſciculo temporum, & apud Rabanum Strabumque & alios. Locus autem eſt Gen. 4, 27. Quem ſic ex Ebræo non male convertas, *occidi virum pro vulnere meo, & juvenem pro livore meo.* ילד puer, adoleſcens, juvenis, à naſcendi conditione. Sæpius ætatis eſt. Aliquando natum denotat, ut quidem ſumitur ea vox in illo Plauti, *natus nemo in ædibus.* Idem.

Nec tamen nomen refertur occiſi.] In textu ſacro. Cæterum interpretes nonnulli eum nominant Thubal-Cain, ut dixi-

men nomen refertur occiſi: quod quidem futuro myſterio fuiſſe præmiſſum à prudentibus æſtimatur. Igitur Adam, poſt necem filii minoris, Seth filium procreavit, cum jam triceſimum & duceteſimum annum ætatis impleſſet. Vixit autem annos IↃCCCCXXX. *Seth*

diximus. Quod non videtur mihi veriſimile, cum dicat puerum vel juvenem, vel, ſi mavis, adoleſcentulum. Dixiſſet enim certe natum meum, aut filium meum. Nam unus ex filiis ipſius erat. Iam quod de Caino comminiſcuntur, æque vanum videtur. Siquidem Caino nota appoſita fuit, ne, ſi quis in eum incidiſſet, occideretur, Geneſ. IV, 15. *poſuitque Dominus in Cain ſignum, &c.* Idem.

Futuro myſterio.] Quod fuit, ut peccatum Lamech, id eſt, omnium hominum, effuſione ſanguinis Chriſti lueretur. *Sigon.* Alii: ut Cain ſeptima, ita Adami peccatum LXXXII. generatione per Chriſtum, lueretur. *Hieronymus.* Quæ myſteria nulla ſpecie veri ex Scripturis deducta, meræ ineptiæ ſunt, & περιττολογία.

Adam poſt necem filii minoris.] Tarich Muſulmannicum, neſcio cujus præterea filii Adami, عبد الحارث Abdolcharitz meminit. Quem Meccam vel Medinam, ad cæteras Muhammedis nugas, mittamus. *Horn.*

Seth filium procreavit.] Præter hunc, & alios duos, qui præterea in ſacris memorantur, putatur genuiſſe filios triginta. Qua in ſententia fuit B. Auguſtinus, ut patet ex libris de civit. Dei. Sed Methodius centum filios edidiſſe tradit. Mirum unde habeat. Filias quoque abſque dubio multas procreavit. Samuel Solem in Iohaſin fol. 134, pag. 2. *Poſtquam genuiſſet Seth, genuit filios & filias, ſecundum opinionem gentium* (Chriſtianorumque) *ſexaginta.* Philo in libro Antiquitatum, *Initio mundi Adam genuit tres filios & unam filiam. Vixitque poſtquam genuit Seth annos* DCC. *& genuit filios* 12. *& filias* 8. Druſius.

Cum jam triceſimum & duceteſimum.] Conſentit Ioſephus. Ebræi codices habent, *triceſimum & centeſimum.* Sed paullo poſt, ubi Adam dicitur vixiſſe poſt genitum Seth, annos ſeptingentos, iidem referunt octingentos. ita conveniunt in numero annorum, quibus vixit Adam. Vide Gen. 3, 2. *Idem.* Quo autem anni genere tum uſi ſint homines, certo non conſtat. Credibile eſt, adhibuiſſe CCCLX. dierum, quos identidem intercalaribus augerent. *Calviſius.*

Annos IↃCCCC XXX.] Præter teſtimonia hujus longævitatis, quæ apud Ioſephum extant, etiam Varro ex hiſtoriis notavit, antiquos ad mille annos victitaſſe: ſed male ipſe pro annis accepit menſes, in quo nihil eſſet mirandum. Vide Lactantium Inſtit. lib. II. 13. *Grotius.* Volunt autem Adamum eo ſepultum loco ubi crucifixus Dominus. Chryſoſtomus ex aliorum opinione, inter quos Athanaſius, hoc refert. Epiphanius in eo loco cranium Adami repertum narrat. Fabulæ origo inde. Adam nomen collectivum eſt. In eo igitur loco fuerunt crania Adam, τῶν ἀνθρώπων. Hinc dictus locus, Κρανίου τόπος. *Heinſius.*

Seth vero Enos.] Hujus ævo Idololatria cœpit. Tertull. l. *de Idololatria.* Quod ex loco Geneſ. IV, 26. probant: ubi dicitur: אז הוחל לקרא בשם יהוה. Id eſt, *tunc cœptum eſt profanari invocando nomen Domini.* Et ita capiendum locum, ex Chaldæis, Arabibus, Latinis, *Seldenus Proleg.* de Dîs Syris probat.

Nomi-

Seth vero Enos, Enos Cainan, Cainan Malaleel, Malaleel Iared, Iared Enoch genuit: qui ob juſtitiam tranſlatus à Deo traditur. Hujus filius Mathuſala dictus eſt, qui Lamech genuit: ex quo Noë natus, juſtitia egre-

Nomina autem Idolorum ante diluvium, ſatis portentoſa, recenſet Alcoranus, *Azoara* LXXXI. Quæ ſunt VVadda, Suloaha, Iagocak & Nacera. Alii locum *Gen.* IV, 26. capiunt de vero & ſolenni cultu Dei. *Druſius.*

Enos Cainan.] Hujus Cainanis ſepulchrum Alexandro Magno oſtenſum fuiſſe, *Zaccuth* in Iuchaſin tradit. Multa de eo Iudæi fabulantur; ut quod in India ſepultus fuerit, & ſuper totum mundum regnarit. Eundem prædixiſſe futurum diluvium; eamque Prophetiam in lapideis tabulis, ſcriptura Ebraica, ſcripſiſſe. De quibus fabulis eitant Epiſtolam Alexandri Magni ad Ariſtotelem ſcriptam, quæ extat in Hiſtoria Ebraica lib. 11. c. 11. *Druſ.* Tarich Regum Perſiæ, & Alcoranus, hunc Enochum Idris vocat أدريس & Muhammed eum in quarta ſphæta cœli, Solis, à ſe repertum ſcribit. Iudæi eum in Angelum quendam Mitatron transformant, quem Ionathan in Targum vocat ספרא רבא ſcribam magnum, quaſi Cœlitum ſecretarius eſſet. *Schickardus.*

Enoch.] Mentio hujus in epiſtola Iudæ Apoſtoli, ℣ſ. 14. *Prophetavit autem de his ſeptimus ab Adam Enoch, dicens, ecce venit.* Duplex Enochi liber olim circumlatus. Vnus apocryphus plane & fabuloſus, teſte *Auguſtino* l. XV. C. D. c. 21. Alter is fuiſſe cenſetur, quem Iudas citat; & quem Iudæi approbantes olim legebant. Verum Iudas nullius libri ab Enocho ſcripti, ſed tantum Prophetiæ meminit. Vide *Druſii Hanochum.* Hunc fabulæ Græcorum Ἀννακὸν indigetarunt. De quo talia narrantur: Ἦν τις Ἀννακὸς, ὃς ἔζησεν ὑπὲρ τὰ τριακόσια ἔτη. Ἐδόθη δὲ χρησμὸς, ὅτι τούτου τελευτήσαντος πάντες διαφθαρήσονται· οἱ δὲ Φρύγες ἀκούσαντες ἐθρήνησαν σφόδρα, ἀφ' οὗ ἡ παροιμία· τὸ ἐπὶ Ἀννακοῦ κλαύσειν. Quod hic Annacus vixiſſe traditur ſupra trecentos annos, & prior diluvio fuiſſe, hoc etiam Enocho convenit, quem Scriptura narrat trecentos ſexaginta quinque annos habuiſſe, cum de medio ſublatus eſt, & inter homines deſiit comparere, eo modo, quo Deo placitum eſt. *Salmaſ.*

Tranſlatus.] Samaritam: *Accepit eum Angelus ejus.* Onkelos: *Non occidit eum Deus*; id eſt, non paſſus eſt mori. Ionathan: *Sublatus fuit, & adſcendit in cœlum ex mandato coram Domino.* Arabs ad Hebræos: *Tranſlatus eſt in paradiſum.* Ioſephus: ἀνεχώρησε πρὸς τὸν θεόν. *Grot.*

Mathuſala.] Obiit ante diluvium ſeptem dies, ut Samuel Solem in Iohaſin tradit. Salmanticenſis, *Annus diluvii erat 1656. eo implevit Mathuſala juſtus annos ſuos, & mortuus eſt paullo ante diluvium.* Et mox, *Deus expectavit adhuc ſeptem dies, quibus durabat luctus Mathuſalæ: poſt adduxit ſuper eos aquas diluvii.* Quæ habentur & in Breſith rabba ſectione Noach ad locum: *Et fuit poſt ſeptem dies*, his verbis concepta: *docet hic locus Deum ſuſpendiſſe ſeptem dies luctus ipſius Mathuſale juſti, ut facerent pœnitentiam, & non fecerunt.* Druſ. Ex vitioſa LXX. computatione ſequitur, eum XIV. annis ſupervixiſſe diluvio. Quod ſolum ſufficit ad illorum numeros confutandos. *Horn.*

Lamech.] Sepultus fuit anno mundi 1555. ut eſt apud Salmanticenſem. Quod aliis examinandum relinquo. Nam in eodem,

egregius, & præ cæteris mortalibus, Domino carus acceptuſque. Qua tempeſtate, cum jam humanum genus abundaret, Angeli, quibus cœlum ſedes erat, ſpecioſarum forma virginum capti, illicitas cupiditates appetierunt: ac naturæ ſuæ originiſque degeneres, relictis ſuperioribus, quorum incolæ erant, matrimoniis

ſe

eodem, *Mathuſale ſepeliit filium ſuum quinquennio ante diluvium.* Quæ ſi vera, ſepultus fuit ann. mundi 1650. *Druſius.*

Noë.]Hic eſt Poëtarum Deucalion, & Saturnus. Quod ex ſequenti diluvio, & terrarum diſtributione, clarius patebit. Abydeno apud Euſebium IX. σεϑπ. Siſithrus, id eſt, ut vox oſtendit, Saturnus, dicitur. Perſis *Adam Aſſani*, ſecundus Adam. *Horn.*

Abundaret.] Atque non numero tantum incolarum orbis impletus fuit; ſed etiam urbibus, regnis ac Provinciis excultus. Nec nobis orbem antediluvianum incultiorem fingere debemus, quam poſt diluvium fuit. Opida, urbes, pagi, palatia, gulæ auriumque oblectamenta, tum artes ac ſtudia, excelſiſſime floruerunt. Denique qualis poſt diluvium per CIↃ IↃ C. annos, orbis fuit, talem & ante diluvium, tanto temporis ſpatio, fuiſſe, exiſtimandum eſt. Sed an America quoque ante diluvium habitata? Ita *Opmeerius* in Chronologia, & *Leſcarbotus* volunt, ille argumento fabulæ Atlanticæ apud Platonem: hic quod vel ibi creatus Adam, vel ea Noachi patria fuerit. Vterque nugas agit. Nam quamvis in immenſum, non adeo tamen homines excreverant, ut eriam in novum illum orbem, toto Oceano remotum, ſe penetrarent. Imo ne omnes quidem noſtri continentis regiones tam habitatæ: ac *Speedio*, Britanniam tum cultam fuiſſe dicenti, aſſenſum præbere nondum poſſumus. Græcorum quoque Inachia, Pelaſgica, Attica, Ægyptiorum atque Sicyonenſium Dynaſtiæ priores, quæ in hoc tempus incidunt, fabulæ ſunt. *Horn.*

Angeli.] Hujus ſententiæ fuernnt ex Ebræis Ioſephus & Philo: ex Græcis, Iuſtinus, Tatianus, Proclus, Athenagoras: ex Latinis, Tertullianus, Lactantius, hic noſter. *Druſius.* Duo ex his memorantur in *Medras Ruth* & in *Habdala R. Aquibæ*: Aza & Azael. Tertius Machahaël eſt in libro *Iohaſin.* Apud Originem v. contra Celſum, ex libro Henoch recenſentur horum Angelorum LX. vel LXX. Sed ibi Gigantes cum Angelis confundit. *Idem.*

Specioſarum forma virginum capti.] Tradunt Rabbini Angelos liberis operam dare. *Pirke Eliezer. Angeli delapſi è cœlo viderunt filias Cain, quæ illo tempore nudæ incedebant, oculos ſtibio pingentes, more meretricum.* In Medraſoth R. Hanina: *Viderunt filii Dei Aza & Azael, qui duo angeli fuerunt, filias hominum.* Druſius. Et alibi apud Rabbinos: *Duo Angeli Aza & Azael concupiverunt filias terræ.*

Relictis ſuperioribus.] Deturbatos Rabbini dicunt. Cauſa in *Medras Ruth:* quod Dominum ſuum accuſarunt. In *Habdala R. Aquibæ*, quod ſecreta Domini ſui patefecerunt.

Matrimoniis ſe mortalibus miſcuerunt.] Nominatur in libro Iohaſin Mahaſael, ſive Machaſael ex filiis Dei, qui ſub diluvii tempus rem habuerit cum uxore Chami, unde natus ſit Sihon. Et relatum in libro pervetuſto *Hazohar*, dictos angelos, quos filios Dei autor libri vocat, conſuetudine uſos Naamæ ſororis Thubal-Cain, ex ea genuiſſe dæmones,

ſe mortalibus miſcuerunt. Hi paulatim mores noxios conſerentes, humanam corrupêre progeniem, ex quorum coïtu Gigantes editi eſſe dicuntur, cum diverſæ inter ſe naturæ permixtio, monſtra gigneret. Quibus rebus offenſus Deus, maximeque malitia hominum, quæ ultra modum proceſſerat, delere penitus humanum genus decreverat. Sed Noë, virum juſtum, vita in-

nes, quos Shedim appellant, & ſpiritus malos, qui nunc in mundo. *Druſius.* Vera ſententia eſt, connubio tum permixtos Cainitas & Sethitas, quorum illi impii, hi pii. Atque ſic generalis quædam ἀποστασία contigit. *Horn.*

Gigantes.] Hi ſexaginta fuiſſe perhibentur. Nam ſcriptum ibidem: *hi ſunt potentes:* & alibi, *ſexaginta potentes circum eam.* Quot in terra, totidem erant in cœlo. Videndus Manahem in Geneſin. Ionathan gigantes etiam angelos fuiſſe opinatur, qui è cadendo Nephilim dicti ſint, quod videlicet è cœlo deciderint. Verba ejus habentur Gen. 6, 4. ad locum, *& gigantes erant in terra.* quem ſic interpretatur, referente Manahemo, *Sambazai & Azael ceciderunt è cœlis, & erant in terra in diebus illis.* Vocantur à Moſe Nephilim, ut alii exiſtimant, à cadendo, ut ego, ab irruendo. Naphal enim & irruere ſignificat. Etymo huic firmando eſt interpretamentum Aquilæ Pontici, ἐπιπίπτοντες, irruentes, quod male Hiero. exponit, *cadentes.* Alibi gigantes vocantur Emim, à terrendo; ut Gibbarim, à robore, & Enacim, à torque, ut quidam volunt, quaſi torquatos dicas: item Raphaim & Zomzommim. Quod poſtremum linguæ Ammoniticæ eſt. *Druſius.* Ac haud dubie, plerique Dii, ex hac Gigantum proſapia, à Græcis petiti ſunt. Nam *Thubal-Cain* Vulcanus eſt, *Iubal* Apollo. Sic & cum cæteris ſe res habet, quanquam nomina multum deflexerint. Et hoc Moſes vult, cum dicit: *eos ab omni ævo celeberrimos viros fuiſſe.* Atque horum ævum Heſychio γιγαντία dicitur, ſi vera ibi lectio, Ἡλικία. Quod ſi Λυκία, rum juxta eum, ſedes Gigantum Lycia fuerit, ſicut & in Bohemia, & Suedia ac Norvvagia, tractus quidam à Gigantum incolatu, nomen acceperunt. *Horn.* Huc pertinent ſegreges iſti dominarus, quorum Plato meminit III. de Legibus. Poſtquam enim exui æqualitas, & pro modeſtia, ambitio, vis, incedebat, provenere dominationes. *Tacitus* III. Annal.

Editi eſſe dicuntur.] Sic quoque Ioſephus, & eum ſecutus Ambroſius. Hæc opinio jam olim communi conſenſu doctorum exploſa eſt: qui tradunt gigantes procreatos fuiſſe ex generis noſtri ejuſdemque naturæ parentibus. Auguſtinus in quæſt. ſuper Geneſin. *De gigantibus, id eſt, nimium grandibus atque fortibus, puto non eſſe mirandum quod ex hominibus naſci potuerint, quia & poſt diluvium quidam tales fuiſſe repeniuntur, non ſolum virorum, ſed etiam fœminarum.* Fidem dictis adſtruit ætas poſterior, quæ gigantes dedit etiam ex mediocris ſtaturæ hominibus. *Druſius.*

Malitia hominum.] Hic fuit primus Σκυθισμὸς, ut Epiphanii voce utamur. Tranſierant enim homines in ferarum ingenia. *Senec.* I v. Nat. Quæſt. 30. Huc pertinent omnia quæ Græci de impietate hominum tempore Deucalionis, & cauſa deletorum Gigantum tradunt, de qua re elegans locus apud *Lucianum de Dea Syria.*

Ar-

innocens, deſtinatæ exemit ſententiæ. Idem admonitus à Domino, diluvium terris imminere, arcam immenſæ magnitudinis ex lignis contexuit : ac bitumine illitam, impenetrabilem aquis reddidit, qua ille cum uxore, ac filiis tribus, & totidem nuribus, eſt clauſus. Volucrum etiam

Arcam.] תבה navigii genus abſque remis & velis, arcæ in modum conſtructum tectumque. LXX. *κιβωτὸν* vocant: Ioſephus *λάρνακα*: Chaldæi תיבותא, unde *θιβῶθα* in Clemente Stromat. lib. v. Hujuſmodi navigia vel ex ligno fiebant, ut arca Noë, vel ex papyro, ut ſcirpea illa rates, quæ Moſen infantulum vexit. Hanc LXX. interpretes *θίβιν* appellant, haud obſcuro veſtigio vocabuli Ebraici. *Druſius.* Id antiquiſſimum navium conſtratarum nomen, ex ſimilitudine ad quam factæ erant. Sic de Danaë navigante Simonides, *λάρνακι ἐν δαιδαλέᾳ*. Hiſtoriam diluvii deſcripſerunt plurimi gentilium, Beroſus, Abydenus, Nicolaus Damaſcenus, & alii, citati Ioſepho, Euſebio, Cyrillo. *Grotius.*

Immenſæ magnitudinis.] Longitudinis trecentorum cubitorum, latitudinis quinquaginta, altitudinis vero triginta. Per cubitum autem Origenes ex traditione Iudæorum ait, Moſen intelligere cubitum Geometricum. Hanc opinionem approbat Auguſtinus de Civit. Dei lib. 15. cap. 27. Quam & ego probarem, niſi ſcirem Moſem ubique ſe accommodare ad captum vulgi. Quocirca non eſt credibile eum nunc locutum eſſe de cubito geometrico, cujus menſura eruditis tantum nota erat. Neque cauſſa eſt cur eo confugiamus, cum ſimpliciter numerus horum cubitorum, ut à Moſe poſitus eſt, ſufficiat ad omnes animantium ſpecies capiendas, & eorum in annum alimoniam, & ſpatium etiam reliquum ſuperſit, ut docte Buteo rationibus geometricis & mathemathicis oſtendit. Idem cubitos intelligit vulgares ſive communes, quales erant hominum illius ævi. A quo non longe abit Gerundenſis, qui Moſen loqui cenſet de cubito ipſius Noë. *Sed tamen*, inquit *cum ejuſdem magnitudinis eſſent homines illius temporis, & multa eſſent animalia, arcam capere ſine miraculo omnia non potuiſſe.* Druſ. De arcæ forma Alcuinus in Geneſin : *ut videtur*, inquit, *habuit quatuor angulos ex imo aſſurgentes, & eiſdem paulatim uſque ad ſummum in anguſtum attractis, in ſpatium unius cubiti fuit collecta.* Sed videndus Buteo qui omnium exactiſſime de arca commentatus eſt.

Ex lignis.] Ex lignis gopher, id eſt, lævigatis, ut noſtra tranſlatio habet; aut quadratis, ut LXX. quod Græce dicitur *ἐκ ξύλων τετραγώνων*, quæ inſolubilia ſunt. Gopher putatur eſſe cedri ſpecies, cariem non ſentiens. Sed hæc omnia incerta ſunt. Præſtat *ἐπέχειν*, quam temere aliquid affirmare. Vox Ebræa non reperitur alibi. R. Levi ſcribit eſſe lignum quod longo tempore durat. R. Abraham Hiſpanus, *nomen eſt ligni leviſsimi.* Eadem ſcribit R. David. *Druſius.*

Ac bitumine illitam.] Haud dubie arca in Babylonia, vel vicinis locis ſtructa, ubi bituminis magna copia, quo etiam ad ſtruendam turrim uſi ſunt. Ioſephus in aliam Provinciam, procul ab impiis, receſſiſſe Noachum vult, & ibidem arcam ſtruxiſſe. Quod non videtur, cum impiorum opera tam vaſtam molem ſtruxiſſe oportuerit. *Horn.*

Cum uxore.] Quam Beroſus Annii Tyteam vocat, & Veſtam, ſive Eſtham.

Totidem nuribus.] Quarum nomina apud

etiam paria, itidemque diverſi generis beſtiarum, eodem clauſtro recepta. Reliqua omnia diluvio abſumpta. Igitur Noë, cum jam imbrem deſtitiſſe, ac quieto in ſalo

apud eundem hypobolimæum *Pandora, Noela* & *Noegla*. Sed Pandora Græcum nomen, atque Deucalionis mater. Alii Sibyllas, quæ Chaldæis Sambethæ, pro his habent. Erythræa lib. III. profitetur, ſe Noachi nurum eſſe:

Τοῦ μὲν ἐγὼ νύμφη, ἀφ' αἵματος
αὐτοῦ ἐτίχθην.

Eadem libro I. in diluvio & arca cum Noach ſe fuiſſe dicit. Sed ſubleſta horum carminum fides, non minus quam ſcriptorum Mercurii Triſmegiſti, & vel ex parte ſuppoſititia, vel admodum interpolata ſunt. Id quod à patribus factum putant, convincendis Ethnicis. Apud Euſebium ſane, IV. de vita Conſtantini, Sibylla Erythræa ſe Apollinis ſacerdotem, ſexto poſt diluvium ſeculo, fuiſſe refert. Atque hic definit tempus Varronis ἄδηλον, quod Rabbini *inane* vocarunt, ob exiguam rerum eo geſtarum notitiam. *Horn.*

Reliqua omnia diluvio abſorpta.] Etiam altiſſimi montes aquis obruti. Ut fruſtra Theſſaliæ & Athamaniæ juga exceperint Græci, Solino teſte, & abſurdius Ægyptum ſuam Ægyptii. *Diod.* Memoria hujus cladis, tum in Græcia, tum, quod mireris, in Barbara America ſuperfuit. Peruani tradunt, totum genus humanum diluvio exſtinctum. Septem tantum Incas, in ſpecu Pacaritambo, evaſiſſe, & ab iis inſtauratum genus humanum. Ut cauſa nulla ſit, cur hoc de particulari illarum regionum diluvio accipiat Acoſta, cujus in rebus Peruanis ignorantiam, non ſemel Inca Garcilaſſo caſtigat. Quanquam & particularia ejuſmodi paſſim diluvia. Quale illud; in quo homines in montibus, ſpeluncis, ſcaphis & arboribus evaſiſſe dicunt, teſte Zarata, Gomara, Lerio. Et inundatio Cimbricæ Cherſoneſi, facta Ariſtotelis ævo. *Horn.* Unus omnino Græcis cognitus fuit Cataclyſmus, quẽ male in duplicem Phoronei & Deucalionis diſtinxerunt. Eum adumbrarunt ex Sacra Scriptura. Omnia paria, cauſa, res ipſa, & rerum circumſtantiæ. Habes hominum malitiam, arcam, montem, in quo ſubſtitit. Nonnulli etiam emiſſarum avium meminere. Tempora ſola non conveniunt, quia Phoroneus & Deucalion æquales Moſi traduntur. Græci inaudiverant de Noachi Cataclyſmo & eum Phoroneo, vel Deucalioni ſuo adſcripſerunt, quia majorem hominum antiquitatem non noverant. Sed auctores omnes Chriſtiani, ut eos Cataclyſmos Græcos componerent cum Noacio, τυπικῶς fuiſſe defendunt, ut veritati eorum nihil detraherent. *Salm.* Græci Chriſtiani credunt plures quam octo perſonas, intra arcam fuiſſe ſalvatas, nimirum filias Noachi & generos. Conſtantinus Manaſſ.

Τῷ Νῶε δὲ συνέπλεον υἱοὶ καὶ θυγατέρες
Γυνὴ, γυναῖκες τῶν υἱῶν, νυμφίοι θυγατέρων.

Sed Petrus I. Epiſt. III, 20. Octo tantum meminit. Tarich Muſulmannicum, à Kainan, magno Rege totius mundi, præter Mahalelelem, aliam deducit lineam per quendam Kajomarthis, uſque ad Reges Perſicos, quaſi ea pœnas univerſalis diluvii extra arcam effugerit. Et craſſius nugantur Iudæi, dum Ogum Gigantem quendam credunt, vel proceritate ſua, vel quod ob ferventes aquas arcæ inequitaret, evaſiſſe. Nicolaus quoque Damaſcenus dicit, in monte Baris multos profugos, præter eum qui arca vectus, ſervatos. *Schickardus.*

Ratus

ſalo arcam circumferri intelligeret, ratus id quod erat, aquas decedere, corvum, primum explorandæ rei gratia, eoque non revertente (ut ego conjicio, cadaveribus detento) emiſit columbam. Quæ cum conſiſtendi locum non reperiſſet, reverſa eſt. Rurſum remiſſa, folium olivæ retulit, manifeſtum indicium, nudari cacumina arborum. Tertio demum emiſſa, non rediit: unde animadverſum aquas deſtitiſſe. Ita Noë arcam egreſſus eſt. Id geſtum à mundi exordio, poſt an-

nos

Ratus id quod erat, aquas decedere.] Arca monti Armeniæ impacta hæſit. Inde menſura quindecim cubitorum, quibus altiſſimos montes undæ ſuperarunt, ſumta eſt. Quia nimirum arca veſtigium retinuit, quota ſui parte undis immerſa fuerit. *Calviſ.*

Corvum.] Die XVII. Aug. Feria prima. *Idem.*

Eoque non revertente.] Cauſam reddit *Druſius* in Proverbiis ſacris, adagio: *Corvus nuncius*, & Miſcell. Cent. I. c. 3.

Vt ego conjicio.] Conjectura hæc ſumpta eſt à natura animantis, quæ cadaveribus veſcitur. Intelligit autem cadavera ſubmerſorum. *Druſius.*

Cadaveribus detento.] Auguſtinus: *Quæritur, utrum corvus mortuus fuerit, an aliquo modo vivere potuerit? Si enim fuit terra ubi requieſceret, ſimiliter columba requiem inveniſſet. Vnde conjicitur quod cadaveri potuit corvus inſidere, quod naturaliter refugit columba.* Idem Alcuinus, Iſidorus, Lyra tradunt.

Columbam.] Emiſſa eſt XXIV. Aug. feria prima. *Calviſ.*

Rurſum remiſſa.] Sigonius, Giſelinus, Druſius: *rurſum emiſſa.* Retinendam putem vulgatam lectionem. Nam non inſolitum Sulpicio, ita loqui. Sic paulo poſt: *rurſum reverſus.* Horn. Factum hoc ultimo Auguſti feria prima. *Calviſ.*

Folium Olivæ.] Auguſtinus de Doctrina Chriſtiana l. 2. cap. 16. *Oleæ ramuſculo, quem rediens ad arcam columba pertulit, ſignificatur pax perpetua. Nam novimus & olei lenem attactum non facile alieno humore corrumpi, & arborem ipſam frondere perenniter.* Et Prudentius:

Nuncia diluvii jam decreſcentis ad arcam
Ore columba refert ramum viridantis olivæ:
Corvus enim ingluvie per fœda cadavera captus
Hæſerat, illa datæ revehit nova gaudia pacis.

Druſius.

Noë arcam egreſſus eſt.] In Armenia. Loco nomen ἀποβατήριον. Epiphanius montes hos medios inter Armeniam & Cardyæos facit. Ipſum montem in quo arca ſubſiſtit, Lubar vocat. Hæc ex antiqua traditione petita ſunt, quam Ioſephus antiquitatibus ſuis inſeruit. *Fertur*, inquit, *navigii hujus pars quadam, adhuc in Armenia, apud montem Cordyæorum ſupereſſe, & quoſdam inde bitumen abraſum, deportaſſe.* Nicolaus Damaſcenus nomen montis aliud tradit: *Eſt*, inquit, *ſupra ipſam Minyada magnus mons in Armenia, nomine Baris, in quo multos diluvii tempore ſervatos ferunt; ac quendam arca tectum in hujus vertice hæſiſſe, ac reliquias lignorum longo tempore duraſſe.* Quem locum Druſius illuſtrans: *Baris*, inquit, *Heſychio* πλοῖον

eſt,

nos (ut ego comperio) II. CC. *duos & quadraginta. Ac primum Noë aram Domino ſtatuit, hoſtiaſque ex volucribus immolavit. Mox à Domino cum filiis benedicitur: præceptumque accepit, ne ſanguine veſceretur,*

eſt, unde monti nomen, fortaſſe quem & Imbarum & Nibarum & Iubarum dici, vir quidam doctus annotavit. Montes quos Epiphanius Cardyæos vocat; Curtio Gordyæi, Stephano Gordochi, Xenophonti & Diodoro Carduchi. In Targum Kardu, eliſo more Aramæorum ן. *Druſ. ad Gen.* Gens hodieque Kurdi, qui Chaldæi dicuntur. Apud Pottã, oppidum Armeniæ, eſt mons altus, in quo dicitur arca requieviſſe. Dicunt neminem eo adſcendere potuiſſe, præter unum Sanctum Iokemo, qui eo adſcenderit. Armenii montem illum vocant Aſſe Maſis, vel Meſſis Saur. Turcis Augri daugh. *Purchas.* Multi præterea antiquorum, ut Theophylus Antiochenus lib. III. Epiphanius contra Nazaræos, Iſidorus XIV. Orig. I. eandem ſive fabulam, ſive hiſtoriam habent. Sed quicquid ejus fuit, Califa Omar abſtulit, ac pro tabulato templi à ſe ſtructi adhibuit. Benjamin in במסעיו.

II. CC. XLII.] Sic Græci. Ioſephus II. IↃ C XL. Hebræis CIↃ IↃ C LVIII. Nam à condito mundo ad diluvium ſunt anni exacti, CIↃ IↃ CLVI. cum diebus XLVI. Cœpit autem diluvium cum prætetiiſſet ex anno CIↃIↃCLVII, menſis unus & dies ſedecim. Egreſſus eſt ex arca XII. Decẽb. feria prima, anni CIↃ IↃ C LVII. adhuc currentis. *Calviſ.*

Aram Domino ſtatuit.] *Miſna Talmudica* titulo Zebachim, ſeu de ſacrificiis cap. XIV. *Antequam tabernaculum conſtructum eſt, altarium ſeu excelſorum uſus licitus fuit. Atque ſacro ad ea fungebantur munere primogeniti.* Addunt antiqui, etiam urbem à Noacho in Araratæis ſive Gordæis montibus, nomine ثمانين, ſtructam; cujus tum Nubienſis, tum Elmacinus, præter alios, meminêre. Rabbini hanc aram in monte Moria exſtructam volunt. *Salmantic.* Quo nihil ineptius. Nam ubi egreſſus, ibi altare ſtruxit. Res clara. *Horn.* Hic incipit ſecunda hominum ætas, quam Auguſtinus ſecundo diei creationis comparat. *Sigon.* Secunda ætas mundi à diluvio ad Abrahamum, complectitur generationes decem, annos CCXCII. *Beda.*

Ex volucribus.] Imo ex omnibus mundis animantibus. Gen. VIII. Ante diluvium incruenta tantum ſacrificia fuiſſe, & lacte frugibuſque litatum, volunt Porphyrius, Pauſanias, Plato, Empedocles. At Thalmudiſtæ omnino illis primis temporibus, antequam carnibus homines veſcerentur, holocauſta in uſu fuiſſe putant, unde nihil ad homines perveniret, & per quæ Deus vitæ ac necis Dominus agnoſceretur. *Grot.*

Præceptumque accepit.] Gen. IX. Talmudici ſeptem præcepta filiis Noachi data eſſe narrant, quibus carere vita hominum nequibat. Quare vis eorum tam late ad omnes pertinuit, ut qui ea neſcirent, hos interficere in bello, & ex hominum communione tollere juſſi ſunt Iſraëlitæ. Sex priora etiam Adamum accepiſſe volunt. Septimum Noacho additum fuit: MEMBRVM VIVI ANIMALIS NE COMEDVNTO. *Cunæus.* Volunt autem Patres quidam, ut Baſilius & Origenes, eſum carnium demum poſt tempora diluvii cœpiſſe, cum hactenus frugibus homines victitaſſent. *Horn.*

Ne ſanguine veſceretur.] Moſes Ægyptius in *More Nebuchim* tradit, Zabios, qui Chaldæi, averſari ſanguinem. *Magi tamen*, inquir, *eum edebant, cum aut dæmonibus conjungerentur, aut ex illis fu-*

tur, aut ſanguinem hominis effunderet: quia mundi primordia, mandati iſtius liber, Cain maculaverat. Igitur vacuo tum ſeculo, ex filiis Noë Sem fuit. Tres enim

tura prædicerent. Ideo tam ſevere ejus eſum Lex prohibuit, tanquam Idololatriæ ſpeciem. Ac notus mos, per hauſtum ſanguinis, ſecretiſſima federa ac conjurationes firmandi, ac Troglodytarum, Scytharum, aliorumque ſanguinolentia nota. Quæ fœda & immania ſunt. *Horn.* Ante diluvium jus quidem homini in animalia fuit, ut lacte, lana, & mortuorũ ſuo fato exuviis uteretur, non ut in cibum ea verteret: quod jus antiquiſſimum, etiam quædam gentes, poſt diluvium ſervarunt, teſte Hieronym. II. adv. Iovinianum, & Porphyrio. Carnem autem cum ſanguine comedere, eſt comedere botulos cruore diſtentos, ut *Tertull.* in Apolog. loquitur, & ſi quæ his ſimilia. Sic Moſen intellexere Apoſtoli Actor. XV. ℣ſ. 9. qui addunt τοῦ πνικτοῦ. *Grot.*

Sanguinem hominis effunderet.] Non tantum homicidia condemnantur hoc loco, tanquam à judicibus punienda: ſed & jus talionis naturale indicatur, quod obtinuit antequam judices conſtituti eſſent. Nam cum jam ante diluvium, Gigantum ætate, promiſcua invaluiſſet cædium licentia, poſt diluvium, ne mos idem invaleſceret, Deus quod natura non iniquum eſſe dictabat, & ipſe permiſit, ut inſons eſſet qui homicidam occidiſſet, quod poſtea ſummas ob cauſas, ad judices ſolos, reſtrictum eſt. *Idem.*

Mandati iſtius liber.] Quoad legiſlationem & punitionem; non etiam inſitam naturæ legem. Nam lex nulla, quæ cædem prohiberet, tum extabat. *Druſ.* Talmudici tamen tradunt, hanc inter ſex leges Adamo datas, unam fuiſſe; Sanguinem ne fundunto. *Horn.*

Seculo.] Id eſt orbe. Vox Eccleſiaſtica, quam expreſſerunt ex עולם. *Idem.*

Tres.] Opinio quorundam eſt, maximum natu fuiſſe Iapheth, minimum autem Cham, & inter hos medium Sem: qui tamen Gen. V. 32. & X, 1. primo loco recenſetur. Reſpondent hoc fieri propter dignitatem eorum qui ab ipſo deſcenderunt. Hæc opinio firmatur tribus locis Scripturæ. Primus eſt Geneſ. X, 21. qui tamen aliquid ambiguitatis habet. Quippe tam poteſt reddi, *fratre Iapheth majore:* quam *fratre Iapheth majoris*, id eſt, maximi natu. Alter eſt Gen. IX, 24. *& cognovit quæ ſibi feciſſet filius minor*, ſive minimus natu. Nam loquitur de Cham. Sed potius ut ſermo ſit de Chanaan; in quem maledictio ſtricta. Sequitur enim, *ecce maledictus Chanaan.* Tertius eſt Gen. XI, 10. *Sem erat centum annorum quando genuit Arphaxad, biennio poſt diluvium.* Ecce, ait Sem biennio poſt diluvium egiſſe annum 100. Noë autem cœpit gignere anno ætatis 500. Igitur non Sem maximus natu, ſed Iapheth. Nam Cham minimus erat, ut diximus. *Druſ.* In *Sanhedrim* cap. VIII. Sem major fuit Chamo anno uno; & Cham major Iapheto anno uno. *Gerundẽſis* putat, Cham ultimum fuiſſe filiorum Noæ. Muſulmanicum Tarich quartum Noachi filium facit كنعان Kenaan ſive Canaan. Vnde apparet Orientales verba Geneſ. IX. ℣ſ. 24, 25. aliter accipere ac nos. *Schick.* Beroſus Annianus quartum facit Tuiſconem; & alios XXX. Titanas, à matre Titaa dictos, addit. λῆροι λήρων. *Horn.* Ac manifeſtum eſt, Iovem, Neptunum, Plutonem à tribus his petitos. In Oriente Iupiter, in Occidente Pluto, ſecus mare Neptunus regnarunt. *Euhemerus* apud Lactantium.

Sem.] Græce Σῆμος; quod obvium in Athenæo, lib. III. & eſt ibi nomen Authoris cujuſdam. *Druſ.* Arabes

enim habuit, Sem, Cham, Iapheth. Sed Cham, quod ſopitum vino patrem riſerat, maledictum à patre meruit.

bes الشام vocant. Melchiſedekum fuiſſe falſum, de quo paulo poſt. *Horn.* Hunc primogenitum faciunt, præter dictos, Auguſtinus, Cajetanus Vatablus. Contra alii, primo loco poni, ob prærogativam. Quemadmodum Iſaacus Iſmaëli, Iacobus Eſavo præponatur. *Horn.*

Cham.] Vel Ham. Nam eſt Heth in ſcriptura Ebraica. Hieronymus, *Septuaginta pro Ham, χὰμ ſcribunt, exprimentes duplicem aſpirationem litteræ Heth per χ̃: à quo & Aegyptus uſque hodie Aegyptiorum lingua Ham dicitur.* Druſ. Hic eſt Iupiter AMMON, in Libya cultus, & regio Καμεσολών apud Strabonem & Suidam. *Horn.*

Iapheth.] Græcis Iapetus. Nam literam פ alii ut π, alii ut φ pronunciant. *Hieron.* ad Daniel. Sic ex Ioſepho fecerunt Ἰώσηπος. *Druſ.* Ex Iaphet *Iupiter* factum, ſicut ex Cham *Ammon.* Latini cum originē non viderent, ſuum Iuvantem Patrem, orbi obtruſerunt. *Horn.*

Sopitum.] Hoc non habetur diſerte in textu ſacro. Tamen ex iis, quæ ibi habentur, Doctores colligunt, eum deriſiſſe patrem. Quidam exiſtimant non ipſum riſiſſe, ſed filium ejus Chanaan. Qua de re traditio fuit apud veteres, cujus meminit doctiſſimus Theodoretus in Geneſin. R. Salomo: *Sunt ex doctoribus noſtris qui dicunt Chanaan primum vidiſſe, patrique ſuo indicaſſe.* Abenezra, *Cham vidit, nec texit patrem. Quod cum audiſſet Chanaan fecit aliquid quod in hiſtoria reticetur. Nam de illo capiendum: Quæ feciſſet ibi, &c.* Druſ.

Vino.] Non aſſentior lis qui ex hoc loco colligunt vitis primum repertorem fuiſſe Noam. Quin fabulam eſſe reor quam hoc loco in Chronico ſuo refert Ioh. Nauclerus, videlicet hircum quendam, cum eum in Coricum Ciliciæ montem emiſiſſet, inventas labruſcas guſtaſſe, ex eoque ebrium factum, reliqua animantia cornibus petiiſſe. Quo animadverſo, Noam conjectantem quod erat, vino vim aliquam ſingularem ineſſe, labruſcam ſanguine leonis, porci, agni, ſimiæque inſeruiſſe, ex eoque vitem enatam: unde poſtea vinum expreſſerit, quo guſtato inebriatus ſit, ut Scriptura teſtatur. *Druſ.* Ignoravit Noë vini uſum, & cum neque alium bibentem vidiſſet, neque ipſe expertus eſſet, incaute ab ipſo læſus eſt. Inebriatus enim eſt, non quod vinoſus eſſet, ſed quod inexpertus menſuræ aſſumendæ. *Baſilius.* Ex hac opinione factum eſt, ut multi exiſtimarent, Noachum eſſe IANUM, vel οἰνότξιον, ita dictum quod vini repertor. Sed probabilius eſt, Ianum eſſe ipſum Ionem Græcorum, id eſt, *Iavanem*, qui Græcæ ac Latinæ gentis author eſt. *Horn.*

Maledictum.] In filio Chanaan. Quidam cenſent ipſum filio maledixiſſe, quod pater ante à Deo benedictus fuiſſet. Sic enim certe legimus, *Gen.* IX, I. benedixit Noacho & filiis ejus. *Druſ.*

Chus.] Vnde Κίσσιοι Æſchylo apud Strabonem, regio Κοσσία Stephano. Suntq; ex poſteris Chuſi, quorum regio Suſiana, hodie Cuſiſtan, cujus metropolis Achvaz, quod eſt pluralis Arabum à خوز, pro quo ipſi dixerunt هوز & in plurali اهواز. *Arabes:* Chaldæis Cuth, unde Cuthæi Samaritani. Targum Ionathani Chus in Arabia ponit, quæ regio hodie Irac Arabiæ dicitur, ubi Baſra & Cufa. Eſt & Ægypti Vrbs قوس vel قوص, in Thebaida vel Saida, ad Orientalem ripam Nili, hodie totius regionis, poſt

ruit. Hujus filius, Chus nomine, Nembrod gigantem genuit: à quo Babylon civitas conſtructa traditur. Pleraque etiam oppida, ea tempeſtate, condita memorantur, quæ nominatim perſequi animus non fuit. Sed cum

Cahiram, maxima. *Horn.*

Nembrod.] Τὸν Νεβρὼδ Gen. x. ℣ſ. 8. in LXX. licet in fonte ſit Nimrod, quod antiquitus legebant Nemrod, vel Namrod: unde in Ioſepho Ναβρώδ. *Druſ.* Indubie hic eſt Græcorum NINVS, quanquam tempora aliquantum diſſerant. Docet id Iuſtinus, cum dicit: *Ante Nini tempora, fines Imperii, tueri magis quam proferre mos erat. Primus is intulit bella finitimis.* Cognomen ejus Belus, de quo Curtius V. Euſeb. Chron. Auguſtin. Marcell. & alii.

Gigantem.] Opinio orta ex LXX. Quod enim Gen. x. ſcribitur; *Ipſe cœpit eſſe potens in terra*, reddiderunt illi: οὗτος ἤρξατο εἶναι γίγας. *Galeſin.* Gigantem appellat quoque Ambroſius & Auguſtinus. Opinio manavit ex Geneſ. x, 8. ἤρξατο εἶναι γίγας ἐπὶ τῆς γῆς: ubi γίγας non ſignificat gigantem, ſed vertendum, *cœpit eſſe potens in terra.* Lexicon Heſychii: γίγας, δυνάστης, ἰσχυρός. Aliter paullo Chryſoſtomus, γίγας, τουτέστι τύραννος. Minus hoc ſe probat mihi. *Druſ.* Fuit primus poſt diluvium Tyrannus, τολμηρὸς δὲ καὶ κατὰ χεῖρα γενναῖος. *Ioſeph.* Vnde & *venator* dictus. *Auguſt.* IV. C. D. VI. Inferre bella finitimis, ac populos ſibi non moleſtos, ſola regni cupiditate conterere, quid aliud quam grande latrocinium nominandum eſt? Ab eo Imperii Babylonici initium Chaldæi duxerunt, ut ex Porphyrio Simplicius oſtendit. *Horn.*

Babylon.] Auguſtinus, *Babylon interpretatur confuſio. Vnde colligitur gigantem illum Nembrod, fuiſſe illius conditorem.* Quidam Babylonis conditorem Ninum faciunt, quem cum Nemrodo confundunt. Sed repugnant tempora. Vixit enim certe Ninus diu poſt Nemrodum. Forte conditam à Nemrodo, Ninus poſtea reparavit. Oroſius lib. 2. cap. 7. *Babyloniam à Nembrod gigante fundatam, à Nino vel Semiramide reparatam multi prodidere.* Moſis verba, unde id colligunt, habentur Gen. x, 10. *Fuitque principium regni ejus Babel, Arech, &c.* id eſt, urbes regni ſive imperii ejus præcipuæ. Loquitur autem de Nemrodo. A turri, ut credo, civitas appellata, aut ſimul nomen acceperunt à confuſione linguarum. Babel, quaſi Balbel, id eſt, σύγχυσις cōfuſio, παρὰ τὸ בלל confundo. *Druſ.* Videtur hæc vox ſervata ex lingua primæva, unde in variis linguis βαβάλιον, balbus, balbil. Græcorum fabulas, qui Babylonis ſtructuram Semiramidi adſcribunt, bene refutat ex Beroſo Ioſephus contra Appionem, ex Philone Biblyo & Dorotheo Sidonio, Iulius Firmicus. *Grot.* Quia à multis Regibus aucta, teſte Herodoto I. ideo à pluribus condita dicitur. *Bernecceрus.*

Pleraque oppida.] Ex quibus Atach, Accad, Chalanne. ארך eſt Ἀρέκκα Ptol. urbs Suſianæ; à qua videntur Arabes hodieque *Irakam* appellare, & unde magna Perſiæ & Arabiæ pars denominatur. Irakam enim diſpeſcunt in Aghemicam ſive Perſicam, & Arabicam. *Golius.* Magnus Salmaſius ארך & Iracam pro diverſis habet, ob diverſam ſcripturam. Nam Arabica Irac ſcribitur عراق quod eſſet Hebr. עראק. Arec vero Moſis dicitur ארך, quod Arabice eſſet ارك. Ab Arecca dicti Areccæi campi apud Tibullum. Quod idem in Solinum notavit.

Diver-

cum multiplicaretur humanum genus, diverſaque loca atque inſulas mortales haberent, una tantum omnes lingua utebantur. Donec ſe in unum, diſpergenda per totum orbem multitudo, contraxit. His more huma-

Diverſaque loca atque inſulas.] Veriſſime dictum, & qui homines uſque nunc, in ſola Armenia hæſiſſe putant, erroris convincuntur. Recte Epiphanius: *Primam hominum habitationem in montibus Armeniæ fuiſſe*, nondum ſcil. evaneſcente metu aquarum. Creſcente numero, paulatim ad plana & amœniora digreſſi ſunt. Legitur etiam, ante structam turrim, per contiguas regiones, longe lateque diſperſos fuiſſe, quæ ſententia Sulpicii noſtri eſt. Hæc prima, orbis poſt diluvium, diviſio. Et in hac, Aſſyria, Babylonia, Syria, Cananæa, habitatæ ſunt. Quod exinde patet, quia cum diverſa origine eſſent, ex Semo & Chamo, omnes tamen primitivam linguam Hebræam retinuerunt. Non ergo inter turris conditores fuerunt: ſed illæ gentes, quarum linguæ in totum ab Ebræa aliæ ſunt, ut Ægyptii & omnes Iaphetæi. *Horn.*

Vna tantum omnes lingua.]. Geneſ. XI. Quæ communi conſenſu, Ebræa fuit. *Ioſeph. Euſeb. Cyrill.* Theodoret. *Syram* Philo *Chaldæam* volunt. Alii, ut *Phil. Cluver.* primævam linguam jam nullibi exſtare: ſed revocatum iri in vita æterna. Primæva lingua nullibi pura extat, ſed reliquiæ ejus ſunt in omnibus linguis. Nomina autem propria Adami, Evæ, &c. Moſes Hebraico ſermone expreſſit. *Grot.* Perſarum Magi in orbis reſtauratione, credebant unam quoque linguam reſtitutum iri. *Plut. l. de Oſir. & Iſid.* Fabulas gentilium, de Phrygia lingua, apud *Herod.* II. & deliria Goropii ac Schriekii de lingua Celtica, nihil moramur. Nec Hebræa, nec Syra, nec Chaldæa lingua, proprie loquendo, ſunt illa Noachica lingua, vel primitiva; ſed ejus Dialecti. *Horn.*

Donec ſe in unum.] Structam ab omnibus turrim vult. Sed hæc male cum præcedentibus cohærent. Nam ſi jam ante diverſa loca atque Inſulas tenerent, quid eos denuo in unum locum coëgit? *Idem.*

Contraxit.] In Senaar, שנער. Haitho Armenius dicit eſſe montem Chaldææ. *Horn.* Σιναὰρ τῆς βαβυλωνίας Hiſtiæo Mileſio apud Ioſephum, Euſebium in Chron. & lib. πρὸς π. unde ע in γ mutato Singara, mons Ptol. oppidū Plinio; & Singaritana regio Sexto Rufo. *Grot.* Profecti dicuntur מקדם; id eſt, ab oriente verſus occidentem. Ergo ex Perſide in Babyloniam venerunt. Vt fruſtra ſe Druſius torqueat: Quomodo ex Oriente profecti ſint, cum Armenia Occidentalior ſit Babylone? Nam non ex Armenia venerunt, ſed ex Tranſtigridanis regionibus. *Horn.* Οἱ Νώχου παῖδες πρῶτοι κατελθόντες ἀπὸ τῶν ὀρῶν εἰς τὰ πεδία, τὴν ἐν τούτοις οἴκησιν ἐποιήσαντο, καὶ τοὺς ἄλλους σφόδρα δεδιότας διὰ τὸν κατακλυσμὸν τὰ πεδία, καὶ ὀκνηρῶς ἔχοντας πρὸς τὴν ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν τόπων κατάβασιν, ἔπεισαν θαρσοῦντας μιμητὰς αὐτῶν γενέσθαι. Καὶ τὸ μὲν πεδίον εἰς ὃ πρῶτον αὐτοὺς κατῴκισαν, καλεῖται Σινναάρ. Ioſephus. Idem Epiphanius tradit, non auſos initio præ metu in plana ex montibus deſcendere. Plato poſt diluvium tria vivendi genera putat conſtituta. Primum in ipſis montium cacuminibus eorum qui aquas formidabant. Secundum in ipſis montium radicibus. Tertium in campis. Strabo XIII.

More humani ingenii.] Ioſephus cauſas hujus ambitioſi conſilii edìſſerit, fuiſſe ὕβριν θεοῦ, quam auxerit ambitio-

ſio, nihil ſane inſigne aut memorabile in ſe habuit. Abram autem patre Thara natus eſt, poſt diluvium anno milleſimo & ſeptuageſimo. Abram uxor Sara dicta eſt, primaque eis in regione Chaldæorum, habi-

ta-

polemo, Demetrio apud *Euſebium*, à Beroſo apud *Ioſephum*. Educatus autem fuit in fide Zabæorum, ac ſtellas coluit. *Rambam* More Nev. III, 29. *Philo.*

Inſigne aut memorabile.] Quod in ſacris referatur. Exiſtimant Serugi & Tharæ ævo, Idololatriam invaluiſſe. *Epiphanius* Panario. Id *Saidus Batricides* quoque tradit, dicens: *tum homines liberos ſuos Dæmoniis immolare cœpiſſe.* Selden. Cæterum Kainan ſecundus, qui inſeritur in LXX. verſione, & apud Lucam, plane ὑποβολιμαῖος eſt. *Spanhem.* Circa hæc tempora deſinunt duo primi millenarii mundi, qui in dicto domus Eliæ, nominantur INANE, quod mundus minus frequens & excultus fuiſſet. *Bucholcer.* Migrationes contigerunt frequentes. Pelegi poſteri, quos Pelaſgos nominarunt, in Græciam venerunt. *Grot.*

Thara.] Quem ſtatuarium fuiſſe tradunt Rabbini.

Anno milleſimo ſeptuageſimo.] Imo, juxta Græcos anno cIↄ LXXII. Omiſit duos annos Semi, quos vixit poſt diluvium, antequam Arphaxad procrearet. *Druſ.* Epiphanius anno cIↄ XL. Nicephorus cIↄ LXXXII. Ebræi longiſſime diſſentientes à Græcis, anno CC XCII. Auguſtinus addit XVIII. C. D. 2. Regem Sicyoniorum tum fuiſſe, Europen, Aſſyriorum Ninum, idque ante Vrbem conditam annis cIↄ CCC. ut Oroſio placet. *Galeſin.* Abram natus fuit anno LXX. Tharæ, Gen. XII, 4. fuitque fratrum ſuorum primogenitus. Sed quomodo Stephanus Act. VII. cum Moſe conciliandus? Ex quo colligi putant Abramum anno Tharæ CXXX. natum. Quia dicit: *Poſtquam Thara mortuus eſſet, tranſtulit Deus Abraham in terram hanc.* Sed nec Stephanus dicit, Abrahamum ipſo emortuali Tharæ anno egreſſum, & nulla inter ipſum & Moſen in hoc pugna. Duplex enim Abrami migratio. Vna Vre Charras, ex Chaldæa in Meſopotamiam. Ibi mortuus Thare, diu poſt migrationem Abrahæ Altera Charris in Chananæam, de qua Stephanus loquitur. Alii memoria lapſum Stephanum, vel à librariis corruptam orationem putant. Quod ſtatuendum non eſt, cum commoda explicatione juvari queat. *Horn.*

Sara.] Secutus eſt LXX. qui Σάῤῥα ſcribunt, non Σαραὶ, שרה, *Domina*. Hanc traditio Iudæorum eamdem cum Ieſcha facit, quæ fuit filia Haranis, fratris Abrahæ. *Salmanticenſis.* Plerique Hebræi, Tharæ filiam ex altera uxore. Quæ conjugia licita fuiſſe volunt, uti apud Athenienſes, *Nepos in Cimone*, & Phœnices, *Achilles Tatius* lib. 1. fuerunt. Vide Gen. XX. 12. *Grot.* Alii fratris filiam faciunt, ut Ioſephus.

Chaldæorum.] Dicti non ab Arphachſad, ut *Ioſephus* vult; nec à Chaſed filio Nachor; ſed ſectæ nomen fuit, quæ in gentem excrevit poſtea. *Marcellin.* Arabes peculiariter الخلدانيين vocant qui ſtellas venerabantur & colebant; vocati etiam fuerunt الصابة والحرانيون Sabæ & Haranii, quoniam primarium templum ſuum in Haran ſive Carris, habuêre. Chaldaicæ autem gentis reliquias vocant الاكراد Curdos, qui nec re, nec nomine, diverſi ſunt à Gordiæis & Chaldæis. *Golius.* Dogmata horum Sabæorum & deliria recenſet Rambam More Nev. III. 29. Gens ipſa late diſperſa, in extremam Turciam ac Indiam venit.

Habi-

tatio fuit. Inde apud Charras, una cum patre, diverſatus eſt. Qua tempeſtate, admonitus à Domino, domum, patriam ac patrem relinquens, aſſumpto Lot fratris filio, in terram Chananæorum profectus, in loco cui

Habitatio.] Vrbs vel regio juxta LXX. dicitur Vr ab ignis cultu. Euſebio *Camarina*, à כמרים, qui Chaldæi philoſophi. Nomen loco huic Vr manſit, uſque ad Ammiani ævum, quem vide lib. XXV. Sed Iudæi Vr Chaldæorum pro Igne accipiunt, & de vivicomburio Haranis, mira narrant. *Horn.* Tarich Regum Perſiæ, tradit, Chaldæos Abrahamum in Vr, ſive Orfa, comburere voluiſſe, quod Deum ſuum adoraret. Idem prolixius Rambam ex monumentis & Annalibus Zabæorum, in *More Nebuchim* III. Et de ignis cultu apud Aſſyrios ac Perſas, *Seldenus* De Dis Sytis. Vnde Zoroaſtres, Zarates, Zaraduſt, dictus eſt. *Salmaſ.* Atque hic Deus Nachor & Tharæ, Geneſ. XXX. & Ioſ. XXIV. ✝ſ. 1. Cæterum eædem fere in Alcorano atque Talmud de Abrahamo narrationes: ut quod primo Idolorum cultor fuerit. Deinde jam quadragenarius, agnito ex aſtris creatore, ſculptiles iſtos Deaſtros diffregerit, eaque de cauſa Patrem ſuum, profeſſione ſtatuarium, graviter offenderit. Deinde à Chaldæis in ignem conjectum, & mirabiliter liberatum, templum Meccæ fundaſſe. Et huic Patriarchæ ſimillimus videri voluit, qua faciem, Muhammedes; nempe gravis aſpectu, colore vividus, capite grandiori, promiſſa barba, ſubcana, oculis alacribus, facie ſubfuſca, toto denique vultu ad majeſtatem & humanitatē compoſito. *Schickard.* Abram Chaldæus. Chaldæa igitur lingua uſus. Ebræam à Chananæis didicit. *Scalig. Voſſius, Grotius, Seldenus.*

Apud Charras.] Vrbs à Charane, non ſtructa ſed dicta. Ad eam M. Craſſo Imperatore, cæſus eſt Romanus exercitus à Parthis. *Hiſtor. Roman.* Hunc locum hodieque honorant Saraceni, quod ab Abrahamo fuerit habitatus. *Benjam.*

Admonitus.] Hæc ſecunda migratio. *Rambam* à Chaldæis expulſum Abramum vult. Alii à Semo evocatum fuiſſe ſtatuerunt, quos jam olim Paphnutius apud Caſſianum initio collat. 3. refutavit.

Patrem.] *Sigon.* fratrem. Nam pater obierat. vel *Patrem*, id eſt, domum paternam. Aut *patrem* ibi ſepultum. *Druſ.* Falſum eſt patrem tum temporis jam obiiſſe, ut ex annotum collatione conſtat. Qui aliter ſtatuunt, totam temporum & veritatis rationem conturbant. Scriptura utitur προλήψει, & quæ ad Thare pertinent, uno tractu commemorat. *Horn.*

Lot fratris filio.] Haran, qui Vre Chaldæorum deceſſerat, relicto filio Lot. Erat ergo Lot frater Saræ uxoris Abram. *Menochius.*

Chananæorum.] Quæ Græcis Phœnicia, vel à colore puniceo, cujus ipſi inventores, ut *Euſebius* in Chronico docet. De quo maximus Salmaſius, in ſtupendo Exercitationum Plinianarum opere. Vel à palma, quæ φοινίκη, & Phœnicum inſigne. Quod numiſmata à Putehaſio producta probant. Alii hanc regionem פנג dici putant apud Ezechielem. Scaliger ipſi Chanaano, qui χνᾶ Sanchuniathoni, Philoni Byblio apud Euſeb. 1. πϱοπ. 10. & Stephano, cognomentum fuiſſe putat פינחס, ſive Phœnix, & hinc nomen. Arias Montanus à פנק, ob amœnitatem & elegantiam. Itinera Abrami ex Meſopotamia in Cananæam non recenſentur. Sed probabile Damaſcum tranſiviſſe. Tum quia Eliezer inde oriundus. Tum quia Abram Damaſci regnaſſe, *Nicol. Damaſc.* dicitur, apud Ioſephum 1. 8. & Iuſti-

men nomen refertur occiſi : quod quidem futuro myſterio fuiſſe præmiſſum à prudentibus æſtimatur. Igitur Adam, poſt necem filii minoris, Seth filium procreavit, cum jam triceſimum & ducenteſimum annum ætatis impleſſet. Vixit autem annos IↃCCCCXXX.

Seth

diximus. Quod non videtur mihi veriſimile, cum dicat puerum vel juvenem, vel, ſi mavis, adoleſcentulum. Dixiſſet enim certe natum meum, aut filium meum. Nam unus ex filiis ipſius erat. Iam quod de Caino comminiſcuntur, æque vanum videtur. Siquidem Caino nota appoſita fuit, ne, ſi quis in eum incidiſſet, occideretur, Geneſ. IV, 15. *poſuitque Dominus in Cain ſignum, &c.* Idem.

Futuro myſterio.] Quod fuit, ut peccatum Lamech, id eſt, omnium hominum, effuſione ſanguinis Chriſti lueretur. *Sigon.* Alii : ut Cain ſeptima, ita Adami peccatum LXXXII. generatione per Chriſtum, lueretur. *Hieronymus.* Quæ myſteria nulla ſpecie veri ex Scripturis deducta, meræ ineptiæ ſunt, & περιεργίαι.

Adam poſt necem filii minoris.] Tarich Muſulmannicum, neſcio cujus præterea filii Adami, عبد الحارث Abdolcharitz meminit. Quem Meccam vel Medinam, ad cæteras Muhammedis nugas, mittamus. *Horn.*

Seth filium procreavit.] Præter hunc, & alios duos, qui præterea in ſacris memorantur, putatur genuiſſe filios triginta. Qua in ſententia fuit B. Auguſtinus, ut patet ex libris de civit. Dei. Sed Methodius centum filios edidiſſe tradit. Mirum unde habeat. Filias quoque abſque dubio multas procreavit. Samuel Solem in Iohaſin fol. 134, pag. 2. *Poſtquam genuiſſet Seth, genuit filios & filias, ſecundum opinionem gentium* (Chriſtianorumque) *ſexaginta.* Philo in libro Antiquitatum, *Initio mundi Adam genuit tres filios & unam filiam. Vixitque poſtquam genuit Seth annos* DCC. *& genuit filios* 12. *& filias* 8. Druſius.

Cum jam triceſimum & ducenteſimum.] Conſentit Ioſephus. Ebræi codices habent, *triceſimum & centeſimum*. Sed paullo poſt, ubi Adam dicitur vixiſſe poſt genitum Seth, annos ſeptingentos, iidem referunt octingentos. ita conveniunt in numero annorum, quibus vixit Adam. Vide Gen. 3, 2. *Idem.* Quo autem anni genere tum uſi ſint homines, certo non conſtat. Credibile eſt, adhibuiſſe CCCLX. dierum, quos identidem intercalaribus augerent. *Calviſius.*

Annos IↃCCCCXXX.] Præter teſtimonia hujus longævitatis, quæ apud Ioſephum extant, etiam Varro ex hiſtoriis notavit, antiquos ad mille annos victitaſſe: ſed male ipſe pro annis accepit menſes, in quo nihil eſſet mirandum. Vide Lactantium Inſtit. lib. II. 13. *Grotius.* Volunt autem Adamum eo ſepultum loco ubi crucifixus Dominus. Chryſoſtomus ex aliorum opinione, inter quos Athanaſius, hoc refert. Epiphanius in eo loco cranium Adami repertum narrat. Fabulæ origo inde. Adam nomen collectivum eſt. In eo igitur loco fuerunt crania Adam, τῶν ἀνθρώπων. Hinc dictus locus, Κρανίου τόπος. *Heinſius.*

Seth vero Enos.] Hujus ævo Idololatria cœpit. Tertull. l. *de Idololatria.* Quod ex loco Geneſ. IV, 26. probant: ubi dicitur : אז הוחל לקרא בשם יהוה. Id eſt, *tunc cœptum eſt profanari invocando nomen Domini.* Et ita capiendum locum, ex Chaldæis, Arabibus, Latinis, *Seldenus Proleg.* de Dîs Syris probat.

Nomi-

Seth vero Enos, Enos Cainan, Cainan Malaleel, Malaleel Iared, Iared Enoch genuit: qui ob juſtitiam tranſlatus à Deo traditur. Hujus filius Mathuſala dictus eſt, qui Lamech genuit: ex quo Noë natus, juſtitia egre-

Nomina autem Idolorum ante diluvium, ſatis portentoſa, recenſet Alcoranus, *Azoara* LXXXI. Quæ ſunt VVadda, Suloaha, Iagocak & Nacera. Alii locum *Gen.* IV, 26. capiunt de vero & ſolenni cultu Dei. *Druſius.*

Enos Cainan.] Hujus Cainanis ſepulchrum Alexandro Magno oſtenſum fuiſſe, *Zaccuth* in Iuchaſin tradit. Multa de eo Iudæi fabulantur; ut quod in India ſepultus fuerit, & ſuper totum mundum regnarit. Eundem prædixiſſe futurum diluvium; eamque Prophetiam in lapideis tabulis, ſcriptura Ebraica, ſcripſiſſe. De quibus fabulis citant Epiſtolam Alexandri Magni ad Ariſtotelem ſcriptam, quæ extat in Hiſtoria Ebraica lib. 11. c. 11. *Druſ.* Tarich Regum Perſiæ, & Alcoranus, hunc Enochum Idris vocat أدريس & Muhammed eum in quarta ſphæra cœli, Solis, à ſe repertum ſcribit. Iudæi eum in Angelum quendam Mitatron transformant, quem Ionathan in Targum vocat ספרא רבא ſcribam magnum, quaſi Cœlitum ſecretarius eſſet. *Schickardus.*

Enoch.] Mentio hujus in epiſtola Iudæ Apoſtoli, ℣ſ. 14. *Prophetavit autem de his ſeptimus ab Adam Enoch, dicens, ecce venit.* Duplex Enochi liber olim circumlatus. Vnus apocryphus plane & fabuloſus, teſte *Auguſtino* l. XV. c. D. c. 21. Alter is fuiſſe cenſetur, quem Iudas citat; & quem Iudæi approbantes olim legebant. Verum Iudas nullius libri ab Enocho ſcripti, ſed tantum Prophetiæ meminit. Vide *Druſii Hanochum.* Hunc fabulæ Græcorum Ἀννακὸν indigetarunt. De quo talia narrantur: εἶναί τις Ἀννακὸς, ὃς ἔζησεν ὑπὲρ τὰ τριακόσια ἔτη. Ἐδόθη δὲ χρησμὸς, ὅτι τούτου τελευτήσαντος πάντες διαφθαρήσονται· οἱ δὲ Φρύγες ἀκούσαντες ἐθρήνησαν σφόδρα, ἀφ' οὗ ἡ παροιμία; τὸ ἐπὶ Ἀννακοῦ κλαύσειν. Quod hic Annacus vixiſſe traditur ſupra trecentos annos, & prior diluvio fuiſſe, hoc etiam Enocho convenit, quem Scriptura narrat trecentos ſexaginta quinque annos habuiſſe, cum de medio ſublatus eſt, & inter homines deſiit comparere, eo modo, quo Deo placitum eſt. *Salmaſ.*

Tranſlatus.] Samaritam: *Accepit eum Angelus ejus.* Onkelos: *Non occidit eum Deus*; id eſt, non paſſus eſt mori. Ionathan: *Sublatus fuit, & adſcendit in cœlum ex mandato coram Domino.* Arabs ad Hebræos: *Tranſlatus eſt in paradiſum.* Ioſephus: ἀνεχώρησε πρὸς τὸ θεῖον. *Grot.*

Mathuſala.] Obiit ante diluvium ſeptem dies, ut Samuel Solem in Iohaſin tradit. Salmanticenſis, *Annus diluvii erat 1656. eo implevit Mathuſala juſtus annos ſuos, & mortuus eſt paullo ante diluvium.* Et mox, *Deus expectavit adhuc ſeptem dies, quibus durabat luctus Mathuſalæ: poſt adduxit ſuper eos aquas diluvii.* Quæ habentur & in Breſith rabba ſectione Noach ad locum: *Et fuit poſt ſeptem dies*, his verbis concepta: *docet hic locus Deum ſuſpendiſſe ſeptem dies luctus ipſius Mathuſale juſti, ut facerent pœnitentiam, & non fecerunt.* Druſ. Ex vitioſa LXX. computatione ſequitur, eum XIV. annis ſupervixiſſe diluvio. Quod ſolum ſufficit ad illorum numeros confutandos. *Horn.*

Lamech.] Sepultus fuit anno mundi 1555. ut eſt apud Salmanticenſem. Quod aliis examinandum relinquo. Nam in eodem,

egregius, & præ cæteris mortalibus, Domino carus acceptuſque. Qua tempeſtate, cum jam humanum genus abundaret, Angeli, quibus cœlum ſedes erat, ſpecioſarum forma virginum capti, illicitas cupiditates appetierunt: ac naturæ ſuæ originiſque degeneres, relictis ſuperioribus, quorum incolæ erant, matrimoniis ſe

eodem, *Mathuſale ſepeliit filium ſuum quinquennio ante diluvium.* Quæ ſi vera, ſepultus fuit ann. mundi 1650. *Druſius.*

Noë.]Hic eſt Poëtarum Deucalion, & Saturnus. Quod ex ſequenti diluvio, & tertarum diſtributione, clarius patebit. Abydeno apud Euſebium rx. ϖϱϑα. Siſithrus, id eſt, ut vox oſtendit, Saturnus, dicitur. Perſis *Adam Aſſani*, ſecundus Adam. *Horn.*

Abundaret.] Atque non numero tantum incolarum orbis impletus fuit; ſed etiam urbibus, regnis ac Provinciis excultus. Nec nobis orbem antediluvianum incultiorem fingere debemus, quam poſt diluvium fuit. Opida, urbes, pagi, palatia, gulæ auriumque oblectamenta, tum artes ac ſtudia, excelſiſſime floruerunt. Denique qualis poſt diluvium per cIↄ Iↄ c. annos, orbis fuit, talem & ante diluvium, tanto temporis ſpatio, fuiſſe, exiſtimandum eſt. Sed an America quoque ante diluvium habitata? Ita *Opmeerius* in Chronologia, & *Leſcarbotus* volunt, ille argumento fabulæ Atlanticæ apud Platonem: hic quod vel ibi creatus Adam, vel ea Noachi patria fuerit. Vterque nugas agit. Nam quamvis in immenſum, non adeo tamen homines excreverant, ut etiam in novum illum orbem, toto Oceano remotum, ſe penetrarent. Imo ne omnes quidem noſtri continentis regiones tam habitatæ: ac *Speedio*, Britanniam tum cultam fuiſſe dicenti, aſſenſum præbere nondum poſſumus. Græcorum quoque Inachia, Pelaſgica, Attica, Ægyptiorum atque Sinenſium Dynaſtiæ priores, quæ in hoc tempus incidunt, fabulæ ſunt. *Horn.*

Angeli.] Hujus ſententiæ fuerunt ex Ebræis Ioſephus & Philo: ex Græcis, Iuſtinus, Tatianus, Proclus, Athenagoras: ex Latinis, Tertullianus, Lactantius, hic noſter. *Druſius.* Duo ex his memorantur in *Medras Ruth* & in *Habdala R. Aquibæ*: Aza & Azael. Tertius Machahaël eſt in libro *Iohaſin*. Apud Originem v. contra Celſum, ex libro Henoch recenſentur horum Angelorum LX. vel LXX. Sed ibi Gigantes cum Angelis confundit. *Idem.*

Specioſarum forma virginum capti.] Tradunt Rabbini Angelos liberis operam dare. *Pirke Eliezer. Angeli delapſi è cœlo viderunt filias Cain, quæ illo tempore nudæ incedebant, oculos ſtibio pingentes, more meretricum.* In Medraſoth R. Hanina: *Viderunt filii Dei Aza & Azael, qui duo angeli fuerunt, filias hominum.* Druſius. Et alibi apud Rabbinos: *Duo Angeli Aza & Azael concupiverunt filias terræ.*

Relictis ſuperioribus.] Deturbatos Rabbini dicunt. Cauſa in *Medras Ruth*: quod Dominum ſuum accuſarunt. In *Habdala R. Aquibæ*, quod ſecreta Domini ſui patefecerunt.

Matrimoniis ſe mortalibus miſcuerunt.] Nominatur in libro Iohaſin Mahaſael, ſive Machaſael ex filiis Dei, qui ſub diluvii tempus rem habuerit cum uxore Chami, unde natus ſit Sihon. Et relatum in libro pervetuſto *Hazohar*, dictos angelos, quos filios Dei autor libri vocat, conſuetudine uſos Neamæ ſororis Thubal-Cain, ex ea genuiſſe dæmones,

ſe mortalibus miſcuerunt. Hi paulatim mores noxios conſerentes, humanam corrupêre progeniem, ex quorum coïtu Gigantes editi eſſe dicuntur, cum diverſæ inter ſe naturæ permixtio, monſtra gigneret. Quibus rebus offenſus Deus, maximeque malitia hominum, quæ ultra modum proceſſerat, delere penitus humanum genus decreverat. Sed Noë, virum juſtum, vita in-

nes, quos Shedim appellant, & ſpiritus malos, qui nunc in mundo. *Druſius.* Vera ſententia eſt, connubio tum permixtos Cainitas & Sethitas, quorum illi impii, hi pii. Atque ſic generalis quædam ἀποστασία contigit. *Horn.*

Gigantes.] Hi ſexaginta fuiſſe perhibentur. Nam ſcriptum ibidem: *hi ſunt potentes:* & alibi, *ſexaginta potentes circum eam.* Quot in terra, totidem erant in cœlo. Videndus Manahem in Geneſin. Ionathan gigantes etiam angelos fuiſſe opinatur, qui è cadendo Nephilim dicti ſint, quod videlicet è cœlo deciderint. Verba ejus habentur Gen. 6, 4. ad locum, *& gigantes erant in terra.* quem ſic interpretatur, referente Manahemo, *Sambazai & Azael ceciderunt è cœlis, & erant in terra in diebus illis.* Vocantur à Moſe Nephilim, ut alii exiſtimant, à cadendo, ut ego, ab irruendo. Naphal enim & irruere ſignificat. Etymo huic firmando eſt interpretamentum Aquilæ Pontici, ἐπιπίπτοντες, irruentes, quod male Hiero. exponit, *cadentes.* Alibi gigantes vocantur Emim, à terrendo; ut Gibbarim, à robore, & Enacim, à torque, ut quidam volunt, quaſi torquatos dicas: item Raphaim & Zomzommim. Quod poſtremum linguæ Ammoniticæ eſt. *Druſius.* Ac haud dubie, plerique Dii, ex hac Gigantum proſapia, à Græcis petiti ſunt. Nam *Thubal-Cain* Vulcanus eſt, *Iubal* Apollo. Sic & cum cæteris ſe res habet, quanquam nomina multum deflexerint. Et hoc Moſes vult, cum dicit: *eos ab omni ævo celeberrimos viros fuiſſe.* Atque horum ævum Heſychio γιγαντία dicitur, ſi vera ibi lectio, Ἡλικία. Quod ſi Λυκία, tum juxta eum, ſedes Gigantum Lycia fuerit, ſicut & in Bohemia, & Suedia ac Norvvagia, tractus quidam à Gigantum incolatu, nomen acceperunt. *Horn.* Huc pertinent ſegreges iſti dominatus, quorum Plato meminit III. de Legibus. Poſtquam enim exui æqualitas, & pro modeſtia, ambitio, vis, incedebat, provenere dominationes. *Tacitus* III. Annal.

Editi eſſe dicuntur.] Sic quoque Ioſephus, & eum ſecutus Ambroſius. Hæc opinio jam olim communi conſenſu doctorum exploſa eſt: qui tradunt gigantes procreatos fuiſſe ex generis noſtri ejuſdemque naturæ parentibus. Auguſtinus in quæſt. ſuper Geneſin. *De gigantibus, id eſt, nimium grandibus atque fortibus, puto non eſſe mirandum quod ex hominibus naſci potuerint, quia & poſt diluvium quidam tales fuiſſe reperiuntur, non ſolum virorum, ſed etiam fœminarum.* Fidem dictis adſtruit ætas poſterior, quæ gigantes dedit etiam ex mediocris ſtaturæ hominibus. *Druſius.*

Malitia hominum.] Hic fuit primus Σκυθισμὸς, ut Epiphanii voce utamur. Tranſierant enim homines in ferarum ingenia. *Senec.* IV. Nat. Quæſt. 30. Huc pertinent omnia quæ Græci de impietate hominum tempore Deucalionis, & cauſa deletorum Gigantum tradunt, de qua re elegans locus apud *Lucianum de Dea Syria.*

Ar-

innocens, deſtinatæ exemit ſententiæ. Idem admonitus à Domino, diluvium terris imminere, arcam immenſæ magnitudinis ex lignis contexuit: ac bitumine illitam, impenetrabilem aquis reddidit, qua ille cum uxore, ac filiis tribus, & totidem nuribus, eſt clauſus. Volucrum etiam

Arcam.] תבה navigii genus abſque remis & velis, arcæ in modum conſtructum tectumque. LXX. κιβωτὸν vocant: Ioſephus λάρνακα: Chaldæi תיבותא, unde θίβωτα in Clemente Stromat. lib. V. Hujuſmodi navigia vel ex ligno fiebant, ut arca Noë, vel ex papyro, ut ſcirpea illa rates, quæ Moſen infantulum vexit. Hanc LXX. interpretes θίβιν appellant, haud obſcuro veſtigio vocabuli Ebraici. *Druſius.* Id antiquiſſimum navium conſtratarum nomen, ex ſimilitudine ad quam factæ erant. Sic de Danaë navigante Simonides, λάρνακι ἐν δαιδαλέᾳ. Hiſtoriam diluvii deſcripſerunt plurimi gentilium, Beroſus, Abydenus, Nicolaus Damaſcenus, & alii, citati Ioſepho, Euſebio, Cyrillo. *Grotius.*

Immenſæ magnitudinis.] Longitudinis trecentorum cubitorum, latitudinis quinquaginta, altitudinis vero triginta. Per cubitum autem Origenes ex traditione Iudæorum ait, Moſen intelligere cubitum Geometricum. Hanc opinionem approbat Auguſtinus de Civit. Dei lib. 15. cap. 27. Quam & ego probarem, niſi ſcirem Moſem ubique ſe accommodare ad captum vulgi. Quocirca non eſt credibile eum nunc locutum eſſe de cubito geometrico, cujus menſura eruditis tantum nota erat. Neque cauſſa eſt cur eo confugiamus, cum ſimpliciter numerus horum cubitorum, ut à Moſe poſitus eſt, ſufficiat ad omnes animantium ſpecies capiendas, & eorum in annum alimoniam, & ſpatium etiam reliquum ſuperſit, ut docte Buteo rationibus geometricis & mathemathicis oſtendit. Idem cubitos intelligit vulgares ſive communes, quales erant hominum illius ævi. A quo non longe abit Gerundenſis, qui Moſen loqui cenſet de cubito ipſius Noë. *Sed tamen*, inquit *cum ejuſdem magnitudinis eſſent homines illius temporis, & multa eſſent animalia, arcam capere ſine miraculo omnia non potuiſſe.* Druſ. De arcæ forma Alcuinus in Geneſin: *ut videtur*, inquit, *habuit quatuor angulos ex imo aſſurgentes, & eiſdem paulatim uſque ad ſummum in anguſtum attractis, in ſpatium unius cubiti fuit collecta.* Sed videndus Buteo qui omnium exactiſſime de arca commentatus eſt.

Ex lignis.] Ex lignis gopher, id eſt, lævigatis, ut noſtra tranſlatio habet; aut quadratis, ut LXX. quod Græce dicitur ἐκ ξύλων τετραγώνων, quæ inſolubilia ſunt. Gopher putatur eſſe cedri ſpecies, cariem non ſentiens. Sed hæc omnia incerta ſunt. Præſtat ἐπέχειν, quam temere aliquid affirmare. Vox Ebræa non reperitur alibi. R. Levi ſcribit eſſe lignum quod longo tempore durat. R. Abraham Hiſpanus, *nomen eſt ligni leviſſimi.* Eadem ſcribit R. David. *Druſius.*

Ac bitumine illitam.] Haud dubie arca in Babylonia, vel vicinis locis ſtructa, ubi bituminis magna copia, quo etiam ad ſtruendam turrim uſi ſunt. Ioſephus in aliam Provinciam, procul ab impiis, ſeceſſiſſe Noachum vult, & ibidem arcam ſtruxiſſe. Quod non videtur, cum impiorum opera tam vaſtam molem ſtruxiſſe oportuerit. *Horn.*

Cum uxore.] Quam Beroſus Annii Tyream vocat, & Veſtam, ſive Eſtham.

Totidem nuribus.] Quarum nomina apud

etiam paria, itidemque diverſi generis beſtiarum, eodem clauſtro recepta. Reliqua omnia diluvio abſumpta. Igitur Noë, cum jam imbrem deſtitiſſe, ac quieto in ſalo

apud eundem hypobolimæum *Pandora, Noela* & *Noegla*. Sed Pandora Græcum nomen, atque Deucalionis mater. Alii Sibyllas, quæ Chaldæis Sambethæ, pro his habent. Erythræa lib. III. profitetur, ſe Noachi nurum eſſe:

Τοῦ μὲν ἐγὼ νύμφη, ἀφ' αἵματος αὐτοῦ ἐτέχθην.

Eadem libro I. in diluvio & arca cum Noach ſe fuiſſe dicit. Sed ſubleſta horum carminum fides, non minus quam ſcriptorum Mercurii Triſmegiſti, & vel ex parte ſuppoſititia, vel admodum interpolata ſunt. Id quod à patribus factum putant, convincendis Ethnicis. Apud Euſebium ſane, IV. de vita Conſtantini, Sibylla Erythræa ſe Apollinis ſacerdotem, ſexto poſt diluvium ſeculo, fuiſſe refert. Atque hic definit tempus Varronis ἄδηλον, quod Rabbini *inane* vocarunt, ob exiguam rerum eo geſtarum notitiam. *Horn.*

Reliqua omnia diluvio abſorpta.] Etiam altiſſimi montes aquis obruti. Vt fruſtra Theſſaliæ & Athamaniæ juga exceperint Græci, Solino teſte, & abſurdius Ægyptum ſuam Ægyptii. *Diod.* Memoria hujus cladis, tum in Græcia, tum, quod mireris, in Barbara America ſuperfuit. Peruani tradunt, totum genus humanum diluvio exſtinctum. Septem tantum Incas, in ſpecu Pacaritambo, evaſiſſe, & ab iis inſtauratum genus humanum. Vt cauſa nulla ſit, cur hoc de particulari illarum regionum diluvio accipiat Acoſta, cujus in rebus Peruanis ignorantiam, non ſemel Inca Garcilaſſo caſtigat. Quanquam & particularia ejuſmodi paſſim diluvia. Quale illud; in quo homines in montibus, ſpeluncis, ſcaphis & arboribus evaſiſſe dicunt, teſte Zarata, Gomara, Lerio. Et inundatio Cimbricæ Cherſoneſi, facta Ariſtotelis ævo. *Horn.* Vnus omnino Græcis cognitus fuit Cataclyſmus, quē male in duplicem Phoronei & Deucalionis diſtinxerunt. Eum adumbrarunt ex Sacra Scriptura. Omnia pariant, cauſa, res ipſa, & rerum circumſtantiæ. Habes hominum malitiam, arcam, montem, in quo ſubſtitit. Nonnulli etiam emiſſarum avium meminere. Tempora ſola non conveniunt, quia Phoroneus & Deucalion æquales Moſi traduntur. Græci inaudiverant de Noachi Cataclyſmo & eum Phoroneo, vel Deucalioni ſuo adſcripſerunt, quia majorem hominum antiquitatem non noverant. Sed auctores omnes Chriſtiani, ut eos Cataclyſmos Græcos componerent cum Noacio, τοπικοὺς fuiſſe defendunt, ut veritati eorum nihil detraherent. *Salm.* Græci Chriſtiani credunt plures quam octo perſonas, intra arcam fuiſſe ſalvatas, nimirum filias Noachi & generos. Conſtantinus Manaſſ.

Τῷ Νῶε δὲ συνέπλεον υἱοὶ καὶ θυγατέρες
Γυνὴ, γυναῖκες τῶν υἱῶν, νυμφίοι θυγατέρων.

Sed Petrus I. Epiſt. III, 20. Octo tantum meminit. Tarich Muſulmannicum, à Kainan, magno Rege totius mundi, præter Mahalelelem, aliam deducit lineam per quendam Kajomarthis, uſque ad Reges Perſicos, quaſi ea pœnas univerſalis diluvii extra arcam effugerit. Et craſſius nugantur Iudæi, dum Ogum Gigantem quendam credunt, vel proceritate ſua, vel quod ob ferventes aquas arcæ inequitaret, evaſiſſe. Nicolaus quoque Damaſcenus dicit, in monte Baris multos profugos, præter eum qui arca vectus, ſervatos. *Schickardus.*

Ratus

ſalo arcam circumferri intelligeret, ratus id quod erat, aquas decedere, corvum, primum explorandæ rei gratia, eoque non revertente (ut ego conjicio, cadaveribus detento) emiſit columbam. Quæ cum conſiſtendi locum non reperiſſet, reverſa eſt. Rurſum remiſſa, folium olivæ retulit, manifeſtum indicium, nudari cacumina arborum. Tertio demum emiſſa, non rediit: unde animadverſum aquas deſtitiſſe. Ita Noë arcam egreſſus eſt. Id geſtum à mundi exordio, poſt annos

Ratus id quod erat, aquas decedere.] Arca monti Armeniæ impacta hæſit. Inde menſura quindecim cubitorum, quibus altiſſimos montes undæ ſuperarunt, ſumta eſt. Quia nimirum arca veſtigium retinuit, quota ſui parte undis immerſa fuerit. *Calviſ.*

Corvum.] Die XVII. Aug. Feria prima. *Idem.*

Eoque non revertente.] Cauſam reddit *Druſius* in Proverbiis ſacris, adagio: *Corvus nuncius*, & Miſcell. Cent. 1. c. 3.

Vt ego conjicio.] Conjectura hæc ſumpta eſt à natura animantis, quæ cadaveribus veſcitur. Intelligit autem cadavera ſubmerſorum. *Druſius.*

Cadaveribus detento.] Auguſtinus: *Quæritur, utrum corvus mortuus fuerit, an aliquo modo vivere potuerit? Si enim fuit terra ubi requieſceret, ſimiliter columba requiem inveniſſet. Vnde conjicitur quod cadaveri potuit corvus inſidere, quod naturaliter refugit columba.* Idem Alcuinus, Iſidorus, Lyra tradunt.

Columbam.] Emiſſa eſt XXIV. Aug. feria prima. *Calviſ.*

Rurſum remiſſa.] Sigonius, Giſelinus, Druſius: *rurſum emiſſa.* Retinendam putem vulgatam lectionem. Nam non inſolitum Sulpicio, ita loqui. Sic paulo poſt: *rurſum reverſus.* Horn. Factum hoc ultimo Auguſti feria prima. *Calviſ.*

Folium Olivæ.] Auguſtinus de Doctrina Chriſtiana l. 2. cap. 16. *Oleæ ramuſculo, quem rediens ad arcam columba pertulit, ſignificatur pax perpetua. Nam novimus & olei lenem attactum non facile alieno humore corrumpi, & arborem ipſam frondere perenniter.* Et Prudentius:

Nuncia diluvii jam decreſcentis ad arcam
Ore columba refert ramum viridantis olivæ:
Corvus enim ingluvie per fœda cadavera captus
Hæſerat, illa datæ revehit nova gaudia pacis.

Druſius.

Noë arcam egreſſus eſt.] In Armenia. Loco nomen ἀποβατήριον. Epiphanius montes hos medios inter Armeniam & Cardyæos facit. Ipſum montem in quo arca ſubſiſtit, Lubar vocat. Hæc ex antiqua traditione petita ſunt, quam Ioſephus antiquitatibus ſuis inſeruit. *Fertur*, inquit, *navigii hujus pars quædam, adhuc in Armenia, apud montem Cordyæorum ſupereſſe, & quoſdam inde bitumen abraſum, deportaſſe.* Nicolaus Damaſcenus nomen montis aliud tradit: *Eſt*, inquit, *ſupra ipſam Minyada magnus mons in Armenia, nomine Baris, in quo multos diluvii tempore ſervatos ferunt; ac quendam arca tectum in hujus vertice hæſiſſe, ac reliquias lignorum longo tempore duraſſe.* Quem locum Druſius illuſtrans: *Baris*, inquit, *Heſychio* πλοῖον eſt,

nos (ut ego comperio) II. CC. *duos & quadraginta. Ac primum Noë aram Domino ſtatuit, hoſtiaſque ex volucribus immolavit. Mox à Domino cum filiis benedicitur: præceptumque accepit, ne ſanguine veſcere-tur,*

eſt, unde monti nomen, fortaſſe quem & Imbarum & Nibarum & Iubarum dici, vir quidam doctus annotavit. Montes quos Epiphanius Cardyæos vocat; Curtio Gordyæi, Stephano Gordochi, Xenophonti & Diodoro Carduchi. In Targum Kardu, eliſo more Aramæorum ה. *Druſ. ad Gen.* Gens hodieque Kurdi, qui Chaldæi dicuntur. Apud Pottã, oppidum Armeniæ, eſt mons altus, in quo dicitur arca requieviſſe. Dicunt neminem eo adſcendere potuiſſe, præter unum Sanctum Iokemo, qui eo adſcenderit. Armenii montem illum vocant Aſſe Maſis, vel Meſſis Saur. Turcis Augri daugh. *Purchas.* Multi præterea antiquorum, ut Theophylus Antiochenus lib. III. Epiphanius contra Nazaræos, Iſidorus XIV. Orig. I. eandem ſive fabulam, ſive hiſtoriam habent. Sed quicquid ejus fuit, Califa Omar abſtulit, ac pro tabulato templi à ſe ſtructi adhibuit. Benjamin in מסעיו.

II. CC. XLII.] Sic Græci. Ioſephus II. Iↄ C XL. Hebræis CIↄ Iↄ C LVIII. Nam à condito mundo ad diluvium ſunt anni exacti, CIↄ Iↄ CLVI. cum diebus XLVI. Cœpit autem diluvium cum præteriiſſet ex anno CIↄIↄCLVII, menſis unus & dies ſedecim. Egreſſus eſt ex arca XII. Decēb. feria prima, anni CIↄ Iↄ C LVII. adhuc currentis. *Calviſ.*

Aram Domino ſtatuit.] *Miſna Talmudica* titulo Zebachim, ſeu de ſacrificiis cap. XIV. *Antequam tabernaculum conſtructum eſt, altarium ſeu excelſorum uſus licitus fuit. Atque ſacro ad ea fungebantur munere primogeniti.* Addunt antiqui, etiam urbem à Noacho in Araratæis ſive Gordæis montibus, nomine ثمانين, ſtructam; cujus tum Nubienſis, tum Elmacinus, præter alios, meminêre. Rabbini hanc aram in monte Moria exſtructam volunt. *Salmantic.* Quo nihil ineptius. Nam ubi egreſſus, ibi altare ſtruxit. Res clara. *Horn.* Hic incipit ſecunda hominum ætas, quam Auguſtinus ſecundo diei creationis comparat. *Sigon.* Secunda ætas mundi à diluvio ad Abrahamum, complectitur generationes decem, annos CCXCII. *Beda.*

Ex volucribus.] Imo ex omnibus mundis animantibus. Gen. VIII. Ante diluvium incruenta tantum ſacrificia fuiſſe, & lacte frugibuſque litatum, volunt Porphyrius, Pauſanias, Plato, Empedocles. At Thalmudiſtæ omnino illis primis temporibus, antequam carnibus homines veſcerentur, holocauſta in uſu fuiſſe putant, unde nihil ad homines perveniret, & per quæ Deus vitæ ac necis Dominus agnoſceretur. *Grot.*

Præceptumque accepit.] Gen. IX. Talmudici ſeptem præcepta filiis Noachi data eſſe narrant, quibus carere vita hominum nequibat. Quare vis eorum tam late ad omnes pertinuit, ut qui ea neſcirent, hos interficere in bello, & ex hominum communione tollere juſſi ſunt Iſraëlitæ. Sex priora etiam Adamum accepiſſe volunt. Septimum Noacho additum fuit: MEMBRVM VIVI ANIMALIS NE COMEDVNTO. *Cunæus.* Volunt autem Patres quidam, ut Baſilius & Origenes, eſum carnium demum poſt tempora diluvii cœpiſſe, cum hactenus frugibus homines victitaſſent. *Horn.*

Ne ſanguine veſceretur.] Moſes Ægyptius in *More Nebuchim* tradit, Zabios, qui Chaldæi, averſari ſanguinem. *Magi tamen*, inquit, *eum edebant, cum aut dæmonibus conjungerentur, aut ex illis fu-*

tur, aut ſanguinem hominis effunderet: quia mundi primordia, mandati iſtius liber, Cain maculaverat. Igitur vacuo tum ſeculo, ex filiis Noë Sem fuit. Tres enim

tura prædicerent. Ideo tam ſevere ejus eſum Lex prohibuit, tanquam Idololatriæ ſpeciem. Ac notus mos, per hauſtum ſanguinis, ſecretiſſima fœdera ac conjurationes firmandi, ac Troglodytarum, Scytharum, aliorumque ſanguinolentia nota. Quæ fœda & immania ſunt. *Horn.* Ante diluvium jus quidem homini in animalia fuit, ut lacte, lana, & mortuorũ ſuo fato exuviis uteretur, non ut in cibum ea verteret: quod jus antiquiſſimum, etiam quædam gentes, poſt diluvium ſervarunt, teſte Hieronym. II. adv. Iovinianum, & Porphyrio. Carnem autem cum ſanguine comedere, eſt comedere botulos cruore diſtentos, ut *Tertull.* in Apolog. loquitur, & ſi quæ his ſimilia. Sic Moſen intellexere Apoſtoli Actor. xv. ℣ſ. 9. qui addunt *τὸ πνικτόν. Grot.*

Sanguinem hominis effunderet.] Non tantum homicidia condemnantur hoc loco, tanquam à judicibus punienda: ſed & jus talionis naturale indicatur, quod obtinuit antequam judices conſtituti eſſent. Nam cum jam ante diluvium, Gigantum ætate, promiſcua invaluiſſet cædium licentia, poſt diluvium, ne mos idem invaleſceret, Deus quod natura non iniquum eſſe dictabat, & ipſe permiſit, ut inſons eſſet qui homicidam occidiſſet, quod poſtea ſummas ob cauſas, ad judices ſolos, reſtrictum eſt. *Idem.*

Mandati iſtius liber.] Quoad legiſlationem & punitionem; non etiam inſitam naturæ legem. Nam lex nulla, quæ cædem prohiberet, tum extabat. *Druſ.* Talmudici tamen tradunt, hanc inter ſex leges Adamo datas, unam fuiſſe; Sanguinem ne fundunto. *Horn.*

Seculo.] Id eſt orbe. Vox Eccleſiaſtica, quam expreſſerunt ex עולם. *Idem.*

Tres.] Opinio quorundam eſt, maximum natu fuiſſe Iapheth, minimum autem Cham, & inter hos medium Sem: qui tamen Gen. v. 32. & x, 1. primo loco recenſetur. Reſpondent hoc fieri propter dignitatem eorum qui ab ipſo deſcenderunt. Hæc opinio firmatur tribus locis Scripturæ. Primus eſt Geneſ. x, 21. qui tamen aliquid ambiguitatis habet. Quippe tam poteſt reddi, *fratre Iapheth majore:* quam *fratre Iapheth majoris*, id eſt, maximi natu. Alter eſt Gen. IX, 24. *& cognovit quæ ſibi feciſſet filius minor*, ſive minimus natu. Nam loquitur de Cham. Sed potius ut ſermo ſit de Chanaan; in quem maledictio ſtricta. Sequitur enim, *ecce maledictus Chanaan.* Tertius eſt Gen. XI. 10. *Sem erat centum annorum quando genuit Arphaxad, biennio poſt diluvium.* Ecce, ait Sem biennio poſt diluvium egiſſe annum 100. Noë autem cœpit gignere anno ætatis 500. Igitur non Sem maximus natu, ſed Iapheth. Nam Cham minimus erat, ut diximus. *Druſ.* In *Sanhedrim* cap. VIII. Sem major fuit Chamo anno uno; & Cham major Iapheto anno uno. *Gerundēſis* putat, Cham ultimum fuiſſe filiorum Noæ. Muſulmanicum Taricli quartum Noachi filium facit كنعان Kenaan ſive Canaan. Vnde apparet Orientales verba Geneſ. IX. ℣ſ. 24, 25. aliter accipere ac nos. *Schick.* Beroſus Annianus quartum facit Tuiſconem; & alios XXX. Titanas, à matre Titaa dictos, addit. *λῆρος λήρων. Horn.* Ac manifeſtum eſt, Iovem, Neptunum, Plutonem à tribus bis petitos. In Oriente Iupiter, in Occidente Pluto, ſecus mare Neptunus regnarunt. *Euhemerus* apud Lactantium.

Sem.] Græce Σῆμος; quod obvium in Athenæo, lib. III. & eſt ibi nomen Authoris cujuſdam. *Druſ.* Arabes

enim habuit, Sem, Cham, Iapheth. Sed Cham, quod ſopitum vino patrem riſerat, maledictum à patre meruit.

bes الشام vocant. Melchiſedekum fuiſſe falſum, de quo paulo poſt. *Horn.* Hunc primogenitum faciunt, præter dictos, Auguſtinus, Cajetanus Vatablus. Contra alii, primo loco poni, ob prærogativam. Quemadmodum Iſaacus Iſmaëli, Iacobus Eſavo præponatur. *Horn.*

Cham.] Vel Ham. Nam eſt Heth in ſcriptura Ebraica. Hieronymus, *Septuaginta pro Ham, χὰμ ſcribunt, exprimentes duplicem aſpirationem litteræ Heth per χ: à quo & Aegyptus uſque hodie Aegyptiorum lingua Ham dicitur.* Druſ. Hic eſt Iupiter AMMON, in Libya cultus, & regio Καμεσήνη apud Strabonem & Suidam. *Horn.*

Iapheth.] Græcis Iapetus. Nam literam פ alii ut π, alii ut φ pronunciant. *Hieron.* ad Daniel. Sic ex Ioſepho fecerunt Ἰάφηθος. *Druſ.* Ex Iaphet *Iupiter* factum, ſicut ex Cham *Ammon.* Latini cum originē non viderent, ſuum Iuvantem Patrem, orbi obtruſerunt. *Horn.*

Sopitum.] Hoc non habetur diſerte in textu ſacro. Tamen ex iis, quæ ibi habentur, Doctores colligunt, eum deriſiſſe patrem. Quidam exiſtimant non ipſum riſiſſe, ſed filium ejus Chanaan. Qua de re traditio fuit apud veteres, cujus meminit doctiſſimus Theodoretus in Geneſin. R. Salomo: *Sunt ex doctoribus noſtris qui dicunt Chanaan primum vidiſſe, patrique ſuo indicaſſe.* Abenezra, *Cham vidit, nec texit patrem. Quod cum audiſſet Chanaan fecit aliquid quod in hiſtoria reticetur. Nam de illo capiendum: Quæ feciſſet ibi, &c.* Druſ.

Vino.] Non aſſentior iis qui ex hoc loco colligunt vitis primum repertorem fuiſſe Noam. Quin fabulam eſſe reor quam hoc loco in Chronico ſuo refert Ioh. Naucletus, videlicet hircum quendam, cum eum in Coricum Ciliciæ montem emiſiſſet, invenias labruſcas guſtaſſe, ex eoque ebrium factum, reliqua animantia cornibus petiiſſe. Quo animadverſo, Noam conjectantem quod erat, vino vim aliquam ſingularem ineſſe, labruſcam ſanguine leonis, porci, agni, ſimiæque inſeruiſſe, ex coque vitem enatam: unde poſtea vinum expreſſerit, quo guſtato inebriatus ſit, ut Scriptura teſtatur. *Druſ.* Ignoravit Noë vini uſum, & cum neque alium bibentem vidiſſet, neque ipſe expertus eſſet, incaute ab ipſo læſus eſt. Inebriatus enim eſt, non quod vinoſus eſſet, ſed quod inexpertus menſuræ aſſumendæ. *Baſilius.* Ex hac opinione factum eſt, ut multi exiſtimarent, Noachum eſſe IANUM, vel οἰνότριον, ita dictum quod vini repertor. Sed probabilius eſt, Ianum eſſe ipſum Ionem Græcorum, id eſt, *Iavanem*, qui Græcæ ac Latinæ gentis author eſt. *Horn.*

Maledictum.] In filio Chanaan. Quidam cenſent ipſum filio maledixiſſe, quod pater ante à Deo benedictus fuiſſet. Sic enim certe legimus, *Gen.* IX, I. benedixit Noacho & filiis ejus. *Druſ.*

Chus.] Vnde Κίσσιοι Æſchylo apud Strabonem, regio Κισσία Stephano. Suntq; ex poſteris Chuſi, quorum regio Suſiana, hodie Cuſiſtan, cujus metropolis Achvaz, quod eſt pluralis Arabum à خوز, pro quo ipſi dixerunt هوز & in plurali اهواز. *Arabes.* Chaldæis Cuth, unde Cuthæi Samaritani. Targum Ionathani Chus in Arabia ponit, quæ regio hodie Irac Arabiæ dicitur, ubi Baſra & Cufa. Eſt & Ægypti Vrbs قوس vel قوص, in Thebaida vel Saida, ad Orientalem ripam Nili, hodie totius regionis, poſt

ruit. Hujus filius, Chus nomine, Nembrod gigantem genuit : à quo Babylon civitas conſtructa traditur. Pleraque etiam oppida, ea tempeſtate, condita memorantur, quæ nominatim perſequi animus non fuit. Sed cum

Cahiram, maxima. *Horn.*

Nembrod.] Τὸν Νεβρὼδ Gen. x. verſ. 8. in LXX. licet in fonte ſit Nimrod, quod antiquitus legebant Nemrod, vel Namrod : unde in Ioſepho Ναβρώδ. *Druſ.* Indubie hic eſt Græcorum NINVS, quanquam tempora aliquantum differant. Docet id Iuſtinus, cum dicit : *Ante Nini tempora, fines Imperii, tueri magis quam proferre mos erat. Primus is intulit bella finitimis.* Cognomen ejus Belus, de quo Curtius V. Euſeb. Chron. Auguſtin. Marcell. & alii.

Gigantem.] Opinio orta ex LXX. Quod enim Gen. x. ſcribitur ; *Ipſe cæpit eſſe potens in terra*, reddiderunt illi : οὗτος ἤρξατο εἶναι γίγας. *Galeſin.* Gigantem appellat quoque Ambroſius & Auguſtinus. Opinio manavit ex Geneſ. x, 8. ἤρξατο εἶναι γίγας ἐπὶ τῆς γῆς: ubi γίγας non ſignificat gigantem, ſed vertendum, *cæpit eſſe potens in terra.* Lexicon Heſychii : γίγας, δυνάστης, ἰσχυρός. Aliter paullo Chryſoſtomus, γίγας, τουτέστι τύραννος. Minus hoc ſe probat mihi. *Druſ.* Fuit primus poſt diluvium Tyrannus, τολμηρὸς δὲ καὶ κατὰ χεῖρα γενναῖος. *Ioſeph.* Vnde & *venator* dictus. *Auguſt.* XV. C. D. VI. Inferre bella finitimis, ac populos ſibi non moleſtos, ſola regni cupiditate conterere, quid aliud quam grande latrocinium nominandum eſt? Ab eo Imperii Babylonici initium Chaldæi duxerunt, ut ex Porphyrio Simplicius oſtendit. *Horn.*

Babylon.] Auguſtinus, *Babylon interpretatur confuſio. Vnde colligitur gigantem illum Nembrod, fuiſſe illius conditorem.* Quidam Babylonis conditorem Ninum faciunt, quem cum Nemrodo confundunt. Sed repugnant tempora. Vixit enim certe Ninus diu poſt Nemrodum. Forte conditam à Nemrodo, Ninus poſtea reparavit. Oroſius lib. 2. cap. 7. *Babyloniam à Nembrod gigante fundatam, à Nino vel Semiramide reparatam multi prodidere.* Moſis verba, unde id colligunt, habentur Gen. x, 10. *Fuitque principium regni ejus Babel, Arech, &c.* id eſt, urbes regni ſive imperii ejus præcipuæ. Loquitur autem de Nemrodo. A turri, ut credo, civitas appellata, aut ſimul nomen acceperunt à confuſione linguarum. Babel, quaſi Balbel, id eſt, σύγχυσις cõfuſio, παρὰ τὸ בלל confundo. *Druſ.* Videtur hæc vox ſervata ex lingua primæva, unde in variis linguis βαβάλιον, balbus, balbil. Græcorum fabulas, qui Babylonis ſtructuram Semiramidi adſcribunt, bene refutat ex Beroſo Ioſephus contra Appionem, ex Philone Biblyo & Dorotheo Sidonio, Iulius Firmicus. *Grot.* Quia à multis Regibus aucta, teſte Herodoto I. ideo à pluribus condita dicitur. *Berneccerus.*

Pleraque oppida.] Ex quibus Arach, Accad, Chalanne. ארך eſt Ἄρακκα Ptol. urbs Suſianæ ; à qua videntur Arabes hodieque *Irakam* appellare, & unde magna Perſiæ & Arabiæ pars denominatur. Irakam enim diſpeſcunt in Aghemicam ſive Perſicam, & Arabicam. *Golius.* Magnus Salmaſius ארך & Iracam pro diverſis haber, ob diverſam ſcripturam. Nam Arabica Irac ſcribitur عراق quod eſſet Hebr. עראק. Arec vero Moſis dicitur ארך, quod Arabice eſſet ارك. Ab Arecca dicti Areccæi campi apud Tibullum. Quod idem in Solinum notavit.

Diver-

cum multiplicaretur humanum genus, diverſaque loca atque inſulas mortales haberent, una tantum omnes lingua utebantur. Donec ſe in unum, diſpergenda per totum orbem multitudo, contraxit. His more huma-

Diverſaque loca atque inſulas.] Veriſſime dictum, & qui homines uſque nunc, in ſola Armenia hæſiſſe putant, erroris convincuntur. Recte Epiphanius: *Primam hominum habitationem in montibus Armeniæ fuiſſe*, nondum ſeil. evaneſcente metu aquarum. Creſcente numero, paulatim ad plana & amœniora digreſſi ſunt. Legitur etiam, ante ſtructam turrim, per contiguas regiones, longe lateque diſperſos fuiſſe, quæ ſententia Sulpicii noſtri eſt. Hæc prima, orbis poſt diluvium, diviſio. Et in hac, Aſſyria, Babylonia, Syria, Cananæa, habitatæ ſunt. Quod exinde patet, quia cum diverſa origine eſſent, ex Semo & Chamo, omnes tamen primitivam linguam Hebræam retinuerunt. Non ergo inter turris conditores fuerunt: ſed illæ gentes, quarum linguæ in totum ab Ebræa aliæ ſunt, ut Ægyptii & omnes Iaphetæi. *Horn.*

Vna tantum omnes lingua.]. Geneſ. xi. Quæ communi conſenſu, Ebræa fuit. *Ioſeph. Euſeb. Cyrill.* Theodoret. *Syram* Philo *Chaldæam* volunt. Alii, ut *Phil. Cluver.* primævam linguam jam nullibi exſtare: ſed revocatum iri in vita æterna. Primæva lingua nullibi pura extat, ſed reliquiæ ejus ſunt in omnibus linguis. Nomina autem propria Adami, Evæ, &c. Moſes Hebraico ſermone expreſſit. *Grot.* Perſarum Magi in orbis reſtauratione, credebant unam quoque linguam reſtitutum iri. *Plut. l. de Oſir. & Iſid.* Fabulas gentilium, de Phrygia lingua, apud *Herod.* l. 1. & delitia Gotopii ac Schriekii de lingua Celtica, nihil moramur. Nec Hebræa, nec Syra, nec Chaldæa lingua, proprie loquendo, ſunt illa Noachica lingua, vel primitiva; ſed ejus Dialecti. *Horn.*

Donec ſe in unum.] Structam ab omnibus turrim vult. Sed hæc male cum præcedentibus cohærent. Nam ſi jam ante diverſa loca atque Inſulas tenerent, quid eos denuo in unum locum coëgit? *Idem.*

Contraxit.] In Senaar, שנער. Haitho Armenius dicit eſſe montem Chaldææ. *Horn.* Σεναὰρ τῆς βαβυλωνίας Hiſtiæo Mileſio apud Ioſephum, Euſebium in Chron. & lib. πρωτ. unde ν in γ mutato Singara, mons Ptol. oppidũ Plinio; & Singaritana regio Sexto Rufo. *Grot.* Profecti dicuntur מקדם; id eſt, ab oriente verſus occidentem. Ergo ex Perſide in Babyloniam venerunt. Vt fruſtra ſe Druſius torqueat: Quomodo ex Oriente profecti ſint, cum Armenia Occidentalior ſit Babylone? Nam non ex Armenia venerunt, ſed ex Tranſtigridanis regionibus. *Horn.* Οἱ Νώχου παῖδες πρῶτοι κατελθόντες ἀπὸ τῶν ὀρῶν εἰς τὰ πεδία, τὴν ἐν τούτοις οἴκησιν ἐποιήσαντο, καὶ τοὺς ἄλλους σφόδρα δεδιότας διὰ τὸν κατακλυσμὸν τὰ πεδία, καὶ ὀκνηρῶς ἔχοντας πρὸς τὴν ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν τόπων κατάβασιν, ἔπεισαν θρασύναντας μιμητὰς αὐτῶν γενέσθαι. Καὶ τὸ μὲν πεδίον εἰς ὃ πρῶτον αὐτοὺς κατῴκισαν, καλεῖται Σεννααρ. Ioſephus. Idem Epiphanius tradit, non auſos initio præ metu in plana ex montibus deſcendere. Plato poſt diluvium tria vivendi genera putat conſtituta. Primum in ipſis mõtium cacuminibus eorum qui aquas formidabant. Secundum in ipſis montium radicibus. Tertium in campis. Strabo XIII.

More humani ingenii.] Ioſephus eauſas hujus ambitioſi conſilii ediſſerit, fuiſſe ὕβριν τοῦ Θεοῦ, quam auxerit ambitio-

mani ingenii conſilium fuit, inſigni aliquo opere, famam quærere, priuſquam à ſe invicem diducerentur. Ita turrim facere aggreſſi, quæ cœlo accederet, nutu Dei, ut officia operantium præpedirentur, inaſſueto ſermonis genere, multa diverſo, neque ulli invicem intellecto, linguarum ritu, loquebantur. Quo promtius diſperſi ſunt, cum alter alterum, velut alienigenam, fa-

bitioſiſſimus Nimrod.

Turrim.] Erurbem. Gen. XI. ℣ſ. 4. *Hieronymus* in l. locorum. Vrbs in campeſtribus per quadrum ſita, circuitu ſexaginta quatuor CIƆ. paſſ. *Herodotus.* Craſſitudo erat tanta ut proceritatem obſcuraret. *Ioſeph.* Tota Hiſtoria deſcribitur ab Abydeno apud Euſeb. IX. πρ.π. 14. & Cyrillum I. contra Iulian. Turris hæc, IV CIƆ. paſſ. ambitu, poſtea in arcem converſa fuit, vel templum Beli, ut ex Strabone XVI. apparet. Rudera ejus hodieque ſupereſſe dicunt, circuitu mille paſſ. & altitudine æquare turrim Pauli Londinenſem. Lateres longitudine complectuntur tres quadrantes ulnæ Anglicæ, craſſitie quadrantem unum. Folia palmarum & junci inter laterum commiſſuras ſunt. *Ioh. Carthvvright* apud Purchaſium. Ex hac turris ſtructura, Græci ſuam Γιγαντομαχίαν derivarunt, de qua Homerus Ὀδυσσ. λ. Ovid. I. Met.

Inaſſueto ſermonis genere.] *Cyrillus* lib. I. contra Iulianum, & Abydenus apud Euſeb. IX. πρ.π. 14. aliam adhuc cauſam addunt; quod turris ventorum vi disjecta fuerit. *Grot.* Linguæ tum complures ortæ; ſed non præciſe LXXII, quot familiæ. Quia Cananæi omnes una uſi. *Iunius.* Poſtea ex migrationibus dialecti ortæ ſunt, & ipſæ primigeniæ linguæ, novis vocabulis auctæ. *Salmaſ.* Quomodo hæc confuſio linguarum facta ſit, vide apud *Rivetum*, & alios Interpretes; & de numero linguarum varias ſententias in opere Grammatico *Voſſii.*

Multa diverſo.] Vnde homines Homero μέροπες, voce ex ſacra hiſtoria derivata. Euſtathius: Οἱ μέν τοι τῆς ἡμετέρας θείας αὐλῆς, (ita Chriſtianos vocat) μέροπας τοὺς ἀνθρώπους ἐπικληθῆναί φασιν, ἀπὸ τοῦ μεμερισμένου τῆς ὀπὸς, ὃν ἔπαθον μετὰ τὸν τῆς χαλάνης πύργον διαμερισθέντες ἀπανταχοῦ γῆς. Χαλάνη cujus meminit, eſt כלנה, LXIX. χαλάννη. *Heinſius.*

Neque ulli invicem intellecto.] Hanc authoris opinionem *Pareus* ſequitur. Senſus eſt: tot fuiſſe linguas diverſas, quot homines. Refutationem hujus falſæ opinionis, vide apud Rivetum.

Alienigenam.] Non linguarum modo, ſed & morum & Religionis ſecuta confuſio. Hinc factum quod quibuſdam fœda barbaries placet, coluntque per avia diſperſi, horridas ſitu & ingenio plagas. Alii mitiorem vitam ſectantur. Quod his rectum videtur, illis abſurdum eſt. Cappadoces abſque Rege vivere non poſſunt. *Iuſtin.* & *Strabo.* Aliis in libertate ſumma felicitas. Latinus Græco Barbarus eſt, & Scythæ; hi Arabibus. *Horn.*

Filiis Noë.] Quod Leſcarbotus comminiſcitur, Noachum, alio poſt arcam fabricato navigio, à freto Gaditano, in Novam Franciam, vel à promontorio viridi, in Braſiliam navigaſſe, & ad veterem in America patriam; ne quidem ab inſania excuſari poteſt. Nam Anniani Beroſi commentum tolerabilius, circum-

facile relinquebat. Sed filiis Noë ita diviſus orbis fuit, ut Sem intra Orientem, Iapheth Occidentem, Cham mediis contineretur. Ita uſque Abram ducta ſucceſſio,

circumvectum littora Maris Mediterranei, & ſingulis partes ſuas aſſignaſſe. *Horn.*

Diviſus orbis.] Caſu hoc accidit, non deliberato conſilio. Nam cum alius alium non intelligeret, quî potuiſſent de orbis diviſione inter ſe deliberare? Ita Ioſephus: *Quo quemque ſors & Deus tulit, eam terram cum ſuis occupavit.* Druſ. Sed vetus traditio habet, Noachum κτ̃ θεῖον χρησμὸν, diviſiſſe terras poſteris, & eam diviſionem teſtamento firmaſſe, ac Semo tradidiſſe. Ita diſerte legitur apud Euſebium & Cedrenum. *Seld.* Centrum autem hujus diviſionis Euphrates fuit, ubi tres orbis partes, in Noachica diviſione, coëunt. Ac initio quidem vicinas Babyloniæ regiones occuparunt, tum ob amœnitatem, tum quod nondum adeo excreviſſent. Poſtea aucti numero, rigidiſſimas etiam plagas, multitudine ſua, inundarunt. Initio ſingulæ Provinciæ, ſingula regna fuerunt. Iuſtinus: *Intra ſuam cuique patriam regna finiebantur.* Poſtea ſucceſſerunt illæ & nominum & terminorum mutationes. *Horn.*

Sem intra Orientem.] Iudæi eum in Cananæa; Syri in Syria ponunt. Vide *Maſium* in Ioſuam. Vnde Arabes hodieq; Damaſcum, & univerſam Syriam شام nominant, vel à ſitu, reſpectu Iemenæ; vel à Semo. *Golius.* Sedes Semitarum fuerunt trans Euphratem, Orientem verſus. *Aſiam uſque ad Indicum Oceanum incoluerunt, ab Euphrate initio facto.* Ioſeph. Vnde Pater omnium filiorum עבר dicitur, id eſt, tranſ-Euphratenſium. Non enim ſumi debet pro Ebero: ſed בני עבר dicuntur, ut בני קדם. Et ab his tribus tripartita orbis diviſio orta, ſed ſub aliis quam Europæ, Aſiæ, Africæ, nominibus, quæ Homeri adhuc ævo ignorata, ut Strabo docet lib. xi. *Horn.*

Iapheth Occidentem.] Potius Septentrionem. Nam tradunt Iapheto ceſſiſſe omnia quæ ad Septentrionem ſunt, initio ducto à Media, uſque ad Heſperium Oceanum. Termini ejus apud Ioſephum: In Aſia Taurus & Amanus montes, uſque ad Tanaim. In Europa Gades. Tenuit igitur totam Europam, cum magna Aſiæ parte. Imo univerſam Scythiam. *Horn.* Vnde Græci fabuloſo Prometheo Iapetidæ, Scythiæ Imperium attribuunt. Scythia igitur omnium primo habitata. Nulla fere Europæ gens, nec Aſiæ, quin à Septentrione promanaverit. Ex Scythia Græci ſunt; & hinc tanta linguæ Scythicæ, Germanicæ, Perſicæ, Græcæ, convenientia eſt. *Salmaſ.*

Cham mediis.] Inter Orientem & Occidentem. Chamæ filii Syriam & regionem Amano Libanoque montibus hærentem obtinuerunt, & quicquid inde Oceano adjacet. *Ioſeph.* Vnde Ægyptus terra Cham vocatur Pſ. LXXVII, 15. CV. 23, 27. CVI. 22. & adhuc Hieronymi ævo ita dicebatur. In *Tradit.* ad Geneſ. χημία *Plut.* de Iſid. & Oſir. Chemnis urbs Thebaidis atque Inſula, apud Herodotum in Euterpe. Hodieque Chemi à Coptis appellatur, teſte Kirchero. Ammonia regio, gens Ammonii, ab Ægyptiis orti. Omnes autem hi populi Chamum pro Deo coluerunt. Lucanus IX.

Quamvis Aethiopum populis Arabumq; beatis (*Ammon.*
Gentibus, atque Indis unus ſit Iupiter

Horn.

Vſque Abram.] Vſque ad Abram. *Edit. Pariſienſ.* אברם Pater excelſus, ab Aſtronomiæ ſtudio. Ejus vita deſcribitur à Philone Byblio, Artapano, Eupole-

ſio, nihil ſane inſigne aut memorabile in ſe habuit. Abram autem patre Thara natus eſt, poſt diluvium anno milleſimo & ſeptuageſimo. Abram uxor Sara dicta eſt, primaque eis in regione Chaldæorum, habi- *ta-*

polemo, Demetrio apud *Euſebium*, à Beroſo apud *Ioſephum*. Educatus autem fuit in fide Zabæorum, ac ſtellas coluit. *Rambam* More Nev. III, 29. *Philo.*

Inſigne aut memorabile.] Quod in ſacris referatur. Exiſtimant Serugi & Tharæ ævo, Idololatriam invaluiſſe. *Epiphanius* Panario. Id *Saidus Batricides* quoque tradit, dicens: *tum homines liberos ſuos Dæmoniis immolare cœpiſſe.* Selden. Cæterum Kainan ſecundus, qui inſeritur in LXX. verſione, & apud Lucam, plane ὑποβολιμαῖος eſt. *Spanhem.* Circa hæc tempora deſinunt duo primi millenarii mundi, qui in dicto domus Eliæ, nominantur INANE, quod mundus minus frequens & excultus fuiſſet. *Bucholcer.* Migrationes contigerunt frequentes. Pelegi poſteri, quos Pelaſgos nominarunt, in Græciam venerunt. *Grot.*

Thara.] Quem ſtatuarium fuiſſe tradunt Rabbini.

Anno milleſimo ſeptuageſimo.] Imo, juxta Græcos anno CIↃ LXXII. Omiſit duos annos Semi, quos vixit poſt diluvium, antequam Arphaxad procrearet. *Druſ.* Epiphanius anno CIↃ XI. Nicephorus CIↃ LXXXII. Ebræi longiſſime diſſentientes à Græcis, anno CC XCII. Auguſtinus addit XVIII. C. D. 2. Regem Sicyoniorum tum fuiſſe, Europen, Aſſyriorum Ninum, idque ante Vrbem conditam annis CIↃ CCC. ut Oroſio placet. *Galeſin.* Abram natus fuit anno LXX. Tharæ, Gen. XI, 4. fuitque fratrum ſuorum primogenitus. Sed quomodo Stephanus Act. VII. cum Moſe conciliandus? Ex quo colligi putant Abramum anno Tharæ CXXX. natum. Quia dicit: *Poſtquam Thara mortuus eſſet, tranſtulit Deus Abraham in terram hanc.* Sed nec Stephanus dicit, Abrahamum ipſo emortuali Tharæ anno egreſſum, & nulla inter ipſum & Moſen in hoc pugna. Duplex enim Abrami migratio. Vna Vre Charras, ex Chaldæa in Meſopotamiam. Ibi mortuus Thare, diu poſt migrationem Abrahæ Altera Charris in Chananæam, de qua Stephanus loquitur. Alii memoria lapſum Stephanum, vel à librariis corruptam orationem putant. Quod ſtatuendum non eſt, cum commoda explicatione juvari queat. *Horn.*

Sara.] Secutus eſt LXX. qui Σάῤῥα ſcribunt, non Σαραὶ, שרה, *Domina.* Hanc traditio Iudæorum eamdem cum Ieſcha facit, quæ fuit filia Haranis, fratris Abrahæ. *Salmanticenſis.* Plerique Hebræi, Tharæ filiam ex altera uxore. Quæ conjugia licita fuiſſe volunt, uti apud Athenienſes, *Nepos in Cimone*, & Phœnices, *Achilles Tatius* lib. I. fuerunt. Vide Gen. XX. 12. *Grot.* Alii fratris filiam faciunt, ut Ioſephus.

Chaldæorum.] Dicti non ab Arphaxad, ut *Ioſephus* vult; nec à Chaſed filio Nachor; ſed ſectæ nomen fuit, quæ in gentem excrevit poſtea. *Marcellin.* Arabes peculiariter الخلدانيين vocant qui ſtellas venerabantur & colebant; vocati etiam fuerunt الصابة والحرانيون Sabæ & Haranii, quoniam primarium templum ſuum in Haran ſive Carris, habuere. Chaldaicæ autem gentis reliquias vocant الاكراد Curdos, qui nec re, nec nomine, diverſi ſunt à Gordiæis & Chaldæis. *Golius.* Dogmata horum Sabæorum & deliria recenſet Rambam More Nev. III. 29. Gens ipſa late diſperſa, in extremam Turciam ac Indiam venit.

Habi-

tatio fuit. Inde apud Charras, una cum patre, diverſatus eſt. Qua tempeſtate, admonitus à Domino, domum, patriam ac patrem relinquens, aſſumpto Lot fratris filio, in terram Chananæorum profectus, in loco cui

Habitatio.] Vrbs vel regio juxta LXX. dicitur Vr ab ignis cultu. Euſebio *Camarina*, à כמרים, qui Chaldæi philoſophi. Nomen loco huic Vr manſit, uſque ad Ammiani ævum, quem vide lib. XXV. Sed Iudæi Vr Chaldæorum pro Igne accipiunt, & de vivicomburio Haranis, mira narrant. *Horn.* Tarich Regum Perſiæ, tradit, Chaldæos Abrahamum in Vr, ſive Orfa, comburere voluiſſe, quod Deum ſuum adoraret. Idem prolixius Rambam ex monumentis & Annalibus Zabæorum, in *More Nebuchim* III. Et de ignis cultu apud Aſſyrios ac Perſas, *Seldenus* De Dis Syris. Vnde Zoroaſtres, Zarates, Zaraduſt, dictus eſt. *Salmaſ.* Atque hic Deus Nachor & Tharæ, Geneſ. XXX. & Ioſ. XXIV. ẏſ. 1. Cæterum eædem fere in Alcorano atque Talmud de Abrahamo narrationes: ut quod primo Idolorum cultor fuerit. Deinde jam quadragenarius, agnito ex aſtris creatore, ſculptiles iſtos Deaſtros diffregerit, eaque de cauſa Patrem ſuum, profeſſione ſtatuarium, graviter offenderit. Deinde à Chaldæis in ignem conjectum, & mirabiliter liberatum, templum Meccæ fundaſſe. Et huic Patriarchæ ſimillimus videri voluit, qua faciem, Muhammedes; nempe gravis aſpectu, colore vividus, capite grandiori, promiſſa barba, ſubcana, oculis alacribus, facie ſubfuſca, toto denique vultu ad majeſtatem & humanitatē compoſito. *Schickard.* Abram Chaldæus. Chaldæa igitur lingua uſus. Ebræam à Chananæis didicit. *Scalig. Voſſius, Grotius, Seldenus.*

Apud Charras.] Vrbs à Charane, non ſtructa ſed dicta. Ad eam M. Craſſo Imperatore, cæſus eſt Romanus exercitus à Parthis. *Hiſtor. Roman.* Hunc locum hodieque honorant Saraceni, quod ab Abrahamo fuerit habitatus. *Benjam.*

Admonitus.] Hæc ſecunda migratio. *Rambam* à Chaldæis expulſum Abramum vult. Alii à Semo evocatum fuiſſe ſtatuerunt, quos jam olim Paphnutius apud Caſſianum initio collat. 3. refutavit.

Patrem.] *Sigon.* fratrem. Nam pater obierat. vel *Patrem*, id eſt, domum paternam. Aut *patrem* ibi ſepultum. *Druſ.* Falſum eſt patrem tum temporis jam obiiſſe, ut ex annorum collatione conſtat. Qui aliter ſtatuunt, totam temporum & veritatis tationem conturbant. Scriptura utitur ϖρολήψει, & quæ ad Thare pertinent, uno tractu commemorat. *Horn.*

Lot fratris filio.] Haran, qui Vre Chaldæorum deceſſerat, relicto filio Lot. Etat ergo Lor frater Saræ uxoris Abram. *Menochius.*

Chananæorum.] Quæ Græcis Phœnicia, vel à colore puniceo, cujus ipſi inventores, ut *Euſebius* in Chronico docet. De quo maximus Salmaſius, in ſtupendo Exercitationum Plinianarum opere. Vel à palma, quæ φοινίκη, & Phœnicum inſigne. Quod numiſmata à Purchaſio producta probant. Alii hanc regionem כנע dici putant apud Ezechielem. Scaliger ipſi Chanaano, qui χνᾶ Sanchuniathoni, Philoni Byblio apud Euſeb. 1. ϖροπ. 10. & Stephano, cognomentum fuiſſe putat פניקם, ſive Phœnix, & hinc nomen. Arias Montanus à פנק, ob amœnitatem & elegantiam. Itinera Abrami ex Meſopotamia in Cananæam non recenſentur. Sed probabile Damaſcum tranſiviſſe. Tum quia Eliezer inde oriundus. Tum quia Abram Damaſci regnaſſe, *Nicol. Damaſc.* dicitur, apud Ioſephum 1. 8. & Iuſti-

cui Sichem nomen eſt, conſedit. Mox annonæ inopia Ægyptum conceſſit. Ac rurſum reverſus Lot, præ multitudine familiæ à patruo digreſſus, ut laxioribus vacuæ tum regionis ſpatiis uterentur, in Sodomis conſe-

num XXXVI. Quanquam vicinitate nominum potuerint errare, capientes Aram pro Abram. *Horn.*

In loco.] Id eſt, urbe, ut Gen. XII.6. ubi Gerundenſis: *uſque ad urbem Sichem.* Druſ. Inter Chananæos autem, abdicata Chaldaica lingua, Phœniciam eos, quæ poſtmodum Hebræa dicta, ſuſcepiſſe, conſtans doctorum opinio eſt. *Scal.*

Sichem.] Hæc eſt Sicima, quam poſterior ætas Scythopolim appellavit. Nomen habuit à Sichem filio Hemor, qui Dinam Iacobi filiam ſtupravit. Nota figura, quam anticipationem, alii prolepſin vocant. Ea utuntur frequenter ſacri ſcriptores. Quanquam ſunt qui potius filium Hemor, ab urbe ejuſdem nominis, appellatum cenſent. Quod mihi non videtur. *Druſius.*

Aegyptum conceſſit.] Frequens locutio apud Tacitum & alios. מצרים in Sacris. Cedreno *Μέσρα*, menſis *Μεσωρὶ*, Vrbs مصر vicina Cahiræ, apud Elmacinum, Haithonem, & alios. *Horn.* Maſius obſervat Ægyptios in antiquis monumentis vocari Ægophtos, vulgo Cophti vel Copti, & ipſi regionem ſuam vocant Chibth, teſte Ortelio. In Talmud Ægyptus eſt גפתי, aliis כפתי, & per trajectionem כתפי. In Serie Regum Ægypti, quam Druſius ex Chronico quodam Arabico deſcripſit, ſecundus Rex Ægypti dicitur Cabtim, unde denominati ſunt Cophtii. Illum ſub quo Abram in Ægypto fuit, Totin vocat. *Horn.* ابو القبط Pater Coptitarum dictus Miſraim. Inde nomen. Coptus etiam urbs, & Coptites Nomus, fere in extremo Ægypti tractu, quem poſt Alex. M. Ægyptii incoluerunt, hodieque incolunt. *Golius.* Ioſephus ex Beroſo oſtendit, Abramum Ægyptiis numerorum & ſiderum ſcientiam tradidiſſe. Inſtituit enim Sacerdotes Heliopolitanos. Alexander Polyhiſtor apud Euſebium IX. πϱοπ. c. 4. & X, 2. Quidam volunt tum Regem Ægypti fuiſſe Oſirin, Reginam Iſidem, de quibus *Plut.* & *Diod. Sicul.* Elegans Ægypti deſcriptio eſt apud Guilh. Tyrium. XIX, 24.

Rurſum reverſus.] Sigonio & Druſio placet *reverſis*.

Præ multitudine familiæ.] Contendentibus utriuſque paſtoribus de finibus agri paſcui. Geneſ. XIII. Ioſeph. lib. I, 16. Dicæarchus apud Porphyrium IV. de Abſtinentia, ubi vitam vetuſtiſſimorum paſtorum deſcribit: ἤδη γὰρ ἀξιόλογα κτήματα ἦν ὑπάρχοντα. Οἱ μὲν ἐπὶ τὸ παρελέσθαι φιλονεικίαν ἐποιοῦντο, ἀθροιζόμενοί τε καὶ παρακαλοῦντες ἀλλήλους, οἱ δὲ ἐπὶ τὸ διαφυλάξαι.

Vacuæ tum regionis.] Id eſt, *minus habitatæ.* Nam talis Chananæa Abrami ævo. Vnde Patriarchæ pro lubitu agros occuparunt. Paulo ante: *Vacuo tum ſeculo.* Et tales hodieque regiones Americæ ſunt. In tota Nova Anglia non tantum hominum, quantum Londini. *Horn.* Vacua fiunt occupantis. Major dividat: minor eligat: lex vetus. *Grot.* Anſibarii apud Tacitum; *Sicut cœlum Diis, ita terras generi mortalium datas, quæque ſint vacuæ, publicas eſſe.*

In Sodomis.] Agro pariter & urbe. *Druſ.* Regio illa, omnium totius orbis tum pulcherrima, ſicut Paradiſus Domini, id eſt, Babylonia & Ægyptus. *Horn.* Ejuſmodi Tempe quatuor hodie in

ſedit. Id opidum infame incolis, viris in viros irruentibus, atque ob id inviſum Domino fuiſſe traditur. Ea tempeſtate, Reges vicinarum gentium, in armis erant: cum antea nullum inter mortales certamen fuiſſet. Sed adverſum hos, qui bello vicina tentabant, re-

in Aſia recenſentur; *Kibo Bauvan*, id eſt, rivus Bauvanitarum. Hæc tribus in tractu pulcherrimo degit. *Sogd Samarcandæ* in trans-Oxiana. *Goutha Dameſc*, viridarium Damaſci. Fluvius Obullæ, cui adjacet Baſra. *Golius*. Vrbs illa circuitu LX cIↄ paſſ. fuit. Strabo XVI.

Infame incolis.] Adeo, ut *mores Sodomitani* in Proverbium abierint. Vide Adagia *Druſii*.

Viris in viros.] Hoc crimen exinde Sodomia dicitur, de quo Marianus miles: *Nihil tale novere Germani, & ſanctius vivitur ad Oceanum.* Quintil. Decl. III. *Horn.*

Reges.] Gen. XIV. Hoc antiquiſſimum regimen in terris. *Iuſtin.* Fuerunt autem illi, *Amraphel*, juxta aliquos Nimrod, Rex Senaar, id eſt, Babyloniæ, vel Singaris. *Chedorlaomer* Rex Elamitarum, ſive Perſarum. *Arioch* Rex Ellaſar; Ponti, ut Aquila vult, vel Eliſari, in Arabia Ptolemæo nominati. *Thidal* Rex Goijm, id eſt, convenatum, Symmacho παμφυλίας, alii Galilææ. *Grot.* R. Salomo ex Geneſi magna (liber eſt eo nomine, qui Ebraice vocatur Breſith rabba) *Goijm locus eſt ejus nominis, ubi convenerunt ex plurimis locis & nationibus, & regem crearunt quendam Thadal nomine.* Manahemus Ricinenſis: *Rex gentium conſtitutus fuit ſuper diverſos populos, qui eum ſibi ducem elegerunt.* Abenezra: *nomen eſt provinciæ ut Elam, aut ſignificat regem aliarum gentium, præter eas quas ibi memoravit.* Gen. XIV, 9. גוים. Sym. σκυθῶν, & in ſcholio παμφυλίας Pamphiliæ. An omnium gentium? Nam φύλη aliquando gens. *Druſius. Diodorus* Perſas, *Ioſephus* Aſſyrios fuiſſe prodidit. Eum vide lib. I, c. 9. ubi cauſſam belli multis exequitur. *Galeſin.*

Nullum inter mortales certamen.] Idem habetur in Thanhuma, qui & Ilmedenu, fol. 7. col. 2. *Hactenus non fuerat bellum in mundo.* Aliter Ioſephus Orig. lib. I. cap. 10. A Ioſepho ſtat ipſa veritas. Nam hoc potius alterum bellum fuit, natum ex defectione harum gentium, quæ ſervierunt Chedorlaomor Elamitarum regi annos duodecim, ut habetur Gen. XIV. ℣ſ. 4. Aut ſenſus eſt, *nullum certamen, quod quidem in ſacris litteris memoretur.* Nam credibile plura ante certamina fuiſſe. Nemrod enim abſque certamine regnum ſibi parare qui potuit? Sic Lamech primus bigamus fuit. Nam ante illum nemo ſimul duas uxores habuiſſe legitur. *Druſ.* Et hoc contra quam teſtamento Noachus præceperat, *Ne quis fratris fines invaderet, nec injuria alter alterum afficeret, quoniam inde bella ac diſcordiæ orirentur.* Atque circa hæc tempora incipit σκυθισμὸς ſecundus, ac triſtis illa naturæ Lex: In omnibus fere gentibus quodammodo vox naturæ iſta perſonuit, ut ſubjugari victoribus mallent, quam bellica vaſtatione deleri. *Auguſt.* XVIII. C. D. 2. Sulpicius putat hoc primum fuiſſe bellum inter mortales. Cui ego non facile aſſenſerim. Nam ſi Cain fratrem occidit, quis putet in ejus poſteritate ante diluvium, in tanta vitiorum licentia, nullum fuiſſe bellum? *Eſtius.*

Sodomorum.] Vulgata. Græci τὰ Σόδομα dicebant, ut τὰ Ἱεροσόλυμα. Hoc nomen aliquando late ſumitur pro tota regione Pentapolitana. Hieronymus, *Gomorrha una de quinque civitatibus*

reges Sodomorum, Gomorrhæorum, vicinarumque regionum, in prælium erumpunt: primoque impetu fuſi, victoriam conceſſere. Tum à victoribus Sodoma direpta, prædæ hoſtibus fuit, ductuſque Lot in captivitatem. Quod cum Abram comperiſſet, propere armatis ſervis ſuis, numero trecentis decem & octo, reges victoria feroces, exutos præda armiſque, in fugam compulit. Tum à Melchiſedec ſacerdote bene-

bus Sodomorum, quæ cum reliquis divina ultione ſubverſa eſt. Druſius.

Gomorrhæorum..] Vulgata, & Oroſius lib. 1. 6.

Vicinarumque regionum.] Adamæ, Zeboim, Segor. Regiones appellat urbium ſingularum territoria. *Druſ.*

Sodoma direpta.] Sic paulo poſt: *Sodoma divinis ignibus conflagravit.*

Lot in captivitatem.] Vel in prælio captus, vel inermis in urbe inventus. *Menochius.*

Servis ſuis.] Vernis ſive vernaculis, quibus ſe junxerunt federati, Aner, Eſcol, Mamre. Gen. xiv. Multi autem tum patresfamilias erant αὐτόνομοι. Qualis fuit Abraham. Qui βασιλεύων dicitur *Nicol. Damaſc.* Rex vocatur Iuſtino xxxvi. unctus Dei Pſ. cv, 15. Quidam חניכיו ita interpretantur, ut ſenſus ſit, miniſtros Abrahami ab ipſo plene inſtructos, de armorum ſuorum juſtitia. *Grotius.*

Quod cum Abram comperiſſet.] Rabbini hoc ipſi indicatum volunt à Gigante Ogo, qui diluvium evaſerit, unde & הפליט, evaſor, dicatur. Quæ ineptiſſima ſunt.

Numero trecentis decem & octo.] Hinc lux Prudentii hiſce verſibus,

Nos eſſe large vernularum divites
Si quid trecenti bis novenis additis
Poſſint, figura noverimus myſtica.

Figura myſtica eſt Thau littera, crucis figuram habens, cum ſupra ſcriptis duabus primis litteris nominis Ἰησοῦς, hoc modo $\overset{IH}{T}$. Hæ litteræ ſimul efficiunt 318. *Druſius.*

A Melchiſedec.] Quem fuiſſe Semum volunt, Hieronymus, Gerundenſis, Primaſius, Ionathan, Ieroſolymitanus, alii. Contra eſt Procopius Gazæus in Gen. xiv. & alii multi, quæ ſententia firmatur ex Epiſt. ad Ebræos vii, 3. Nec probabile eſt Semum habitaſſe inter Chananæos. Quanquam R. Salomo velit, Chananæos fuiſſe ex poſteris Sem; in quo valde fallitur. *Druſ. Melchiſedeciani* Spiritum Sanctum, *Didymus* & *Origenes* Angelum, *Cunæus* non-hominem, id eſt, Meſſiam fuiſſe volunt. Quæ omnia falſa, & à Conſtantino L'Empereur fuſe refutata. Fuit unus ex regulis Chananæorum, qui pie inter illos & ſancte vixit. *Suidas* oriundum vult à Side filio Regis Libyæ, cujus parentes Epiphanius Heraclam patrem, Aſtharoth vero, ſeu Aſteriam, matrem appellat.

Sacerdote.] Erat & Rex. Virgilius iii. Æn.

Rex Anius, Rex idem hominum,
Phœbique Sacerdos.

Vbi Servius: *Majorum erat hæc conſuetudo, ut Rex etiam eſſet Sacerdos vel Pontifex.* Hinc domus in qua Pontifex habitabat, regia dicebatur. *Idem* ad viii. Æn.

Reliqua.] Præter victum, & partem federatorum. Talis priſcorum Heroum animus, Catonis Majoris, Pauli Æmylii, Mummii, & aliorum. At nunc

alius

nedictus eſt, eidemque decimas prædæ dedit. Reliqua his, quibus erepta erant, reddidit. Per idem tempus Abræ Dominus locutus eſt, multiplicandumque ſemen ejus, ſicut arenas maris ſtellaſque cœli, ſpopondit: peregrinumque ejus ſemen prædictum futurum, ac poſteros in hoſtili ſolo, per quadringentos annos, laturos ſervitium; poſtea libertati reſtituendos. Tum ei, atque uxori ejus, adjectione unius litteræ, nomen immutatum. Ita nunc ex Abram Abraam, ex Sarai Sara di-

aliud ſæculum; & miſerrima Germania in prædam bellantibus eedit. *Horn.*

Sicut arenas maris, ſtellaſque cœli.] Significat innumerabilem hominum copiam. Qua comparatione crebro utuntur antiqui. Stellæ quanquam à Ptolemæo numerentur tantum cIↃ xxII. tamen innumerabiles ſunt minores, & tubis Opticis Galilæi, ac Metii detectæ. Catullus:

Aut quot ſidera multa, cum tacet nox. Horn.

Hoſtili ſolo.] Potius, *in peregrino ſolo.* Nam intelligit Chananæam & Ægyptum. Chananæi autem eo tempore non hoſtes ipſorum erant, ſed hoſpites. *Druſius.* Sic olim ſumebatur vocabulum *hoſtis*, pro peregrino.

Per quadringentos annos.] Tempus iſtud incipit à nato Iſahaco, qui anno ætatis ſexageſimo genuit Iacobum. Iacob autem, cum Ægyptum intraret, agebat annum centeſimum & trigeſimum. His adde annos ducentos decem, quibus fuerunt in Ægypto; en numerum, quem hic Severus ponit, & qui habetur, Gen. 15, 13. *Druſius.* Epiphanius in Ancorato, ſupputat annos ccccxxx. initio facto à promiſſione prima Abrahæ facta. Eos autem cccc. annos non integros in ærumnis & in Ægypto egerunt. Sed in Chananæa, Meſopotamia, Ægypto. Quanquam interdum ſolius Ægypti, ubi diutiſſime & miſerrime egerunt, Moſes meminerit. *Merſennus.* Genebrardus totos hos cccc. annos vult completos in Ægypto, ſed errat. Nam initium numerandi fit ab hoc tempore. *Eſtius.* cccc. anni referuntur ad *peregrinum erit*, & *affligent*. Tirinus.

Ex Abram Abraam.] Id eſt, Pater multarum gentium. In vulgatis editionibus *Abraham.* Pro quo Druſius repoſuit Abram, ſecutus primo LXX. Deinde quia in Abraham eſt adjectio duarum litterarum, non unius. Correctionem hanc firmat Hieronymus. Vide quoque Iuſtinum diſputatione cum Tryphone Iudæo. *Druſ.* Prudentius:

Adjecta cujus nomen auxit ſyllaba,
Abram parenti dictus, Abraham Deo.

Ex Sarai Sara.] Prius erat ex Sarai Sara: ubi non adjecta littera, ſed ablata. In Ebræis codicibus littera cum littera commutatur, videlicet Iod in שרי cum He quod in שרה. Sed noſter abſque dubio Græcos ſecutus eſt, in quorum libris Gen. 17, 15. *Σαρὰ ἡ γυνή σου οὐ κληθήσεται τὸ ὄνομα αὐτῆς Σάρα, Σάῤῥα ἔςαι τὸ ὄνομα αὐτῆς. Sara uxor tua non vocabitur nomen ejus Sara, Sarra erit nomen ejus.* Druſius. *Beda:* Non Sarai ſed Saram; id eſt, non principem meam, ſed principem; non domus ſuæ tantum, ſed omnium recte credentium fœminarum. Idem fere *Hieronymus.*

Non

dicitur. Cujus quidem rei, non inane myſterium, non eſt hujus operis exponere. Eodem tempore Abraæ lex circumciſionis impoſita eſt. Erat ei autem, ex ancilla, filius Iſmaël. Et cum ipſe eſſet annorum centum, uxor au-

Non inane myſterium.] Inane myſterium dicit, quod caret ratione. Ea peti debet è ſcriptura Ebraica. Quanquam ſunt qui alterum ῥῶ adjectum exiſtimant in σάῤῥα, ad ſignificandum annum Abrahæ centeſimum, quo filium genuit ex Sara uxore vetula, nempe nonagenaria. Sed, ut dixi, nullum eſt ϱ in Ebraiſino. Quocirca alia ratio quærenda eſt. Hieronymus quæſtion. in Geneſin, *Errant qui putant primum Sara per unum R. ſcriptum fuiſſe, & poſtea ei alterum R. additum, & quia R. apud Græcos centenarius numerus eſt, multas ſuper hoc nomine ſuſpicantur ineptias: cum utique, utcumque volunt ei vocabulum commutatum, non Græcam, ſed Ebræam debent habere rationem: Ebræum enim eſt. Nemo autem in altera lingua quempiam vocans, etymologiam vocabuli ſumit ex altera. Sarai igitur primum vocata eſt per Sin, Res, Iod. Sublato igitur Iod, id eſt, I elemento, addita eſt He littera, quæ per a legitur & vocata eſt Sara. Cauſſa autem ita nominis immutati hæc eſt, quod antea dicebatur* princeps mea, *unius tantum domus materfamilias: poſtea vero dicitur abſolute* princeps, *id eſt,* ἄρχουσα. *Sequitur enim, dabo tibi ex ea filium, & benedicam ei, eritque in gentes, & reges populorum erunt ex ea. Signanterque in Ebræo habetur,* non vocabis nomen ejus Sarai, *id eſt, non dices ei, princeps mea es: omnium quippe gentium futura jam princeps eſt. Quidam peſſime ſuſpicantur ante eam* lepram *fuiſſe vocitatam, & poſtea principem: cum lepra Saraath dicatur, quæ in noſtra quidem lingua videntur habere aliquam ſimilitudinem, in Ebræo autem penitus diverſa ſunt. Scribitur enim per Sadic, Res, Ein & Thau: quod multum à ſuperioribus litteris, quibus Sara ſcribitur, diſcrepare manifeſtum eſt.* Videndus & Albinus quæſtionibus in Geneſin. *Druſ.* Eſtius myſterium hoc ediſſerit, ſed frigidis innixus allegoriis.

Lex circumciſionis.] Rationem ejus reddit Rambam III. *More Neb. 49.* Summa huc redit: circumciſionem inſtitutam, ad corrigendam libidinem; & ut fideles haberent unum quoddam ſignum, quod illos conjungat, ne quis alius, qui non eſt ex illis, dicere poſſit, ſe eſſe ex illis. Ibidem refert, cur in infantia? cur octavo die circumciſi? Hunc ritum omnes Abrahamidæ retinuerunt, Iſmaëlitæ, Idumæi, Ammonitæ, Moabitæ, Arabes, & Ægyptii quoque. *Philo* l. de Circumciſ. *Ioſeph.* XIII. Antiq. 10. *Herodotus* in Clio.

Ex ancilla.] Hagar, quam volunt Abrahamo ab Ægypti regina datam. Chronicon Regum Arabiæ: *Regnavitque ejus loco Nachoria, quæ ancillam ſuam Hagar dedit Saræ.* Chryſoſtomus à Pharaone donatam dicit. Auguſtinus: *Nullo modo inurendum eſt Abrahæ crimen ob concubinam Agar: quippe qua uſus eſt ad generandam prolem, non ad explendam libidinem, non inſultans, ſed potius obediens conjugi.* XVI. C. D. 25.

Filius Iſmaël.] Ab Iſmaële Arabes acceperunt circumciſionem. Qui quod Iſmaël XIII. ætatis anno circumciſus, cuncti quoque tredecennes circumcidebantur, teſte *Origene* apud Euſeb. VI. *προπ. 9.*

Centum.] Nonaginta novem. Geneſ. XVII. ℣ſ. 24, & mox pro *nonaginta* novem. Nam tunc promiſſio facta eſt. Quamobrem cum hæc ſcriberet Sulpicius, aut memoria lapſus fuit, aut in mente habuit dicereq; voluit, futurum eis filium, cum ipſe eſſet annorum centum, & uxor ejus nonaginta. Anno enim

poſt

autem ejus nonaginta, futurum eis filium Iſaac, Dominus pollicetur, qui cum duobus angelis ad eum venerat. Inde Sodomam miſſi angeli, Lot in porta ſedentem reperierunt. Quos cum ille, homines exiſtimans, hoſpitio receptos, cœnatoſque domi haberet: juventus improba ex oppido, novos hoſpites ad ſtuprum flagitabant. Lot pro hoſpitibus filias offerens, non acquieſcentibus, quibus illicita potius deſiderio erant, ipſe ad ſtuprum trahebatur. Quem angeli propere ab injuria vindicantes, luminibus impudicorum cæcitatem offuderunt. Tum Lot, ab hoſpitibus edoctus, perdendum opidum, propere cum uxore & filiabus eſt egreſſus. Interdictum tamen eis eſt, ne retrorſum conſpicerent. Sed mulier parum dicto audiens (humano malo, quo ægrius vetitis abſtinetur) reflexit oculos, ſtatimque in mo-

poſt promiſſio completa fuit. *Druſ.*

Futurum ei filium Iſaac.] Gen. XVIII. ℣ſ. 10. Quatuor homines in Veteri Teſtamento, nominibus ſuis, antequam naſcerentur, vocati ſunt, Iſmaël, Iſaac, Salomon & Ioſias. *Hieronymus.*

Dominus pollicetur.] Sulpicius eſt in eorum opinione, qui ipſum Dei filium, in forma naturæ humanæ, quam aſſumturus erat, Abrahamo apparuiſſe volunt. Quomodo autem Angeli corpora aſſumant, diſputant Scholaſtici; ſubtilius quam verius. Vide *Tertullianum* lib. de Carne Chriſti.

Inde Sodomam miſſi Angeli.] Duo: quorum unus Sodomam delevit, alter Lotum eduxit cum uxore ac filiabus. Tertius enim legatione ſua functus evanuerat. Dicunt autem Ebræi, unum angelum non obire duas legationes. Quod verum an falſum ſit, aliis diſcutiendum relinquo. *Druſ.* Lyra & Toſtatus dicunt, Hebræos tradere, hos tres fuiſſe, Michaëlem, Gabriëlem & Raphaëlem; quorum primus Dei perſonam gefferit; duo reliqui Sodomam everterint, & Loth eduxerint.

Iuventus improba.] Tam ſenes quam juvenes. Numerantur autem quatuor peccata in Scripturis, quæ in cœlum clamant, Homicidium, Oppreſſio viduarum, Mercedis debitæ negatio, & peccata Sodomitica. *Buchol.*

Cæcitatem.] Ἀορασίαν, ut ſi *avidentiam* dicas, inquit Auguſtinus, *quæſt.* XLIII. *Druſius.* Scotomate, quale habes II. Reg. VI, 18. *Grotius.*

Et filiabus.] Non elocatis, ſed quæ virgines in ejus lare. *Idem.*

Ne retrorſum.] Eodem ſpectat de Orpheo fabula. Annibal quoque à ſpectro vetitus reſpicere. Cic. I. Divin. In dictis Pythagoricis: ἀποδημῶν τῆς οἰκίας μὴ ἀποστρέφου. *Idem.*

Mulier.] Vxor Loti, quæ erat ex filiabus Sodomæ. *Targum Ieroſolymitanum.*

In molem converſa traditur.] Gen. XIX. ℣ſ. 26. *& fuit ſtatua ſalis.* Græce eſt ςήλη

molem converſa traditur. At Sodoma divinis ignibus conflagravit. Lot autem filiæ, exiſtimantes humanum genus interiiſſe, concubitum inebriati patris ap-

στήλη ἁλός. Ebraice autem נציב, unde Niſibis, quæ & Neſebis & Naſebis. Sic interpretatur hoc nomen Philo Byblius, ut eſt apud Stephanum de urbibus. Statuam autem alii cumulum, alii columnam vocant. *Diſtat à mari Sodomeno duabus leucis : conſtatque adhuc cumulus ille*, ait Benjamin in Itinerario, *qui à gregibus aliquando lambendo imminutus, denuò ad priſtinam creſcit molem.* Thargum Ieroſolymitanum. *Quia uxor Lot erat ex filiabus Sodomæ, reſpexit poſt ſe, ut videret quid tandem eventurum eſſet domui patris ſui : & ecce ipſa ſtetit*, (id eſt, manſit) *columna ſalis, duratura uſque ad tempus illud quo reviviſcent mortui.* Druſius. Hanc ſuo etiam tempore ſuperfuiſſe teſtatur *Ioſephus*, ſemper manſuram *Hieroſolymitanus*. Vide Burchardum, & alios, qui ibi fuere. Cyprian.

—— Et ſimul illic
In fragilem mutata ſaltem ſtetit ipſa ſepulchrum,
Ipſa imago ſibi formam ſine corpore ſervans.

Vxor Loth in Salem converſa, magno admonuit Sacramento, neminem in via liberationis ſuæ, præterita deſiderare debere. *Auguſtinus.* Prudentius :

Nemo memor Sodomæ, quæ mundi forma cremandi eſt
Vt ſemel è muris greſſum promoverit, ore
Poſt tergum verſo reſpectet funera rerum.

Et *Tertullianus*, Carmine de Sodoma :

Ipſaque in agro ſibi formam ſine corpore ſervans,
Durat adhuc, nunquam pluviis nec diruta ventis.
Quin etiam ſi quis mutilaverit advena formam,
Protinus ex ſeſe ſuggeſtu vulnera complet.
Dicitur & vivens. alio jam corpore ſexus,
Munificos ſolito diſpungere ſanguine menſes.

Sodoma.] Sub qua comprehenduntur Gomorrha, Adama, Zeboim, & Segor. *Galeſin.* Sed de Segor res incerta, quia ei parcitum ad preces Loti. Deinde non recenſetur Deut. xix, 33. Tum Zoar Ioſepho, Zoara Ptolemæo, in Arabia locatur. Salmanticenſis tradit anno uno habitatam fuiſſe poſt Sodomam. *Grotius. Druſius.*

Divinis ignibus.] Quibus admixta erant ſulphur & ſal, Deut. xxix. ℣ſ. 25. Quare ſal? An ad ſterilitatem terræ conciliandum? videtur. Sulphur autem ignem, qui natura levis eſt, & ſurſum fertur, gravitate ſua, in terram deprimebat. *Druſ.* Et huc *Tacitus* reſpicit v. Hiſtor. & Strabo. Contigiſſe hanc conflagrationem putat Oroſius anno ante V. C. cIↄ c lx. *Galeſin.* Philo ſcribit in hodiernum conſpici monumentum cladis illius inenarrabilis, cinerem, fumum, ſulphur & perpetuam loci ſterilitatem. Meminerunt plurimi veterum.

Humanum genus.] Filiæ Loth non fœdæ libidinis amore, præſertim fumantibus adhuc Sodomis, ſed perverſa generis ſui conſervandi cupiditate, abominando crimine ſe polluerunt. *Bucholcer.* Licitum id arbitratæ ſunt, quod ab Arabibus vicinis, quotidie fieri intelligebant; ut Strabo docet. *Grot.* Sed fœdum hoc facinus, haudquaquam, quod Chryſoſtomus facit, excuſandum eſt.

Inebriati.] *Origenes :* Ebrietas eum decepit, quem Sodoma non decepit.

Moab.] Vnde genus ducunt Moabitæ. Dictus Moab, ut vulgo exiſtimant, quia è patre natus, quod eſt מאב Meab; niſi verior interpretatio, *Moab, aqua patris.* Mo enim in lingua Ægyptiorum aquam ſignificat : quæ vox uſurpatur quandoque in re venerea, ut ubi legimus, *ab aqua aliena abſtine.* Quo pertinet

appetiverunt: unde Moab & Ammon nati ſunt. Per idem tempus fere, cum Abraam eſſet etiam centum annorum, Iſaac filius natus eſt. Tum ancillam, de qua Abraam filium ſuſceperat, Sara expulit: quæ habitaſſe in deſerto, una cum filio, & præſidio Domini defen-

net & illud, *Aqua furtiva dulcior.* Druſ. Sed quod de *Mo* Ægyptiorum dicitur, nullius momenti eſt. Ratio frigida. Nec credibile, Lotum peregrino uſurum nomine. *Horn.* Hinc nomen habet Characmoba Arabiæ apud Stephanum, ex quo corrigenda Ptolemæi lectio. خرق مواب laceratio Moab, quod ibi cæſi Moabitæ. *Grotius.*

Ammon.] In Ebræo eſt *Ben-Ammi*, qui pater filiorum Ammon. Ab his Ammonitæ diſtinguuntur. *Druſ.*

Centum annorum.] Si in ea ſententia fuit, ut exiſtimarit Iſaacum natum eo anno, quo promiſſio facta eſt Abrahamo, fallitur. Nam promiſſio facta eſt cum annum ageret nonageſimum nonum, ut diximus. Iſaac autem natus fuit cum eſſet annorum centum. Græca editio nihil juvat Sulpicium, quem ita ſenſiſſe colligo ex particula *etiam*. Idem.

Iſaac filius natus.] Cum ablactaretur, convivium habitum, cui intereſſe potuerunt Sem, Arphaxad, Thare, Sala & Eber, qui tum ſuperſtites fuerunt. *Bucholc.*

Ancillam.] Hagar. Græca Scholia dicunt montem Sina Arabum lingua Agar vocari. Hinc Agareni. Pſ. LXXXIII, ỳſ. 2. Priſci Arabes Hagarenos vocant אלמהגרין Elmagherin. Vnde *μαγαρείζειν* apud Cedrenum; & *μαγαρισμὸς* eſt *Μαωμεθισμός*. Huc pertinet quod Apoſtolus dicit ad Gal. IV, 30. *Scalig.* هجر Hagar, Arabiæ Vrbs, quam Alferganus in Clim. II. Locat. Forte ab Hagar, matre ſua, Arabes deſumſerunt nomen. Ejus nominis etiam pagus extat prope Medinam. Egra vel Agra Ptol. Stephano, Plinio. *Ἀγραῖον ἔθνος Ἀγράβιον* Straboni & Stephano. Templum Meccanum exſtructum ab Iſmaële videtur, ſiquidem ad ſacelli portam puteus eſt, ubi conſediſſe Hagar cum infante volunt: unde زمزم Zemzem vocant. *Golius.*

Habitaſſe in deſerto.] Pharanio, quod Ægyptum reſpicit. Atque hinc Sarraceni dicti, id eſt, habitatores deſerti. Nam *Sarra* Arabice deſertum eſt, & *Sakan* habitare. Sozomenus l. VI. c. 38. à Sara deducit, quaſi ſervile nomen Hagarenorum dedignati fuiſſent; ſed contra mentem Arabum. Nam ipſi originem ſuam à Sara non deducunt. Maxime probabile, ita à vivendi genere, quod *λῃστρικοὶ* & *νομαδικοὶ* eſſent, dictos. Hoc enim سرق notat *Scalig.* & *Fullerus.* Græcis *Σκηνῖται* dicuntur, à tentoriis in quibus habitant. *Hieron.* in Eſaiam. *Sozom.* l.c. *Ammian.* l. XXII. Circumciſionem retinuerunt, ſed in annum XIII. rejectam, quia Iſmaël tot annorum circumciſus. Ioſeph. I, 12, 13. Origen. apud Euſeb. VI. κεφ. II. Epiphan. contra Ebionitas, Arabes ſunt genuini vel adſcititii. Genuini العرب العاربة qui à Iarab filio Cachtani deſcendunt. Hic eſt qui dicitur ابو اليمن Pater Arabiæ felicis. Adſcititii العرب المستعربة, ſunt qui ab Iſmaël, & aliunde quam à Iarab. *Golius.*

Vna cum filio.] Iſmaële. Vnde Iſmaëlitæ, Gen. XXXVII. ỳſ. 25. ubi Onkelus,

ſenſa traditur. Non multum poſt, Dominus Abraæ fidem tentans, immolandum ſibi à patre filium Iſaac poſcit. Quem ille non cunctatus offerre, cum aræ puerum ſuperpoſuiſſet, gladiumque educeret, vox miſſa de cælo eſt, puero ut parceret: victimæ aries præſto fuit. Conſummatoque ſacrificio, Abraæ Dominus locutus eſt, promittens, ea quæ jam ſpoponderat.

At

lus, Pſeudo Vzielides, & Targum Hieroſol. habet פרקיין Saraceni. *Selden.* Iſmaëla apud Stephanum, parva Arabiæ regio. Mirum eſt quod habet *Bereſchit Rabba*, apud Alexandrum M. Aſia potitum, Iſmaëliras ſive Arabas litem adverſus Iſiaëlitas inſtituiſſe, de prærogativa primogeniti; atque advocatum reſpondiſſe: *Domine mi Rex, nonne fas eſt cuique pro libitu ſuo cum liberis ſuis agere?* Rege annuente, *at ſcriptum eſt*, inquit Gen. xxv, ỳſ. 5. *Et dedit Abraham totam ſubſtantiam ſuam Iſaaco. Seld.* de Succeſſ.

Tentans.] Hæc ultima Abrahami tentatio. Quarum decem recenſentur. *Grot. Merſennus.*

Iſaac immolandum.] Hanc hiſtoriam etiam gentiles noverant; ſed perſonas, finem, remque ipſam, depravarunt. *Perſonas:* dum pro Abrahamo *Saturnum* vel Iſiaël; pro Iſaaco quendã Ἰεοὺδ vel Μονογενῆ, pro Sara *Anobretam* ponunt. Finem; dum dicunt ad hoſtes regni averruncandos factum hoc ſacrificium. Rem; dum Ἰεοὺδ, regio ornatum habitu, conſtructam ſuper aram, immolatum fingunt. Integram Porphyrii narrationem ea de re Euſeb. lib. 1. πϱ͂ϑ π. c. 9. refert. *Horn.* Arabes Muhammedani lapidem quendam colunt, cui Abrahamum alligaſſe camelum ſuum volunt, cum Iſaacum ſacrificare vellet. *Euthymius* Zygabenus in Panoplia & in Catecheſi Saracenorum. *Maximus* Tyrius ſerm. XXXVIII. *Selden.* Alcoranus in vicino Meccanis monte Arafet immolandum fuiſſe refert. Nugæ. Fuit mons Moria, ὀπτϱ͂σίας Aquilæ, viſionis Latino. Vbi & Abelem ſacrificaſſe tradunt Ebræi, ſed falſo. Nam in Tranſtigridanis regionibus id factum. *Horn.* Rabbini tradunt Sammaëlem, qui Satanas, voluiſſe impedire Abrahamum, ne ligaret Iſaacum, & Iſaacum ne obediret patri. Alii dicunt: venit Sammaël ad Abraham, & dixit ei; annon ô ſenex perdidiſti mentem tuam? annon inſanus es? Rambam More Nev. II, 20.

Cum aræ.] Quæ in monte Moria, ſicut jam ante dictum. Ita Rabbini conſtanter. Addunt, ibidem Adamum, Cainum, ac poſtea, Noachum quoque ſacrificaſſe. Quæ omnia falſa ſunt, ut ex ſacra Geographia oſtendi poteſt. *Horn.*

Puerum.] De ætate ejus variant. Rabbini quidam X, XII. ut Aben Eſra, alii XXXVII. ut Salmanticẽſis, Ioſephus XXV. annorum fuiſſe volunt. נער etiam de grandævis dicitur: ut de Ioſepho cum jam XXX. annorum, de Ioſua, cum LX. eſſet. *Rambam.*

Superpoſuiſſet.] Ligatum, ut mos antiquiſſimus. Servius ad illud Virgilii: *& vincula rupi.*

Gladiumque educeret.] Sic fere pictores, qui Abrahamum cum acinace ſtricto pingunt. In Ebræo eſt מאכלת, quod vulgarem cultrum, vel quo ad ſacrificia uſi, ſeceſpitam notat. Muhammedani fingunt, gladio Iſaaci collum diſſecari non potuiſſe. Cæterum Patres affectus Abrahami filium mactaturi, graphice nobis depingunt, maxime Gregorius Nyſſenus. *Horn.*

Sara

At Sara, cum ſeptimum & viceſimum ſupra centeſimum annum ageret, deceſſit: corpus cura viri ſepultum in Hebron, Chananæorum oppido. Etenim illic Abraam commorabatur. Tum Abraam Iſaac filium juvenilis ætatis videns, ſiquidem tum quadrageſimum annum ætatis agebat, ſervo ſuo imperavit, uxorem

Sara deceſſit.] Tribus annis ante nuptias Rebeccæ. Author libri: *Altercatio Synagogæ & Eccleſiæ.*

Sepultum.] De origine & jure ſepulturæ, vide Grotium 11, 19. de Iure pacis & Belli. Prudentius:

Quidnam ſibi ſaxa cavata
Quid pulchra volunt monumenta?
Niſi quod res creditur illis
Non mortua ſed data ſomno.

In Hebron.] Mortua eſt in opido Arbe, quod à Græcis πόλις Ἀρβὼχ vocatur, & alio nomine Hebron ſive Chebron dicitur: ſepulta vero in ſpelunca Machphela, quam Abraham emerat ab Ephrone Hetthæo. Hiſtoria refertur Gen. xxiii. Hæc Vrbs Metropolis erat Iudææ, condita ſeptem annis ante urbem Ægypti, quæ Tanis nuncupatur. Dicitur & Cariath-arbe: à viro quodam Arbe dicto, non à quatuor patriarchis ibi ſepultis, ut Hiero. opinatur. Diſtat ab Ægypto, teſte Gerundenſi, itinere ſeptem dierum. *Druſius.* Hæc urbs nomen ter mutavit. Primo dicta fuit Mambre. Quamquam fortaſſis Mambre ſuburbium ejus. Vt ita Mambre & Hebron diſtinguantur, ſicut Antiochia & Daphne. Alterum nomen eſt Ciriath-Arba, à conditore Arba. Nam Gigantem fuiſſe, Ioſua xiv, 15. docet. Scrupulum tamen injicit, quod Gen. xxxv, ℣ſ. 27. dicatur Ciriath הערבע. Nam ſi Arba nomen proprium, cur articulus additur? Atque ob eam cauſam, multi τετράπολιν dictam putant, & quatuor paria, quæ ibi ſepulta, & unde nomen, conquiſiverunt: ut *Adam* & *Evam*, *Abraham* & *Saram*, *Iſaac* & *Rebeccam*, *Iacob* & *Leam*; vel quatuor Patriarchas, *Adam*, *Abraham*, *Iſaac*, *Iacob*; vel quod fuerit οἰκητήριον γιγάντων quatuor, *Achimian*, *Siſai*, *Talmai*, & patris eorum *Arbæ*. De quibus opinionibus videri poteſt Hieronymus, Salomo Trecenſis, & alii. *Druſius ad Geneſ.* Hæc urbs ſeptem annis ante Tzoan Ægypti condita, Num. xiii, ℣ſ. 23. id eſt, ante Tanes. Tanes autem quando condita, non ignotum fuit Iſraëlitis in Ægypto degentibus. Ieroſolymitanus per eam Pithom intelligit. Non bene. Cur enim Moſes hoc non dicit? Nomen Hebron recentiſſimum eſt, &, ut videtur, Ioſuæ ævo natum. Moſes tamen ejus Num. xiii, ℣ſ. 22. meminit. Vnde multi adjectum à Prophetis volunt, ſicut & Dan Gen. xiv, ℣ſ. 14. *Horn.*

Chananæorum oppido.] Geneſ. xxiii, ℣ſ. 1. *ipſa eſt Chebron in terra Chanaan.* Moſes Gerundenſis ait eſſe vicinam Chananææ. Vtrumque ſimul verum eſſe poteſt. Nam anguſte ſumptum hoc nomen uſurpatur de una è ſeptem gentibus, cum late acceptum omnes ſeptem comprehendat. *Druſ.*

Quadrageſimum annum.] Scriptum hoc diſerte Gen. xxv, ℣ſ. 20. Duxit ergo uxorem tertio anno à matris obitu, quæ deceſſerat anno ætatis ipſius 37. Apud Ioſephum lib. 1, cap. 16. περὶ τεσσαράκοντα. Sed περὶ redundat, ut alibi ſæpe, & aliquando in hac hiſtoria (ad.) *Druſius.*

Servo ſuo.] Eliezero Damaſceno. Quem Damaſci conditorem faciunt

rem ei quæreret : ex ea tamen tribu atque terra, de qua ipſe oriundus videbatur : modo ut inventam puellam in regionem Chananæorum deduceret, nec putaret eum cauſſa conjugis in ſolum patrium rediturum. Atque ut ea ſtrenue mandata exſequeretur, contacto domini ſemine, ſacramentum dedit. Ita ſervus profectus in Meſopotamiam, ad oppidum Nachor, Abraami fratris, devenit : ſucceſſitque in domum Bathuë-

Arabes. Dicunt tamen hic antea conſediſſe عوص, Ebræis עוץ, & locum vocaſſe Aram. *Ioſeph. Golius.* LXX. משק pro nomine proprio ejus, qui pater, aut progenitor Eliezeri fuerat, accepere. Nec aliter Iulianus apud Cyrillum. Cōtra Latinus, Aquila, Theodotion, *procuratorem* intelligunt. *Grot.*

Tribu.] In Græco Codice φυλὴ legitur, quod ſecutus eſt Sulpicius. In Ebræo : *ex cognatione mea.* Φυλὴ etiam pro natione ponitur Eſth. XIII, ℣ſ. 4. Quia nimirum Orientales, tribuum exactiſſimam rationem habent.

Oriundus.] E Meſopotamia, ubi commoratus fuerat, & fratrem reliquerat, patre ibidem ſepulto. Et bene dicit *videbatur*, quia revera oriundus erat è terra Chaldæorum. *Druſ.*

In ſolum patrium.] Carras, in patriam Abrahami, quæ ei patria erat commorationis, non ortus. Sic Chriſtus tres patrias habuit, Bethlehem, in qua natus; Nazareth, in qua educatus; & Capharnaum, ubi aliquot annos verſatus fuerat. *Idem.*

Contacto domini ſemine, ſacramentum dedit.] Hic mos antiquus. *Ioſeph.* Sic Gen. XLVI, ℣ſ. 29. Quaſi dicerent; ſi fallo, enſe tuo peream. Nam ad femur, locus enſis. Aben Eſra homagii ſignum fuiſſe dicit. *Grot.* Ebræi veteres jurabant manu ſub femore atque genitali parte poſita, quod inde poſteritas eſſet futura, atque ideo velut res ſacra haberetur. Vel, ut R. *Salomo* ſentit, quod illic eſſet ſignum federis circumciſio : vel quod hoc indicio ſignificata poteſtas ſuperioris, & promtus inferioris obſequendi animus, ut *Aben Eſra* autumat, dicitque hunc morem adhuc obſervari in India. *Munſt.* Auguſtinus XVI. Civ. Dei 33. morem hunc ad ſemen Abrahæ, hoc eſt, Ieſum Chriſtum, refert. Idem *Hieronymus*, & alii.

In Meſopotamiam.] Regio hæc interamnis, inter Euphratem & Tygrim jacet, quam proinde Arabes الجزيرة id eſt, inſulam vocant. In Scriptura dicitur פדן ארם. Interdum ambitu ſuo etiam Chaldæam complectitur. Et ſic clarus eſt locus Act. VII, ℣ſ. 2. In Iuchaſin vocatur מלכות חרן regnum Haran. Haran autem vixit & obiit Vre Chaldæorum. Itaque cur potius dicatur regnum Haran, quam Thare, vel Nahor, ſicut Carræ nuncupantur civitas Nahor, fateor me ignorare. *Druſ.* v. Præterit. Ratio clara. Quia metropolis ejus חרן, Carræ. Hinc regno nomen. *Horn.*

Ad oppidum Nachor.] Carras, ubi Nachor cum fratre habitaverat. Sed cur non potius dicitur, *oppidum Tharæ?* An quia Nahor ibi ſedem fixam habebat? Gerundenſis notat hunc Nachorem, patre in Chaldæam concedente, manſiſſe in Haran, hoc eſt, Carris, ubi etiam natus creditur, vel è Cutha inde tranſlatus, quæ inde aberat itinere ſex dierum. *Druſ.*

thuëlis Syri, Nachore patre geniti: Hujus filiam Rebeccam, ſpecioſam virginem conſpicatus, popoſcit, atque ad dominum adduxit. Poſt id, Abraam accepit uxorem, Ceturam nomine, quæ in Paralipomenis concubina dicitur: ſuſcepitque ex ea filios. Sed Iſaac, Sara edito, ſubſtantiam tradidit: his autem, quos ex concubinis ſuſceperat, dona diſtribuit. Atque ita ab Iſaac

Bathuëlis Syri.] Qui filius Nachoris. Atque hæc antiquiſſima Syriæ mentio, id eſt, Aramiæ. Quæ tum temporis, non alibi quam in Meſopotamia fuit, trans Euphratem. Et ibi limes inter Semi & Chami poſteros. Vtrique, hoc reſpectu, עברים, Hebræi dicti. Ergo Syris Chananæi, Chananæis Syri erant Hebræi, nec illud gentis, ſed oppoſiti ſitus, regioniſque nomen. Sicut Arabes omnẽ Tranſoxianam vocant ما وراء النهر, id eſt, quæ trans fluvium. *Horn.*

Rebeccam.] Ex Græco Ῥεβέκκα, quod hodie legunt Ribca. Sonat autem σιτιστήριον, id eſt, ſaginarium, locum in quo vituli ſaginantur. Sic uxor quædam Davidis nominatur Egla, id eſt, vitula. Cujuſmodi nomina mulierum ſunt Rachel, *ovis*, Sebia, *caprea* (unde Tabitha in actis Apoſtolorum. Nam Syri S. Sade cum Teth permutant) Jaala, *ibex*, rupicapra: aut, ut Davidi Camio placet, *hircus ſylveſtris*. Druſ.

Popoſcit.] Plenum eſſet, *popoſcit in matrimonio*, ut infra, *eamque ſibi in matrimonio à patre poſtulans*. Idem.

Vxorem.] Pactis quidem dotalibus factis, ſed ancillam tamen. Ideo uxor vocatur, & tamen liberi ejus tantum donaria accipiunt. Quale apud Germanos matrimonium impar, ad *Morgangabicam*. Grotius.

Ceturam.] Hanc R. David eandem eſſe putat cum Hagar, ſed nullo argumento. Probabile eſt vel Chananæam fuiſſe, vel, quod potius videtur, ex famulitio Saræ, atque ex Chaldæa adductam. *Horn.*

Concubina dicitur.] I. Chron. XXXII, 1. Concubina apud Hebræos eſt ancilla, aut vilis alia, ad concubitum data ſine ſcriptura, ſine arrhis, ſine ritibus. Qualis erat Abrahami cum Cethura, cujus liberi perinde, ut Iſmaël, dona, id eſt, legata quædam accipiebant, hereditatem autem non creverunt. Tale eſt matrimonium ad *Morgangabicam*, à quo non longe abeunt ſecundæ nuptiæ apud Brabantos. *Grot.*

Filios.] Sex. Gen. XXV, 2. quorum nomina ſunt, Zamran, Ieczan, Madan, Madian, Ieſboc, Sue.

Edito.] Hoc participium tam de fœminis quam de maribus dicitur. Tacitus: *Vbi Agrippina noviſſimè partu Iuliam ediderat.* Cicero: *editus Iove ſatus.* Plerique ſcribunt æditus cum diphthongo, nempe quia prima in hoc verbo, quando extra ſeu foras dare ſignificat, longa eſt. Quod etiam fecerunt in ſæculum. Quanquam à ſequendo dictum concedant. Sæpius occurrit, *edere in lucem.* Cicero: *Qui naſcitur in lucem edi dicitur.* Druſius.

Subſtantiam.] Bona, facultates. Subſtantia Græce ὀυσία, ὕπαρξις. Quintilianus: *ut plus ſubſtantiæ filio relinquerem.* Lexicon Græco-Latinum vetus, ὀυσία, *patrimonium, ſubſtantia, res familiaris, ὕπαρξις, ſubſtantia, opes.* Druſ.

Dona diſtribuit.] Quæ Rabbini quidam, de artibus Magicis, magno Abrahami

Iſaac ſeparati ſunt. Abraam diem functus eſt, impletis annis centum & quinque & ſeptuaginta: corpus ſepulchro Saræ uxoris appoſitum. At Rebecca diu ſterilis, aſſiduis mariti ad Dominum precibus, à die matrimonii, viceſimo fere anno, geminos edidit: qui in

hami dehoneſtamento, accipiunt. Ex quibus *R. Salomo.* Vnde in contentione illa Iſraëlitarum coram Alexandro M. cum Iſmaëlitæ diviſionem urgerent, reſponſum ab advocato: *filiis concubinarum dedit dona.* Sic lis finita eſt. *Horn.*

Ab Iſaac ſeparati ſunt.] Iſaacum hæredem ex aſſe reliquit Abrahamus: filiis concubinarum muneribus ditatis, & in Orientem ablegatis. Nam liberi ex concubina conditionis ſervilis, aut extraneæ ſeu gentilis, à ſucceſſione plane apud Ebræos excluduntur. *Selden.* Occupaverunt autem Keturæi Troglodyticam regionem, & quicquid Arabiæ felicis ad mare rubrum pertinebat. Ophres ſub Hercule exercitum in Lybiam duxiſſe & ibi Africam urbem, regionemque condidiſſe dicitur. *Alex. Polyhiſtor. Ioſeph.* I. 16. Euſeb. IX. πρ&. 4. Leoni Afro Ifricus dicitur. Exercitus Herculei meminit etiam Salluſtius in Iugurth. Certum eſt pleroſque in Arabia Felice conſediſſe; & ab iis multi Arabiæ populi originem ſuam deducunt, veluti Omanæi, Adenenſes, Tebaleni, & alii. Arabes ab *Herodoto* in Euterpe Æthiopum nomine, à *Strabone* Troglodytarum cenſentur; & circumciſionem, argumentum originis, retinuerunt. *Horn.*

Abraam diem functus eſt.] Diem obiit cum complevisset annos CLXXV. Dicunt Ebræi Abrahamum cœpiſſe anno ætatis tertio, complevisse autem ſcientiam ſuam anno XLVIII. cum vidiſſet diviſionem linguarum. Nam eo anno Abrahami diviſio facta eſt. Dicunt etiam, *Anno quinquageſimo ſecundo cœpit inquirere in legem: anno autem ſeptuageſimo venit in fœdus inter ſegmenta, & rediit in Haran: anno vero ſeptuageſimo quinto dictum ei eſt: Exi è terra tua, &c.* Salmanticenſis, *erat modeſtus, minimeque invidus, ſpiritu depreſſo, animoque humili & munificus admodum. Beatus ipſe & beati filii ejus poſt eum.* Druſ. Cæterum à Noacho ad Abrahamum, vita & ætas hominum, immane quantum decrevit. Nam Peleg primus fuit qui annum CCC. non attigit. Solus Noah Iↄ CCCC. Solus Sem Iↄ C. Reliquorum Patrum nullus Iↄ. Vixit Abraham cum Noha annos LVII, cum Sem, Salah & Eber CLXXV, cum Peleg XLVIII, Nahor XCIX, Thara CXXXV, Arphaxad CXLVIII, Regu LXXVIII, Serug CI, Iſaac LXXV, Iacob. XV. Poſt Abrahæ mortem vixerunt Sem annis XXXV, Eber LXIV. *Bucholcer.* Tradunt Hebræi apud Toſtarum, eodem die defunctum Abrahamum, quo Eſavus primogenituram ſuam lenticula vendidit. Vnde Iudæi die cujuſdam emortuali, in illa domo, lenticulas in cibum parant. Encomium Abrahami breve apud Ioſeph. ἀνὴρ πᾶσαν ἀρετὴν ἄκρος, καὶ τῆς περὶ αὐτὸν σπουδῆς ἀξίως ὑπὸ τοῦ θεοῦ τετιμημένος.

Viceſimo fere anno.] Iſaac quadragenarius duxit uxorem, Gen. XXV, ℣ſ. 20. Sexagenarius ex ea ſuſcepit geminos. *ibid.* Abundat igitur adverbium *fere.* Sunt qui poſt annum à die matrimonii vigeſimum, Rebeccam peperiſſe ſcribunt, in queis Lyra & Sigonius. Verba Lyræ, *fuit cum Rebecca uxore ſua viginti annis antequam pareret.* Sigonii, *Poſt vigeſimum annum Rebecca, precibus Iſaac ad Deum, geminos peperit.* Notatum in Iohaſin ex Siphri (liber eſt ejus nominis) niſi

in matris alvo exſultaſſe ſæpius traduntur, dictumque reſponſo Domini eſt, duos in his populos prænunciari, & majorem minori ſubdendum eſſe principio. Sed prius editus, aſper ſetis, Eſau vocatus: minori Ia-

niſi fallor, Rebeccam cum Iſaaco nuberet, egiſſe annum decimum quartum. Vnde ſequitur, cum geminos ederet, fuiſſe aonorum XXXIV. Sed hac in re autores variant. *Druſ.*

Geminos edidit.] Id accidit anno Abrahami centeſimo ſeptuageſimo, videlicet quinque annis aote mortem ipſius: aut, ut Cajetaous putat, decem & quinque. *Idem.*

Exſultaſſe ſæpius.] Ἐσκίρτων exponitur, *exſultabant ſæpius*. Locus eſt Gen. XXV, ℣ſ. 22. In editione Romana eſt, *exultabant*. Quo verbo uſus eſt Ambroſius in libro de Iſaac, cap. IV. & interpres vulgatus Pſalm. CXIII. Auguſtinus prætulit, *geſtiebant*. Hieron. io Tradit. Ebraicis, *& movebantur filii ejus in ea. Pro motione LXX. interpretes poſuerunt* ἐσκίρτων, *id eſt, ludebant ſive calcitrabant, quod Aquila tranſtulit conſtringebantur, Symmachus vero* διέπλεον, *id eſt, in ſimilitudinem navis in ſuperficie ferebantur.* Pro *conſtringebantur*, in fragmentis à me collectis invenio, *confringebantur*, quod genuinum eſſe puto. Nam רצץ quaſſo, concutio, & eſt apud Græcos verbum διαπάλλω, quod eodem modo exponitur. Cui affioe quod apud Scholiaſten ex Symmacho διαπάλαιον, colluctabantur. Vode in fragmentis meis.

ויתרצצו Sym. διαπάλαιον.

Lexicon Græc. Latinum vetus, σκιρτῶ, *exulto*. Sic Luc. I. ἐσκίρτησεν, ἐν ἀγαλλιάσει τὸ βρέφος, *exultavit lætitia fœtus*. Nos ex Ebræo olim vertimus, *collidebant ſeſe*. Druſ. Simile quid narrat Apollodorus Bibliothecæ II. Ἀκρίσιος καὶ Προῖτος. ὅτι καὶ κατὰ γαστρὸς μὲν ἔτι ὄντες ἐστασίαζον πρὸς ἀλλήλους. *Grot.* Pro διέπλεον in Symmacho, legendum διεπάλαιον, colluctabantur, ut Athletæ ſolent. *Horn.*

Reſponſo D mini.] Per os Heberi, qui tum adhuc vixiſſe putatur. *Maimonides, Salomon*, alii.

Subdendum principio.] Cur adjecit, *principio?* nam ſi adverbialiter accepit, falſum eſt quod hic dicit. Non enim principio ſubditus fuit major minori: ſed tunc primum cum David Idumæos tributarios feciſſet. Forte priocipio poſuit pro principatu, ut dicat majorem futurum aliquando ſub miooris dominio. Sic principium ſumitur, Pſalm. CIX, 3. *tecum principium in die virtutis.* Nam in Græco eſt ἀρχή. Lexicon vetus, ἀρχὴ, imperium, magiſtratus, magiſterium, præſidiatus, principium. *Druſ.*

Aſper ſetis.] Ἀπὸ κεφαλῆς ἐπὶ τοὺς πόδας, δασὺ περισσῶς ἦν. *Ioſeph.* Δάσυς ὡσεὶ δορὰ eſt io edit. LXX. Lexicoo vetus, δασὺς, *hirſutus, piloſus.* Hieronymus, *totus in morem pellis hiſpidus.* Veritas Ebraica, *ſicut pallium villoſum.* Siquidem אדרת pallium, quod δορὰ interpretantur, vocis affioitate decepti. Nam pellis אדרת dicitur. Porro ſeta eſt pilus craſſior rigidiorque aut erectus, qualem ſues habent. *Druſ.* Hoc ſignum fortis animi. *Ariſtoteles.*

Eſau.] Dictus ita παρὰ τὸ עשה, facio, perficio. Nam perfectior erat quam pueri ſoleot, utpote pilis ioſtructus R. Salomo, *Omnes vocabant eum Eſau, eo quod eſſet factus & abſolutus pilis ſuis, ut qui multos annos habent.* Aben-Ezra, *Qui videbant, vocabant eum Eſau, id ſonat opus per*

Iacob nomen fuit. Ea tempeſtate gravis annonæ inopia terras inceſſerat. Qua neceſſitate Iſaac in Geraris ad regem Abimelech ceſſit, admonitus à Domino, ne in Ægyptum deſcenderet: eidemque univerſæ illius terræ poſſeſſio promittitur, ibique benedicitur, multipli-

per ſe, ſive factus per ſe. Erat autem partus iſte mirabilis, quia omnis homo prodit in lucem cum ſecunda, quæ ipſum tegit: & ecce duæ iſtæ ſecundæ fractæ ſunt momento uno. Druſ. Philoni Biblio Οὐσωὸς apud Euſeb. I. πϱϑπ. 10.

Iacob.] Παϱὰ τὸ עקב calcem teneo ſeu prehendo, non ſupplanto. Nam ſupplantat proprie qui pede ſuppoſito aliquem in terram dejicit, quod Græci dicunt ὑποσκελίζειν. Vtrumque ſignificat decipio. Quo ſignificatu & πτερνίζω uſurpatur. Sed πτερνίζω etiam ſupplanto. Huc reſpexit Eſau frater Gen. XVII, ℣ſ. 38. cum ait, *recte vocatum eſt nomen ejus Iacob: decepit enim jam me ſecundo.* Ebraice eſt עקב quod à propria ſignificatione contumelioſe detorquet ad tranſlatam. Non enim certe à decipiendo ſic appellatus eſt, ſed ab eo quod calcaneum ejus manu apprehenderit. Res clara ex textu Moſis. Quocirca miror eos qui Iacob ſupplantatorem interpretantur. Nam πτερνιστὴς non tam ſupplantator, quam qui calce ferit aut contingit aliquem. Sed quia etiam ſupplantatorem denotat, veteres plerique omnes, veræ etymologiæ ignari, ita olim expoſuerunt. Irenæus lib. IV. c. 38. adverſus hæreſes. Origines Hom. XII. in Geneſin, & Hom. II. in Exodum. Hieronymus in Nom. Trad. Hebr. & epiſt. ad Ebræos: Auguſtinus, ſermo. XL. de verbis Domini: Arnobius in Pſal. LII. & alii. Sunt interpretes, viri docti, qui nomen Iacob compoſitum eſſe putant ex Iad nomine, manum ſignificante, & ex verbo Acab calcem prehendo: ſed, meo judicio, falluntur. Nam Iod in principio adhibetur ad conficienda nomina propria. Quale eſt in Iſaac, & in Tetragrammato, quod vocant Iod, He, Vau, He, & in Iſraël. *Druſ.*

Terras.] Chananæam. Sed quod Druſius inquit: *Solam Chananæam*, incertum eſt, cum plures in vicinia regiones, eadem inopia, laboraſſe potuerint.

In Geraris.] Sigonius corrigit, *in Gerara.* Quomodo locutus eſt interpres noſter Gen. XXVI. ℣ſ. 1. Idem tamen XX, 1. *peregrinatus eſt Abraham in Geraris.* Scire licet veteres promiſcue uſos hac præpoſitione. Cicero in primo de Oratore, *ut ſe abjiceret in herba.* Cæſar de bello Gallico, lib. VI. *aut ſe in Menapiis abderet.* Terentius Eunucho. *deinde illam in lecto illæ collocant.* Hæc omnia pugnant contra canones Grammaticorum. *Druſ.*

Ad Regem Abimelech.] Ad Abimelech regem Palæſtinorum, ſive Philiſthæorum, quem Græci vocant *βασιλέα Φυλιστιειμ*, qui & rex Geraræ dicitur. Hos Palæſtinos iidem Græci appellant etiam Ἀλλοφύλους: quorum rex communi nomine Abimelech dicebatur, ſi credendum Davidi Camio ad Pſal. XXXIV, 1. ita ſcribenti, *Abimelech nomen fuit olim commune regibus Palæſtinorum, ut Agag Amalecitarum.* Vide ſis Baſilium Hom. LIX. in Pſalmos: Hieronymum Ezech. XXIX. Procopium in Geneſin, Gloſſam Græcam. *Druſ.* Orientalium Regum mos, ſplendida nomina aſſumere. Qualia ſunt Abimelech, Melchiſedec. Pleni Arabum libri, & Hiſtoriæ Califarum ac Sultanorum Ægypti. *Horn.*

Pelli-

plicatuſque pecore atque omni ſubſtantia, agente invidia, ab incolis pellitur: pulſus apud Puteum juramenti conſedit. Igitur annis gravior, luminibus obductis, cum Eſau filium benedicere pararet, conſilio Rebeccæ matris, Iacob ſe benedicendum pro fratre obtulit. Ita Iacob adorandus principibus & gentibus, fratri præponitur. Queis rebus Eſau accenſus, fratri necem moliebatur. Quo metu Iacob, hortante matre, in Meſopotamiam confugit: admonitus à patre, ut ex domo Laban, fratris Rebeccæ, uxorem acciperet. Tanta illis cura fuit, cum in alienis terris conſiſterent, genus tamen intra familiam ſuam ducere. Ita Iacob profectus in Meſopotamiam, per ſoporem Dominum vidiſſe traditur: atque ob id locum ſomnii ſacratum habens,

Pellitur.] Oſtraciſmus. Vide Ariſtot. III. Polit. 3. Ioſephus Abimelechum ſimultatis & invidiæ accuſat in hoc facto. Idem Scriptura facit.

Apud puteum juramenti.] באר שבע. Vbi Latinus legit ש Siniſtrum. Græci dextrum, ut hodie Hebræi quoque Codices. Hinc φρέαρ ὅρκου. *Grot. Berſabea* fedus putei dici poteſt: ſic autem hactenus à comprovincialibus vocatur. Dicitur autem & puteus ſeptimus, Arabice *Bethgebrim*, quod interpretatur, domus Gabrielis. Guilhelm. Tyrius. lib. XIV, cap. 22. Hoc nomen fluvio impoſitum ab Abrahamo, à jurando, vel à ſeptem agnis, vel à ſaturitate. Hoc ultimum magnam quæſtionem patitur. Nam omnes Codices Ebræi conſtanter habent Shin cum dextro puncto. Quod ſaturitatem ſignificare non poteſt. Hieronymus ultimæ opinionis author eſt, & textus ſuadet legendum שבעה, utcunque nunc aliter habeatur. Nam quæ Etymologia eſt, vocari puteum, *juramentum*, quod aqua in eo inventa ſit? Saturitas vocari recte poteſt, juramentum non poteſt. *Druſ.*

Luminibus obductis.] Gen. XXV. Ioſeph. I, 18. Significat caliginem & hebetem viſum; vel, ſi placet, cœcutientiam. Nam præ ſenio cœcutiebat. *Druſ.*

Adorandus Principibus.] לאמים. Regna Chaldæus. Ἄρχοντες LXX. Regna Arabiæ & Syriæ orta ex Agare, Cethura, Labano. *Grot.*

Ex domo Laban.] Gen. XXVIII. Ioſeph. I, 19. Ex familia Laban, qui erat filius Bathuël, nepos Nachor fratris Abrahæ, & frater Rebeccæ matris Eſau & Iacobi. Quod autem Geneſ. XXIX. 5. vocatur *filius Nachor*, eo in loco filius nepotem denotat, ut alibi ſæpe. Nam juxta proverbium Ebræorum, *Filii filiorum tanquam filii ſunt.* Notior enim erat Nachor, inquit Gerundenſis: ideoque pro Bathuële nominatur, qui minus notus erat. *Druſ.* Liber Zohar perhibet, Labanem omnium Orientalium in Magia celeberrimum fuiſſe: ſed liber ille Cabbaliſticus, plenus monſtrorum eſt, & minimæ fidei. *Merſennus.*

Locum ſomnii.] In hoc loco putant

 qui-

bens, lapidem ex eo ſumpſit: vovitque, ſi rebus proſperis revertiſſet, titulum ſibi domus Domini futurum; decimaſque omnium quæ acquiſita ſibi forent, Domino daturum. Inde ſe ad Laban fratrem matris contulit: quem ille ſororis filium agnitum, in hoſpitium benigne recepit. Erant Laban duæ filiæ, Lia & Rachel. Sed Lia oculis deformior, Rachel pulchra fuiſſe traditur. Cujus ſpecie Iacob captus, amore virginis conflagrabat: eamque ſibi in matrimonio à patre poſtulans, ſeptem annorum ſervitio ſe mancipavit. Sed impleto tempore, Lia ei ſupponitur: ac rurſum

quidam templum poſtea extructũ fuiſſe: ſed falluntur, meo judicio. Nam templum extructum fuit in area Ornan Iebuſæi, in monte Moria. Locus autem hic, qui prius Luza dicebatur, vicus erat in duodecimo ab Ælia, id eſt, Ieroſolyma, lapide, ut Euſebius autor eſt. *Druſ.* Cauſam cur ſub dio cubuerit, Ioſephus in ſimultatem, quæ Iacobo cum Chananæis, conjicit.

Lapidem.] Oleo delibutum, ut moris. Ex oriente Græci habuerunt. *Clemens* VII. Strom. *Apul.* I. Flor. *Arnob.* I. *Felix* in Octavio.

Titulum.] Cippum, ſtatuam, ſtelen. Tradunt Hiſtoriæ Saracenorum, Chaliſam Omarem, ad hunc lapidem delubrum exſtruxiſſe. *Elmacinus.*

Domus Domini.] Vnde loco nomen, אל בית. Σημαίνει δὲ τοῦτο θείαν ἑστίαν κατὰ τὴν τῶν ἑλλήνων γλῶτταν. *Ioſeph.* Locus annis ab hinc Iↄ CC LXXXIV. dictus fuit עון בת domus iniquitatis, cum Ieroboam ibi vitulum aureum erexiſſet. *Bucholc.* Hinc βαιτύλια apud Phœnicas. *Philo Byblius* in Euſebio.

Lia & Rachel.] Seder Olam dicit geminas fuiſſe, eodemque anno ætatis XXII. in matrimonium acceptas.

Lia.] Vel, Lea. Λεία, Lea vel Lia, ut Δαρεῖος Dareus vel Darius. Sic Augiæ ſtabulum, quod & Augeæ dicitur. Critici Ebræorum, cum apices adderent, ſcripſerunt לאה, id eſt, Λῆα, *Lea. Videtur ita dicta,* inquit Mercerus, *quod eſſet debilis nec bene habita, quaſi laſſa ex debilitate conſtitutionis. Vnde nihil mirum ſi oculos quoque debiles habuit.* Druſius.

Rachel.] Scribi poſſet Rahel, ſed in antiquis tantum Rachel: ideo nihil innovandum. Sonat autem *ovis fœmina* Quanquam in LXX. ἀμνὸς, & in Hieron. *agnus.* Ieſ. LVIII. ỷſ. 7.

Oculis deformior.] Deformes oculos Liæ molles ſive teneros, Moſes dicit. Hieronymus lippos. Græci ἀσθενεῖς, id eſt, debiles, infirmos. Ex tribus Chaldaicis editionibus una, videlicet Onceli, habet *pulchros*: altera, quæ Ieroſolymitana vocatur, *molles*: tertia vocem uſurpat, quam Iuſtus Nathanus in Lexico ſuo Thalmudico, exponit de iis, qui ſinum oculorum rotundum habent. Hic tamen aliud ſignificare videtur. *Druſ.* Chaldæi oculorum mollitiem pulchritudinis nomine exprimunt: tanquam Lia oculis duntaxat pulchrior fuerit, reliquo corpore non item. *Galeſin.*

Supponitur.] Συνελθὼν δ' ἐκεῖνος ὑπὸ μέθης καὶ σκότους. *Ioſeph.*

Rachel

ſum ſeptem in ſervitio ſubditur, atque ei Rachel traditur. Sed hanc diu ſterilem, Liam fœcundam fuiſſe, accepimus. Filiorum quos ex Lia Iacob habuit, hæc ſunt nomina; Ruben, Simeon, Levi, Iudas, Iſſachar, Zabulon, Dina. Ex ancilla vero Liæ, Gad & Aſer. Ex ancilla Rachel, Dan & Nephtalim nati ſunt. At Ra-

Rachel traditur.] Non poſt alios ſeptem annos, ut putavit Ioſephus; ſed poſt VII. dies nuptiarum prioris uxoris; ut verba Labanis Gen. XXIX. explicat Hieronymus, Eucherius & alii. *Galeſin*. Cæterum Polygamia Patrum non trahenda in exemplum, quæ apud eos in uſu fuit prava ſeculi iſtius conſuetudine. *Bucholc.*

Ruben.] Ῥούβηλον ὀνομάζει, τὸν υἱὸν, διότι κατ' ἔλεον αὐτῇ τοῦ θεοῦ γένοιτο. Τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ ὄνομα. *Ioſeph.*

Simeon.] Ἀποσημαίνει τὸ ὄνομα, τὸ ἐπήκοον αὐτῇ τὸν θεὸν γεγονέναι. *Idem.*

Levi.] Κοινωνίας οἷον βεβαιότης. *Idem.*

Iudas.] Ἰούδας, εὐχαριστίαν τοῦτο δηλοῖ. *Idem.*

Iſſachar.] Ἰσσάχαρις, σημαίνων τὸν ἐκ μισθοῦ γενόμενον. *Idem.*

Zabulon.] Ζαβουλὼν ἠνεχυρασμένον εὐνοίᾳ τῇ πρὸς αὐτήν. *Idem.*

Dina.] דִינָה, Δεῖνα, vel Δείνα. Nam libri variant. Hieronymus: *Hæc transfertur in cauſſam, quam ſignificantius Græci* δίκην *vocant. Iurgii enim in Sicimis cauſſa extitit.* Druſius.

Ex ancilla Liæ.] Zelpha. Miniſtram fuiſſe ingenuam, & hanc & alteram, tradit Ioſephus. Verba ejus ſunt: δούλας μὲν οὐδαμῶς, ὑποτεταγμένας δὲ αὐταῖς. Et ſic ſumitur vox Hebræa Exod. 11, 5. Fabuloſum Teſtamentum Patriarcharum, genealogiam harum ancillarum deducit à Rethæo fratre Deboræ, & ſorores fuiſſe vult.

Gad.] Ioſephus τυχαῖον interpretatur, id eſt, fortuitum. Potius fortunam denotat, hoc eſt, τύχην. In libro nominum *Gad, fortuna.* Dicebat enim Lia בגד, quod ſcribunt בגד, & legunt באגד, *venit fortuna*. Targum Ieroſolymitanum, *fortuna bona.* Ionathan, *ſydus bonum*, quod idem cum ἀγαθῇ τύχῃ. Nos diceremus, *affulſit benignius aſtrum & fortunæ influentis donum.* Sic fere Iudæi, Græci & Latini veteres, cum apices abeſſent, legerunt בגד, ἐν τύχῃ, in fortuna, id eſt, εὐτυχῶς, fortunate, feliciter. Quod poſtremum invenies in Hieronymo. Apud Theodoretum in Geneſin. quæſt. 86. εὐτύχηκα, *bona fortuna uſa ſum.* Druſius. Plerique volunt intelligi מזל טוב, Iovis ſtellam, quem כוכב צדק, ſtellam juſtitiæ nominant. *Munſt.* in XXX. Geneſ. Gad autem vox Arabica جان, quæ bonum ſeu beneficium notat. Bagad igitur idem eſt, quod fauſtum felixque genito ſit. *Seldenus.* Γάδας τυχαῖον ἄν τις καλέσειεν. *Ioſephus.* Vide *Seld.* de Dîs Syris 1, 1.

Aſer.] In hoc nomine ſignificatio eſt beatitudinis. Vide Gen. 30, 13. male igitur in antiquis codicib. edit. LXX. Ἀσὴρ ὅ ἐστι πλοῦτος. Nam divitiæ Oſer dicuntur, quod ſcribunt עֹשֶׁר, prima Ain. *Druſ.* Ἀσὴρ, μακαριστής. *Ioſeph.*

Dan.] A judicando, unde & Daniel. Ioſephus: Δὰν, θεόκριτος. Rachel enim dixit: Dananni, *judicavit me Deus.*

Nephthalim.] In libris melioribus eſt Νεφθαλεὶ vel Νεφθαλί. Nam, ut Au-

Rachel, deſperato jam partu, Ioſeph edidit. Tum Iacob redire ad patrem cupiens, cum ei Laban ſocer partem pecorum mercedem ſervitiî dediſſet, ob quæ parum ſibi eum æquum gener Iacob ratus, dolum ab eo ſuſpectans, clam profectus eſt, viceſimo primo fere anno, quam advenerat. Rachel, viro inſcio, patris idola furto abſtulit. Qua injuria Laban generum perſecutus, non repertis idolis, pace facta, regreſſus eſt: mul-

Auſonius inquit:

Vocibus in Graiis nunquam ultima conſpicitur m.

Druſ. Νεφθαλεὶμ, ἀμηχάνητον οἷον διὰ τὸ ἀντιτεχνᾶσθαι πρὸς τὴν εὐτεκνίαν τῆς ἀδελφῆς. *Ioſeph.*

Ioſeph edidit.] Cum finiti eſſent anni XIV. quibus Iacob ſervierat. Natus eſt Ioſeph anno Iacobi XCI. *Salmaticenſis* in Iohaſin. Nomen ex futuro, Ioſeph, id eſt, addet. Nam dicebat; *addet mihi Dominus alterum.* Druſ. Ἰώσηπος προσθήκην γενησομένου ἑνὸς δηλοῖ. *Ioſeph.*

Partem pecorum.] Græci τὰ ἐπίσημα, quibus ſignum vel nota impreſſa erat. Chaldæi בכיריא pecudes primores vel primi temporis, ut vertit Hieronymus. Alii, *compactas.* E contrario τὰ ἄσημα cedebant Labano, quas alii ſeriores pecudes, alii aliter interpretantur. *Druſius.*

Patris idola.] Ioſeph. 1, 19. Gen. XXXI. Dicunt Hebræi Theraphim fieri conſueviſſe, accipiendo caput pueri Idolis ſacrificati, quod caput ſale & aromatibus conditum; & ſuper linguam ejus lamina aurea Dæmonis nomine inſignita ponebatur. Sicque conſulentibus reſponſa dabat. *Merſennus.* Erant imagines ad certum ſtellarum poſitum factæ, cum ſtellarum figuris, ex veteri Syrorum & Arabum ſuperſtitione. Quas Iacob poſtea defodit; & unam *Gedalia* ait, multo poſt tempore erutam cultamque à Samaritanis. Scriptor Perſa Hama Alzel, tranſlatus à R. Chomer, vult Labanem non fuiſſe Idololatram, nec Theraphim Idola, eo argumento, quia conjugia cum Idololatris, quales Chananæi, vetita. At Laban, quanquam admixtis ſuperſtitionibus, retinebat tamen cultum ſummi Dei, & eo longe teriores Chananæi, *Grot.* De Theraphim vide Seld. de Dîs Syris. 1, 2.

Furto abſtulit.] Vt patrem ab idololatria revocaret. *Theodoretus.* Ne per ea cognoſceret qua via Iacob fugiſſet, *Abenezra.* Ob pretium materiæ unde facta erant, vel quod illa marito deberi putaret. *Alii.* Vtcumque ſit, hoc factum Rachelis excuſari non poteſt. Qui furtum committit, quocunque prætextu hoc faciat, peccat in legem illam, *Non furaberis.* Druſ.

Laban generum proſecutus.] Nec niſi poſt XIII. diem diſceſſus fugientem attigit. Nam cum Iacob abiret, tridui itinere abfuit. Donec Carras reverteretur, alii tres dies elapſi ſunt. Reſtant ſeptem, quibus ad montem Galaad pervenit. Difficiles autem per Meſopotamiam viæ ſunt, ut Ioſephus notat. *Horn.*

Non inventis Idolis.] Quæ Rachel, callida mulier, abſcondit ſubter ſtramenta Cameli, & ſedit ſuper illa. *Moſes.*

Pace facta.] Cujus ſignum יגר סהדותא acervus teſtimonii. LXX. βουνός. Tale monimentum Xenophonti IV. ἀναβ.

κθλω-

multum obteſtatus generum, ne uxores filiabus ſuis ſuperinduceret. Inde digreſſus Iacob, vidiſſe angelos & caſtra Domini, traditur. Sed cum præter regionem Edom, quam Eſau frater incolebat, iter deſtinaret, miſſis prius legatis & muneribus, ſuſpectum ſibi fratrem exploravit. Tum ille obviam fratri proceſſit: nec tamen Iacob ſe ultra fratri credidit. Sed pridie, quam inter ſe fratres convenirent, Dominus humana ſpecie aſ-

κληωνός. Grot. Iacob גלעד, Galaad nominavit. Γαλάδης λέγεται ὁ βουνός. ἀφ' οὗ νῦν γαλαδηνὴν καλοῦσι τὴν γῆν. *Ioſeph.* Mons Galaad ingens, & in complura nomina diviſus. Apud Damaſcum Libano conjungitur. Tum Hermon, inde Seir dicitur. Ab Arnone ad urbem Cedar Galaad eſt. *Hier. Per.*

Caſtra Domini.] Angelos, ut ex Ebræis & Chaldæis patet. Locus מחנים dictus, id eſt, caſtra. Id Græci παρεμβολαί. *Druſ.* Ex Duali מחנים quidam colligunt duos angelorum exercitus apparuiſſe. Sed hoc incertum. Poſtquam Iacobum comitatus fuerat cuſtos Meſopotamiæ Angelus, cum ſuis, uſque ad confinia, nunc cuſtos Chananææ ei apparet cum ſuis turmis. Angelum autem Chananææ fuiſſe Michaëlem, Diodorus Tarſenſis exiſtimavit. *Merſenn.* Quæ temere & ſine fundamento dicuntur. Hæc apparitio non in ſomnio facta, ut *Cajetanus* & *Pererius* putant, ſed viſibilis fuit. Hebræi notant Iacobum agnoviſſe eoſdem angelos eſſe qui ſcalas adſcenderint deſcẽderintque.

Præter regionem Edom.] Sic infra: *Præter terram Philiſtim.* Ioſeph. 11, 1. Ἠσαῦς τῆς χεβρωνίας πόλεως ἀχωρήσας τοῦ ἀδελφοῦ, ἐν σαείρᾳ διέτριβε, καὶ τῆς Ἰδουμαίας ἦρχεν, οὕτω καλέσας τὴν χώραν ἀπ' αὐτοῦ. Ibidem exponit quomodo ob lenticulam Adomus à colluſoribus per ludibrium dictus fuerit. Ab eo Idumæi; non à Nabatæis, ut Strabo vult lib. VI. Et hinc Erythræum, vel Rubrum mare, ab Erythra, ſeu Erythro Rege, ut *Agatharchides*, Boxii Perſæ narrationem ſecutus, tradit, apud *Photium*. Quod nomen etiam Perſico Sinui tributum, ut ex Strabone & aliis patet, ſive potius totum mare Auſtrale, quod & Indicum, Rubrum dicebatur, cujus partes Sinus Perſicus & Arabicus. Fuſe de Erythræo mari, Eſavo, Edomo. *Fuller.* IV. Miſcel. XX. Cæterum Rabbini per *Edom* Romam intelligunt, unde Papam vocant *Monachum Idumæum*. Ioſephus cognomentum huic regioni Seir fuiſſe vult, ἀπὸ τῆς δασύτητος Eſavi. In quo aberrat. Nam Sehir ex poſteris Chivæi fuit, ut colligitur ex Geneſ. XXXVI. ubi Tzibhon filius Sehiris ℣ſ. 20. vocatur Chivæus ℣ſ. 2. Ab hoc Sehir regio Chorræorum dicta Sehira, vel mons Sehir. Gen. XIV, ℣ſ. 6. XXXVI, ℣ſ. 8. & alibi. *Horn.*

Obviam patri proceſſit.] Notant Rabbini Eſavum ficta benevolentia in eo congreſſu uſum, & pauca ſuperbe locutum. Quæ cum textu ſacro pugnant. *Merſenn.*

Dominus.] Ieſus Chriſtus. Non Angelus creatus, ut Pererius contendit. Nam eum & Moſes, huncque ſecutus Sulpicius, refutant.

Humana ſpecie.] Vidit Dominum non in ſomnio, ut Rabbi *Levi* vult, ſed ſuis oculis, vigilans videnſque. *Mercer.* Locus פניאל dictus, id eſt, πρόσωπον θεοῦ, Facies Dei. Strabo XVI.

Collu-

aſſumpta, colluctatus cum Iacob refertur. Et cum adverſus Dominum prævaluiſſet, tamen non eſſe mortalem, non ignoravit: benedici ſibi ab eo flagitabat. Tum à Deo illi immutatum nomen eſt, ut ex Iacob Iſraël diceretur. Sed cum ille viciſſim à Domino nomen Domini quæreret: Non eſſe quærendum, quia admirabile eſſet, reſponſum eſt. Ex colluctatione autem, latitudo fe-

Colluctatus.] LXX. ἐπάλαιεν. Aquila & Symmachus: ἐκυλίετο. Hebr. ויאבק, quod proprie palæſtritarum in arena eſt. *Merſenn.* Ex hac lucta nonnulli collegerunt, Diabolum in forma Eſavi contra Iacobum pugnaſſe, ut Procopius teſtatur. Eum Dæmonem Eſavi, Hebræi *Sammaëlem* vocant. Quæ abſurda & impia ſunt. *VVillet.*

Prævaluiſſet.] Angelus fingebat ſe non poſſe ſuperare. *Abul.* Quod falſum. Quia Chriſtus fuit, ideo Iacobi vires adeo auxit, ut nollet vincere cum poſſet.

Iſraël.] Compoſitio nominis ex Sara, de principatu contendit, & El Deus. Eo reſpexit Prophetes Hoſeas, cum ait: *De principatu contendit cum Deo, & prævaluit.* Nugantur Patres cum Iſraël exponunt, *vir videns Deum:* aut *rectus Dei.* Nam ut Is ſignificat virum, & IASAR rectum, tamen in hoc nomine Iod format nomen proprium, quale in Iacob, in Iſaac, & ſimilibus. *Druſius.* Hoc nomen non incognitum Tiogo fuit. Nec tamen novi nominis impoſitione abolitum prius fuit; ſed liberum relictum, Iacob an Iſraël diceretur. *Pererius.* Iſraël nomen familiæ & gentis fuit, Iacob privatum. Et hoc futuræ Majeſtatis ſignum. Nam Reges Orientis, ex more, duo nomina, privatum & Regium, habent. *Horn.*

A Domino nomen Domini.] Nomen loco pronominis. Nos diceremus, *à Domino nomen ipſius quæreret.* Talia ſunt, *pluit Dominus à Domino; dixit Moſes ſocero Moſis; dixit Dominus, adſcende ad Dominum.* Druſius.

Quia admirabile eſſet.] Hæc parentheſi circumcludenda. Non enim habentur in codicibus Ebræorum, nec etiam in Græcis emendatioribus. Nihil dico, ſi non abſunt in Hiſpanico & Romano. Olim etiam aberant in Exaplo, ut Græca ſcholia notant. Sumpta vel tranſſcripta videntur ex Ieſa. 9, 6. aut magis ex Iud. 13, 18. Cæterum exemplaria, unde hæc hauſit Sulpicius, non per omnia conſentiunt. Nam in Aldino & Baſileenſi, ὅ ἐστι θαυμαστόν. Vidi etiam ubi ſcriptum eſſet, καὶ τοῦτο ἐστι θαυμαστόν, & hoc eſt mirabile. *Druſ.* Cauſſa cur non dixerit nomen, non eſt quod Angeli certa nomina non habeant, ut Iarchi vult, ſed ad compeſcendam Iacobi curioſitatem. *Calvin.*

Latitudo femoris.] Ioſephus 1, 19. γενομένης διὰ τὴν μάχην ἀλγήματος αὐτῷ περὶ τὸ νεῦρον τὸ πλατύ, αὐτός τε ἀπέχεται τῆς τούτου βρώσεως, καὶ δι' ἐκεῖνο οὐδ' ἡμῖν ἐδώδιμον. Quod acetabulum ſeu palam appellat Scriptura, id Ioſephus latum nervum, Sulpicius latitudinem femoris appellat. *Galeſin.* Latum os coxæ, quod ex contactu angeli loco ſuo motum claudicandi occaſionem præbuit. Latitudo femoris, τὸ πλάτος τοῦ μηροῦ. Sic Oncelos & Ionathan. Apud Ioſephum eſt τὸ νεῦρον τὸ πλατύ. Qui latum nervum videtur dixiſſe τὸ νεῦρον τὸ συνέχον τὴν κοτύλην πρὸς τὸν μηρόν. A Græcis

ἴσχιον

femoris Iacob obtorpuit. Igitur Iſraël declinans fratris domum, promovit agmen in Salem Sicimorum oppidum: atque ibi loco pretio accepto, tabernaculum ſtatuit ſibi. Huic oppido Emor, Chemoreus Princeps, præerat. Hu-

ἴσχιον appellatur, id eſt, coxa vel coxendix. *Druſ.*

Obtorpuit.] Latini *emarcuit.* LXX. ἐνάρκησε. Hebraicum verbum valet, *luxatus eſt*, ſeu loco motus. *Galeſin.* Hic victus benedicitur, victor claudicationem & benedictionem aufert ex prælio. *Rupertus Tuitienſis.* Notat Toſtatus, die ſequenti Iacob ſanatum fuiſſe, ut ſine claudicatione Eſavo obviam iret. Conſentit Iunius. Quia Gen. XXXIII, 18. dicitur Iacobum veniſſe שלם, id eſt, ſalvum, Sichemam. Verior opinio Merceri, tota vita claudicaſſe. Hinc mos, illa parte abſtinendi, invaluit.

Declinans fratris domum.] An ergo *mendacium officioſum* Iacobo adſcribendum? Sane aliud Eſavo promiſit, & aliud feciſſe Author refert. Sciendum, promiſſionem fuiſſe conditionatam: *Si Deo videatur*; & niſi impedimentum interveniat. *Lyra. Iun.*

In Salem Sicimorum oppidum.] Sic Græci εἰς Σαλὴμ πόλιν Σικίμων. Hieronymus quoque, *in Salem urbem Sicimorum.* Sicima nomen eſt urbis. Quomodo igitur Salem Sicimorum urbs? Nam Salem eadem cum Sicima, ſi modo Salem eſt nomen urbis hoc in loco, de quo dubitari video. Nam poteſt eſſe nomen appellativum, ut dicat Iacobum ſalvum & incolumem perveniſſe ad urbem Sichem, εἰς Σίκιμον, χαναναίων δ' ἐστὶν ἡ πόλις, inquit Ioſephus. Hanc ſententiam expreſſerunt interpretes Chaldæi Oncelos & Ionathan, quam & R. Salomo approbare videtur. Priorem ſequuntur fere Chriſtiani. Vnde legimus apud Euſebium, *Salem civitas Sicimorum, quæ eſt Sichem.* Scribunt eadem Hieronymus Epiſt. CXXVI. Primaſius epiſt. ad Ebræos. Eucherius in Gen. Sicimorum opidum eſt Sichem. Eam poſterior ætas Neapolin dixit. Hieronymus de locis ex Actis Apoſtolorum, *Sichem civitas Iacob, nunc Neapolis dicta, juxta ſepulchrum Ioſeph, quæ à filio Hemor ſui Regis, vocabulum ſumpſit.* In Euangelio Iohannis vocatur Sichar, *ubi nunc Eccleſia fabricata eſt*, inquit Hieronymus, *in latere montis Garizin.* Locus eſt Ioh. IV, 5. Ioſephus author, Alexandri Macedonis tempore Samaritas metropolim habuiſſe Sicimam, πόλιν κειμένην πρὸς τῷ Γαριζὶν ὄρει, καὶ κατοικουμένην ὑπὸ τῶν ἀποστατῶν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους. Maſius in Ioſuam, *Ruinæ Sichem nunc Iſthac vocantur. Nam Neapolis non eodem ſolo ſubſtructa nunc viſitur.* Druſius. Salem *Hebræis nonnullis* Silo, Ioſepho, Ieroſolyma, Hieronymo urbs Melchiſedeci, aliis locus ubi Iohannes baptizavit. Ioh. III, 23. Sed hæc omnia falſa & incerta. שלם hoc loco notat *ſalvus*, incolumis. *Iun. VVillet.*

Pretio accepto.] Nempe agnorum centum, ἑκατὸν ἀμνῶν, ut vertunt LXX. Hieronymuſque explicat & Onkelus Chaldæus. At Hebræi de certo nummorum genere intelligunt, neque aliter Lucas Act. VII. *Galeſin.* Agni apud Hebræos nomen fuerunt pecuniæ agnum valentis, & ob id agni habentis figuram. Sic bos apud Græcos; & pecunia à pecu; & opes olim oves, ut opilio pro ovilio. *Grot.*

Tabernaculum ſtatuit.] Qui mos Orientalium. Vnde regiones tales Diar vocant. Hinc Meſopotamiæ partes Diarrebia, Diarbecr, &c. *Horn.*

Emor Chemoreus.] Gen. XXXIV. Ioſeph. I, 19. Locus corruptus. Suſpicor legendum, *Hemor, Chorræus princeps,* vel

Hujus filius Sichem, Dinam filiam Iacob ex Lia genitam, ſtupro ſubdidit. Quo comperto, Simeon, & Levi, Dinæ fratres, omnes in oppido ſexus virilis, dolo peremerunt, ac impigre ſororis ulti ſunt injuriam. Oppidum à filiis Iacob direptum, prædaque omnis eſt abducta. Id factum ægre admodum tuliſſe Iacob traditur. Mox à Domino monitus, Bethleem petiit, ibique altare Domino ſtatuit. Inde in parte turris Gader,

vel certe, *Hemor Hevæus.* Sed χοῤῥαῖος vocatur, Gen. XXXIV, 2. in editione quã Aldus impreſſit, & poſt eum Baſilienſes typographi. Forte alterutrum horum nominum ſupereſt à gloſſemate. Nihil adfirmo: tamen fieri poteſt ut Severus initio ſcripſerit, *Hemor princeps.* Sane Hemor dicimus & Chemor, ut Horeb & Choreb. Ab Hemor Ioſephus declinavit Hemorus. Sic Chemorus. Quod ex eo notatum (ita conjicio) in margine, ut fit, inde poſtea in contextum irrepſit, depravatum in Chemoreus. Iudicent qui has res intelligunt. *Druſius.*

Princeps.] Ioſepho βασιλεύς. Sic voces Melek, Amir, Sultan, in Oriente ſumuntur. *Horn.*

Sichem.] Minus recte alii Sychem ex Græco συχὲμ: quod & σιχὲμ ſcribunt, unde Σίκιμα civitas: ab hoc Sichem appellata, ſi credimus Euſebio, cujus hac de re verba clara ſunt in libro locorum: *Sed & filius Hemor appellabatur Sichem, à quo & locus nomen accepit.* Alii putant Sichem ab urbe ſua nominatum. Gerundenſis, *Sichem filius Hemor, de nomine urbis ſuæ vocatus fuit.* Prius verius videtur. *Druſius.*

Dinam.] Quæ tum decennis. Alex. Polyhiſt. apud Euſeb. XI. πζοπ. Potius XIV. vel XV. annorum, ut ex collatione temporum oſtendunt *Perer. Mercerus.* παρῆλθεν εἰς τὴν πόλιν, ὀψομένη τὸν κόσμον τῶν ἐπιχωρίων γυναικῶν. Ioſeph.

Stupro ſubdidit.] Rabbini hoc malum Iacobo immiſſum putant, quod in occurſu Eſavi fratris, Dinam occultarit, ne eam in uxorem peteret.

Fratres.] Ὁμομήτριοι τῆς κόρης, uterini, *Ioſepho.*

Dolo peremerunt.] Is expreſſus eſt Gen. XXXIV. Ioſephus ſcribit Sichemitas diem feſtum & ſolennem celebraſſe, totoſque fuiſſe in voluptatibus & conviviis. Ideoque facile fuiſſe interficere ſomno vinoque ſepultos. *Galeſin.* Quid cum Dina factum ſit, variæ Hebræorum opiniones. Quidam dicunt eam Iobi uxorem fuiſſe. Alii manſiſſe viduam. Alii, deſcendiſſe in Ægyptum, & oſſa ejus in Chananæam tranſlata. Quæ verior opinio. *Mercer.*

Aegre admodum.] Horridum facinus, & haudquaquam excuſandum. Geneſ. XLIX, 6, 7. Vide Interpretes. Piſiſtratus filiis ſuis ſæviſſima meditantibus in raptores ſororis: Quid, *ait*, faciemus hoſtibus, ſi hæc amatoribus faciemus?

Bethleem petit.] Gen. XXXV. Ioſeph. I, 19. Sequentia oſtendunt, legendum *Bethel.* Nam ibi altare Domino ſtatuit, non in Bethlehem. *Druſ.*

In parte turris.] Senſus eſt, in tractu illo ubi turris Gader erat. Male Victor, *in parte aliqua turris:* & fruſtra Sigonius Severum hic reprehendit, quem non intellexit. Græca verſio, ἐπέκεινα τοῦ πύργου γαδὲρ, id eſt, trans aut ultra turrim. *Druſius.*

Gader.] Vel Ader. Ea vox gregem ſonat:

der, tabernaculum fixit. Rachel ex partu obiit, puer Benjamin vocatus eſt. Iſaac deceſſit annos natus centum & octoginta. At Eſau potens divitiis erat, uxoribus ſibi etiam è Chananæorum gente aſſumptis: cujus progeniem in hoc tam præciſo opere inſerendam non putavi. Si quis ſtudioſior erit, ad origines revertatur. Poſt exceſſum patris, Iacob in ſolo eo, in quo Iſaac vixerat, commorabatur. Filii ejus aliquantum ab eo, paſcui

ſonat: unde apud Hieronymum, *trans turrim gregis.* Euſebius de locis Ebraicis, *Gader turris: ubi, habitante Iacob, Ruben patris violavit torum: quæ abſque g littera, in Ebræo Ader ſcribitur.* Druſius. Hæc turris ſtructa fuit in præſidium paſtorum & gregum. *Hieron.*

Rachel.] Obiit A. M. II. CCC. VI. Vixit in domo paterna XXXV. in conjugio XXIII. omnino XLV. *Salianus.* Sepulchrum ejus circa Bethlehem, à qua jactu ſagittæ diſtat. *Burchardus.* Vix mille paſſus. *Rambam.*

Benjamin.] Βενιαμὴν ἐκάλεσε διὰ τὴν ἐπ' αὐτῷ γενομένην ὀδύνην τῇ μητρί. *Ioſeph.* Id ſonat *filius dexteræ.* Ita pater eum vocavit, ut apparet, boni ominis cauſſa, cum prius à matre Benoni appellatus fuiſſet, quod Græce interpretantur, υἱὸς ὀδύνης μου, id eſt, filius doloris mei. Compoſitum ex nomine Ben filius & Iamin dextera. Quidam *filius auſtri.* Nam auſter dextera vocatur, id eſt, ימין, quia qui reſpicit orientem auſtrum habet ad dexteram. Sed quare *filius auſtri?* An quia natus in terra Chanaan, quæ auſtralis eſt reſpectu Meſopotamiæ; unde profectus fuerat, & ubi reliquos filios genuerat? *Druſius.* Aut potius Syriaco ſermone, cujus multum adhuc retinebat Iacobus, *filius dierum,* id eſt, ſenectutis? Convenit id optime cum eo quod infra eſt XLIV. *Grotius.*

Centum & octoginta.] Ioſephus I, 19. Huic annorum numero quinque præterea adjicit. Quo auctore incertum. *Galeſin.* Iſaac vixit cum Serug annos XIV. cum Thara avo ſuo XXXV. cum Abraham LXXV. cum Sara XXXVII. cum Iſmaële CXXIII. cum Iacob filio ſuo CXX. cum Arphaxad XLVIII. cum Salah LXXVIII. cum Sem CX. cum Eber CXXXIX. cum Iuda nepote ſuo XXXI. cum Ioſeph XXIX. *Bucholc.* Rebeccæ obitus nulla mentio. Quia Scriptura minus frequenter ejus ſexus acta recenſet, niſi obiter. *Mercerus.*

Vxoribus.] Ada & Aholibama. Ada eſt eadem cum Baſemath, Aholibama eadem cum Iudith. Vide *Iun. Mercer.*

Progeniem.] Gen. XXXVI. Catalogus Regum non ab Eſavo eſt, ſed gentis alterius. *Maimonides.* De poſteris Eſavi & Idumææ diviſione *Ioſeph.* II, I.

Ad origines.] Geneſin intelligit. Supra fontes dixit, eodem ſenſu. Vide Gen. XXXVI. Ioſeph. II, I. Res Eſavi deſcripſerunt, Philo Byblius ſub nomine Οὐσώου apud Euſeb. I. πρoπ. 10. Græci & Latini ſub nomine Erythri, & Idumæorum ac Phœnicum. Gens circumciſionem retinuit. *Herodot.* Euterp. *Ariſtoph.* Avibus. *Iuſtin.* Dial. cum Tryphone. *Epiphanius.*

Aliquantum ab eo.] In Sichem, & inde in Dothan.

Paſcui gratia.] Hæc Orientalium paſtorum vita. Et ab illa, Scytharum ſemper vaga & inſtabilis natio, mores ſuos traxit. *Horn.*

cui gratia, cum gregibus ſeceſſerant: Ioſeph tamen, ac Benjamin parvus, domi reſederant. Carus admodum Ioſeph patri, obque id inviſus fratribus: ſimul, quia frequentibus ejus ſomniis majorem eum omnibus futurum portendi videbatur. Igitur ad inſpiciendos greges, reviſendoſque fratres à patre miſſus, opportunus injuriæ fuit. Namque viſo fratre, conſilium necis ejus ceperunt. Sed obſiſtente Ruben, cui à tanto facinore abhorrebat animus, in lacum demiſſus: mox ſuadente Iuda, deducti ad mitius conſilium, negotiatoribus eum,

Carus.] Gen. xxxvii. Ioſeph. ii, 3. Tum quia è Rachele, chariſſima uxorum; tum quia parer ſenex eum genuerat. Quales præcipue amantur. *Philo* l. de Abrah. Plures amoris hujus cauſſas recenſet Corn. à Lapide, & alii. Fuit tum annorum xvii.

Obque id inviſus fratribus.] Moſes aliam cauſam addit, quod ſcelera fratrum ad patrem detulerit. Qualia illa fuerint, variæ opiniones Interpretum ſunt.

Frequentibus ejus ſomniis.] Duo tantum commemorantur apud Moſen. Quæ innuebant, majorem omnibus futurum. Plerumque ſomnia divina duplicantur. Vide Interpr.

A patre miſſus.] Muhammedes in *Surata* Ioſephi, tradit; Iacobum à filiis perſuaſum, ut Ioſephum in agrum mitteret. Sed quid non illi nebuloni licüit fingere? Miſſus fuit è valle Hebron, quæ trium Patriarcharum ſedes. *A Lapide.* Hoc iter fuit initium magnorum tum malorum, tum bonorum: utrunque præter expectationem. *Philo.*

Conſilium necis.] Vt in advenientem canes immitterent. *Rabbini.* Vt occiſum in foveam conjicerent. *Mercer.* Excuſatio in promtu; occiſum à fera, qualibus ea regio abundat. i Reg. xiii. ii Reg. ii, 42.

Obſiſtente Ruben.] Orationem ejus vide apud *Ioſephum.* Ioſephi vero ad fratres deprecationem, cujus ipſi Gen. xlii. meminerunt, patherice deſcribit S. *Ephrem*, lib. de laudibus Ioſeph. Rubenum hoc facto meruiſſe putant, ut ex tribu ejus Propheta Hoſea orietur, & civitatem refugii haberet. *Mercer.*

In lacum demiſſus.] Alcoranus: *in fundum Ciſternæ.* Παραλαβὼν Ῥουβῆλος τὸ μειράκιον, καὶ καλωδίου ἐνδήσας, ἠρέμα καθίμησεν εἰς τὸν λάκκον, καὶ γὰρ ἱκανῶς ἄνυδρος ἦν. *Ioſeph.* Videtur puteus fuiſſe ἄνυδρος Ier. ii, 13. lutoſus tamen Ier. xxxviii. *R. Salomo* ſerpentum & ſcorpionum latibulum facit. Sed tum miraculo ſervatum Ioſephum agnoviſſent, ut in Daniele factum. *Rambam.*

Negotiatoribus.] Ἰδὼν Ἄραβας τοῦ Ἰσμαηλιτῶν γένους. Mercatoribus Iſmaëlitis è Galaad venientibus. Hi à Ionatha interprete Chaldæo vocantur *Arabes*, & à Ieroſolymitano *Saraceni*, & infra in textu Moſis, *Madianitæ.* Forte inter eos erant Madianitæ: aut Madianitæ generali vocabulo ita nominantur. Quorundam opinio eſt, Ioſephum ab Iſmaëlitis, qui eum emerant à fratribus, venditum poſtea fuiſſe Madianitis, à quibus deinde eunucho Pharaonis traditus fuerit. Nihil temere ſtatuen-

eum, qui tum Aegyptum petebant, vendiderunt. atque ab his Potifari, præpoſito Pharaonis, traditus eſt. Per idem

ſtatuendum. *Druſ.* Erat ergo *συνοδία*, Caravana, ſive Caſila, ex variis Arabum populis. Ita enim in Oriente, per deſerta illa & infeſta Aſiæ & Africæ loca, proficiſcuntur mercatores. Alcoranus à viatoribus, cum aquarentur, in ciſterna repertum dicit. Igitur fratres Ioſephi venditionis abſolvit. Sourata *Ioſephi.*

Vendiderunt.] Viginti argenteis. Tradunt autem Ebræi, quotieſcunque mentio fit argenteorum in lege, obolos intelligi debere: quibus ego aſſentior potius quam Ionathæ, vertenti hoc loco, *viginti obolis argenteis.* Nam pretium hoc nimis vile fuiſſet. Siquidem viginti oboli efficiunt dumtaxat unum ſiclum, ut habetur, Levit. XVII, 25. *Druſ.* Ergo ſummam R. Bechai nimium extenuat, Ioſephus nimium auget. Quædam verſiones, Auguſtini ævo, legebant venditum triginta argenteis, alludentes ad Chriſti venditionem. Sed hoc cum textu pugnat. Alcoranus: *Vendiderunt eum vili pretio. Philo:* Invidia domum Iacobi perturbavit, concitatis filiis contra unum fratrem, qui ſperare videbatur principatum inter domeſticos, &c. *Gregorius Magnus* VI, 12. Ioſeph ideo à fratribus venditus, ne adoraretur: ſed ideo eſt adoratus quia venditus. Cæterum ob hoc plagium, Hadriani Imp. ævo, decem Rabbinos in quos per *μετεμψύχωσιν*, animæ decem fratrum Ioſephi migrarint, capite plexos tradunt Iudæi in lib. *Zohar.* Facta eſt hæc Ioſephi venditio, XII. vel XIII. annis ante obitum Iſaaci. *Chronologi.*

Ab his.] Negotiatoribus Madanæis Gen. XXXVII. ℣ſ. 36. qui ſupra Madianitæ dicti. Sunt qui Madanæos inter & Madianitas diſtinguant. Et fieri poteſt ut in communem ſocietatem coiverint tres hi populi, Madianitæ, Madanei & Iſmaëlitæ, ſimulque Ioſephum & emerint & vendiderint. Atque hæc & vera & communis Interpretum ſententia eſt. *Mercer. Druſ.*

Potiſari.] Gen. XXXIX. Ioſeph. II, 3. Malim Pothiphari. Nam P. Latino carabant olim Ebræi. Aquila & Symmachus: *φουτιφάρ*. Hieronymus: Phutiphari. Prius LXX. habebant *πετεφρῆ*, ut & Ioſephus, vel *πεντεφρῆ*. Sic etiam Demetrius apud Euſebium IX. *πρ϶π*. *Druſ.*

Præpoſito.] LXX. *σπάδοντι*, id eſt, ſpadoni vel eunucho. Sic etiam Ebræi. E Chaldæorum paraphraſtis duo reddunt, *principi:* unus, videlicet autor Ieroſolymitanæ, *dominatori*, vel, *dynaſtæ:* quod in idem ferme recedit. Hic Pothiphar princeps erat ſatellitum, vel magis carnificum ſive ſpiculatorum Pharaonis, quos Hieronymus in milites transfert, dum ab eo magiſter militum vocatur. Quanquam in LXX. *ἀρχιμαγείρῳ:* quod Auguſtinus, quæſt. 127. & Ambroſius in libro de Ioſeph, cap. IV. reddunt, *præpoſito coquorum.* Druſ. Videtur potius fuiſſe carcerum & captivorum præfectus Geneſ. cap. XL. verſ. 3. atque etiam præfectus prætorio Pharaonis. *Iunius. Mercer.*

Pharaonis.] Hoc commune nomen Regum Ægypti, ut teſtantur *Manetho* apud Euſebium in Chronico, *Ambroſ.* in Ep. ad Rom. cap. IX. *Hieron.* Eſa. XXX. *Ioſephus* dicit Regem ſignificaſſe, & duraſſe à Minoë, qui Abrahamum præceſſit, uſque ad tempora Salomonis. *Druſius.* Imo Ezechielis, quem vide XXXII. Sic omnis Rex Farganæ dicitur Achſchid, & omnis Rex Perſiæ Coſrai. *Elmacinus.* Aretas commune nomen Principum Agarenorum, Arabiæ Petrææ. *Scal.* Arſaces Parthorum. *Iuſtin.* Alias *Apis*, Rex. Heſych. *Ἄπις, βασιλεὺς, ὡς Αἰγύπτιοι.* Niſi tamen id pro-

idem tempus Iudas, Iacob filius, Suam Chananæam in matrimonium aſſumpſit. Ex qua tres filios ſuſtulit, Her, Onan, Selam. Sed Her, Thamar connubio ſociatur. Quo mortuo, Onan fratris uxorem accepit. Qui, quia ſpermata in terram effunderet, extinctus à Domino refertur. Tum Thamar meretricio ha-

proprium ſit Regis alicujus nomen. Hunc Pharaonem Amoſin Oroſius vocat. Quid autem vox *Pharao*, Ægyptiis ſignificarit, nobis ignotum eſt. Veſtigia ejus extant in menſe φαρμοῦθ, & φαρὸς. *Petit.*

Per idem tempus.] Gen. XXXVIII. Contigit hoc partim ante, partim poſt venditionem Ioſephi. Ex collatione temporum patet, Iudam ejuſque filios admodum juvenes nupſiſſe. *Villet.*

Suam Chananæam.] LXX. Σαυά. Vnde non dubito quin Sulpicius initio ſcripſerit *Savam.* in Ebræo eſt שוע quod Græci converterunt in שכר. Sane viri nomen eſſe Sua, & non mulieris, patet ex 1 Paral. II. ℣ſ. 3. *Druſ.* Chaldæus dicit Suam non fuiſſe Chananæum gente, ſed mercatorem. Quia vox כנען ita accipitur interdum, in Prov. XXXI. ℣ſ. 24. Sed hoc eſt in re clara tenebras offundere. *Mercer.*

In matrimonium aſſumpſit.] Alibi dicit, *in matrimonio accepit.*

Her.] Sic emendandum ex editione Pariſienſi, Et vel Her. Græci ἤρ. Ebræi ער. *Druſ.* Hujus nominis author fuit Iudas. Cæteros duos mater ita appellavit. Non quod primogenito nomen dare, patris: ſed res, pro lubitu parentum, indifferens erat; & modo pater, modo mater ὀνομαθεῖ). Contra apud Xanthios, νόμος ἦν μὴ πατρόθεν ἀλλ᾽ ἀπὸ μητρὸς χρηματίζειν, id eſt, ὀνομάζεσθαι. *Plutarchus.*

Thamar.] Erat filia Sacerdotis illorum locorum, &, ut quidam volunt, Melchiſedeki. *Rabb.* Sed hoc falſum. *Mercer.* Chananæa fuit. *Luther.* Quæ Idololatriam deſeruit. *Philo.*

Quo mortuo.] Occidit eum Deus, ob abominandam vitam. Commiſit idem ſcelus, quod Onan frater. *Perer.*

Onan fratris uxorem accepit.] Iure propinquitatis, quod IEBVM vocant: quo tenebatur frater propinquus uxorem defuncti fratris in matrimonium aſſumere, quo ex ea ſemen excitaret. Fratris autem nomine intelligo fratrem πρὸς ὑ. Qui ſi deerat, ibatur ad proximum agnatum. Poterat tamen is qui uxorem & liberos habebat, nuptias recuſare. *Druſ.* Rationem juris leviratus reddit Rambam III. More Neb. 49. ubi dicit fuiſſe conſuetudinem antiquam, quæ viguerit ante datam legem. Nec videtur Iudas primus invexiſſe hunc morem, ut Rabbini volunt, ſed à majoribus acceptum uſurpavit. Philo etiam Chananæis hunc morem fuiſſe vult.

Spermata.] Peccatum hoc ab Hebræis comparatur homicidio. Vide *Cornel. à Lapide.*

Meretricio habitu aſſumto.] Chryſippus in Iſagoge bonorum & malorum: πρῶτον μὲν ἔξω πόλεως καὶ προσωπεῖα περικείμεναι αἱ ἑταῖραι ἐξεμίσθουν ἑαυτὰς τοῖς βουλομένοις. *Latinus:* Aſſumpſit theriſtrum. Quod Suidas explicat, velum æſtivum, quo in calidis regionibus, defendendo æſtui, utuntur. Aſſumſerat autem perſonam proſtibuli, ita ut obvelata facie, agnoſci non poſſet. Sunt qui faciem fuco & pigmentis texiſſe volunt. Quos recte Aben Eſra rejicit.

Socero

habitu aſſumpto, ſocero miſta eſt, exque eo geminos edidit. In partu autem illo mirabile fuit, quod cum prodeunti puero, ad dignoſcendum, qui prius naſceretur, obſtetrix manum ejus cocco illigaſſet, reductus in alvum matris puer, poſtero die editus eſt. Nomen infantibus Fares & Zara inditum. At Ioſeph, cum benigne à curatore regio, qui eum precio acceperat, haberetur, domumque ejus & familiam procuraret, decorus ipſe inſigni ſpecie, uxoris domini oculos in ſe conver-

Socero miſta eſt.] *Cicero* I. Div. Corpus cum matre miſcere. Iudas peccavit fornicatione ſimplici: Thamar etiam adulterio & inceſtu. *A Lapide.* Neque ulla ratione excuſari poteſt, quod R. Simeon facit.

Mirabile fuit.] Hoc Deo ita dirigente factum, docet Chryſoſtomus. Quia nimirum volebat Meſſiam ex Fares, primigenito, naſci.

Cocco.] Διβάφῳ. Hoc enim שני hoc loco notat; non tam materiem duplicatam, quam colorem. *Iun.*

Poſtero die.] Fides hiſtoriæ poſcit, ut legamus contra codicum omnium fidem, *poſterior editus eſt.* In fonte habetur, *poſtea egreſſus eſt frater.* Id Græci tranſtulerunt μετὰ τοῦτο. Non ergo poſtero die editus eſt, ſed eodem quo alter, nempe paullo poſt. Neque recte Sigonius annotat pro *poſtero die*, in Græcis eſſe *ſtatim*, id eſt εὐθὺς, cum hoc ibi dicatur de Phares, & non de Zare, qui poſterior exivit. *Druſ.*

Fares.] Aquilæ: διακοπή. Phares ab eo quod diviſerit membranulam ſecundinarum, diviſionis nomen accepit. *Hieron.* Gemelli enim ejuſdem ſexus, iiſdem ſecundinis involvuntur. *Fernelius*, & alii Medici.

Zara.] Hieronymus in Traditio. *Hoc nomen interpretatur oriens. Sive igitur quia primus apparuit, ſive quia multi juſti ex eo nati ſunt, ut in libro Paralipomenon continetur, Zara, id eſt, oriens appellatus eſt.* Alii à filo coccineo, quo manus ejus revincta erat, ſic appellatum arbitrantur. Nicolaus de Lyra, *ex fulgentia coccini ad manum ejus ligati. Zara enim refulgentiam ſonat.* Druſ.

Curatore regio.] Gen. XXXIX. סריס. Græci σπάδων καὶ εὐνοῦχος. Ioſephus & LXX. ἀρχιμάγειρος. Hieron. *Magiſter Exercitus.* Alii alia. *Druſ.* Fuit aliquis ex exoletis Ægyptii Regis, quales deinde ad diverſas dignirates promoveri ſolebant. II Reg. VIII. ℣ſ. 6. I Sam. VIII. ℣ſ. 15. Ier. XXXIV. ℣ſ. 19. *Grot.* Hebræi tradunt hunc emiſſe Ioſephum, ob pulchritudinem, in turpe miniſterium; ideoque Deo vindice virilia ei exaruiſſe, ut fieret Eunuchus. Ideo & creatum Heliopoleos Sacerdotem. *Hieron. Rupert.* Sed hæc traditio inanis. *A Lapide. Druſ.*

Domumque ejus ac familiam procuraret.] Tales Latini appellant ſervos atrienſes, quibus commiſſa cura familiæ ac totius domus. Græci ἐπιτρόπους. Qua voce uſi ſunt Ionathan & Ieroſolymiranus. Eſt autem ἐπίτροπος idem quod οἰκονόμος *Druſ.* Serviir Ioſeph Porifari circiter X. annos anrequam in carcerem conjicereiur. *Perer.*

Oculos in ſe converterat.] Diſcant juvenes cavere oculos fœminarum: adamanrur enim etiam ii qui nolunt amari. *Ambroſ.*

verterat. Cumque amore ipſius deperiret, appetitum ſæpius, nec acquieſcentem ſibi, falſo ſcelere infamat: ac viro queritur, ſtuprum ſibi intentatum. Ita Ioſeph in carcerem eſt conjectus. Erant in eadem cuſtodia miniſtri regis duo, qui cum ſomnia ſua ad Ioſeph retuliſſent, futura ex ſomnio conjectans, unum eorum pœnas

Appetitum ſæpius.] Per ſingulos dies. *Moſes.* Publico feſto inſtante, cujus celebritatem fœminas quoque frequētare mos erat, fingit morbum apud maritum, captans ſolitudinem, & ad Ioſephum ſollicitandum opportunitatem. Quem nacta, ſupplex blanditiis talibus eum adoritur, &c. *Ioſeph.*11.3.

Nec acquieſcentem ſibi.] Vide Orationem Ioſephi quam ad impudicam habuit, apud *Ioſeph.* 11.3. Ioſeph ſpeculum caſtitatis. *Ambroſius* l. de Ioſeph.

Falſo ſcelere.] Simile Bellerophonti intentavit Sthenebœa, ut & Aſtydamæa Peleo. *Grot.*

Stuprum ſibi intentatum.] Stuprum intenta re conatum ſignificat. Plus ergo eſt quam appellare aliquem de ſtupro, & minus quam ſtuprum cuipiam inferre. *Druſ.* Alcoranus mira fingit, de querela mutua Ioſephi & impudicæ mulieris coram Potiphare, ac omnia pervertit. Vide *Ioſephum.*

In carcerem.] Gen.xl. Ioſeph.11.3. Regium, qui erat in domo Potipharis, in quem & regii miniſtri, quoties peccaſſent, includebantur. Vnde apparet rectius exiſtimare eos, qui hunc Potipharem ſcribunt præfuiſſe non coquis aut laniis, ſed regiis ſatellitibus ſpiculatoribuſque: quippe penes quem jus regii carceris eſſet. Vide Gen.xl. ꝟ.3. *Druſ.* Ioſeph in carcere tanta virtutis ſpecimina dedit, ut etiam facinoroſis eſſet miraculo. Iamque ille locus non tam erat carcer, quam diſciplinæ meditatorium. *Philo.* *Ioſephus* ergaſtulum fuiſſe vult, in quo captivis duriſſimi labores exantlandi. David Pſalm civ. compedum & ferri meminit. *Libens pro caſtitate ſubibat hoc carceris mortiſque martyrium.* Ambroſ.

Miniſtri Regis duo.] Gen. xl. Erat autem magna regii Pincernæ dignitas. *Hieronymus* in tradit. Ebrai. Nec vile putemus miniſterium, cum apud Reges barbaros, uſq; hodie, magnæ dignitatis ſit, Regi poculum porrexiſſe. A Moſe vocantur סריסים Eunuchi. Tales enim plerumque Orientalium aulas obeunt. Quænam offenſa ipſorum fuerit, non conſtat. Rabbini fingunt, Pharaonem in poculo ſuo repetiſſe muſcam, in pane ſcrupulum. Alii: eos vitiaſſe filiam Pharaonis. Probabilius, conſpiraſſe contra Pharaonem. *Mercerus.*

Futura ex ſomnio conjectans.] Quæritur ân hoc ſit licitum? Et ſciendum ſomnia duorum generum eſſe, Interna, Externa. Interna vel ex phantaſia oriuntur, vel ex complexione & conſtitutione corporis. Ex hac ultima ſpecie medicus divinare poteſt, & ægroto aliquid certi prædicere. Externa vel ad corpus pertinent, vel ad ſpiritum. Ad corpus pertinent quæ συμπαθητικὰ Græci vocant, ex ſympathia quadam, quæ inter corpus noſtrum & aſtra, originem ducentia. Ad ſpiritum ſpectant, quæ ex cauſſa ſpirituali: ſuntque duplicis generis. Nam alia divina, & alia diabolica. Divina à Deo proficiſcuntur, diabolica ab ipſo cacodæmone. Ex his quæ divina dixi & συμπαθητικὰ, conjicere licet futura: ex aliis non item, ut nec ex primi generis internis. *Druſ.* Factum hoc

nas capite luiturum, alium abſolvendum pronunciavit. Atque ita accidit. Igitur poſt biennium, ſomnium regi objectum eſt. Quod cum à prudentibus Aegyptiorum non poſſet abſolvi, miniſter regis ille carcere exemptus, regem admonet, Ioſeph eſſe mirum ſomniorum

hoc exacto anno primo captivitatis Ioſephi.

Vnum eorum pœnas capite.] Piſtorem. Αὐτὸν ἀνασαυρωθέντα, βορὰν ἔσεσθαι τοῖς πετεινοῖς, οὐδὲν ἀμύνειν ἑαυτῷ δυνάμενον. *Ioſeph.* Simile augurium eſt apud Homerum Ὀδυσσ. β.

Alium.] Pincernam.

Atque ita accidit.] Ad præſcriptam enim in ſomniis diem, Rex natalitium epulum celebrans, præpoſitum piſtorum in crucem egit: pincernam vinculis exſolutum miniſterio priſtino reſtituit. *Ioſeph.*

Poſt biennium.] Ioſephus biennii tempus in miſeria carceris exegit, nihil interim ab ingrato pincerna adjutus. *Ioſeph.*

Somnium.] Duplex, ſeptem vaccarum, & ſeptem ſpicarum. Quod autem Ioſephus dicit, Pharaoni quoque ἐξήγησιν in ſomnio oblatam, atque inſuper excidiſſe, id de ſuo addidit. Nihil hujus in ſcriptura. Nec in ſomniis ejuſmodi futurorum prænunciis, interpretamentum quoque ſomniamus. *Horn.*

Regi.] Eludit hac voce Sulpicius curioſam Rabbinorum obſervationem. Quæ eſt, Pharaonem non ante appellari Regem, quam Ioſepho ad dignitatem evecto, cujus prudentia factum ſit, ut Regio titulo dignus haberetur. Dynaſtias Regum Ægypti, Manetho Sacerdos Ægyptius, tribus Tomis deſcripſit: quorum fragmenta apud Ioſephum & Africanum extant. Sed eorum Epocha longe exuperat conditum mundum. Hinc alii tabulas illas omnino rejiciunt, ut Vbbo Emmius: alii plures Dynaſtias, diverſis locis, ſimul regnaſſe volunt. Scaliger periodum poſtulatitiam temporis προληπτικοῦ iis attribuit. Quod Petavius ſine cauſa cavillatur. *Horn.*

Prudentibus Aegyptiorum.] Sacerdotibus & Prophetis. Ita enim ipſorum Philoſophi dicebantur. Tractabant inprimis Geometriam, Aſtronomiam, & Aſtrologiam, teſte *Laërtio* lib. 1. Hujus ſectæ conditor Hermes Triſmegiſtus fuit, dictus Theuth, Thot, Τάαυτος, variante Scriptura. *Sanchuniatho*, & *Philo* Byblius apud Euſebium 1. προ. 6. *Plato* Phædro & Philebo. Hunc Theuth hominem fuiſſe antiquiſſimum & inſtructiſſimum omni genere doctrinæ, adeo ut ei ob multarum artium ſcientiam, Triſmegiſti cognomen impoſitum ſit, qui ſcripſerit libros multos ad cognitionem divinarum rerum pertinentes, cenſet *Lactantius*. 1, 6. Vide & Iamblichum 1. de Myſter. Ægypt. 1. Sanchuniatho refert Saturni ſcribam fuiſſe. Saturnus autem Ægyptiis Cham eſt. De libris ψευδεπιγράφοις Mercurii hujus, vide *Caſaubonum* Exercitatione 1.

Non poſſet abſolvi.] Pro eo habendum ac ſi dixiſſet, ſolvi declaratione aut interpretatione. Abſolvere ſomnium ita dixit, ut Plautus *abſolvere navem*, & Varro *promiſſum*, & Tacitus *fidem*. Druſius. Mos diu Ægypti Regum fuit ſomnia Magis proponere. Tacitus Hiſtor. IV. de Ptolemæo: *Ptolemæus omine & miraculo excitus, ſacerdotibus Aegyptiorum, quibus mos talia intelligere, nocturnos viſus aperit.*

Miniſter Regis.] Pincerna.

rum interpretem. Ita Ioſeph ſolvitur, interpretatuſque eſt regi ſomnium: ſeptem annis proximis maximam frugum ubertatem futuram, conſequentibus inopiam. Quo metu, rex perculſus; videns divinum in Ioſeph ſpiritum, rei eum annonariæ præfecit, æquato ſecum imperio. Tum Ioſeph, abundantibus per totam Aegyptum frumentis, magnam copiam congeſſit: multiplicatiſque horreis, adverſus futuram famem conſuluerat. Ea tempeſtate, ſpes atque ſalus Aegypti, in illo ſita

Frugum ubertatem.] Fertilitas Ægypti & ſterilitas ex Nilo pendet. *Duodecim cubitis ſi Nilus exundet, famem ſentit Aegyptus: ſi tredecim, etiamnum eſurit. Quatuordecim cubiti hilaritatem afferunt: quindecim ſecuritatem: ſedecim delicias. Maximum incrementum ad hoc ævi, fuit cubitorum octodecim.* Plin. V. 9. Haud dubie Nilus ſeptem prioribus annis fuit cubitorum circiter XVI. poſterioribus non ſupra XII. *Perer.*

Quo metu Rex perculſus.] Mirum unde hoc hauſerit. Nam in fonte non habetur. Metu quidem perculſus fuit cum vidiſſet ſomnium, ſed hoc accidit antequam Ioſephus illud interpretatus fuiſſet. *Druſ.*

Rei eum annonariæ.] Magnus igitur Ægypti Σιτάρχος & Ædilis fuit. Atque hinc colligunt Ruffinus, Iulius Firmicus, Pierius, Baronius, Ioſephum ſub nomine Serapidis ac Oſiridis ab Ægyptiis cultum fuiſſe. Idque patet, tum ex nomine Serapis, quod Bovem notat; tum ex nomine *Arſaph*, quo, teſte Plutarcho, Oſiris vocabatur, levi commutatione ex *Ioſeph* facta: tum ex Hieroglyphicis, quibus Oſiridem deſignabant, puta figura bovis ſeu vituli, notis Lunæ & Solis inſigniti: item juvenis imberbis cum modio & calatho in capite. Quæ in Ioſephum, ejuſque boves & ſpicas, & ætatem, & Aſtrologiæ peritiam, ad amuſſim quadrant. Subſcribunt Clemens Alexandrinus, Auguſtinus, A Lapide, & Bonfrerius. *Tirinus.*

Aequato ſecum Imperio.] Si ſolium & primatum excipias. Gen. XLI, 40. Hinc datus ipſi currus ſecundus, & acclamatum אברך, Ægyptia voce, & Hebræis inexplicabili. Erat τυραννισμὸς quidam. Ingens igitur ejus poteſtas; ut Pſalmus CV, 22. teſtatur; ubi לאסר tam ad *inſtitutionem*, quam *caſtigationem* referri poteſt. Proculdubio veri Dei cultum Ægyptiis tradidit. Nam circumciſionem per multa ſecula retinuerunt, *Herodotus* in Euterpe. A Ioſepho acceptam. *Baal Aruch.*

Multiplicatiſque horreis.] Quæ Pyramides videntur Nazianzeno, ex nominis conjectura. Πυρὸς triticum; & illæ Pyramides ab incolis adhuc granaria Pharaonis appellantur: ſi credimus Pierio XXXIX. Hieroglyph. Sed obſtat anguſtia temporis, quo minus intra ſeptennium ſtupendæ pyramidum moles, excitari potuerint. Vide Plinium XXXVI, 12. Strabo. XII. Benjamin in מסעות. *Circa Mitzraim* (ea Ægypti metropolis) *Ioſephi horrea multa.*

Adverſus futuram famem.] Meminit hujus famis Iuſtinus Hiſtoricus l. XXXVI. ex Trogo Pompejo. Accidit autem, putante Oroſio lib. I. cap. 8. anno ante urbem conditam CIƆ XLVIII. *Druſ.*

Spes ac ſalus Ægypti.] Ac vicinarum quo-

ta erat. Per idem tempus vero duos ex Aſeneth filios genuit, Manaſſem & Effrem. Ipſe autem, cum ſummam à rege poteſtatem accepit, erat annorum XXX. *Nam à fratribus, ſeptemdecim annos natus, venundatus eſt. Interea rebus in Aegypto adverſus famem bene compoſitis, orbem terræ gravis frumenti inopia quatiebat. Qua*

quoque regionum. Vnde & צפנת פענח, id eſt, *Salvatorem mundi* dictum putant. Ita Latinus. Alii fere omnes vertunt κρυπτῶν εὑρέτην. Cur Ægypti Princeps dicatur مولانا, id eſt, Dominus noſter, narrationem, quæ huc reſpicit, vide apud Guilh. Tyrium XIX, 20.

Ex Aſeneth.] Filia Potipharis. Quem herum Ioſephi fuiſſe volunt *Hieronymus, Rupertus, Abulenſis.* Sed verius eſt diverſum fuiſſe. Nam hic Sacerdos, כהן, ille Princeps militiæ. Hic Helio-poli, ille Memphi degebat. Et in Hebræo ſunt nomina, ſaltem ex parte diverſa. *Auguſtin. Chryſoſtom. Lyra. Pererius.* Alii. Nec probabile Ioſephum filiam impudicæ illius & crudelis fœminæ ducturum. *Mercer.*

Genuit.] Antequam orta fames. Gen. XLI, 50.

Manaſſem.] Vel Manaſſen cum n in fine, à recto Manaſſe. Sed Græci dicunt Manaſſes: unde Manaſſem cum m in fine. Id ſignificat *oblivionem inducens.* Dictus ita παρὰ τὸ נשה, obliviſcor, quod in participio ſecundæ conjugationis, menaſſe, obliviſci faciens. Nam Deus Ioſepho in Ægypto verſanti, dolorum omnium, ipſiuſque adeo patriæ domus oblivionem attulerat. *Druſius.* Hoc nomen & in Africam per Pœnos venit. *Appianus* IV. Civilium. Singulari providentia factum eſt, quod cum Memphis, regia Ægypti, Hebrone vix XL. milliaribus diſtaret, non tamen parentem de ſuo ſtatu certiorem fecerit. *Mercer.*

Ephrem.] Antiquū eſt pro Ephraim. Qualia ſunt Meſrem Ægyptus, apud Ioſephum: Mozanem, bilances, apud Epiphanium. Appellatio à fœcunditate. Nam Deus eum auxerat & fœcundaverat in terra miſeriæ ipſius, hoc eſt, in Ægypto. *Druſius.* Ephraim ergo à פרה, fructificavit. *Hieron.*

Annorum XXX.] Gen. XLI. Hæc obſervatio multum juvat Chronologiam Sacram. Exinde enim colligitur Ioſephum natum anno Iacobi XCI. XIV. anno exilii ejus in Meſopotamia. *Pererius. A Lapide.*

Septemdecim.] Δέκα καὶ ἑπτά. Gen. XXXVII, 1. Quanquam in vulgata noſtra Latina *ſedecim* tantum. *Druſ.* Quod ita excuſari poteſt, ſi dicatur, Ioſephum expleto anno XVI. ingreſſum XVII. *Philo.* Erat circiter XVII. annor. *A Lapide.*

Orbem terræ.] An ergo univerſalis fames? Non videtur. Non enim ſuffeciſſent horrea Ægypti. *Abulenſ.* Ergo orbem terræ, id eſt, magnam ejus partem, ut Æthiopiam, Lybiam, Arabiam, & Chananæam, vicinas Ægypto regiones. *Rabbini.*

Gravis frumenti inopia.] Iugem & intolerabilem famem appellat Oroſius lib. I. cap. 8. qui eam accidiſſe tradit anno ante urbem conditam CXLVIII. aut circiter, uſus hac in re autoritate Trogi Hiſtorici, cujus abbreviator Iuſtinus, Ioſephi mentionem facit per hæc verba, *Minimus inter fratres Ioſeph fuit, &c.* Oroſius addit fuiſſe hanc famem magnam ſub rege Ægyptiorum Diospolit. cui nomen erat Amoſis: quo tempore Baleus Aſſyrios, Argivos Apis regebat. *Druſius.*

Qua neceſſitate compulſus Iacob, filios in Aegyptum miſit, Benjamin tantum ſecum domi retento. Igitur rerum potentem, penes quem annonæ arbitrium erat, fratres adeunt, & more regio adorant. Quibus ille viſis, callide agnitionem diſſimulans, hoſtiliter eos veniſſe, & ſubdole loca explorare, arguebat. Angebatur autem, quod Benjamin fratrem non videbat. Res ergo in id deducta, ut præſentiam ejus pollicerentur: nimirum ut ex eo quæreretur, an iſti explorandi cauſa Aegyptum intraſſent. Ad promiſſi autem fidem, Simeon obſes traditur: ipſis frumentum gratis datum. Rurſum

Iacob, filios.] Cum cognoviſſet quod & exteris illud forum pateret. *Ioſeph.*

More Regio adorant.] Impletur ſomnium Ioſeph, de quo Gen. XXXVII. Itemque cum paulo poſt rurſum ſe ſervos Ioſephi vocant. *Eſtius. Procopius.* Orientalium eſt reges ſuperſtitioſe venerari. Maro IV. Georg. (*ingens*

Præterea Regem non ſic Aegyptus &
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaſpes
Obſervant.—

Agnitionem diſſimulans.] Facile Ioſepho fuit fratres agnoſcere, eodem cultu quo olim agentes. At ipſis difficillimum, imo impoſſibile, Ioſephum agnoſcere. Vide *Ioſeph.* Quidam Rabbini putant, nomina peregrinorum Ioſepho exhibita; & exinde ipſi fratres innotuiſſe.

Loca.] Loca regionis minus firma: aut occulta & abdita. Nam interpretes variant. In Ebræo eſt ad verbum, *nuditatem terræ.* Sane Hieron. hoc enarrat, *loca terræ immunita.* Aquila vero & Symmach. τὰ κρυπτὰ τῆς γῆς. Hinc colligitur ſuſpectos Ægyptiis Chananæos fuiſſe. Quæ etiam cauſſa eſt, cur Ioſephus ipſe, in Ægyptum venundatus, non Chananææ, ſed terræ Hebræorum, declinandæ invidiæ ergo, meminerit. *Horn.*

Arguebat.] Non ſubdole, jocoſe, mendacio confićto, ſed tentans ac probans eos. *Thomas Aquinas.* διεπείραζεν. *Ioſeph.*

Angebatur.] Ἐδεδίει γὰρ μὴ κἀκεῖνον ὁμοίως, ὡς εἰς αὐτὸν ἐτόλμησαν, εἶεν ἀποσκευασάμενοι τοῦ γένους. *Ioſeph.* Cæterum ex colloquio Ioſephi cum fratribus patet, plane aliam Ægyptiorum atque Hebræorum linguam fuiſſe. Idque etiam ex Gloſſariis Copticis, & totius linguæ genio patet. *Salmaſ.*

Simeon obſes traditur.] Tollens Simeon & ligans illis præſentibus. *Moſes.* Non ergo fratres Simeonem elegerunt obſidem, ſed eum Ioſeph cepit. Vel quod immitis natura, & primus illorum qui conſpiraverant in necem ſuam, *Philo*; vel quod, poſt Rubenem, natu maximus. *Aben-Eſra.*

Frumentum gratis datum.] Sine pecunia, quæ ſoluta quidem, ſed ipſis inſciis, in ſaccum cujuſque repoſita; quam & in diverſorio repererunt, ſaccis apertis. *Moſes.* Quinam autem fuerit, qui primus ſaccum aperuit, incertum. Quidam Levi, alii Ruben fuiſſe conjiciunt. Nec tota Iacobi familia ex illo frumento Ægyptio vivere potuit, quæ circiter CCC. perſonarum. Sed radicibus & aliis, ob

ſum igitur revertentes, Benjamin, ut convenerat, deduxerunt. Tum ſe cognoſcendum Ioſeph fratribus præbuit, non ſine pudore male merentium. Ita eos oneratos frumento, multiſque donatos, domum remiſit: præmonens, quinque adhuc annos famem futuram: cum patre atque omni progenie ac familia ad ſe commigrarent. Igitur Iacob in Aegyptum deſcendit, Aegyptiis admodum lætantibus, gaudente rege, benigne à filio ſuſceptus. Id geſtum anno ætatis Iacob, centeſimo & trigeſimo: à diluvio autem, anno CIↃ CCC.

&

ob neceſſitatem, in victum uſi ſunt. *Calvin.*

Benjamin.] Gen. XLIII. Ingens autem Ioſephi in Benjaminem affectus, qui frater ipſius unicus ὁμογάστριος. *Iun. Mercerus.*

Tum.] Inſerendum totum cap. XLIV. Geneſ. Vide Ioſephum.

Cognoſcendum.] Gen. XLV. Rabbini putant eum oſtendiſſe ipſis circumciſionem ſuam. Sed ſola venditionis commemoratio ſuffecit. *Mercer. Ego ſum Ioſeph.* Hæc vox inopina, quaſi fulmen perculit Fratres, eoſque attonitos, elingues, & quaſi amentes reddidit. A formidabili ejus potentia, ſceleri ſuo non niſi mortem meritam expectabant. *Rupertus.*

Non ſine pudore.] Ac metu. Vnde factum, ut obmuteſcerent. Quod ſilentium proceſſit, non ex gaudio inventi fratris, ut Lutherus vult; ſed ex mala conſcientia. *Villet.*

Multiſque donatos.] Præter alia, ſingulis binas ſtolas dedit, id eſt, veſtimenta nova & ſplendida. Sua enim in luctu dilaceraverant. Hebraice eſt שלמת חלפות, *mutatorias veſtes.* Idem.

Quinque adhuc annos.] Hinc patet hæc geſta eſſe, Iacobumque in Ægyptum deſcendiſſe, anno ſecundo ſterilitatis, cum eſſet annorum CXXX. Ioſeph XXXIX. Hæc eſt baſis & nodus Chronologiæ hujus ætatis. Vnde ſæpe repetenda. *A. Lapide.*

Iacob in Aegyptum deſcendit.] Gen. XLVI. Ioſeph. II. ℣ſ.4. Non abſque gravi metu hoc iter Iacobus ſuſcepit. *Primo*; ne poſteri ejus Idololatria inficerentur. Tum enim ea maxime in Ægypto invaluerat. Auguſtin. XXIII. C. D. 4. *Deinde*, ne illecti amœnitate regionis, Chananææ, quam Deus promiſerat, obliviſcerentur. *Menoch. A Lapide.* Sedes Iſraëlitarum fuit regio גשן *Goſen.* LXX. eam in Arabia ponunt. Quia nimirum Nilus olim Aſiæ & Africæ terminus. *Mela.* Hieronymus pro Thebaide accipit. Quod falſum. Sita fuit Nilum inter & Mare Rubrum, in confiniis Chananææ, non longe ab On ſive Heliopoli, ubi Ioſeph degebat. *Iun. Mercer.* Ejus pars fuit Rameſes; ubi poſtea urbs ejuſdem nominis ab Iſraëlitis ſtructa. *Cajetan. Mercer. Hieron.* Separatim degebant ob diverſa Ægyptiorum inſtituta. *Quia deteſtantur Aegyptii omnes Paſtores ovium.* Paſtores enim vitam pecori adimebant, quod grande nefas apud Ægyptios. Ex hac diverſitate vitæ inter paſtores, qui Hycſos dicebantur, & Ægyptios alios, graviſſima olim bella inter eos exſtitiſſe, Manetho apud Ioſephum teſtatur. *Grot.*

CIↃ CCC LX.] Hebræis IↃ LXXXII.

Ita

& LX. Cæterum ab eo tempore, quo Abraham in terra Chananæorum conſedit, in id quod Iacob Aegyptum ingreſſus eſt, referuntur anni CCXV. *Igitur Iacob ſeptimo & decimo anno, quam Aegypto advenerat, urgente morbo, Ioſeph filium obteſtatur, corpus ſepulchro ſuo redderet. Tum Ioſeph patri benedicendos filios ſuos obtulit: quibus benedictis, cum tamen benedictionis merito, majori minorem præpoſuiſſet, filios omnes be-*

Ita reſtituit olim Victor Giſelinus. Prius erat M. CCC. & LX. Sigonius ad Giſelini numerum annos decem addit, ut ſint M. CCC. & LXX. Quid hic ſequendum? Videtur Giſelini emendatio vera eſſe. Nam Sigonii vitium continet ex falſa opinione, quam habuit de natali Iacob, natum eſſe anno ætatis Iſaac LXX. cum natus fuerit anno ejuſdem LX. *Druſ.*

CC. XV.] Etiam hic erravit Sigonius emendans CCXXV. Error iſte ex eodem fonte manavit quo ſuperior. Nam Iacob natus eſt cum Iſahac annum ætatis ageret ſexageſimum. Quod ſic doceo. Duxit uxorem anno ætatis quadrageſimo. Rebecca viginti annos continuos ſterilis fuit. Exinde peperit geminos. Cæterum Abraham ingreſſus eſt terram Chanaan anno ætatis 74. Anno autem centeſimo genuit Iſahacum. Superant anni viginti quinque. Quibus ſi addas annos Iſahaci LXX. & Iacobi CXXX. non ſunt anni CCXXV. ut vult Sigonius; ſed CCXV. tantum. *Druſ.*

Septimo & decimo.] Gen. XLVII. Sigonius emendat, *ſeptimo decimo*, extrita copulante, quam inſerram putat ab iis, qui notas Sulpicianas, hoc eſt, ea quæ Sulpicius per notas numerorum ſcripſerat, explicuerunt. *Druſ.*

Sepulchro ſuo.] Majorum ſuorum, quod in terra Chanaan in ſpelunca, quæ in agro Ephron Hetthæi, ſive in ſpelunca quæ in agro Machphela, è regione Mamre, quam emerat Abraham ab Ephrone Hetthæo. Gen. XLIX. ℣ſ. 29, 30. *Druſ.* Voluit in Chananæam deportari, ut teſtaretur eam terram poſteris ſuis promiſſam; & ne illi in Ægypto ſibi manendum putarent. Addunt aliqui; ut cum Chriſto reſurgere poſſet. *Lyra.* Et ab omnibus Catholicis creditur, inter alios qui cum Chriſto in die Paſchæ reſurrexerunt, etiam Iacob fuiſſe. *Abulenſ.* Idem Ioſeph ſibi fieri voluit; & veroſimile eſt etiam reliquos duodecim Patriarchas Hebrone ſepultos. Vel in Sichimis, ut *Hieron.* vult. Et hoc inſinuatur Act. VII. ℣ſ. 16. *Tirinus.*

Majori minorem.] Gen. cap. XLVIII. Ephraim Manaſſæ. Primo, quia ex Ephraim naſcituri erant Reges Iſraël. *Euſeb.* Deinde; quia hæc tribus gloria & numero Menaſſeam ſuperavit. Tertio: quia ex Ephraim naſciturus erat Ioſeph, typus Chriſti. *Hieron.*

Omnes.] Exceptis Simeone & Levi, ob cædem Sichemitarum. Vnde & Moſes Deut. XXXIII. Simeonem omiſit. Cæterum hæc cygnæa cantio Iacobi à variis ingeniis detorta fuit in Teſtamentum fabuloſum, cujus *Origenes* meminit Tomo II. in Iohan. & *Athanaſ.* in Synopſi. Ejuſdem farinæ eſt Teſtamentum XII. Patriarcharum, cujus idem Origenes I. tom. XV. in Ioſ. mentionem facit. De quo vide Seld. I. de Succeſſ. XXIV. ubi refert ex Græco verſum eſſe, & ab Ebræorum genio ſatis alienum.

CXLVII.

benedictione luſtravit. Deceſſit autem annos natus CXLVII. *Funus magnifice curatum: corpus in ſepulchro majorum Ioſeph condidit. Fratres, poſt patris obitum, pro conſcientia paventes, benigne habuit. Deceſſit autem Ioſeph ipſe, ætatis anno decimo & centeſimo. Hebræi igitur, qui in Aegyptum devenerant, incredibile memoratu eſt, quam cito numero aucti ſint, multiplicataque progenie Aegyptum repleverint. Sed defun-*

CXLVII.] Vixit Iacob cum Abraham annos XV. Iſaac CXX. Sem L. Eber LXXIX. obiit à diluvio IↃC. *Bucholc.*

Magnifice curatum.] Gen. XLIX. Aromatibus, balſamo, myrrha, caſſia, quæ cadaver à putrefactione ſervant, illique ſuavem odorem conciliant, conditum. *Mumiæ ſepulcrorum ad condienda defunctorum corpora, ex myrrha & aloë fiebant.* Heinſius. Et hac arte cadavera multis ſeculis integra ſervantur, ut ex Mumiis patet. Modum tradunt *Herodot.* III. *Diodor.* I. Qui inſuper notat, Ægyptios ſepulchrorum magnificentiæ ſummum ſtudium impendiſſe. *Mela.* I. 9. Ægyptii mortuos arte medicatos intra penetralia collocant.

Deceſſit Ioſeph ipſe.] Cujus oſſa Iſraëlitæ, Ægypto egreſſi, ſecum in Chananæam detulerunt. Miræ fabulæ Iudæorum, quod cum oſſa ejus reperire non poſſent, ovis locuta, iis monumentum oſtenderit. Et magis ridiculus author *Hiſtor. Scholaſt.* Cum Nilus ſepulchrum Ioſephi inundaſſet, Moſen injecta auri lamina, cui nomen Iehova inſcriptum, id detexiſſe. Natantem enim laminam eo loco ubi oſſa repoſita, conſtitiſſe. *Perer. Villet.*

Decimo & centeſimo.] Ioſeph in Ægypto regnavit annis LXXX. annis XIII. ſerviit. Ergo anni gloriæ ſexies ſuperarunt annos miſeriæ ipſius. Mors Ioſeph eſt medium inter natalem Iacob, & mortem Ioſuæ. Vtrimque CCI. *Bucholc.* Deceſſit Ioſeph regnantibus Aſſyriorum Rege XII. Mamito, XI. Sicyoniorum Plemmæo, & Atgis adhuc manente Argo. *Auguſt.* C. D. XVIII. 𝔠. 7.

Incredibile memoratu.] Auguſtinus miraculo auctos vult. Rabbini partu gemino vel trino ſingulis vicibus. *Pellican.* Potuit ita fieri. LXX. intra XXX. annos, ſingulo partu, producunt 2100. Tertiam tantum partem horum ſume, & conjugia 300. habes. Hi intra totidem annos generant 9000. Tertia pars facit 1500. conjugia. Intra XXX. annos 45000. Tertia pars dat 7400. conjugia. Hinc 222000. intra CL. annos. Et ſic porro. Annis CCX. habebis 27600000. *Simlerus. Temporarius. Perer.* Ejus incrementi & alia exempla ſunt. Intra CCL. annos à diluvio adeo excrevit genus humanum ut in exercitu Nini contra Bactrianos fuerint 700000. ped. 200000. eq. *Diod. Sicul.* ex Cteſia.

Cito.] Spatio CCX. annorum. Quem numerum innui putant verbo רדו, deſcendite. ר CC. ו VI. ד IV. valet. Hinc CCX. *Druſ.*

Numero.] Qui non minor fuit quam 3000000. *Perer.*

Aegyptum repleverunt.] Imo terram Goſen. Nam ſemper diſtinctim ab Ægyptiis habitarunt. Et capax illa regio tantæ multitudinis. *Horn.*

Defuncto Rege.] Hic in Hiſtoria Mephres nominatur, cujus anno nono Ioſeph deceſſit, cum vixiſſet decem ſupra centum. Ex quo liquet, ipſum cum imperio præfuiſſe Ægypto annos LXXX.

Nam

functo rege, qui eos ob meritum Ioſeph benigne fovebat, ſuccedentium regum imperio deprimebantur. Nam & opus durum ædificandarum civitatum eis impoſitum: & quia jam multitudo abundans metuebatur, ne quandoque libertatem armis vindicarent, parvulos recens editos, aquis mergere, edicto regio cogebantur. Nec diſſimulare cruentum imperium licebat.

Qua

Nam cum ſummam à rege poteſtatem accepit, annorum erat xxx. Interea in Ægypto fuerunt, ut proditum à nonnullis, reges quinque. Sed Euſebius quatuor tantum recenſet. Hi ſunt, Amoſis, Chebron, Amenophis, & Mephres. *Druſ.*

Succedentium Regum.] Quorum Catalogum vide apud Euſebium & alios. Novus autem Pharao, qui afflixit Iſraëlitas, putatur fuiſſe non ex Ægypro, ſed Aſſyrius. Id quod Cajetanus probat ex Iſai. LII,4. Sed alius ejus loci ſenſus. Vincentius Mephrem, alii Rameſſem, alii Armeſeſmianum fuiſſe volunt. Abulenſis Amenophim, qui in XVIII. Dynaſtia Politanorum fuit ſeptimus. Hujus anno XVIII. Moſen natum Euſebius vult.

Opus durum.] Et ſegne admodum, ſi non fallunt nos Ebræi, apud quos in proverbium abiit, *Pithom & Rameſſes,* de opere ſegni ac tardo ſupra modum. *Druſ.* Cœpir hæc perſecutio paulo ante nativitatem Moſis, & duravit xc. plus minus annis. *A Lapide.*

Aedificandarum civitatum.] Quantos labores exantlarint, vide apud Philonem I. de vita Moſis. Flumen in multas foſſas diducere ſunt juſſi, & mœnia ædificare, & aggeres exſtruere, quibus inundationes fluminis arcerentur. *Πυραμίδας δὲ ἀνοικοδομοῦντες ἐξέτρυχον ἡμῶν τὸ γένος.* *Ioſeph.* lib. II, c. 5. Et ut magis exoſi redderentur, diverſo ab Ægyptiis habitu incedebant. *Euſebius* ex Eupolemo. Vrbes ab ipſis ſtructæ Pithom & Rameſſes, id eſt, juxta Targum Ieroſolymitanum, Tanis & Peluſium. Rameſſes fuit in terra Goſen. Poſtea Heroum urbs dicta. *Abul.* & pagus Arſenoitarum. Denique Thebæ vel Thebais. *Alii.* LXX. addunt Heliopolin quoque tum exſtructam. Moris autem Ægyptiis Regibus, uti ſervitio peregrino in exſtruendis urbibus & templis. Ita Seſoſtris, ſumtuoſa templa exſtruxit, & iis inſcripſit: *ὡς οὐδεὶς ἐγχώριος εἰς αὐτὰ μεμόχθηκε.* *Horn.*

Parvulos.] Mares. Hoc edictum valde minuit numerum Ebræorum in Ægypto, qui alioquin in majus potuiſſent excreſcere. Nam ex ſolo Ioſeph naſci potuerunt eo ſpatio temporis, & quidem abſque ullo miraculo 2500000. bellatorum, ut quidem Temporarius demonſtrat. *Druſius.* Auguſtinus: O prodiga furoris audacia! Needum natis pœna mandatur, & ante principium vitæ periculum concitatur. Cohibe nefarie homo inſaniam tuam: ſervet ordinem feritas tua: naſcantur ante quos punias.

Libertatem armis.] Tres cauſſæ afflictionis Iſraëlitarum. Primo metuebant ne ingruente bello, hoſtibus ſe conjungerent. Deinde odium conceptum ex diverſitate Religionis. Tandem vaticinium quoddam, naſciturum ex Hebræis, qui Imperium Ægypti everteret. *Ioſeph.* Triplex eſt metus à peregrinis, ubi multum increſcit eorum multitudo, ne conſpiratione indigenas opprimant,

mant,

Qua tempeſtate, filia Pharaonis, infantem in flumine repertum, nutriendum pro filio curavit: nomen puero

mant, ne hoſtibus ſe adjungant, ne vi exitum quærant. *Grotius.*

Filia Pharaonis.] Exod. II. Thermuth ſive Thermuthin Ioſephus, Merin Artapanus apud Euſebium appellat. Addit Philo eam unicam fuiſſe Pharaonis hæredem, & ſine prole ulla, licet diu nupta fuiſſet.

Infantem.] Filium Amrami, quem ex Iochabed uxore genuerat. Hic Amram patrem habuit Caath, Levi filium, Iacobi nepotem. Fuit autem ſeptimus à patriarcha Abrahamo. Quod ſignificat Salmanticenſis in libro Iohaſin per hæc verba: *Moſes doctor noſter (ſuper eum pax) fuit ſeptimus ſanctorum patrum, itidem ut ſabbathum.* Hoc vult dicere, ut ſabbathum ſeptimum dierum eſt, ita Moſes ſeptimus patrum, id eſt, patriarcharum. Idem ibidem: *Natus eſt anno trigeſimo ſeptimo poſt obitum Levi, hoc eſt, anno mundi conditi* 1368. *die quarto ſeptimi menſis Adar, tertia hora diei, ut ſcriptum reliquit R. Abraham filius Hija Hiſpanus.* Druſ.

In flumine.] In Nilo, qui peculiariter יאור, id eſt, rivus appellatur. *Druſius.* נחל מצרים & ,שיחור idem ſunt. שיחור nigrum ſignificat. Hinc Nilus Græcis *μέλας* dictus, teſte *Euſtathio*: quod aquæ ejus turbidæ. Hinc Σιέρις ὑπ' Αἰθιόπων κικλήσκεται. Dionyſius περιηγ. Vide Fuller. II. Miſcell. VIII. & *Selden.* I. de Dis Syris. IV. Cæterum Moſes expoſitus fuit in fiſcella ſcirpea. *Strabo* in Narratione de Auge & Telepho, *Simonides* de Danaë & Perſeo λάρνακα vocat. Erat ex papyro. Lucanus IV. (*pyro.*

Conſeritur bibula Memphitis cymba papyro.

Grot. Μηχανᾶν) πλέγμα βίβλινον, καὶ χρίσαντες ἀσφάλτῳ, ἐνθέασι τὸ παιδίον. Καὶ τὸ μὲν ὁ ποταμὸς παραλαβὼν ἔφερε. *Ioſeph.* Quæ ultima, cum Moſe pugnant. Ex quo manifeſtum, ad ripam, inter juncos, repoſitum infantem, ne à flumine abriperetur. *Perer.*

Nutriendum pro filio.] Matri eum tradidit nutriendum, quam per ſororem Mariam, quæ ad flumen ſtabat, ad ſe vocaverat. *Druſ.* Auguſtinus: *Manus filiæ Pharaonis, ſervant paternæ ſævitiæ vindicem.* Educatus autem inter Hebræos fuit, uſque dum adoleviſſet. Ex quo patet, Moſen non ignoraſſe, ſe eſſe Hebræum. Et in Epiſtola ad Hebræos XI. dicitur, quod Moſes contemſerit adoptionem illam, malens publice haberi Hebræus & contemtibilis, quam filius Reginæ. *Eſtius.* Philo dicit, Thermutin cum improlis eſſet, gravidam ſe finxiſſe, & genuiſſe Moſen, quaſi Moſes non adſcititius, ſed naturalis ejus filius eſſet. Idem videtur innuere Apoſtolus Hebr. XI, ℣. 25. Cum ait, Moſen grandiorem factum, negaſſe ſe eſſe filium filiæ Pharaonis. Ergo ante habebatur genuinus ejus filius. Cur ergo Pharaoni mortuo, non Moſes, ſed alius ſucceſſit? Forte quia matris fraus, & Moſis adoptio detecta fuit. *A Lapide.* Narrat quoque Ioſephus, quod Pharao Moſi infanti Diadema in caput impoſuerit; Moſes vero illud detraxerit in terram, & pedibus conculcarit. Hinc vitæ periculum, inſtinctu Ægyptiorum ſacerdotum incurriſſe, ſed à Thermuti ſervatũ.

Curavit.] Inſtitutus quoque fuit ἐν πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων. *Stephanus* Act. VII. Sapientia autem Ægyptiorum maximam partem verſabatur in Hieroglyphicis & Mathematicis diſciplinis. Artapanus apud Euſebium 9. προπ. tradit, inter alia, etiam literas Ægyptios à Moſe didiciſſe. Quod non videtur. Nam cum Moſes eruditionem ſuam ab Ægyptiis acceperit, probabile eſt eos etiam litteras habuiſſe. *VVillet.*

Nomen puero.] Errat Galeſinus qui hoc

ro Moiſes dedit. Moiſes hic, cum viriles annos ageret, conſpicatus Hebræum ab Aegyptio pulſari, permotus dolore, fratrem ab injuria vindicans, Aegyptium calce

hoc nomen puero in circumciſione à parentibus impoſitum vult. Nam circumciſus fuit die octava. Nomen autem hoc inditum ei à filia Pharaonis, cum ex aqua extraheretur. *Druſ.*

Moiſes.] Vel Moſes. Vtraque reperitur in codicibus Græcis & Latinis. Appellatio à משה extraxit, eduxit: non ex μῶ aqua, & υσῆς ſervatus, ut vult Ioſephus. In circumciſione nominatus fuiſſe traditur Ioacim. Habuit præterea nomen aliud, videlicet Melchi. Quod notavit Clemens Alexandrinus. Vnde habeat incertum. Antiquitates Philonis habent Melchil, *vocavit*, inquit (loquitur de filia Pharaonis) *nomen ejus Moſes: mater autem eum vocavit Melchil.* Aliter Clemens, qui ſcribit hoc nomen ei datum, poſtquam in cœlum receptus eſſet. Ab Ægyptiis, teſte Abenezra, vocabatur Monios. *Druſ.* Apud Euſebium XIII. πϱοπ. I. legimus: ὡς λόγος ἀρχαίων, ὡς ὑδρηγονὴς διέπραξεν. Sic enim corrigit Scaliger, pro ὑλογονῆς. Moſen aqua extractum intelligit.

Cum viriles annos ageret.] Agebat tum annum ætatis quadrageſimum. Liquet ex narratione Stephani Act. VII, 23. *Druſ.* Quid ante id tempus egerit, Scriptura non refert. Ioſephus bello Æthiopico Imperatorem fuiſſe narrat, & obſeſſa Saba, Regis filiam, cui nomen Thatbis, amore ejus captam, duxiſſe. Quicquid de hoc bello ſit, quod Theodoretus & alii fabuloſum vocant; non dubium eſt, Moſen multa de ſe, humilitatis ſtudio, præteriiſſe. Nec enim his XL. annis quibus in aula vixit quaſi princeps, deſes aut otioſus fuit. *A Lapide.*

Conſpicatus.] Addit *Philo*, Moſen ſæpius viſiſſe Iſraëlitas ſuos laborantes, eoſque conſolatum ac præfectos lenitatis admonuiſſe. Hinc ſuſpectum purpuratis & Regi, velut res novas moliretur.

Hebræum.] Maritum Salomith filiæ Dabri. *Salomo.* Quod tamen temere affirmatur. Nam non habet autoritatem de Scriptura. *Druſ.*

Ab Aegyptio.] Hunc putant fuiſſe ex præfectis regiis, qui operas Iudæorum exigebant, moraſque ceſſantium caſtigabant. *Druſ.* Addunt Iudæi, hunc Ægyptium adulterium commiſiſſe cum uxore hujus Hebræi, ideoque orta rixa eum percuſſiſſe.

Pulſari.] Stephanus Act. VII. percuſſionis vice ἀδικίας meminit. Ἰδὼν τινα ἀδικούμενον. Certum eſt injuriam gravem fuiſſe, ita ut percuſſor mereretur plecti morte. Alias enim Moſes non habuiſſet poteſtatem, nec jus nec voluntatem eum occidendi. *A Lapide.*

Fratrem.] Agnatum aut popularem. Ita in Oriente vox אח ſumitur.

Ab injuria vindicans.] Atque hoc aliquo modo excuſat factum Moſis. Fuit enim juſta defenſio, qua Hebræum injuſte invaſum defendere tenebatur ex charitate. *Qui enim ſocium non defendit ab injuria cum poteſt, tam eſt in vitio quam ille qui facit.* Ambroſ. Nam tum non erat Iudex qui poſſet injuriam avertere; & injuria erat præſens, nec moram temporis patiebatur. *Toletus.* Multi tamen veterum, quos inter aliquando Auguſtinus, Moſen nimii Zeli & præcipitantiæ accuſarunt. Oecumenius in Epiſt. Iudæ tradit Diabolum de corpore Moſis, tanquam ſepultura indigno, ea imprimis ratione litigaſſe, quod Ægyptium injuſte occidiſſet.

Calce perculſum.] Hebræi, etiam priſci, teſte Clem. Alex. I. Strom. excuſant Moſen, eo quod Ægyptium occiderit non gladio, ſed pronunciando in eum nomen

ce perculſum interemit. Mox ſupplicium è facto metuens, in terram Madian profugit: & apud Iethro ſa-

nomen τετραγράμματον Iehova. Quomodo Petrus ſolo verbo occidit Ananiam & Sapphiram. Sed hoc eſt commentum. Quod dicit *calce percuſſum*, in Textu eſt ויך *& percuſſit*, quocunque tandem modo. *Horn.*

Interemit.] Interemtum arena obruit. Quo jure occidit Ægyptium? Nullo *inquit* Auguſt. contra Fauſtum. Sed poſtea re melius perpenſa, jure *inquit* divino, & poteſtate jam tum Moſi collata à Deo. Et ſatis conſtabat id Moſi, ſed incertum an externa & ſenſibili revelatione, an vero ſola inſpiratione ſeu ſuggeſtione interna. Stephanus Actor. VII. diſertim: ἐνόμιζε δὲ συνιέναι τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ ὅτι ὁ θεὸς διὰ χειρὸς αὐτοῦ δίδωσιν αὐτοῖς σωτηρίαν. *Tirinus.*

Mox.] Id accidit die altero, Exod. II, 13. Duos autem Ebræos inter ſe contendentes audaces Iudæi dicunt fuiſſe Dathan & Abirom. Ita Ionathan & R. Salomo. *Druſ.*

E facto.] Id eſt, poſt factum, ut cum dicimus *ex illo tempore*, ſignificamus, poſt illud tempus: vel certe propter factum. Nam *E* quoque propter ſignificat, ut in epiſtola Cecilii ad Plinium, *balneum etiam ex epiſtolis meis.* Notavit Linacer. *Druſ.*

In terram Madian.] Exod. II, 25. *& ſedit in terra Madian.* Terram pro regione poſuit: nam eſt nomen regionis. Quanquam Ioſephus urbem eſſe ſcribat in littore maris rubri ſitam. Euſebius in Locis duas urbes memorat ejus nominis. Prior, *inquit*, eſt trans Arabiam ad meridiem in deſerto Saracenorum, contra orientem maris rubri: unde vocantur Madianæi & Madianæa regio. Alia eſt juxta Arnonem & Areopolim, cujus nunc ruinæ tantummodo demonſtrantur. In hac Moſem exulaſſe ſcribit Hieron. in locis Act. Apoſtol. *Druſ.* Median ſive Midian مدين, in maris rubri littore, Gr. XXIX. in Higjaza, quæ in Alcorano dicitur مدينة قوم شعيب. Xaib enim illis idem qui Iethro. *Golius.*

Apud Iethro.] Raguel, non Iethro legitur, Exod. II. ℣ſ. 17. quod Græci ſcribunt ῥαγουήλ. Libri Latini variant. Nam in aliis Raguel, & in aliis Iethro. Quæ duo nomina Lyra confundit: etiam ſcholion quod in editione Romana, ῥαγουήλ, ἰοθόρ. Nam Iothor idem cum Iethro. Critici Ebræorum legunt Iether. Aliis Iethro pater erat, & Raguel avus. Quod autem in loco citato, *ad Raguel patrem ſuum*, id interpretantur ad Raguel avum ſuum. Sic Abenezra, R. Levi & alii. Nam pater Iethro dicebatur & Hobab. Sic dico Raguel pater Iethronis erat, & Iethro ſocer Moſis, cujus filiam Sepphoram in matrimonium acceperat. Vt pater pro avo, ita filius ponitur pro nepote. Sic mater eſt avia, quandoque & filia neptis. *Druſ.* Demetrius apud Euſebium 9. προπ. tradit, quod Abraham ex Cetura genuerit Iecſan, ex quo natus ſit Adam (potius Dadan, ut patet ex Gen. XXV, 3.) à quo Raguel pater Iethro, cujus filiam Moſes accepit.

Sacerdotem.] Τὸν ἱερέα. LXX. Ioſephus. Hieronymus. Quod roborat Abenezra his verbis: *Omnis ſacerdos eſt miniſter Dei aut idolorum. Iſte autem erat Iethro miniſter Dei, quemadmodum adhuc declarabo.* Quidam, *principem regionis illius*, in queis Oncelos paraphraſtes Chaldæus. Sic Photiphar, qui à veteribus vocatur *ſacerdos Onii*, ab aliis dicitur *Princeps Onii*, id eſt, præfectus aut gubernator. Eadem vox in Ebræo. *Druſ.* Artapanus apud Euſebium 9. προπ. dicit eum fuiſſe

ſacerdotem regionis illius diverſatus, filiam ejus Sephoram in matrimonium accepit, exque ea duos filios, Gerſom & Eliezer, ſuſtulit.

Hoc tractu temporum Iob fuit, legem naturæ, & agni-

Regem Arabiæ. Quod abſurdum. Quis credat filias Regis oves paſcere? Deinde alii paſtores non auſi fuiſſent eas tam male tractare. *Simlerus.* Probabile eſt, & Principem civitatis ſuæ & Sacerdotem fuiſſe, ſicut Melchizedek. An autem veri Dei Sacerdos, cujus notitiam ab Abrahamo accipere potuit, ambigitur. Certum eſt Midianitas tum temporis Idololatras fuiſſe. *Cyrillus* & *Abulenſ.* putant eum coluiſſe unũ Deum altiſſimum, ſed cum Idolis gentilium.

Diverſatus.] Ibi quoque Geneſin ſcripſiſſe putatur, ad conſolationem Hebræorum qui in Ægypto opprimebantur. *Perer.* Sed Theodoret. Beda, Toſtatus, à quibus non diſſentit Euſeb. 7. πϱϑπ. ſi verba ejus accurate expendantur, totum Pentateuchum in deſerto, poſt exitum ex Ægypto, ſcriptum volunt.

Sephoram.] צפורה. Quam author Hiſt. Scholaſt. facit eandem cum filia Regis Æthiopiæ Tharbi, quam eum duxiſſe Ioſephus tradidit. Sed hæc aperte cum ſcriptura pugnant. Tzippora fuit filia Iethronis. Eadem vocatur כושית, Αἰϑιόπισσα; non quod Midianitæ à Cusho oriundi; ſed quod in eorum regione habitarent. Æthiopia enim duplex: Occidentalis in Africa, ſupra Ægyptum: Orientalis in Arabia. *Iun. Perer.*

Gerſom.] Appellatio à גרש expello. Nam quia pulſus erat Ægypto, ideo ſic filium nominavit. Dicebat enim ὅτι πάροικός εἰμι ἐν γῇ ἀλλοτϱίᾳ. *Druſ.* גר eſt peregrinum, שם illic. Vnde גרשם. Quia peregrinus in Midianitide. Hi filii Moſi nati ſunt paulo ante reditum ejus in Ægyptum, qui contigit anno ætatis ejus LXXX. Nam ex cap. IV, Ex. 20. colligitur adhuc parvulos tum fuiſſe. *A Lapide.*

Eliezer.] Ἐλιέζερ. Nomen hoc Moſes dedit altero filio, quod Deus patrius ei ſubveniſſet, eumque à Pharaonis gladio liberaſſet. Verba clara ſunt, Exod. XVIII. ℣ſ. 4. *quia Deus patris mei auxilio mihi fuit & liberavit me, &c.* Druſ. Nomen hujus non occurrit Ex. II. ſed XVIII. 4. unde illud tranſcripſerunt LXX. Latinus, & Sulpicius. *Horn.*

Hoc tractu temporum.] *Philo* Iacobi tempore vixiſſe Iobum putat, & Dinam uxorem duxiſſe. *Hieronymus* Moſis; cui Elihu Balaam videtur. *Gregorius* Iudicum. Alii Davidis. Alii denique ipſum ex ſapientibus Babylonis fuiſſe autumant, teſte *Rambam.* Communis opinio eſt, vixiſſe eo tempore quo Iſraëlitæ in Ægypto ſerviebant. Quia Moſes librum ejus ſcripſit, ut Rabbini & Origenes tradunt. Contigit agentibus in deſerto Hebræis. Regio eſt Arabia, ubi Hus, id eſt, Αὐσιτις. Gen. X, 23. ubi Theman, Gen. XXXVI, ℣ſ 11. ubi Suha ſive Saccæa, Gen. XXV, ℣ſ. 2. oſtendunt id etiam crebræ Arabum voces. *Grot.*

Iob.] איוב. Non ergo fuit Iobab Rex Edom Gen. XXXVI. ℣ſ. 33. ut LXX. & Toſtatus volunt. Nam Iob fuit in regione Vtz; hic autem habitavit Boztæ in confiniis Idumææ & Moab. *R. Salomo* Chananæum fuiſſe vult, ex Num. XIV. ℣ſ. 9. *Cajetanus* Arabem: *Hieron. Lyra* ex poſteris Nachor. *Chryſoſtom. Auguſt. Theodoret. Mercer. Perer.* ex poſteris Edom. Gen. IV. ℣ſ. 21. Alii ex poſteris Abraham Keturæis. Quia Bildad Schuchites, ex Schuach Keturæ. Quia ſedes ipſorum in Oriente. Gen. XXV. ℣ſ. 6. ubi & Iob.

Fuit.

agnitionem Dei, & omnem juſtitiam complexus, prædives opibus: atque eo illuſtrior, quod his neque integris corruptus, neque amiſſis depravatus eſt. Nam cum per diabolum exutus bonis, filiis etiam eſſet orbatus, ad extremum diris ulceribus affectus, non potuit vinci, ut præ doloris impatientia aliqua in parte peccaret. Mercedem denique divini teſtimonii conſecutus, ſanitati redditus, omnia quæ amiſerat in duplum recepit.

At Hebræi multiplicato ſervitutis malo preſſi, querelis in cœlum converſi, ſpem auxilii à Deo expectabant. Tum Moiſi paſcenti oves, repente rubus ardere viſa: flammis tamen, quod erat mirabilius, innoxiis. Qua novitate obſtupefactus, rubo propius acceſſit, ſtatimque ad eum iſtiuſmodi fere verbis Deus locutus eſt:

Fuit.] Quidam dicunt, Iobum nunquam fuiſſe, ſed Hiſtoriam illius nihil aliud eſſe quam Parabolam. Sive autem fuerit, ſive non, &c. *Rambam* III. More Neb. 22. Res vere geſta eſt, ut apparet Ezech. XIV, ℣ſ. 14. Iacob. v, 21. ſed poëtice tractata. *Grot.*

Prædives opibus.] Habebat enim ovium ſeptem millia, camelorum tria millia: juga boum quingenta, & aſinas totidem, copioſiſſimumque ſervitium. Denique Orientalium omnium maximus erat, hoc eſt, clariſſimus & locupletiſſimus. *Druſ.*

In duplum recepit.] Tam dives evaſit ut habuerit quatuordecim ovium millia: camelorum ſex millia: mille boum juga, ac totidem aſinas. Iob. XLII. *Idem.*

Querelis in cœlum converſi.] Tunc enim invocare Deum plerique cœperunt. Num. XX, 16. relictis Ægypti Idolis. Ezech. XX, ℣ſ. 8.

Paſcenti oves.] Exod. III. Apud montem Sina & Horeb. Τοῦτο δ' ἐστιν ὑψηλότατον τῶν ταύτῃ ὀρῶν, πρὸς νομὰς ἄριστον, ἀγαθῆς φυομένης πόας. *Ioſeph.* Contigit hoc XL. anno exilii Midianitici.

Rubus ardere viſa.] Vero & materiali igne per Angelum producto ex vicino aëre. A rubis vero frequentibus, ipſe mons dictus fuit Sinai, quod Hebraice rubum ſignificat. *Tirinus.*

Innoxiis.] Deus enim vim ignis naturalem non abſtulit, ſed ſuſpendit. Sicut factum, cum tres ſocii Danielis in fornacem igneam conjicerentur. Deus igitur hic conſervavit ignis ſubſtantiam; ſed actionem & uſtionem ejus impedivit, ſubducendo concurſum & influxum ſuum, ne ageret in rubum, vel virentia folia ejus nimium afflaret aut deſiccaret. Deo enim cum igne nolente concurrere, ne infernus quidem totus vel ſtupam aduſſerit. *A Lapide.*

Rubo propius acceſſit.] Pro ad rubum. Sic Livius: *accedere mœnibus.* Supra: *Turrim quæ cœlo accederet.* Druſ.

eſt: Dominum ſe eſſe Abraham, Iſaac & Iacob: quorum progeniem, Aegyptiorum dominatione depreſſam, ereptam malis cupiat. iter ergo ſuſciperet ad regem Aegypti, ducemque ſe populi in libertatem reſtituendi praſtaret. Cunctantem poteſtate confirmat, virtutem ei ſignorum faciendorum impertiens. Ita Moiſes in Aegyptum profectus, ſignis prius apud ſuos editis, aſſumpto fratre Aaron, Regem adiit: miſſum ſe à Deo prodit, verbiſque ſe Dei dicere, populum Hebræum uti dimitteret. At ille, negans ſe Dominum noſſe, parere imperio abnuebat. Cumque Moiſes in teſtimonium mandatorum Dei, ex virga draconem feciſſet, mox aquas omnes in ſanguinem convertiſſet, to-

Abraham, Iſaac & Iacob.] Hæc formula ſacra apud gentiles in Magicis carminibus adhibita, & tres Patriarchæ pro Diis habiti. *Origines* IV. adverſus Celſum.

Ad Regem Aegypti.] Buſiridem, ut nonnulli volunt. Quem Diod. Sicul. tradit Thebas Hecatompylas ſtruxiſſe. Strabo XII. negat unquam talem Buſiridem fuiſſe. Philaſtrius hunc Regem Thamuz vocat. Id certo conſtat, alium ab eo fuiſſe, cujus metu Moſes in Medianem fugit. Exod. II, 23. *Pellican. Iunius.*

Ita Moiſes in Aegyptum profectus.] Exod. IV. Quando duplicantur latetes, venit Moſes. *Capnio.*

Regem adiit.] Exod. V. Regia tum temporis erat Tzoan ſive Tanis, unde Taniticum oſtium Nili nomen habet. Ibi miracula per Moſen facta. Pſalm. LXXVII. *Ioſeph.* Poſteaquam commemoraſſet operam ſuam pro Ægyptiis contra Æthiopas navatam, laboreſque exhauſtos, &c. *Artapanus* apud Euſeb. IX. πρὸ ευ. refert, quatuor miracula Moſi adeunti Pharaonem, contigiſſe. *Primo,* ignem è terra erupiſſe, cum voce quæ diceret, brevi ab ipſo liberandos eſſe Hebræos & in patriam antiquam reducendos. *Secundo*, Moſen à Pharaone carceri incluſum fuiſſe, ſed inde noctu, cuſtodibus mortuis, januiſque confractis, exiviſſe ad ipſum Regem. *Tertio*, ipſum Regem, pronunciato in autem ejus nomine tetragrammato à Moſe, mutum factum, moxque ſanatum eſſe. *Quarto*, Sacerdotes Pharaonis omnes ad idem nomen ſpaſmo exſpitaſſe. Sed hæc Iudæorum commenta ſunt.

Draconem feciſſet.] Hoc quia Aharon fecit juſſu Moſis, Exod. VII, ℣ſ. 9. ideo Moſes feciſſe non male dicitur. *Druſ.*

Dominum.] Qui tum nomen ſuum יהוה revelavit. Exod. VI. De quo vide Rambam I. More Neb. LXI, LXII. Fuller. II. Miſcell. VI. & IV, XIII.

Virga.] Exod. VII. Vocatur virga Moſis, Exod. IV, 17. & Aharonis VII, 10. & Dei. Vide Nicolaum Lyram ad locum: *Tolle virgam tuam.*

Aquas omnes.] Sunt qui cenſent aliquam aquam integram remanſiſſe, quæ poſtea converſa ſit in ſanguinem à Chaldæis: alii aliter hac de re opinantur.

totamque terram ranis oppleſſet : facientibus ſimilia Chaldæis, magicas eſſe artes, quæcunque per Moiſen fierent, potius quam Dei virtutem, pronunciabat. Donec ſuperductis ciniphibus terra oppleta eſt, Chaldæis

tur. *Druſ.* Etiam in terra Goſen aquæ cruentatæ; ſed Ægyptiis tantum. *Abul.* Nam Hebræis erant dulces & potabiles. *Ioſeph.*

Chaldæis.] Id eſt, Ægyptiorum Magis. *Maximus* Epiſcopus in ſermone de Epiphania: *Hodie Salvator à Chaldæis eſt adoratus.* Iuvenalis: *cum grege Chaldæo.* Interpres vetus: *cum Magis aut Mathematicis.* Cato de re ruſtica: *haruſpicem, augurem, hariolum, Chaldæum ne quem habeat*, id eſt, aſtrologum, aut Mathematicum. Eſt ergo non gentis hoc loco, ſed artis vocabulum. *Druſ.* Principes horum fuerunt Iannes & Mambres. II Tim. III, 8. de quorum ſepulcro mira & fabuloſa narrat Palladius in vita Beati Macarii. Meminerunt etiam eorum gentiles, ut *Numenius* Pythagoricus apud Euſebium IX. προπ. Apulejus Apol. Plinius Iamnen & Iotapen vocat. De Magis & eorum operibus, vide Maimonidem III. More Neb. XXXVII.

Facientibus ſimilia.] De hoc facto Magorum videndi ſunt D. Auguſtinus quæſt. 21. & in tertio de Trinitate, cap. 7, 8. & in libro ſententiarum 2, 4. Thomas 2, 2. quæſt. 17. ar. 2. in corol. quæſt. & ſuper Matthæum, cap. 24. Lippomanus in Catena patrum, & alii. Fuerunt autem hæc miracula ſpuria. *Nam quiſquis credit aliquid poſſe fieri, aut aliquam creaturam mutari aut tranſmutari in aliam ſpeciem vel ſimilitudinem, niſi ab ipſo creatore, proculdubio infidelis eſt & pagano deterior.* Concil. Aranſie.

Magicas eſſe artes.] Vetus hæc Ægyptiorum & Græcorum calumnia. Qui Moſen inter præcipuos Magos collocant. Plin. XXX. Iuſtin. XXXVI. Apul. Apol. Strabo XVI. Plinii verba ſunt: *Eſt & alia Magices factio à Moſe etiam num & Iochebel Iudæis pendens. Fuit autem Iochebel ipſius Moſis mater.* Locus corruptus. Lege Iochebed ex Sacris. Apulejus Moſen & Iannem, tanquam celeberrimos Magos, conjungit.

Ciniphibus.] Ciniphes, genus inſecti alati acriter pungentis: ut eſt apud Iſidorum lib. XII. Originum: item Papiam, niſi quod perperam apud eum *ſcinipes*, pro *ſcnipes*, tertia vocali inſerta. Heſychius: Κνίψ, ζῷον πτηνόν, ὅμοιον κώνωπι. Ac ſimiliter Dioſcoridi libri primi capite CXII. dicuntur θηρία κωνοπώδη. Hebraice כנים eſt Exodi VIII, 17, 18. & Pſal. CV, 13. Vtrobique LXX. σκνίπες, Latinus vulgatus *ciniphes.* Κνῖπας etiam Ariſtophanes in Avibus appellat. Plinius nunc *muliones arborarios*, nunc *culices muliones*, imo & ἁπλῶς *culices* appellat: quod & Columella facit. In hoc tam vili inſecto claudicavit magnorum vis: ut dicere cogerentur, hunc eſſe *digitum Dei*, hoc eſt manum, ſive potentiam divinam. *Voſſius.* Oroſius VII, 18. *Tertia vexatio habuit ſcinifices* (putarim leg. *ſcinifes.*) *muſculas ſcilicet parviſſimas ac ſæviſſimas: quæ mediis ſæpe æſtibus per loca ſqualida ſe coadunando ac vibrando denſatæ nonnullo volatu alliſi ſolent, capilliſque hominum ac pecudum ſeſis, cum urente morſu interſeri.* Philo Iudæus: Ζῷον εἰ καὶ βραχύτατον, ἀλλὰ ὅμως ἀργαλεώτατον. οὐ γὰρ μόνον λυμαίνεται τὴν ἐπιφάνειαν κνησμοὺς ἐμποιοῦν ἀηδεῖς καὶ βλαβερωτάτους, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ ἐντὸς βιάζεται διὰ μυκτήρων καὶ ὤτων· σίνεται δὲ καὶ κόρας ὀφθαλμῶν εἰσπετόμενον, εἰ μὴ φυλάξαιτό τις.

dæis fatentibus majeſtate divina iſta fieri. Tum rex malo coactus, advocato ad ſe Moiſe & Aaron, dat populo diſcedendi poteſtatem, modo ut ſuperductam cladem averterent. Sed ubi clades exempta eſt, impotens ſui animus, in ſe reverſus, exire, ut convenerat, Iſraëlitas non patiebatur. Ad extremum, decem plagis corporis & regni ſui contuſus & evictus eſt. Sed prius quam Ægypto populus eſt egreſſus, mandatis Domini inſtruitur, rudis adhuc temporum, menſem illum, qui tunc erat, primum omnium menſium eſſe cognoſce-

Decem plagis.] Has decem plagas metro comprehenſas invenies apud Iohannem Sarisberienſem in Polycrarico 8,12. Prima rubens unda, tanarum plaga ſecunda. Quarum ſymbolum apud Ebræos, רצך עדש באחב, id eſt, Plaga I. דם, ſanguis, in quem aquæ omnes converſæ. Quidam *omnes* exponunt *pleraque*, ut in illo, *Omnes gentes habent præputium.* II. צפרדעים, ranæ. III. כנים, ciniphes. IV. ערב, mixtio inſectorum. V. דבר, peſtilentia, pecorum interitus. VI. שחין, ulcus, puſtula. VII. ברד, grando mixta horrendis aliis meteoris. VIII. ארבה locuſtarum omne genus. IX. חשך, tenebræ palpabiles & triduanæ. X. בכרות, primogenita. In precibus Ebræorum laudatur Rabbi quidam Iuda, ut autor hujus ſymboli. Videndus Oroſius lib. 1. cap. 12. & lib. 7. cap. 18. ubi has decem plagas comparat cum decem vexationibus Chriſtianorum, quas perſecutiones vulgo vocant. *Druſ.*

Rudis adhuc temporum.] Non ita ſe res habet. Ante enim quam ex Ægypto emigrarent, annum inchoabant ab eo menſe, qui eum Septembri menſe fere conveuit. Hic vero menſis, de quo agit auctor, prope cadit in Martium noſtrum. *Galeſin.* Videndus ad hunc locum Ioſephus. Item Lyra, & alii. Quanquã Paulus Epiſcopus Burgenſis pro hac ſententia Sulpicii diſputet ad XII. Ex.

Menſem illum qui tum erat.] Exod. XII. Qui parrim Aprili noſtro, partim Martio reſpondet, quem Niſan vocant vocabulo Syriaeo an Perſico? dicirur etiam menſis novorum, Græce νέων, hoe eſt, novarum frugum. Stephanus Gobarus apud Photium, ἐν τῷ μηνὶ τῶν νέων, οἷον Ἀπριλλίῳ, ὃν οἱ Ἑβραῖοι νεσὰν καλȣ̃σι. Macarius Ægyptius eum appellar menſem florum, Hom. 47. ἐν τῷ μηνὶ τῶν ἀνθῶν ἐξάγει αὐτȣ̀ς ἐξ Αἰγύπτȣ: in menſe florum educit eos ex Ægypto. Menſis novorum incipienre veris exordio meminit Hieron. in comment. Hag. 2. *Druſ.*

Primum omnium menſium.] Athenienſes inehoabant annum à Solſtitio æſtivo, Aſiani ab æquinoctio autumnali, Arabes & Damaſceni ab æquinoctio verno; ut & Romani ante Numam Pompilium. *Simplicius* in Phyſ. Ariſtot. & alii. Menſis October apud omnes Orientales eſt primus. *Hieron.* In Ezechiel. Cœpit ergo hic diſtingui annus vulgaris ſive communis à ſacro. Vulgaris incipiebat à Tiſri ſive Septembri, ſerviebatque jubileo. Lev. XXV. ℣ſ. 9, 10. ut & contractibus & negotiis civilibus Ioſeph. I. Ant. 10. Sacer vero à Niſan, id eſt, Martio. Scriptura autem ſemper utitur anno ſacro, ut paret Zach. VII. ℣ſ. 1. Eſth. III. ℣ſ. 7. *A La-pide.*

ceret. Sacrificium autem diei illius in ſolemnitatem conſequentium ſeculorum ita eſſe celebrandum, ut quartadecima die menſis, agnus immaculatus, anniculus,

pide. Nomina autem menſium erant i. Niſan. ii. Iſar. iii Sivan. iv. Tammuz. v. Ab. vi. Elul. vii. Thiſri. viii. Marcheſvvan. ix. Caſleu. x. Thebeth. xi. Sebath. xii. Adar. Quæ nomina demum poſt captivitatem cœperunt, & Chaldaica ſunt. Ante illud tempus aliis uſi, ut *Abib*, qui primus, Exod. menſis xiii. *Ziv* ſecundus, *Bul* undecimus i Reg. vi. *Ethanim*, ſeptimus, i Reg. viii. *Sa.* Iudæi autem uſi anno Lunari poſt egreſſum ex Ægypto, qui cum diebus cccliv. explicetur, & octo inſuper horis, factum ut tertio quoque anno, ex tribus illis diei trientibus, unus accederet dies. Sed Iudæi illum diem in ſuper habuerunt, & *μίαν ἡμέραν ὑπέρβατον* fecerunt. *Epiphan.* Hæreſi li. Diſtribuebantur autem iſti cccliv. dies, in menſes xii. qui non ſemper alternis erant cavi dierum xxix. & pleni dierum xxx. ſed aliquando continuabantur pleni. *Maimonides* l. זמנים, Tractatu קדוש החדש, cap. i. Quanquam autem Iudæorum menſes eſſent Lunares, anni tamen ad Solis motum referebantur. Itaque ut paria facerent rationes Lunæ, intercalatione opus. Intercalabatur autem menſis Adar. Maimonides. *Petit.* Ecl. Chron. l. i. ii.

Sacrificium.] Sic Ioſephus ii. 5. ἐκέλευσε Μωϋσῆν παραγγεῖλαι τῷ λαῷ θυσίαν ἑτοίμην ἔχειν. In ſcriptura vocatur קרבן & זבח Ex. xii. ℣ſ. 26. Quæ nomina ſunt generalia, & non probant, Agnum Paſchalem fuiſſe ſacrificium proprie dictum ἱλαστικόν; ſed improprie dictum & εὐχαριστικόν. *Alting.* Multa inter Iudæos fuerunt eadem & ſacrificia & Sacramenta, velut agnus Paſchalis, & hirci illi anniverſarii duo. *Danæus.*

In ſolennitatem conſequentium ſeculorum.] Vſque ad tempus Meſſiæ, in quo finem accipiebant omnes cæremoniæ legis. Græce eſt, Exod. xii. ℣ſ. 14. εἰς πάσας τὰς γενεὰς ὑμῶν νόμιμον αἰώνιον ἑορτάσετε αὐτήν; & apud interpretem noſtrum, *celebrabitis eam in generationibus veſtris cultu ſempiterno.* Druſius.

Quartadecima die menſis.] Iudæi ante Chriſti tempora nunquam celebrarunt Paſcha ante æquinoctium vernum, ſed ſemper poſt æquinoctium; ſcitumque illorum eſt, τὴν τοῦ πάσχα καὶ τῶν Ἀζύμων ἑορτὴν δεῖν πάντως μετ᾽ ἰσημερίαν ἄγεσθαι. Æquinoctium autem vernum tertio Nonas Aprileis ſtatuebant Iudæi, uſque ad Auguſti tempora. Itaque quotieſcunque ſextus decimus dies Niſan, aut infra, cadebat in diem tertium Nonas Aprileis, eo anno intercalabatur menſis Adar. Quare ter in Octaëteride intercalabatur. Eſt autem inſtituenda Octaëteris ab eo anno quo Iudæos Moſes ex Ægypto eduxit. Is erat annus ab orbe condito II. cccc.liii. *Petit.* Ecl. i. 4. Cautū lege Synedrii fuit, ut traditur ab Hebræis in *Seder Olam*, ne Paſcha celebraretur die Septimanæ ſecundo, quarto & ſexto, ſi in eos incidiſſet. Itaque ſi dies quintadecima menſis incurrebat in ſextum diem ſeptimanæ, Paſcha differebatur in poſterum diem, qui erat Sabbathum: quemadmodum factum eſſe ajunt eo anno quo Chriſtus eſt paſſus. Ille autem, ut multi opinantur Interpretes, à lege Dei nolens recedere, celebravit illud feria quinta veſpere. Iudæi vero morem novum ſecuti, aut traditionem patrum, feria ſexta veſpere. *Sigon.* iii. Rep. Hebr. ix.

Agnus.] שה, pecus, tam ovina quam caprina, id eſt, tam hœdus quam agnus. *Lyra. Toſtat. Perer.* Idque tantum permiſ-

lus, victima cæderetur, ejuſdem ſanguine poſtes illinirentur.

miſſum in primo Paſchate, confuſo adhuc populi ſtatu: poſtea non niſi agno uſi ſunt. *Iun.* Ægyptii, Zabii & maxima pars Idololatrarum, animalium mactationem ſemper abominati ſunt. Vt ergo memoria erronearum iſtarum opinionum ex animis hominum deleretur, præcepir Deus, ut tres beſtiarum ſpecies in ſacrificiis ſuis offerrent, *Arietes, Hircos, Boves.* Hoc fine præcepit etiam mactare agnum in die Paſchatis, &c. *Rambam.* III. More Neb. XLVI. Idque in ſummum contemtum Ægyptiorum. *Tacitus* v. Hiſt. *Cæſo ariete velut in contumeliam Ammonis. Bos quoque immolatur quem Aegyptii Apim colunt.* Manethon de Moſe quem & Oſarphiphum vocat: ὁ δὲ πρῶτον μὲν αὐτοῖς νόμον ἔθετο μήτε τῶν ἐν Αἰγύπτῳ θεμιστευομένων ζώων ἀπέχεσθαι μηδενός. Atque hinc illa inter Ægyptios & Iudæos odia, qualia Iuvenalis tempore inter Copton & Tentyram. שה autem tam de caprugno quam de ovillo genere partum ſignificat. Itaque una voce Latina reddi nequit. LXX. laxius nomen ſumſere, πρόβατον. *Grot.* Poterat ergo tam hœdus, quam agnus immolari. *Lyra. Toſtat. Perer.* Sed hoc tantum in primo Paſchate, confuſo adhuc populi ſtatu: poſtea non niſi agno uſi. *Iun.*

Immaculatus.] תמים. Abſque macula, non coloris, ſed deformitatis: ut claudus, ſcabioſus, vel alterius vitii ac morbi. Hoc de qualibet victima dicitur Levit. XXII. *Menochius.* תמים τέλειον LXX. Alii ἄμωμον. Eodem ſenſu Lucianus ἐντελῆ θυσίαν dixit. Ægyptii non admittebant ὅσα δίδυμα, ἢ κατάστικτα, ἢ ἑτερόχροα, ἢ παραλλάσσοντα τῇ μορφῇ. *Grot.*

Anniculus.] Vt annum unum ætatis non excedat. Nam quantumvis minor poterat immolari, modo octavum à nativitate diem attigiſſet. Lev. XXII, ℣ſ. 27.

Victima cæderetur.] Paulo ante *ſacrificium* vocavit. Clarum eſt ex Moſe, Sacerdotes non immolaſſe hos agnos paſchales in templo, ut ſenſit Claudius Sainctes, Abulenſis, Serarius; ſed quemque patremfamilias pro familia ſua, domi ſuæ, agnum immolaſſe. Philo III. de vita Moſis. *Ioſeph.* Et licet poſtea inſtituti ſint ſacerdotes Aaronici, ac unus certus locus, Hieroſolyma, Paſchatis celebrandi deſignatus, tamen patresfamilias in antiquo ſuo jure & ritu immolandi permanſerunt, eaque ex parte priſcum jus ſacerdotii, quod primogenitis vel patribusfamilias competebat, retinuerunt. Id confirmatur ex eo, quod plures erant familiæ; & conſequenter plures agni paſchales quam Levitæ. Nam ſub Ceſtio agni paſchales numerati ſunt 256500. *Ioſeph.* VII. ἁλωσ. XVII. *A Lapide. Tirinus. Alii.* Ritus autem immolationis hic erat: Primo jugulabatur agnus. Secundo, ſanguine ejus aſpergebantur poſtes & ſuperliminare. Tertio, detracta pelle inteſtina vel exempta ex agno, & mox repoſita, ut vult *Abul.* vel relicta in ipſo agno, ut *Cajetan.* lavabantur, ut poſſent in agno torreri. Omnia enim toſta comedenda erant præter fel, & ilia feces continentia, quæ abjiciebantur. Quarto, integer agnus, non diſſectus, ne os aliquod læderetur, cum capite & pedibus, torrebatur. *Interpr.*

Ejuſdem ſanguine poſtes illinirentur.] Etiam ὑπέρθυρον, limen ſuperum. Sanguis vaſe exceptus. Et tum faſciculo vel hyſſopi vel roriſmarini (variant enim Interpretes in explicanda voce אזוב, quæ tamen Paulo ad Heb. IX, ℣ſ. 19. ὕσσωπος vocatur) illinebatur. Idque in contumeliam Ægyptiorum, qui arietem pro Deo colebant. Hieron. in Eſa. LXVI. innuere videtur, ſanguinem in formam crucis illitum. Sed hoc temere affirmatur. Ægyptii memores illius diei, Sole intrante æquinoctio ver-

rentur. Carnem penitus exedendam, os autem non conterendum. Septem diebus fermento abſtinerent, azymis uterentur, ritumque hunc poſteris traderent. Ita populus egreſſus dives ſuis copiis, & Ægypti ſpoliis

vernali, quo tempore Judaicum paſcha celebrabatur, minio velut alexeterio greges & arbores illinere, clamantes: *Quia in tempore hoc ignis vaſtavit omnia:* Idque ex depravata traditione, de Ebræorum ſuperliminaribus manavit. *Epiphan.* Hæreſ. XVIII. Nazaræorum.

Carnem penitus exedendam.] על מרורים Cum lactucis agreſtibus. *Latin.* Cum herbis quibuſlibet amarulentis. *Chald. Lyra. Paguin.* LXX. vertunt *πικρίδες*. Iuſſit Deus has lactucas amaras cum agno adhiberi, ut per eas recordarentur Hebræi, inquit Theodoretus, amariſſimæ in Ægypto ſervitutis. Vnde Ambroſius legit *cum amaritudine.* Quaſi præceptum eſſet Hebræis ut agnum ederent cum amaritudine quadam animi. Si quid reſiduum, id comburebatur. Idque etiam gentibus uſurpatum fuit in ſacris *propter viam* factis. Macrob. II. Saturn. 2. *Sacrificium apud veteres fuit, quod vocabatur propter viam. In eo mos erat, ut ſi quid ex epulis ſuperfuiſſet, igne conſumeretur.* Apparet hinc Paſcha naturam habere *ὑπερεσίας*, cujus lex eſt, ne quid maneat reliquum. Lev. VII, 15. De aliis victimis comburitur ſi quid ſupereſt non comeſum, die tertia. Levit. VII, ℣. 17. *Grotius.*

Os autem non conterendum.] Omnes fere ritus edendi Paſcha, innuebant magnam feſtinationem. Et hinc calceati, ſtantes, cum baculis in manibus, edebant. Quidam ex his ritibus tantum illam noctem primam ſpectabant: alii perpetui erant. Velut, de non confringendis oſſibus. Vide *Bezam* ad Matth. XXVI, 20.

Septem diebus.] Quia tot dies inter egreſſum ex Ægypto, & ſubmerſionem Pharaonis fuerunt. Intermedio tempore nondum plene extra jactum teli erant; & liberatio imperfecta adhuc. *Iunius.*

Azymis uterentur.] Id eſt, infermentatis panibus, quos *ἀζύμους* Græci vocant, *καὶ τὰ ἄζυμα*. *Druſ.*

Egreſſus.] Miras fabulas Ægyptii de hoc exitu Iſraëlitarum commenti ſunt, ut ex Manethone, Appione, & aliis oſtendit Ioſephus, ac doctiſſime omnia refutat duobus contra Appionem libris. Illa autem paſtorum quos Hycſos vocant, ex Ægypto in Phœniciam migratio, non eſt alia ab exitu Iſraëlitarum, quamvis tempora apud Euſebium, qui Ægyptiorum traditiones ſecutus eſt, diſcrepent. Nam Iſraëlitæ, ut paſtores, in Ægyptum venerunt. Tum Amoſis Dioſpolitarum Satrapa, Moſen refert. *Horn.* Ioſephus: *ἐξίεσαν κλαιόντων καὶ μετανοούντων, ὅτι χρήσαιντο χαλεπῶς αὐτοῖς, τῶν Αἰγυπτίων.* Moſes: ויחזק מצרים על העם למהר. *Vrgebant Aegyptii populum*, timore ſcilicet ex tanta ſuorum ſtrage perculſi. Et hinc calumniæ ac fabulæ gentilium fluxere, ob ſcabiem & pruriginem pulſos. *Tacit.* V. Hiſt. *Iuſtinus.* XXXVI. *Ioſephus* contra Appion.

Dives ſuis copiis.] Manetho: *πανοικησίᾳ μετὰ τῶν κτήσεων.* Apud Ioſeph. I. contra App. Opes eorum non aliæ quam pecudes.

Aegypti ſpoliis cumulatior.] Ioſephus: *Δωροῖς τε τοὺς Ἑβραίους ἐτίμων, οἱ μὲν ὑπὲρ τοῦ τάχιον ἐξελθεῖν, οἱ δὲ καὶ κατὰ γειτονίαν πρὸς αὐτοὺς συνήθειαν.* Moſes: וינצלו את מצרים, *& ſpoliarunt Aegyptios.* Spolium juſſu Dei admiſſum, juſtum & ſanctum eſt. Deus enim jubens tibi aliquem ſpoliare, hoc ipſo tibi

lis cumulatior : cujus numerus, ex quinque & ſeptuaginta Hebræis, qui primum Ægyptum deſcenderant, ad millia virorum ſexcenta pervenerant : ab eo autem, quo primum Abraham terram Chananæorum acceſſerat, anno trigeſimo & quadringenteſimo, à dilu-

tibi jus & dominium in ejus bona largitur. *Auguſtin. Thomas. Abulenſ.* Deinde merces erat quam debebant. *Aegyptii enim populi erant debitores, non ſolum rerum, ſed & vitæ ſuæ, propter Patriarchæ Ioſephi præcedentem benignitatem.* Irenæus. *Repoſcunt Aegyptii de Hebræis vaſa aurea & argentea. Contra Hebræi allegant ſibi mercedes reſtitui oportere illius operariæ ſervitutis.* Tertull. II. adv. Marcionem. Qui tanquam ex antiqua traditione, refert Ægyptios, miſſis ad Moſen in deſertum legatis, bona ſua repetiiſſe : Hebræos contra mercedem. Subducta ratione, mercedem debitam longe majorem fuiſſe repertam.

Ex quinque & ſeptuaginta.] Secutus eſt Græcos, qui ad numerum, qui in codicibus Ebræis, quinque adhuc addiderunt. Alibi tamen LXX. tantum habent. Quod ſuſpicionem de mendo non minuit, ſed auget potius, cum ſint qui πέντε factum putent ex πάντες, levicula immutatione. Sane eadem vox redundat in Ioſepho, ubi Iſahacum deceſſiſſe ait natum annos centum octoginta quinque. *Druſius.* Præter Iacobum fuerunt LXVI. Eo annumerato LXVII. Si Ioſephum cum duobus filiis addas LXX Ergo uxores Iacobi in hoc Catalogo non annumerantur, ſed ii tantum qui ab ipſo geniti. Ioſephum eſſe includendum, ex illis verbis patet: *Sed Ioſeph erat in Aegypto.* LXX. quos Lucas Act. VII. ℣ſ. 14. cumque Syrus, ſequitur, numerant LXXV. Variæ ſunt opiniones, unde hæc diſcrepantia orta. Sed omnibus examinatis, nulla eſt quæ ſatisfaciat, præterquam Bezæ & Calvini. Quorum hic ab audacula manu Lucæ verba juxta verſionem LXX. corrigendi prurigine detorta corrupta putat. Alter vocem πάντες, in πέντε detortam exiſtimat.

Ad millia virorum ſexcenta.] LXX. εἰς ἑξακοσίας χιλιάδας, quod ab Hieronymo verſum, *ſexcenta fere millia.* Druſ. Ex ſolo Ephraimo in Ægypto 4112323729. filios procreari potuiſſe *Calviſ.* Iſag. XXXVI. demonſtrat. Vide etiam *Auguſtin.* Quæſt. XLIII. *Temporarium* II. Chronol. & quæ ſupra notat. Et hinc error Manethonis confutatur, qui apud Ioſephum I. contra App. tradit, egreſſos Iſraëlitas, σὺν ἐλάττους μυριάδων ὄντας εἴκοσι καὶ τεσσάρων.

Quo primum Abraham terram Chananæorum acceſſerat.] Imo, quo primum egreſſus eſt Vre Chaldæorum. Egreſſus autem eſt anno ætatis LXX. Venit in Chananæam quinquennio poſt, hoc eſt, anno ætatis LXXV. Nam quinque annis hæſit in itinere, videlicet apud Carras, oppidum Syriæ interamnis. Quinto & vigeſimo anno poſt natus ei fuit Iſahac, à quo tempore computari debent anni quadraginta, de quibus alibi. *Druſ.* Accuratiſſimum autem Sulpicius principium, ſupputandi annos CCCCXXX. in Abrahami adventu in Chananæam, conſtituit, ſecutus *Ioſephum* & *Epiphanium.* Nam ſive citius ſive ſerius eam inchoes, numeri vacillant; nec ulla ratione Chronologia ſacra expediri poſſunt. *Villet.*

Triceſimo & quadringenteſimo.] Hic numerus habetur Exod. XII, ℣ſ. 40. apud *Epiphan.* in Ancorato : & in quadam pervetuſta editione Act. VII. ſicut Sulpicius accurate initium CCCCXXX. conſtituit: ſic & finem. Terminat enim

eos

luvio autem, mille quingentis quinque & ſeptuaginta. Igitur propere egreſſis, columna nubis interdiu, noctu columna ignis præferebatur. Sed cum ob interjectum ſinum Rubri maris, præter terram Philiſtim via du-

eos ipſo populi exitu, ſecutus Moſen. Ita *Euſeb. Auguſtin.* & alii. Paulus Gal. III, 17. uſque ad Legem in Sina latam extendit. Contra magnus Epiphanii error, qui numerum hunc terminat eo demum tempore quo terram promiſſionis intrarant. *Perer.*

A diluvio mille quingentis quinque & ſeptuaginta.] Iuxta numeros Sulpicii, cui à diluvio ad ortum Abrahæ ſunt ann. cIↃ LXX. Hebræi IↃccxcvII. ſupputant. Egreſſi filii Iſraël xxv. Martii, eodem menſe & die Hebdomadis quo olim ante annos II IↃ XLIII. mundus creatus: & quo poſt annos cIↃ cccc-XLVII. incarnatus eſt Chriſtus: & quo poſt XXXIV. annos reſurrexit: & quo putatur in fine mundi venturus ad judicium extremum, nempe XXV. Martii die Dominica. *Tirinus.* Quæ inanes conjecturæ ſunt. *Scaliger.* Anno orbis conditi bis milleſimo, quadringenteſimo quinquageſimo tertio, Periodi Iulianæ ter milleſimo ducenteſimo decimo ſeptimo, Iſraëlitæ ex Ægypto migrarunt, idque colligitur ex charactere feriæ Neomeniæ menſis Paſchalis, quæ fuit quinta. Contra *Petavius* diſputat. Vide Petitum I. Eclog. XX. & alios Chronol.

Propere egreſſis.] Admixta Iſraëlitis fuit ingens Ægyptiorum & aliarum gentium multitudo Exod. XII, ℣. 37. ubi vocantur ערב. Cauſa fuit non tam Tyrannis vel ſterilitas Ægypti; quam prodigia illa: quibus moti, cum internecionem totius gentis ſuæ metuerent, ſe Iſraëlitis adjunxerunt. Nec mirum Ægyptios ſuos exire cum Hebræis permiſiſſe. Nam tot plagis, & ultima omnium graviſſima, contuſi, vel non curabant, vel non adverrebant eorum egreſſum. *Iun. Perer.* Vtcunque autem magna feſtinatio egredientium fuerit, dicit tamen Moſes eos חמשים egreſſos. Quod Theodotion vertit πεμπταῖζοντες. Aquila καθωπλισμένοι. Verus ſenſus eſt, egreſſos compoſito ad pompam, velut nuptialem, agmine, ביד רמה, manu ſublata, non ut fugitivos: ſed animo celſo, alacri, & triumphali, quaſi hoſtibus inſultantes. *Fullerus* lib. V, cap. II. Idque ſic factum. Moſes jam ante præmonuerat populum, ut eſſent parati ad ἀνάζευσιν. Igitur ex toto Ægypto, ſub diem XIV. congregati ſunt apud urbem Rameſſes; ibique εἰς φάλαγγας diſtributi ſunt. Noctu miſſi à Rege nuncii, ut egrederentur. Signo dato, ſub auroram, ordinata acie, omnes profecti ſunt. In Rameſſes ergo omnes Hebræi XV. die pervenerunt, ibique aliquot horas ſubſtiterunt. Vnde primam ſtationem *Hieronymus* ibi ponit. Eadem die in Succoth pervenerunt. *A Lapide.*

Columna.] Nempe ut viam demonſtraret. Scirelicet in deſerto Arabiæ nulla veſtigia hominum apparere, unde nec viæ ullæ. Ideo gnomone utuntur, qui per illa loca iter faciunt, perinde ut qui in mari navigant. *Druſ.* Tanta autem craſſitie erat & altitudine, ut interdiu & noctu per omnia caſtra conſpici poſſet. Exod. XI, 38. Nec duæ diverſæ columnæ erant. Sed eadem quæ per diem nubes videbatur, noctu ignem referebat. Igitur ea & contra æſtum Solis, & rigorem, ac tenebras noctis, utebantur. Solent enim in calidiſſimis illis deſertis, noctes frigidiores interdum incidere. Quod etiam ſub ipſo æquatore fieri ſolet. *Horn.*

Sinum rubri maris.] Accurate, & ex veterum Geographorum ſententia loquitur.

duceret, ne poſtea Hebræis eremum aſpernantibus, redeundi in Ægyptum, continentibus terris, noto itinere, facultas panderetur, nutu Dei averſi, in Rubrum ma-

quitur. Rubrum mare eſt quicquid Arabiam & Perſiam alluit. Ejus igitur duo ſinus ſunt, Arabicus & Perſicus. Sinum illum exiguus Aſiam inter Africam Iſthmus claudit. Vide *Strabonem*.

Præter terram Philiſtim.] LXX. ἀλλόφυλοι, פלשתים. Hinc Græcis παλαιςίνη. Origo gentis hujus refertur ad Caſluchæos Gen. x. ỳſ. 14. ad Caphthoræos Deut. II, ỳſ. 22. Ierem. XLVII, ỳſ. 4. Amos. IX. ỳſ. 7. Caphthoræi igitur à Caſluchæis. Vide *Conſt. L'Empereur* Notis in Benjaminem. Caphthoræi Ægypto in Chananæam tranſgreſſi, littoralem ejus tractum occuparunt à Chatzerima Gazam uſque, expulſis & deletis Hevæis Deut. II, ỳſ. 23. Caphthoræi inde in Cyprum trajecerunt. Quæ Ier. XLVII. ỳſ. 4. exertim vocatur אי כפתור. & facile ex nomine apparet Cyprum ex Capthor factum. Illi qui in Chananæa relicti ſunt (unde שארית Ieremiæ dicuntur) in nomen Palæſtinorum coaluerunt, diviſi in quinque Reſpublicas, Gazam, Aſcdod, Eskelon, Gath, Hekron. Ioſ. XIII. ỳſ. 3. Inter Chananæos degentes videntur linguam Chananæam, cum ab origine ſua Ægyptia uterentur, ſuſcepiſſe. Quæ tamen mixta fuiſſe videtur. Vnde Deus populo ſuo interdixit, ne loquerentur lingua Aſdod. *Horn.*

Via duceret.] Et ea quidem proxima, Chananæam inter & Ægyptum: decem, ut *Aben Eſra* dicit, dierum; vel, quod propius vero, trium. *Philo.* Per quam crebro magni exercitus ab Ægypti, Aſſyriæ, Macedoniæ, Chriſtianis Saraceniſque Regibus ducti ſunt. *Horn.* Τὴν δὲ πορείαν ἐποιοῦντο καὶ λῃς πόλιν ἔρημον οὖσαν ἐν τοῖς τότε. *Ioſeph.*

Eremum aſpernantibus.] Moſes aliam cauſam affert, aſperrima bella, quæ cum Palæſtinis, gente bellicoſa & formidabili, habenda erant. Exod. XIII, 17. Idem Ioſephus. Vnde *Sigonius:* Sulpicius parum apte vertit, *Hebræis eremum aſpernantibus.* Non enim ſi ad Philiſtim acceſſiſſent, eremum intraturi erant, ſed bellum ſuſcepturi. Quare pro *eremum*, *bellum* erat dicendum. Hæc ille. Sed Sulpicii mens clara. Supponit enim Deum per deſertum traducere Iſraëlitas voluiſſe. Nec aliter, etiam per Iſthmum migrantes, poterant. Nam ut Strabo docet XVI. Ἡ δ' ἀπὸ Γάζης χώρα λυπρὰ πᾶσα καὶ ἀμμώδης· ἔτι δὲ μᾶλλον ἐφεξῆς ἡ ταύτην ὑπερκειμένη ἔχουσα τὴν Σιρβωνίδα λίμνην παράλληλον πρὸς τῇ θαλάττῃ. Igitur populum exiſtimat, tœdio viæ per deſertum, *cum redeundi in Aegyptum continentibus terris, noto itinere, facultas eſſet*, cœptam ἀνάβασιν facile omiſſurum fuiſſe. *Horn.*

In Rubrum mare illati ſunt.] Gen. XIV. *Ioſephus:* συντόμως πειώμενοι τὴν ἄφοδον εἰς βελσεφῶντα χωρίον τειχία παρακείμενον) τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Ethamo, quæ fuit altera poſt Succotham ſtatio, dextram & rubrum mare verſus converſi, Pihachirothæ caſtra poſuerunt, cui Sinus Arabicus, & Baalzephon imminet, prærupta arx vel ſacellum. Vide *Adrichonium*, *Buntingum*, & alios Chorographos Terræ Sanctæ. בעלצפון. Rabbini fabulantur Idolum fuiſſe à Magis Pharaonis fabricatum, vim magicam habens Iſraëlitas à profectione inſtituta avertendi. Addit Rabbi *Salomo*, fuiſſe canem æneum, qui latratu prodebat fugientes Hebræos, qualem in Hiſpania Numantiæ fuiſſe teſtatur Abulenſis. Fuit oppidum, ut ex Num. XXXIII, ỳſ. 7. I Chron. IV, 33. patet. *Seld.*

Regi.

mare illati ſunt, caſtraque ibi cunctantes conſtituerunt. Quod ubi regi nunciatum eſt, Hebræum populum via errore in objectum mare deveniſſe, nullum ei eſſe exitum obſiſtente elemento, furens animi, quo angebatur, tot hominum millia regno ſuo & poteſtati decedere, exercitum propere educit. Iamque eminus arma ſignaque & protentæ patentibus late campis acies viſebantur: cum Hebræis metu trepidis, & cœlum aſpectantibus, Moiſes à Deo monitus, percuſſum virga mare diſcidit. Ita populo, cedentibus in latera aquis, vel-

Regi.] Quem *Euſebius* Cenchren; *Manetho* Themoſin; *Chæremon* Amenophim; Lyſimachus & Tacitus Bocchorin vocant. Sed certi nihil, ob opinionum varietatem, de nomine ejus conſtitui poteſt. *Perer.*

Nunciatum eſt.] Vel ab exploratoribus: vel fugitivis Ægyptiis, qui ſimul Ægypto egreſſi. *Simler.* Ioſephus aliter: παρ' ἕκαστον ἀναπυνθανόμενοι τῆς χωρήσεως ἐπισπεύδων τὴν δίωξιν. Vult Ægyptios demum in via certiores de ſtatu Iſraëlitarum factos. Quod cum Moſe pugnat. *Horn.*

Via errore in objectum mare.] Ita viſum vulgo. Nam quis unquam ex Ægypto ea via in Chananæam contendit? Vnde Pharao dixit נבוכים, *perplexi ſunt, implicati ſunt.* Hinc mare importuoſum. Inde præſidia Ægyptiorum, Migdol, Baalzephon; undique rupes & impervia loca. *Idem.*

Exercitum propere educit.] Ἑξακόσια γὰρ αὐτοῖς ἅρματα εἵπετο σὺν ἱππεῦσι πεντάκις μυρίοις, καὶ ὁπλιτῶν μυριάδες ἦσαν εἴκοσι. *Ioſeph.* 11, 6. Sed pedites nulli interfuerunt, ut ex Moſe patet. Meminit enim equitum tantum & curruum, ac qui de iis pugnabant. Quorum præfecti שלישים LXX. τριστάται. Quaſi *Triarios* dicas. Quia in quovis curru novem, ut *Cajetano* videtur, terni ad ſingula trium laterum. *Alii:* in quolibet curru tres fuiſſe, aurigam, & duos propugnatores.

Metu trepidis.] Μήτε φυγῆς εὐπορίαν ὁρῶντες, ὅπλων τε σπανίζοντες. Adeo ut turpiſſimæ deditionis conſilia agitarent. *Ioſeph.*

Moiſes.] Orationem ejus, qua trepidos ſolatus eſt, tumultuantes mitigavit, vide apud *Ioſephum.*

Virga mare.] Moſes: ברוח קדים עזה. LXX. ἐν ἀνέμῳ νότῳ βιαίῳ. Hos Philo ſequitur. Sed Moſes aperte קדים. Quod ventum Orientalem notat. Et ita Chaldæus. Sed non hæc Orientalis venti vis fuit, ut divideret aquas. Fundum diviſarum aquarum exſiccavit. Flavit autem hic ventus uſque ad ingreſſum Hebræorum, qui factus eſt poſt mediam noctem. *Interpret.*

Diſcidit.] *Origenes:* Propria unicuique in mari aperta eſt via. Sic & Hebræi tradunt, mare diviſum eſſe in XII. partes, ita ut pari greſſu per illud incederent XII. tribus. Ex Pſal. CXXXVI. ℣ſ. 13. Sed probabilius omnes tribus una via tranſgreſſas mare. *Toſtatus. Cajetan. Lyra. Perer.*

Cedentibus in latera aquis.] Gentiles hunc tranſgreſſum miraculoſum omnibus modis obſcurare conati ſunt. Ideoque cum reciprocationi maris adſcripſerunt

velut in continenti, iter pervium fuit. Nec cunctatus Rex Ægyptius, cedentes inſequi, mare qua patebat ingreſſus: mox coëuntibus aquis, cum omni exercitu de-

pſerunt Memphitæ, apud *Euſ.* IX. *πρόπ.* Ipſe inſuper Ioſephus dubitat, an diviſio hæc naturalis fuerit, an vero miraculoſa. *Nam & Alexandri Magni ductu*, inquit, *mare Pamphylium ceſſit, cum Deus ejus opera ad deſtruendum Perſarum Imperium, uti decreviſſet.* Sed hæc fruſtra opponuntur incomparabili huic miraculo. Siquidem fabuloſum illud eſt quod de Alex. M. dicunt. Qui, ut Strabo XIV. teſtatur, maris Pamphylii littora, obſervato æſtu, temerario quidem, ſed felici auſu, immiſſis umbilico tenus militibus, oblique legit & ſuperavit. Idem XVI prodit inter Tyrum & Ptolemaidem, & apud Caſium tales aquarum motus accidere. Curtius V. paucis: *Mari novum iter in Pamphyliam aperuerat.* Tale nimirum, quale Strabo prodidit. Adulatores fuerunt, quicunque de Alex. M. tale quid tradidere. Facile illi fuit æſtum & littora obſervare. Nihil tale in Rubro mari eſſe potuit. *Horn.*

Iter pervium fuit.] Aſſentior Sigonio legenti, *ſed ingreſſos.* Druſ. *Μωϋσῆς πρῶτος ἐνέβαινεν αὐτῇ.* *Ioſeph.* Iudæi tradunt tribum Iuda, cæteris trepidantibus, ejuſque ducem Aminadab, primum ingreſſum eſſe mare: ideoque tribum Iuda deinceps primatum cum regno obtinuiſſe. Et huc alludi *Cant.* VI. 11. *Hoſ.* XI, 12. Vbi tamen *Hieron.* hanc traditionem fabulam vocat. Cæterum fundus maris rubri herbidus eſt, oleæ laurique ferax. Plin. XIII, 25. Putantque Deum miraculo effeciſſe, ut idem alveus ſubito germinaret & veſtiret inſtar amœniſſimi campi. *Sanchez. A Lapide.* Tranſgreſſi ſunt per medium mare, & in adverſum littus Arabicum evaſerunt. Pſal. CXXXV, ℣. 13. *Ioſeph.* Non vero in idem Ægypti littus, ſemicirculo in mari facto, ut Hebræi, Toſtatus, Burgenſis, Grotius, volunt, eo imprimis argumento, quod impoſſibile fuerit tantam multitudinem, ſpatio quatuor horarum, mare pertranſire. Et certum eſt tot millia hominum & animalium, tam brevi tempore, ſine miraculo, tranſire non potuiſſe. *A Lapide.* Tranſitum hunc non ignoravere Ethnici. Herodotus I. *Phœnices, ut ipſi commemorant, quondam mare Rubrum accolebant. Illinc tranſgreſſi maritima Syriæ incolunt.* Dionyſ. Alex.

——— Phœnicum nomine dicti
Gentis Erythrææ ſoboles. ——

Feſtus Avienus:

—— falſo quicquid pulſatur ab æſtu
Phœnicum regio eſt. Hi rubro à gurgite quondam
Mutavêre domos. ——

Ægyptiorum fabulas de hoc exitu, vide apud *Ioſeph.* contra Appion. Manethon aliud, aliud Lyſimachus tradit. Et hic author fabulæ de lepra. Quam Tacitus & Iuſtinus amplexi ſunt.

Cum omni exercitu deletus eſt.] Iuſtinus XXXVI. *Ægyptii domum redire tempeſtatibus compulſi ſunt.* Oroſius lib. I. cap. 12. *Extant etiam nunc certiſſima horum monumenta geſtorum. Nam tractus curruum atque rotarum orbitæ, non ſolum in littore, ſed etiam in profundo, quouſque viſus admittitur, pervidentur.* Druſius. Ioſephus: *ὄμβροι τε ἀπ' οὐρανοῦ κατέβαινον, καὶ βρονταὶ σκληραὶ προσεξαπτομένης ἀστραπῆς, καὶ κεραυνοί, &c.* Periit ipſe Pharao ſed ultimus, ut ſpectato prius ſuorum interitu, gravius cruciaretur. *Rabbini. Abulenſ.* Ab hac mirabili clade mare Erythræum Arabibus dicitur بحرقلزم ab oppido القلزم quod eſt Latit. gr. XXVIII. min. XXX. in littore Ægypti oppoſito Elanæ, ſeu promontorio Pharan. Locus inde

deletus eſt. Tunc Moiſes incolumitate ſuorum, exitio hoſtium, virtuteque exultans, canticum Domino cecinit, idemque omnis turba virilis ac muliebris ſexus fecit. Sed ingreſſus eremum, cum jam per triduum iter agerent, aquæ penuria urgebat, repertaque ob ama-

inde dictus, quod prope ſubmerſus credatur Pharao. قلزم enim eſt deglutire, abſorbere. Vnde Turcis mare Rubrum dicitur فرعون دعزي Pharaonis mare. Hödie pro Colzuma eſt سويس Sues. *Golius.*

Exitio hoſtium.]Et tales ſemper manſerunt. Φοίνον δὲ μάλιστα πρὸς ἡμᾶς, δυσμενῶς διατεθέντες, κοινῇ μὲν ἅπαντες Αἰγύπτιοι, Φοινίκων δὲ Τύριοι. Et tamen miraculi inſtar, per tot ſecula nullum ex Ægypti Regibus bellum Iſraëlitis intuliſſe, cum à Palæſtinis, Arabibus, Syris, Aſſyriis, perpetuo vexarentur. *Horn.*

Virtuteque.] Quod ſcriptum eſt Moſen *exultaſſe incolumitate ſuorum exitio hoſtium & virtute*, prope ridiculum eſt. Nam ſi virtutem referas ad Hebræos, abſurdum eſt, cum nihil fortitudinis adhibuerint: ſi ad hoſtes, multo magis, cum omnes veluti pecora ſubmerſi ſint. Quare puto deſiderari vocem *Dei*, ut ſit *virtuteque Dei.* Nam in toto Cantico nihil aliud celebratur, quam virtus & fortitudo Dei. *Sigon.* Quid ſi emendes, *exitio hoſtium interituque exultans.* Ioſephus: Μωϋσῆς ᾠδὴν εἰς τὸν θεὸν ἐγκώμιόν τε ἐξαμέτρῳ τόνῳ συντίθεσιν.

Idemque omnis turba.] Recte Sulpicius modum exprimit, quo hunc Pæana Iſraëlitæ decantarunt. Is talis fuit. Populus in viros ac fœminas bipartito diviſus. Vnius agminis Moſes, alterius Mirjam dux. Præcinentem Moſen viri, Mirjam fœminæ ſequebantur. Nec opus, idem ab utriſque verbatim carmen repeti: ſed eandem victoriam omnes celebrabant. Ita *Calvin. Simler.* & alii Interpr. Neque opus miraculum aliquod fingere, ut author libri *de Mirabil. S. Script.* apud Auguſtinum facit.

Ingreſſus.] *Ingreſſos* non *ingreſſus*, legendum. *Sigon.*

Eremum.] Arabes deſertum illud appellant מדבר התעיה, *deſertum oberrationis*; exiſtimantes Iſraëlitas ibi oberraſſe & viam ignoraſſe. *Maimon.* III. More Neb. 1. Cæterum, ſi Hebræi medium mare, à littore Ægypti ad littus oppoſitum Arabiæ tranſgreſſi; quî factum ut iterum in deſerto Ethan, ex quo mare ingreſſi, appellerent? Num deſertum illud ab uno in alterum littus extenſum? Non videtur. Sed ſic ſe res habet. Iſraëlitæ non recta ab Occidente Orientem verſus mare tranſgreſſi ſunt; uti vulgo in mappis depinguntur: ſed itinere in Septentrionem paululum flexo. Ita ut deſertum Ethan, quod juxta littus ſe extendebat, etiam trans mare Erythræum attingerent. Deſertum illud fuit Ethan & Sur, ἔρημος πρὸς τροφὴν ἄπορος, σπανίζουσα τε καὶ ὕδατος εἰς τὸ ἔσχατον. *Ioſephus.* Apud quem plura videre potes, quam miſer & deſolatus ille tractus fuerit.

Cum jam per triduum iter agerent.] In deſerto Ethan. Res ita ſe habet. Submerſo exercitu Pharaonis Hebræi ſpolia & arma ad littus ejecta, ſublegerunt, quibus poſtea in bello Amalekitico uſi. Vix autem avelli inde potuerunt, ut ex Hebræo יסע patet. *Simler.*

Ob amaritudinem] Vnde locus מרה dictus. Qui videtur is eſſe, quem Plin. VI, 29. *fontes amaros* appellat.

Lignum

maritudinem uſui non erat. Ac tum primum impotentis populi contumacia apparuit. Iamque in Moiſen ferebatur, cum edoctus à Deo, lignum aquis intulit, cujus hæc vis fuit, ut dulcem ſaporem fluentis redderet. Exin promotum agmen, apud Elim, duodecim fontibus aquarum & ſeptuaginta arborum palmarum repertis, conſedit. Rurſum populus famem conquerens, Moiſen increpabat, Ægypti ſervitium, cum ſaturitate ventris, deſiderans. Tum grex coturnicum ſuperne

Lignum aquis intulit.] Ioſephus autor, fuiſſe fruſtum ligni caſu ibi repertum, quod medium per ejus longitudinem ſciſſum in aquam immiſit Moſes, qui etiam juſſerit robuſtiſſimum quemque certatim puteum exhaurire, dicens, majore parte evacuata, reliquum potabile fore. *Orig. Iuda.* lib.3.cap.1. In Hiſtoria Eccleſiaſtica relatum, de ſententia quorundam Ebræorum, lignum hoc fuiſſe guſtu amariſſimum. Autor libri qui Mechiltha vocatur fol. 18. col. 2. *R. Ioſue dicit eſſe lignum ſalicis: R. Eliezer Modeita lignum oleæ, quo nihil amarius: R. Ioſua filius Corcha lignum Harduphne ſive Hardiphne.* Ionathan *arborem amaram Ardiphnet.* A quo non diſſentit Ierosolymitanus. His adde quod in Medras Mechiltha loco ſuperius allegato, col. 3. *R. Nathan dicit eſſe lignum cedri. Sunt qui dicant eſſe radicem ficus, & radicem malogranati.* Druſius. Ioſephus male dicit, arripuiſſe Moſen fruſtum ligni forte ibi jacens. Nam ut recte author, *à Deo edoctus fuit.*

Cujus hæc vis fuit.] Idem *Gloſſa* ordinaria, ex Auguſtino. Vide Valleſium, cap. xv. Phil. Sacræ.

Apud Elim.] Situs locus in Arabia Petræa.

Duodecim fontibus.] Ex quibus rivus ille qui urbem Petram irrigat, oritur. Herodoto à frigore Κόρας appellatur. Hoc enim Hebræis קר est.

Arborum palmarum.] Φοινικόφυλλον. *Ioſeph. Hæ arbores,* inquit Sulpicius in dialogis, *tantum in eremo, licet raro habentur.* Strabo lib. XVI. *Poſidio continuum eſſe palmetum quoddam aquis abundans, & in magno honore haberi, propterea quod circumſtans regio æſtuoſa ſit & arida & umbrarum expers. Ibi, ut ait Artemidorus, mirum in modum ſunt feraces palmæ.* Druſ.

Rurſum populus famem conquerens.] Exod. XVI. Hoc accidit non in Elim, ſed cum inde profecti, veniſſent in deſertum Sin, poſitum inter Elim & Sinai. Eo pervenerunt decimoquinto die menſis ſecundi, ex quo Ægyptum reliquerant. Porro noſter videtur Ioſephum ſecutus, qui eodem modo hanc hiſtoriam narrat. *Druſ.* Factum hoc cum jam farina quam ex Ægypto attulerant, deficeret. Illa enim xxx. dies duravit. *Ioſeph.*

Moiſen.] Qui jam ſummus ſimul Propheta, Sacerdos & Princeps populi Iſraëlitici. Levit. VIII. Deut. XVIII. *Philo.* de vita Moſis. *Seld.*

Grex coturnicum.] Πλῆθος ὀρτύγων. *Ioſephus.* Hoc eſt, magna vis aut multitudo coturnicum. Locus eſt lib. 3, cap.1. *Nec ita multo poſt magna vis coturnicum, quod genus præ cæteris Arabicus ſinus alit, ſuperato interjacente mari longo volatu feſſarum, qui alioquin etiam non eſt ſublimis, in Ebræos defertur.* Diodorus

ne miſſus, caſtra opplevit. Poſtero autem die animadvertunt, qui extra caſtra proceſſerant, parvis quibuſdam ſiliquis oppletum ſolum: quarum ſpecies in modum coriandri ſeminis, glaciali albedine erat, ut crebro hybernis menſibus, ſuperductis pruinis, tegi terram videmus. Tum per Moiſen populus admonetur, panem hunc eis munere miſſum Dei: unumquenque in id para-

rus lib. 1. de incolis Rhinocoruræ: Ταῦτα δὲ παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ἐπὶ πολλοὺς σταδίους ἱστάντες, τὰς θήρας τῶν ὀρτύγων ἐποιοῦντο (φέρονται γὰρ οὗτοι κατ' ἀγέλας μείζους ἐκ τοῦ πελάγους) οὓς θηρεύοντες ἤθροιζον πλῆθος ἱκανὸν εἰς διατροφὴν ἑαυτοῖς. Plinius lib. x. cap. 23. *Aura vehi volunt* (coturnices migrantes) *propter pondus corporum viresque parvas. Aquilone ergo maxime volant, ortygometra duce.* Vide Ariſtotelem in hiſtoria animalium lib. VIII. cap. 12. *Druſius.* R. Salomo & Kimchi contenti ſunt dicere *avem pinguem.* At Ionathan phaſianos interpretatur. Tales autem aves quales hic deſcribuntur nullas viſi ad Arabicum ſinum notat Ioſephus in ſignum miraculi. *Grot.*

Superne miſſus.] Agente illas vento. Pſal. LXXVII. ℣ſ. 26, 27, 28. Nec tamen abſque magno miraculo id factum. *Simler.*

Extra caſtra.] Non ergo in caſtra decidit. Rationes reddere conantur *Toſtatus* & *Rupertus.* Sed Num. XI. ℣ſ. 9. dicitur cecidiſſe על המחנה. Nec colligi extra caſtra ingenti ambitu diffuſa potuiſſet ante calorem ſolis ingraveſcentem. *Villet.*

Parvis quibuſdam ſiliquis.] Manna tegebatur duplici rore, ut communiter tenent Ebræi. Hunc rorem ſiliquas appellat. Nam ſiliqua folliculus eſt ſeu integumentum, quo veſtiuntur legumina. λοβὸς, κωρυκὶς, θήκη, id eſt, theca. *Druſ. Ioſeph.* μέλιτι γὰρ ἦν τὴν γλυκύτητα καὶ τὴν ἡδονὴν ἐμφερές. ὅμοιον δὲ τῇ τῶν ἀρωμάτων βδέλλῃ.

Quarum ſpecies in modum coriandri ſeminis.] Semen coriandri nigrum eſt. Non ergo colore referebat hoc ſemen, ſed figura (nam figuram habebat rotundam) item quantitate, ut dictum eſt. Sapor autem erat, qualis placentarum ex melle, ſive cruſtuli melliti. R. Salomo: *Semen coriandri rotundum eſt, non album. Man autem erat album: neque aſſimilatur ſemini coriandri, niſi quatenus rotundum eſt.* Nicolaus de Lyra: *Quale ſemen coriandri, quantum ad quantitatem & figuram, non quantum ad colorem: unde ſubditur album* (Exod. XVI. ℣ſ. 31.) *ſemen autem coriandri nigrum eſt.* Aliter alii, & in his R. Levi. Ὡς σπέρμα κοριάνδρου. Vnde ſuſpicor Sulpicium in ea opinione fuiſſe ut exiſtimarit hoc ſemen album fuiſſe. *Druſius.* ὅμοιον τὸ μέγεθος τοῦ κοριάνδρου σπέρματι. *Ioſeph.*

Glaciali albedine erat.] Λεπτὸν ὡσεὶ πάγος ἐπὶ τῆς γῆς Ex. XVI. ℣ſ. 14. pro quo in Scholio πάχνη, pruina. *Druſ.*

Pruinis.] Ros erat manna. *Nyſſen. Philo. Ioſeph.* Alii putant rorem ſimul deſcendiſſe cum manna, cui velut thecæ, incluſum erat. Itaque evaneſcente ad radios ſolis rore, manna remanebat. *Chaldæus. Lyra. Cajetan. Vatabl.*

Panem hunc.] Vocatur panis, quia in refectione locum panis ſupplebat. *Eſtius.*

Munere miſſum Dei.] *Ioſeph.* Ἔστι δὲ καὶ

ratis vaſculis, tantum uſurpare debere, quantum in diem unum, pro numero, ſingulis ſatis eſſet: ſexto tamen die, quia ſabbato colligi non liceret, duplum præſumerent. Verum populus, ut ſemper parum dicto audiens, more humani ingenii, non refrenavit cupiditatem, ex reconditis in poſterum quoque diem conſulens. Sed repoſita, fœtore diro in vermes effervescebant: cum die ſexto in ſabbatum reſervata, integra permanerent. Hoc Hebræi per XL *annos cibo ſunt uſi: cujus ſapor melli proximus, nomen Manna traditur.*

In

νῦν ὕει), πᾶς ἐκεῖνος ὁ τόπος. Arabes quoque Manna habent. Colligitur etiam in monte Libano. *Galen.* III. de Alimentis: & Calabria. *Matthiolus* in Dioſcor. Sed longè diverſum ab ordinario & naturali hoc cœleſte fuit. Hoc ſingulis diebus, ſi Sabbathum excipias, pluit Alterum nonniſi verno tempore naſcitur. Plures differentias vide apud *Villetum* & alios Quoad ſubſtantiam videtur fuiſſe ejuſdem ſpeciei: ſed accidentibus longe præcellebat. *Valeſius. Lemnius. Conimbric.* Vide Tirinum.

Tantum uſurpare debere.] *Ex æquo aſſaronis menſuram colligebant, nec licebat plus colligere. Hoc eo factum ne infirmioribus deeſſet, dum robuſtiores per avaritiam plus ſatis colligunt.* Ioſephus.

Pro numero.] Gomor in ſingula capita.

Sexto tamen die.] Pridie Sabbathi. Atque hinc proverbium: Qui colligit veſpera Sabbathi, veſcetur in Sabbatho. Vide Prov. *Druſii.*

Sabbatho.] Quod hoc demum tempore inſtitutum fuiſſe plurimi veterum & recentium tradunt. Vide *Gomarum* de Origine Sabbathi, *Rivetum* & alios. De origine hujus diei mira finxere Ægyptii, eoſque ſecuti Græci. Vide *Ioſeph.* contra Appion. *Iuſtin.* XXXVI. Septimum diem more gentis Sabbathum appellatum, in omne ævum jejunio ſacravit; quoniam illa dies famem illis erroremque finierat.

In vermes effervescebant.] Quod miraculo non caruit. Neque enim erat mannæ natura, ut ſervari non poſſet ultra unum diem. Nam quod colligebant feria ſexta, erat illis uſui Sabbatho. Menoch. Οὔπως οὐδεμία ἦν διεφθαρμένη ὑπό τε σκωλήκων καὶ πικρίας. οὕτω θεῖον ἦν τὸ βρῶμα καὶ παράδοξον. *Ioſeph.*

Per XL. *annos.*] Exod. XVI. ℣ſ. 35. Deficiebat primum cum Iordanem tranſiiſſent, poſt celebratum Paſcha in Galgalis. Tunc enim cœperunt veſci frugibus terræ Chanaan, Ioſ. 5, 12. Hujus cibi ea natura erat, ut qui eum haberet, alium non deſideraret, inquit Ioſephus. *Druſ.* Ne miracula illa eludi poſſent, ſigillatim profectiones expoſitæ, ut alii iſta loca videntes intelligant quanti miraculi negotium fuerit, quod per XL. integros annos homines ibi ſubſiſtere potuerint. *Rambam.* III. More Neb. I.

Nomen Manna traditur.] Nam cum illud primum viderent, dicebant Man-hu. Id valet antiqua declaratione, *quid hoc eſt?* Sed è recentioribus alii donum ſive munus interpretantur, id eſt, *mana*: alii deducunt à verbo *menna* præparo,

In teſtimonium autem divini muneris, reſervaſſe Moiſes gomor plenum in vaſe aureo dicitur. Inde progreſſus populus, cum aquæ penuria tentaretur, ægre ab exitio ducis temperabat. Tum Moiſes, mandante Domino, apud locum cui Oreb nomen eſt, virga petram percutiens, large aquæ copiam fecit. Sed ubi Raphi-

paro, quaſi panem à Deo præparatum dicas. *Druſ.* מן pro מה eſt Ægyptiacum, ut notat Hiskuni. Ex eo ſermone multa adhuc retinebant Hebræi. Sic & Græci interpretantur, & Onkelos & Ionathan. Ioſephus itidem, addens κατὰ τὴν ἡμετέραν διάλεκτον. *Grotius.*

Gomor plenum.] Gomor Ebraice עמר genus menſuræ decimam partem Ephæ capiens, quod & *Iſſaron* dicitur: unde ἀσσαρῶν Ioſephi, pro quo Rufinus aſſarium edidit. Gloſſarium Philonis, *Gomor menſura eſt Atticorum chænicum trium.* Hieronymus, *Gomor tres chœnicas Atticas continet.* Ioſephus autor τρεῖς ἡμικοτύλας tres ſemicotylas continere. *Druſ.* Hebræi hujus menſuræ rationem eam putant, ut ova XLIII. continere poſſet. *Galeſin.* Manna hoc fuit aſſervatum, non in arca ubi tantum duæ tabulæ legis. 1 Reg. VIII. ℣ſ. 11. ſed in limine Sanctuarii. *Iun.* Vel potius in ipſo ſanctuario. Heb. IX. ℣ſ. 4. ubi & virga Aaronis. *Simler.*

In vaſe aureo.] Στάμνον χρυσοῦν appellant Græci LXX. quos hic noſter ſecutus eſt, adſtipulante Apoſtolo in epiſtola ad Ebræos. Errant ergo qui vas teſtaceum aut fictile fuiſſe putant inter quos R. Salomo & Ionathan, is cujus extat in Moſen portentoſa paraphraſis. Aben Ezra fictile vel æreum fuiſſe ſcribit, ut alii vitreum. *Druſ. Galeſin.*

Inde progreſſus populus.] Exod. XVII. Ex deſerto Sin in Raphidim venerunt, locum παντάπασιν ἄνυδρον. *Ioſeph.* Raphidim XI. manſio fuit, juxta montem Sinai. Dicta etiam fuit Maſſa, id eſt, *tentatio*, ob tumultum populi. In-tercesſerunt inter eam & Sin duæ aliæ, Daphca & Alus.

Aquæ penuria.] Rabbini putant Manna in cibum ac potum ſuffeciſſe, adeoque ſitim affectatam & petulantem fuiſſe. Sed errant. Quidam arbitrantur multos aquam ſecum Elimis deportaſſe. Sed & hi abſque fundamento hoc aſſerunt. De ſiti in deſertis vide Gen. XXI. *Leonem Africanum* I, XXVII.

Aegre ab exitio Ducis.] Moſis. Qui in hoc tumultu lapidationis periculum incurrit. Ioſephus hiſtoriam hanc ad deſertum Sin refert. Sulpicius intermedio itinere, inter Sin & Raphidim accidiſſe vult. Male uterque, cum verba Moſis clara ſint, in Raphidim factum.

Cui Oreb nomen eſt.] Scribendum Horeb vel Choreb. Græcis χώρηβ. *Druſ.* Horeb eſt Sinai. Erat ergo petra in deſerto Sinai, vicinior tamen Raphidim, quam monti Sinai. *Menoch.* Totus ille montoſus tractus dicebatur Horeb: ubi & Sinai. *Iun.* Occidentalior pars erat Horeb, Orientalis Sinai. *Simler.*

Virga petram percutiens.] Hæc non eſt eadem hiſtoria cum illa quæ deſcribitur Numer. XX. ut *Procopius* vult; ſed diverſa, & loco, & tempore, & aliis circumſtantiis. *Oſiander.*

Aquæ copiam fecit.] Gentiles finxerunt, aſini ductu repertam aquam. Et hinc fabula illa fluxit Iudæos aſinum coluiſſe. *Tacitus.* V. Hiſt. Τιμῶσι τὸν ὄνον ἀναφαίνοντα πηγὴν αὐτοῖς ὕδατος. *Plut.* IV. συμπ. Hæc aquæ ſcaturigo non unius diei beneficium fuit, ſed ea in deſertis illis poſtea quoque uſi ſunt.

phidin perventum, Amalechitæ populum incurſionibus vaſtabant. Moiſes, ſuis in prælium eductis, cum Ieſum bellantibus præfeciſſet, aſſumpto Aaron & Vr, ſpectator pugnæ futurus, ſimul precandi Dominum gratia, montem conſcendit. Sed cum dubio eventu acies concurriſſent, Moiſi precibus victor Ieſus, hoſtes in

ſunt. *Beza.* Hodieque perdurat. *Coſmographi. Abulenſ.*

Vbi Raphidin perventum.] Imo antea, cum aquam ex petra excuteret Moſes, in Raphidim erant. Vide Sigonium. Euſebius de locis, *Raphidim locus in deſerto juxta montem Horeb.* Forte petra Horeb hinc nomen habuit; ut petra intelligatur quæ in monte Horeb. *Druſius.*

Moiſes ſuis.] Quam ſubmiſit Magnus Voſſius explicationem nominis Moſes heic inſerere viſum. Ita ille: Moſes, nempe quia ex aquis extractus: à משה, *trahere, extrahere.* Quod in Scripturis liquet. Clemens tamen Alexandrinus in primo Στρωμ. ait Μωϋσῆς eſſe ex eo quod ὕδωρ μῶϋ ὀνομάζουσιν Αἰγύπτιοι. De quo & illuſtris locus eſt apud Hipparchum περὶ τῶν δώδεκα ζωδίων, ubi diſſerens, cur ſigno, quod proximum eſt ab Ariete, Tauro ſit nomen datum, de Nilo addit iſta: Πρὸς τὴν τοῦ ταύρου φωνὴν τὸ ὕδωρ μῶς οἱ Αἰγύπτιοι, ὡς δηλωτικὸν ὑδάτων, ἐκάλεσαν. Μῶς γὰρ παρ' αὐτοῖς τὸ ὕδωρ σημαίνει. Sane hodieque nobis *Moſa* fluvii nomen: non quidem ab Ægyptiis, ſed, ut puto, ab communi origine linguæ deperditæ.

Amalechitæ.] Dicti ab Amalek filio Eliphaz, nepote Eſavi. Gen. XXXVI. ℣ſ.12. Ergo origine Idumæi fuerunt, non Iſmaëlitæ & Saraceni, ut Gloſſa ordinaria vult. Degebant autem non in Idumæa, ſed alia Arabiæ parte. *Toſtat.* In deſerto, trans Petram urbem, euntibus Ailan. *Hieron.* in Locis Hebr. Τὴν γεβολίτιν καὶ τὴν Πέτραν κατοικοῦντες, μαχιμώτατοι. *Ioſeph.* III. 2.

Incurſionibus.] Vide Deut. cap. XXV. ℣ſ.18.

Vaſtabant.] *Sigon.* vexabant. Idem Druſio placet. Incitaſſe autem miſſis legatis, vicinas quoque gentes ad bellum, *Ioſephus* tradit.

In prælium.] Arma Iſraëlitæ nulla ex Ægypto attulerunt, ſed iis ſubmerſo Pharaonis exercitu, cum ad littus ejicerentur, potiti ſunt. Ioſeph. lib. II. cap.7.

Cum Ieſum bellantibus præfeciſſet.] Ieſum vocat poſt Græcos interpretes, qui ab Ebræis Ioſua dicitur. Sic Ioſua filius Ioſedec ab iiſdem Græcis Ieſus nuncupatur. Vnde perſpicuum, Ieſus & Ioſua unum idemque nomen eſſe. *Druſ.* Vide Ioſeph. III, 2. Fuit vir ἀνδρειότατος, καὶ νοῆσαι ἱκανώτατος.

Vr.] Τῆς ἀδελφῆς Μαριάμης ἀνήρ. *Ioſephus. Procop.* Sed ſcriptura magis innuit Mariam virginem fuiſſe quam nuptam. *A Lapide.*

Montem conſcendit.] Collis erat non mons, quem Moſes גבעה dicit, Græci autem βουνὸν reddunt. *Druſ.*

Moiſi precibus.] Pro Moyſis. Sic *Acchilli* pro Acchillis. Et *Themiſtocli, Ariſtoteli, Ariobarzani*, apud Ciceronem & alios ſunt. *Victorius.*

Hoſtes in noctem cecidit.] Fabulantur Iudæi, Amalekitas incantationibus ſuis voluiſſe volare, & irruere in caſtra Hebræorum; ſed proſtratos à Ioſua oſtenſo nomine tetragrammato. *Ioſephus* tradit

in noctem cecidit. Per idem tempus, Iethro Moiſi ſocer, cum filia Sepphora, quæ Moiſi nupta, proficiſcente in Aegyptum viro, domi reſederat, liberiſque ejus, cognitis rebus quæ per Moiſen gerebantur, ad eum venit. Hujus conſilio Moiſes ordines populi diſtribuit,

dit plane incruentam Hebræis fuiſſe hanc victoriam, nemine ex ipſis deſiderato. Idem prolixius exponit quam eximia illa victoria fuerit.

Per idem tempus.]Ex.XVIII.Incertum quando Iethro venerit ad Moſem. Quidam ante datam legem, alii poſt veniſſe tradunt. Priorem ſententiam tuetur ex Ebræis R. Saadia, ex noſtris Nicolaus de Lyra, ad quem te adire velim. *Cum enim*, inquit, *mons Sinai non longe abeſſet à terra Madian, ut patet ex cap. 3. Exodi, non eſt credibile aut veroſimile, ſocerum audita magnificentia generi, per annum tardaſſe venire ad ipſum.* Poſteriorem defendit AbenEzra ſcribens eum veniſſe primum anno ſecundo poſt latam legem: Quod probat primum ex verbis quæ habentur Exod. 17. ℣ſ. 12. *obtulit ergo Iethro ſocer Moſi holocauſta & hoſtias.* Deinde quia non legimus Moſen extruxiſſe novum altare. Poſtremo quia ſcriptum, Exod. cap. 17, ℣ſ. 16. *nota facio præcepta Dei & leges ejus.* Druſius.

Cognitis rebus.] Quidam arbitrantur Moſen ex deſerto miſiſſe uxorem ſuam Zipporam ad Iethronem. *Calvin.* Alii miſiſſe legatos. *Simler.* Sed probabilius communi fama permotum, præſertim cum Midian ad littus maris rubri ſita eſſet.

Ad eum venit.] Non poſt latam legem in Sinai, ut volunt *Toſtatus, Cajetanus.* Sed cum adhuc in Choreb caſtrametarentur, nondum in Sinai lata lege. *Villet.*

Iethro Moſi ſocer.] Alibi eſt, *ex filiis Hobab ſoceri Moſis.* Dicebatur & Iethet, ſive, ut antiqui legebant, Iothor. Inde factum Iethro, addita littera ex nomine Tettagrammato, quæ honoris ergo acceſſit, cum jam proſelytus factus eſſet, ait R. Salomo: qui etiam tradit eum ſeptem nomina habuiſſe, Raguel, Iether, Iethro, Hobab, Hebet, Cinæus, Phutiel. *Druſius.* Verior opinio eſt Iethro & Hobab fuiſſe unum & eundem. Sed Reguel pater Iethronis fuit, avus Zipporæ. *Iunius.* Illius autem ſacerdotium aliqua ex parte vitiatum fuit. *Calvin.*

Domi reſederat.] Imo domum remiſſa fuit ex itinere. Notum hoc ex hiſtoria, quam ſi diligentius & cum majore cura legiſſet Sulpicius, hæc & alia quædam paulo aliter ſcripſiſſet. *Druſ. Epiphanius* Hæreſ. LXXVII. tradit Moſen, ex quo prophetare cœpit, uxorem non cognoviſſe. Neque enim aliter potuiſſe Deo eſſe tam familiarem & conjunctum.

Hujus conſilio.] Ariſtocratia fuit ſub Moyſe, Ioſue, Senioribus & Iudicibus. *Sigonius.* Vide *Ioſephum* lib. III, 3. Ταῦτα Ῥαγουῆλος παραινήσαντος, Μωϋσῆς ἀσμένως προσήκατο τὴν συμβουλίαν, &c.

Ordines populi diſtribuit.] Hi magiſtratus erant ſingularum urbium, qui minores cauſſas populi tractabant. Suberant autem principibus tribuum, quos Græci φυλάρχους vocant. His omnibus præerat Rex, ſive Dux, ſive Iudex. Vide Carolum Sigonium de repub. Ebræorum lib. 7. cap. 1. & deinceps. Cæterum in caſtris Iſraëlitarum, cum hi ordines diſtribuerentur, tribuni erant 600. centuriones 6000. ſemicenturiones 12000. decani ſive decuriones 60000. R. Salomo. *Druſ.* In ho-

 rum

buit ; tribunos centurioneſque & decuriones præficiens , neceſſarium diſciplinæ ritum poſteris tradidit. Iethro in patriam regreſſus. Exin ad Sinam montem per-

rum locum ſucceſſere judices urbani. Synedrium autem in ipſius Moiſis locum. Num. XI, 14,15,16. *Grot.*

Tribunos centurioneſque.] Χιλιάρχους καὶ ἑκατοντάρχους. Omiſit ſemicenturiones, quos nonnulli quinquagenarios appellant, ut Græci πεντηκοντάρχους. *Druſ.*

Decuriones.] Hos interpres Latinus decanos appellat, & Græcus δεκαδάρχους. Nomen acceperunt à numero eorum quibus præerant: præcipuus autem horum uſus fuit in bello. Sed & in urbe jus reddebant, & cauſſas leviores decidebant. Lexic. Græco-Latin. vetus, δέκαρχος, *decanus.* δεκαρχὴς, *decurio.* δεκάπρωτος, *decem primus* : & Lat.-Græc. *decuriones*, δεκάπρωτοι. *Druſius.*

Neceſſarium diſciplinæ ritum poſteris tradidit.] Voluit Deus Moſen, virum alioqui ſapientiſſimum, ab alienigena & gentili inſtrui, ut oſtenderet neminem in omnibus ſapere. *A Lapide.*

Iethro in patriam regreſſus.] Ab eo veri Dei notitiam ex parte acceperunt Æthiopes. Nam Iethro proſelytus factus, abiit in terram ſuam, quod Ebræi putant intelligendum eſſe per τὸ וילך, id eſt, ut proſelytos faceret homines ſuæ gentis. *Munſt.* Regreſſus eſt autem, non ante datam legem: ſed ſubſtitit per aliquot menſes, ut videret conſiliorum ſuorum ſucceſſum. *Pellican.* & alii.

Exin.] Exod. XIX. Ioſeph. III, 4. Venerunt in Sina die tertio, menſis tertii, anni primi exitus ab Ægypto. Diſceſſerunt vero ex Sina anno ſecundo, menſe ſecundo, die vigeſimo. Num. x, ℣. 11. Hæſerunt ergo in Sina annum integrum exceptis XIII. diebus. Omnia ergo à cap. XIX. Exodi uſque ad cap. x. Num. in Sina geſta ſunt. *Hieron. A Lapide.*

Ad Sinam.] Montem Synan occupat. *Iuſtin.* ex Trogo de Moſe. Σιναῖον vocat *Strabo* XVI. *Appion* Moſen, εἰς τὸ μεταξὺ τῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς Ἀραβίας ὄρος, ὃ καλεῖται Σιναῖον ἀναβάντα φησὶν ἡμέρας τεσσαράκοντα κρυφθῆναι. *Grot.*

Montem.] Culpatur hoc loco Sulpicius quod montem Sinam dixerit, cum Sina, ut ajunt, non montis nomen ſit: ſed deſerti : in quo mons ille fuit, qui propterea mons Sinai dicatur, id eſt, deſerti Sinai. Quod Græce manifeſtius eſſet, τὸ ὄρος τοῦ Σινᾶ, non τὸ Σινᾶ. Hanc ſententiam tuentur Hieronymus, ab Oleaſtro, & Carolus Sigonius. Sed ei repugnat primum Ioſephus, Orig. lib. 3, cap. 4. deinde editio Græca τῶν οβ, in qua Exod. 19. τὸ ὄρος τὸ Σινᾶ legitur, & εἰς τὴν ἔρημον τοῦ Σινᾶ. Poſtremo Apoſtolus in epiſt. ad Gal. 4, 25. Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, *Sina mons eſt in Arabia.* Hinc apparet nomen montis eſſe Sina, non deſerti. Forte deſertum Sinai, in quo mons ille. De Sina monte Sulpicius noſter dial. 1. cap. 11. ubi ſic Poſthumianus ex oriente reverſus, *Rubrum mare vidi, jugum Sinæ montis aſcendi: cujus ſummum cacumen, cælo pene contiguum, nequaquam adiri poteſt.* Druſ. *Ioſephus:* Σιναῖον ὑψηλότατον τῶν ἐκεῖ ὀρῶν καὶ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ μεγέθους, καὶ τῶν κρημνῶν τὸ ἀπότομον ἀνθρώποις οὐ μόνον οὐκ ἀναβατὸν, ἀλλ' οὐδὲ ὁραθῆναι μὴ δίχα πόνου τῆς ὄψεως δυνάμενον. Caſtra autem nec ad Orientem ut *Lyra*, nec ad Auſtrum, ut *Toſtatus* vult; ſed in circuitu montis poſita. *Burgenſis.*

Popu-

perventum. Ibi Moiſes à Domino monetur, populus ut ſanctificaretur, auditurus Dei voces: idque ſollicite curatum. Sed ubi Deus monti inſtitit, validis tubarum clangoribus aër quatiebatur, craſſæque nubes crebris cum fulminibus advolvebantur. Sed Moiſes & Aaron in montis cacumine Dominum propter, populus circa ima montis conſtitit. Ita lex lata multiplex & copioſa, Dei verbis, & ſæpe repetita: cujus ſi quis erit curioſior, fontem ipſum adeat, nos eam breviter per-

Populus ut ſanctificaretur.] Ἁγνεύοντες τήν τε ἄλλην ἁγνείαν, καὶ ἀπὸ συνουσίας τῶν γυναικῶν ἡμέρας τρεῖς. *Ioſeph.* Sanctificatio hæc in lotionibus & ſecubatione imprimis conſiſtebat. 1 Sam. XXI. ℣ſ. 5. 1 Cor. VII, 5. Chæremon Stoicus de Ægyptiorum Sacerd. ἀπείχοντο καὶ ὁμιλίας γυναικείας. Vide & *Serv.* in Eclog. III. & *Porphyr.* περὶ ἀποχ. II.

Deus monti inſtitit.] Ἐν στύλῳ νεφέλης LXX. Sic & Chaldæus. Quod falſum. Nam nubes hæc alia erat à columna nubis; major nempe & denſior. *Lippomanus.*

Tubarum clangoribus, &c.] Τοῦ λοιποῦ παντὸς ἐν αἰθρίᾳ τυγχάνοντος, ἄνεμοί τε σφοδροὶ λάβρον κινοῦντες ὑετὸν κατήγιζον, ἀστραπαί τε ἦσαν φοβεραὶ τοῖς ὁρῶσιν καὶ κεραυνοί. *Ioſeph.* Septem erant terribilia in Sina, cum ibi daretur lex. Totus mons tremebat. Igne & fumo ardebat. Horrenda tonitrua & fulgura. Caligo denſiſſima. Pluvia & procella. Sonus buccinæ. Vox horribilis. *A Lapide.*

Moiſes & Aaron in montis cacumine.] Falſum hoc. Cum decalogus traderetur, Moſes infra cacumen montis, haud longe à populo erat. Exod. XXIV, ℣ſ. 19. Nec Aaron, ſed ſolus Moſes, adſcendit in montis cacumen. Exod. XXIV, 14. Ergo Moſes & Aaron fere ad medium montis, non procul à populo, conſiſtentes; unde exaudiri poſſent à conſiſtentibus infra. *Toſtatus.*

Lex lata.] Per Angelum Act. VII, 38. cui alii minores angeli aderant. *Toſtat. Grot.* Quam opinionem Villetus refutat. Fuit ipſe יהוה, Chriſtus μεσίτης, novi & veteris Teſtamenti. Unde νόμος dicitur διαταγεὶς δι' ἀγγέλων, ἐν χειρὶ μεσίτου. Gal. III, 19. ubi Chryſoſtomus intelligit Chriſtum, cui Angeli, tanquam miniſtri & ſtipatores, aderant.

Dei verbis.] Leges ſuas Moſen à Deo ΙΑΩ hauſiſſe tradit *Diod. Sicul.* 1 Bibl. *Longinus* 1. de ſublimi dicendi genere. Ridicule *Alex.* Polyhiſtor apud Suidam, Moſi mulierem fuiſſe refert, à qua Lex Hebræorum perſcripta. Græci legiſlatores ſi cum Moſe compararentur, infimæ vetuſtatis ſunt & heri aut nudiuſtertius nati videntur, ut *Ioſephus* contra Appionem oſtendit. Ante Moſis tempeſtatem ſcripta jura non agnovit orbis. *Cunæus.*

Sæpe repetita.] Semel Deut. V. ℣ſ. 6. paucis mutatis. Mutatio omnis in verbis eſt, non in ſenſu. *Druſ.*

Eam breviter perſtringimus.] Illuſtris hæc Decalogi Sulpiciana diviſio. Nam & dividit quæ dividenda, & conjungit quæ conjungenda ſunt. Sic tota antiquitas. Clemens II. Conſtitut. 36. &

perſtringimus. Non erunt, inquit, tibi Dei alieni præter me. Non facies tibi idolum. Non ſumes nomen Dei tui in vanum. Sabbatho nullum opus facies. Honorifica patrem tuum, & matrem tuam. Non occides. Non mœchaberis. Non furtum facies. Non fal-

1, 2. *Tertull.* adv. Iud. cap. II. Contra Marc. II,17. *Orig.* Hom. VIII. in Exod. *Nazianzenus, Athanaſ. Ambroſ.* Solus *Auguſtinus* præceptum de imaginibus comprehendit ſub primo, *de Dîs alienis*, leviſſimis ductus rationibus.

Præter me.] Exod. xx. Deuteron. v. Πλὴν ἐμοῦ. Sic etiam Oncelos. In Ebræo eſt על פני, quod Hieron. vertit *coram me.* & Lyra explicat, *nullo unquam loco aut tempore.* Id hauſit ex R. Salomone. *Coram me*, quamdiu ego ero, ut *coram ſole*, quamdiu erit ſol, id eſt in æternum. *Druſ.*

Idolum.] Εἴδωλον, hoc eſt, ſimulachrum numen aliquod repræſentans, ſive ſculptile fuerit ſive conflatile, non refert. Quanquam in fonte tantum ſculptile, id eſt, γλυπτόν. Id movit credo Senes, ut latiorem vocem εἴδωλου uſurparint: quos Sulpicius; ut ſolet, ſecutus eſt. *Druſ.* Diſcrimen inter imaginem & Idolum nullum eſt. Vnde vocabula εἰκὼν, εἴδωλον, *imago, idolum, ſimulacrum*, promiſcuo ſignificatu accipiuntur. Sic *Gloſſarium:* imago εἰκὼν, εἴδωλον, & Heſychius, εἴδωλον, ὁμοίωμα, εἰκών. Sic voces פסל, תמונה, צלם, דמות, תבנית. *Spanhem.*

Non ſumes nomen Dei tui.] Non jurabis per Deum tuum. Aben Ezra, *Si quis juraverit per caput regis, nec ratum habuerit juramentum ſuum, id ei capitale eſt. Hic mos obtinet hodieque in Aegypto. Quod ſi dederit pondo auri, non liberatur, quia ſprevit regem palam. Si ſic fit regi, qui eſt caro & ſanguis, cujus initium vanitas, finis vanitas, & regnum quoque vanitas: quid fiet Deo, qui millies milleſies rege major eſt?*

Sabbatho nullum opus facies.] De hac rigida quiete Sabbathi Iudaici, vide Dionem Caſſium, Senecam apud Auguſtinum, Iuvenalem, Rutilium & alios. Varia autem de origine Sabbathi comminiſcuntur gentiles. Alii in honorem Saturni inſtitutum volunt, ut Diod. Tarſenſis refert; *Plutarchus* IV. συμπ. in honorem Bacchi qui Sabbos dictus; *Appion* à Sabbo, quod βουβῶνος ἄλγος Ægyptiis.

Honorifica.] Anſelmus Matth. xv. ad locum. *Honora patrem & matrem, Honor iſte non tantum in ſalutationibus & officiis deferendis, quantum in eleëmoſynis & munerum collatione ſentitur.* Quæ deſcripſit ex Commentariis Hieronymi ad eundem locum. Vide, ſi placet. Idem Hieron. in epiſt. ad Gerontiam, *honor vel pro eleëmoſyna, vel pro munere accipitur; ut eſt illud*, presbyteri duplici honore digni habeantur: *& in evangelio Dominus diſſerit mandatum legis*, honora patrem & matrem *non in verborum ſono, qui inopiam parentum caſſa poteſt adulatione fruſtrare, ſed in victus neceſſariis adminiſtrandis debere intelligi.* Druſ. Ajunt Hebræi vel piſtrino laborare debere filium ut ſubveniat parentibus. *Grot.*

Non occides. Non Mœchaberis. Non furtum facies.] Secutus eſt ordinem quem libri antiqui præferunt οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, οὐ κλέψεις. Nam in aliis eſt, etiam in editione Romana, οὐ μοιχεύσεις, non mœchaberis: οὐ κλέψεις, non furtum facies: οὐ φονεύσεις, non occides. *Druſ.*

Non

falſum teſtimonium dices adverſus proximum tuum. Non concupiſces quicquam proximi tui.

His à Deo dictis, cum tubæ circumſtreperent, lampades inardeſcerent, montem fumus obtegeret, populus præ timore inhorruit, verba Dei non ſuſtinens: popoſcitque à Moiſe, ut ipſi tantum loqueretur Dominus, atque ita audita ad populum referret. Edicta autem Dei ad Moiſen iſtiuſmodi ſunt: Hebræus puer pe-

Non concupiſces.] Senes poſt illud, *non concupiſces domum ejus*, addunt ex Deuteronomio, οὔτε τὸν ἀγρὸν αὐτοῦ, neque agrum ejus. Hoc primum: deinde poſt *aſinum ejus*, addunt de ſuo, οὔτε παντὸς κτήνους αὐτοῦ, neque ullum pecus ejus. *Druſ.*

Tubæ circumſtreperent.] Vnius tantum mentio fit Exod.xx,18. Tuba, quæ ante Decalogi promulgationem Hebræos ad Legem audiendam evocaverat, cum lex promulgaretur, ſiluit: ea re peracta, rurſum clangere cœpit. *A Lapide.*

Lampades.] לפידים, id eſt, fulgura micantia vel coruſcationes. Ex nuperis interpretibus alius faces, alius fulgetra edidit. Camii λέξεις, לפיד *lignum ardens: item fulgur.* Quidam, *lumina & ignes terribiliter ardentes.* Druſ.

Præ timore inhorruit.] LXX. φοβηθέντες. Hebræi quidam per aliquot paſſuum millia populum retro ceſſiſſe exiſtimant. Id quod finita legis promulgatione factum. *Cajetan.*

Verba Dei non ſuſtinens.] Atque hæc cauſa poſtulati, *ut Moſi tantum loqueretur Dominus.* Toſtat.

Edicta.] Exod. XXI. Iudicialia, quæ Moſes משפטים, interpres Hieron. *judicia*, id eſt, κρίματα vocant. LXX. δικαιώματα, id eſt, jura. Moneo tamen hac voce reddi ab iiſdem interpretibus ſtatuta, quæ ab Ebræis חקים vocantur, & à Hieron. cæremoniæ. Sigonius, ritus ſacros, totamque adeo cæremonialem legem. Hic agitur de iis quæ ad civilem politiam & forenſes controverſias pertinent. *Druſ.*

Hebræus.] Teſtibus omnibus Rabbinis, Origene, Auguſtino, & aliis, Ebræi fuerunt populus oriundus ex Chanaane. Nam Chananæi à Chaldæis dicti fuerunt Hebræi, quod trajeciſſent Iordanem. Et hæc cauſa cur Abrahamus quoque, poſtquam in eam regionem conceſſit, Hebræus vocetur. Nec putandum ab hoc Abrahami tranſitu primum cœpiſſe nominari Hebræos, ipſum Abrahamum, ejuſque poſteros, cum ex Hiſtoria Ioſephi conſtet, nationem Hebræam jam tum notiſſimam fuiſſe Ægyptiis, quod utique fieri non potuiſſet, ſi in ſola Iacobi familia fuiſſent Hebræi. Chananæi ergo fuerunt Hebræi, & Hebraice locuti. *Erpenius.* Contra quam ſententiam diſputant Fuller. & Rivetus, quos vide. Sane, quia Chananæam Ægyptii ארץ עברים vocavere, quique ex ea veniebant, Hebræos, opinio Erpenii admodum probabilis eſt. *Horn.*

Puer.] Id eſt, *ſervus*. Ita vox נער ſumitur. Sic *Terent.* Andr. *Etiam puerum inde abiens conveni Chremis.* Cicero: *Eo die pueri tui mihi à te litteras reddiderunt.*

Pecunia emtus.] Quem quis ab alio emerit, non qui ſeipſum præ paupertate vendiderit. Nam talis ſerviebat ad Iubilæum, Levit. XXV. ℣ſ.39. Quidam hunc locum accipiunt de ſervo qui ven-

pecunia emptus: ſex annis ſerviet, poſt hæc liber erit: Sponte autem permanenti in ſervitute, auris forabitur. Qui hominem occiderit, capite pœnas luet. Qui im-

debatur à judicibus propter furtum ſuum, ſeu eo quod furtum fecerat, de quo Exod. cap. xxii. ℣ſ. 3. *Druſius.*

Sex annis ſerviet.] Videlicet quot reliqui adhuc fuerint uſque ad annum ſeptimum. Nam ſi duo tantum ſupererant, tum annis duobus duntaxat ſerviebat. Sane in ipſo anno remiſſionis liber erat, etiamſi anno præcedente primum emptus fuiſſet. *Idem.*

Poſthæc liber erit.] In principio anni ſeptimi; quem Sabbatharium nonnulli vocant. *Druſ.* Hoc privilegium proprium Iudæis fuit, quia pater eorum Iacob ſex annis pro gregibus Laban ſervivit, ſeptimo liber egreſſus eſt. *Rupertus.* Potius ex Sabbathi religione mos ortus. Nam & dierum, & annorum illa periodus erat. *Villet.*

Auris forabitur.] Subula, Exod. xxi. ℣ſ. 6. Deut. xv. ℣ſ. 17. Vnde, *aures perforaſti mihi*, Pſal. xl. ℣ſ. 7. Ebræo x. ℣ſ. 5. Cui auris hoc modo forata erat, ſerviebat domino in ſeculum, id eſt, uſque ad Iubilæum, vel uſque ad mortem heri. *Druſ.* Perforatio auris magna ignominia. Hinc ad libertatis ſtudium ingenerandum, illo ritu Deus uti præcepit. Vt ſi non horrerent ſervitutem, horrerent ſaltem ignominiam publicam. *Cajetan.* Significatur etiam perpetua ſub domino obedientia. *Theodoret.* Tale mancipium uſque ad annum Iubileum ſerviebat. Et hoc per עלם denotatur. Liberari etiam talis ſervus poterat inſtrumento manumiſſionis, aut redemptione. Liberabatur & morte Domini, quamvis Dominus filium reliquiſſet. *Grot.*

Qui hominem occiderit.] Sigonius opinatur Sulpicium ſcripſiſſe *qui prudens hominem occiderit.* Nam apud antiquiſſimum ſe interpretem eſſe, *qui percuſſerit hominem volens occidere.* Sed ſciendum nihil tale in Ebræo haberi, ac ne quidem in textu Græco interpretum LXX. quos in hac hiſtoria præcipue ſequitur Sulpicius. Sequentia tamen Sigonii opinionem firmāt, & omnino tale quid intelligendum eſſe ipſa res clamat. *Druſ.*

Capite pœnas luet.] Quæ pœna ſtatim poſt diluvium ſancita. Vide ſupra. Sic apud Athenienſes, Romanos, aliaſque gentes homicidium capitale fuit. Cæterum lex & mos & æquitas exceptiones legi addidere; ſi vulneratus, aliquo tempore melius ſe habuerit, ut credi poſſit magis medicorum aut ſua negligentia mortuus, quam ex vulnere; aut ſi in turba facta ſit cædes, nec ſciatur certus author. In hoc enim minuitur pœna. *Grot.* Mors à Domo Iudicii infligitur tantum in rebus magnis, ut puta, ob hæreſin, Idololatriam, inceſtum, adulterium, homicidium, Sabbathi violationem. *Maimom.* III. More Neb. XLI.

Qui imprudens.] Paulus libro quinto ſententiarum, titulo ad legem Corneliam de ſicariis: *Diſtinctionem caſus & voluntatis in homicidio ſervari reſcripto Hadriani confirmatur.* Verba reſcripti: *Et qui hominem occidit, abſolvi ſolet, ſcilicet ſi non occidendi animo id admiſit: & qui non occidit, ſed voluit occidere, pro homicida damnatur, &c.* Idem ibidem: *Qui hominem occidit, aliquando abſolvitur, & qui non occidit, ut homicida damnatur. Conſilium enim uniuſcujuſque non factum puniendum eſt. Ideoque qui cum vellet occidere, caſu aliquo perpetrare non potuit, ut homicida punitur: & is qui caſu telo hominem ferierit, abſolvitur.* Gregorianus: *Ea quæ ex improviſo caſu potius quam fraude accidunt, fato plerumque non noxæ imputantur.* Druſius.

Rite exul erit.] Κατὰ θεσμόν. Ad urbes exilio deſtinatas confugiet, aut ad aram.

imprudens, rite exul erit. Qui patrem matremve pulſaverit, conviciumque eis dixerit, capitali ſupplicio afficitor. Si quis Hebræum ſubreptum vendiderit, morti dabitur. Si quis ſervum proprium, ſervamve percuſſerit, exque eo ictu obierit, reus judicio fiet. Si quis partum non deformatum mulieri excuſſerit, neci da-

atam. Nam in deſerto nullæ urbes erant, Ioſ.20,3. Proinde locus perfugii cum in deſerto verſarentur, erat altare, ut multi putant: aut caſtra Levitarum, ut R. Salomo arbitratur. Poſt conſtituta ſunt aſyla, de quibus Num.35. Deut. 19. Ioſ.20. Ratio, ut eo confugere poſſent, qui procul à magiſtratu aberant, donec de cauſſa cognoſceretur, ne à vindice opprimerentur. Altera, ut ibi cognita cauſſa uſque ad mortem ſummi ſacerdotis tuto habitarent. *Druſ.*

Qui patrem matremve pulſaverit, conviciumque iis dixerit.] Duæ ſunt leges. Vna, *Qui parentes pulſaverit*, id eſt, percuſſerit, verberaverit. Altera, *Qui convitium iis dixerit.* Vtriuſque pœna capitalis erat, quanquam diverſa. Nam percuſſor ſtrangulabatur, convitiator lapidabatur. Proditum non eſſe reum percuſſionis, niſi quis livorem fecerit. *R. Salomo.* Iam vero qui percutit parentes, poſt obitum eorum, liber eſt. Secus fit ubi quis maledixerit eis. Nam etiam qui poſt mortem eorum id faciebat, lapidabatur. Dicunt præterea, Filius non debet pulſare parentes improbos, licet pœnam capitalem propterea non ſubeat. Quod ſi parentes eum incitaverint ad cultum deorum falſorum, tum licet maledicere eis. Ionathan hic habet, *occidetur ſuffocatione ſudarii*, quæ fit per ſudarium. Quod genus ſupplicii חנק appellant. Fiebat autem hunc in modum. Imponunt reum fimo uſque ad genua, cujus collum duæ mappæ utrinque conſtringebant donec animam efflaret. *Druſius.*

Capitali ſupplicio.] Hebræi quatuor habebant, ſuffocationem, combuſtionem, ſuſpenſionem & lapidationem. Leviſſimum fuit ſuffocatio, graviſſimum lapidatio. Suffocatio חנק dicitur, & fiebat per ſudarium, quod utrimque trahebatur, uſque dum reus animam efflaret. Combuſtio fiebat plumbo in os immiſſo, quod comburebat inteſtina. Forcipe aperiebant os. Dicitur שריפה. His ſuppliciis affecti cum ſepelirentur, ſepultum una fuit in ſuffocatione ſudarium, in lapidatione lapis, in ſuſpenſione lignum crucis. *Druſ.*

Hebræum ſubreptum vendiderit.] Plagium eſt capitale, ſive plagiarius ſubreptum alienaverit, ſive non. Mortem ubi ſine additamento dicitur, intellige ſtrangulationem: ubi additur, *Sanguis ejus ſuper ipſo*, lapidationem. *Grotius.* Vlpianus lib. 8. de officio proconſulis, tit. ad Legem Fabiam, *Lege Fabia tenetur qui civem Romanum, eundemque qui in Italia liberatus ſit, celaverit, vinxerit, vinctumque habuerit, vendiderit, emerit, quive in eam rem ſocius fuerit.*

Servum proprium.] Iure Romano ſi Dominus ſervum dolo occiderit, punitur ut homicida ſervi, non liberi hominis: & ex lege Cornelia, non ex plebiſcito. *Druſ.*

Partum non deformatum.] Aut delenda negatio, aut alia quædam addenda, ut ſit, *Si quis partum non deformatum mulieri excuſſerit, multabitur:* (in quantum maritus popoſcerit, aut judices conſtituerint) *ſi deformatum, neci dabitur.* Nam in mente habuit locum ex editione Græca, Exod. 21, 22. *Druſius.* Deformatus partus eſt qui nondum formam

dabitur. Si quis ſervo oculum aut dentem extorſerit, ſervus vindicta liberabitur. Taurus ſi hominem occiderit, lapidabitur. Si Dominus ſciens beſtiæ vitium, non conſuluerit, & ipſe lapidabitur: aut precio ſe redimat, in quantum accuſator popoſcerit. Si ſervum taurus occiderit, in triginta drachmis pecunia domino numerabitur. Si quis defoſſum lacum non cooperuerit, pecuſque in lacum ceciderit, precium pecudis domino dabit. Si taurus alterius tantum occiderit, pecus venundabitur, preciumque domini partientur, peremptum etiam divident. Quod ſi dominus vitium tauri ſciens, non conſuluerit, taurum dabit. Si quis vitulum ſubripuerit, quinque reſtituet. Si ovem ſubripuerit, qua-

formam aut effigiem hominis accepit. Pſalm. CXXXIX. ἀκατέργαστον, *imperfectus*. Suidæ ἐξεικονισμένος, μεμορφωμένος. Sic & Græcorum leges, & LXX. diſtinguunt, inter partũ deformatum & non deformatum. Contra, Veteribus Chriſtianis, *etiam conceptum utero, dum adhuc ſanguis in hominem deliberatur, perdere*, homicidium erat. Vide *Tertull.* Apolog. & de Virgin. velandis.

Taurus alterius taurum.] Τὸν ταῦρον τοῦ πλησίου bene interpretatur, *taurum alterius*. Minus bene Ben-zita homo Ebræus, *taurum ſive bovem ſocium. Nam bos non habet ſocium*, inquit, AbenEzra, *niſi forte ipſum Ben-zita.* Druſ. Quod ſi bos ovem aut vitulum occidiſſet, tum non erat æquum bovem dividi pro ove aut vitulo, qui minoris eſt pretii quam bos. Vnde tunc judices mulctam decernebant pro damno illato. Quod autem de bove dicitur, idem à pari, de ariete, equo, & quovis animali intellige. *Lyra. Toſtat.*

Vitulum.] LXX. μόσχον, quæ vox hoc loco taurum vel bovem denotat. In Hebræo eſt שור. Vitulus autem עגל dicitur. Quæ confundenda non ſunt. *Druſius.*

Quinque reſtituet, ſi ovem ſubripuerit, quadrupli.] Ratio eſt, quod ut plurimum oves perpetuo ſunt in agris, ubi res non tam bene cuſtodiri poſſunt, ſicut ea quæ habentur in medio civitatis. Reſtitutio furti boum uno aucta eſt, quia furtum illorum eſt facilius. Oves etenim paſcuntur gregatim, & facile à paſtore cuſtodiri poſſunt, ac vix niſi noctu, ſurripi. Boves vero paſcuntur hinc inde diſperſi, & non tam facile cuſtodiri poſſunt. *Maimonides.* Cauſa etiam eſt, quia majus damnum accipit qui bovem amittit, ceſſante interim agricultura. Vide Aben Eſram. *Thomas:* Iubet Deus ut fur quinque boves pro uno reddat, quia bos quinque habet utilitates, ovis quatuor tantum. Ille immolatur, paſcit, arat, dat lac, corium. Hæc cætera habet, ſed non arat. *Iuſtin.* de Scythis: Nullum ſcelus apud eos furto gravius. Quippe ſine tecto munimentoque pecora habentibus, quid ſalvum, ſi furari liceret?

Penes

quadrupli pœna erit. Si viva penes abactorem pecora reperientur, dupla reſtituet. Nocturnum furem occidi licet, diurnum non licet. Si cujus pecora alterius ſata depaverint, dominus pecoris everſa reſtituet. Si depoſitum perierit, is penes quem depoſitum fuit, jurabit nihil ſe

Penes abactorem.] *Vlpianus*: Qui pecora de paſcuis, vel ex armentis ſubtrahit, & quodammodo deprædatur. Scribit Claudius: Quantitas diſcernit furem ab abigeo. Qui enim unam ſuem ſurripuerit, ut fur coërcebitur: qui gregem ut abigeus. *Paulus* lib. 5. ſentent. Abactores ſunt qui unum equum, duas equas, totidemque boves, capras decem, aut porcos quinque abegerint.

Dupla reſtituet.] Quia poteſt haberi præſumtio quod vellet reſtituere, cum nec occiderit illud nec vendiderit. *Lyra.*

Nocturnum furem occidi licet.] Congruit lex vetus Solonis, quam Demoſthenes adverſus Timocratem commemorat; & inde ſumta Lex XII. Tabul. & Platonis ſcitum IX. de Leg. Ratio Legis: Quia noctu diſcerni nequit is qui venit, fur ſit, an ſicarius. Deinde quia adverſus nocturnum furem præſumtio eſt defendiſſe ſe telo. Quod ſi teſtes adfuerint, ex quibus conſtet non fuiſſe eum qui furem occidit adductum in vitæ periculum, jam præſumptio iſta ceſſabit, & is qui occidit homicidii tenebitur. Vid. *Grot.* 11. de Iure Belli ac Pacis. 1.

Diurnum non licet.] Niſi ſe telo defendat. Lex XII. Tabul. tam diu quam noctu exegit, ut is qui furem deprehendiſſet, cum clamore id teſtificaretur, ut ex Cajo diſcimus, nimirum ut ſi fieri poſſet, concurſus eo fieret magiſtratuum aut vicinorum, ad auxilium & teſtimonium. *Grot.* Si poſt ortum ſolem deprehendebatur in furto, non licebat eum occidere. Qui occidebat, incurrebat pœnam homicidii. Fur autem hoc modo deprehenſus, ſi habebat unde redderet, reddebat: ſi non habebat, vendebatur pro ſuo furto. Deprehenſo furto penes eum bovis, aſini, ovis, aut capræ viventis, duplum reddebat. *Druſ.*

Everſa reſtituet.] Damnum ſarciet de optima parte agri ſui aut vineæ ſuæ. Quod hic dictum de agro & vinea, debet extendi latius, ut etiam de horto & oliveto, &c. intelligatur. Cæterum Ebraica veritas habet. *Si quis depaſci fecerit agrum aut vineam, &c.* Qua lege non tenetur niſi qui pecus ſuum immiſerit in aliena. *Druſ.*

Si depoſitum perierit.] Depoſitum Græci vocant παρακαταθήκην, quod quis apud alium depoſuit, cuſtodiendumque commiſit ſive pecunia fuerit, aut veſtes, aliaque ſuppellectilia. *Druſ.* Triplex circa depoſitum eſt caſus & lex. Primo; ſi depoſitarius per fraudem rem depoſitam interverterit, reddet duplum. Secundo; ſi per ejus negligentiam res depoſita ſublata ſit furto, reddet ſimplum, rem ipſam aut pretium ejus. Tertio; ſi ſine ejus negligentia, cenſebitur innocens, nihilque reſtituet. *Interpr.*

Iurabit.] In codicibus Ebræis nulla mentio jurisjurandi, ſubintelligitur tamen ex verbis illis, *applicabitur ad Deos. Nam*, ut ait R. Salomo, *applicatio nihil aliud eſt quam juramentum.* Cui firmando R. Abraham ita ſcribens, *in verbis illis*, applicabitur ad Deos, *continetur juramentum, quod fieb" coram judicibus.* Iusjurandum autem fiebat coram DIs, hoc eſt, Iudicibus aut Magiſtratu. Deos enim vocant ϰ τὺς κριτὰς, ut notatum à Theodoreto. LXX. male ἐνώ-

ſe dolo egiſſe. Fur inventus duplum dabit. Commendatum pecus à beſtia interceptum, non reſtituetur. Si quis virginem nondum deſponſatam corruperit, dotabit

ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. *Druſ.* Philo: ὅρκος μαρτυρία θεοῦ περὶ πράγματος ἀμφισβητουμένου. Ægypriis jusjurandum μεγίστη παρ᾽ ἀνθρώποις πίστις. *Diod. Sicul.*

Nihil ſe dolo egiſſe.] Nicolaus de Lyra, *Cuſtos depoſiti liber erit per juramentum ſuum, quod non commiſit fraudem in illo depoſito.* Hieron. ex Ebræo hoc refert: *jurabit quod non extenderit manum iu rem proximi ſui, ad perpetrandam fraudem.* Druſ.

Fur inventus.] Ἐὰν εὑρεθῇ ὁ κλέψας. Loquitur autem de jure depoſiti. *Druſius.*

Duplum dabit.] Ἀποτίσει τὸ διπλοῦν. Nempe depoſitarius, ſi dolus adfuerit: depoſitor ſi inique actionem intenderit. Nam de mero caſu teneri depoſitarium, iniquum eſt. *Grotius.*

Commendatum pecus.] Maimonides: Qui cuſtodit gratis, liber eſt ab omni damno, & ſi quod damnum accidat, id Domino rei adſcribitur. Sed cui Dominus mercedem dat, & qui omnem ex re cuſtodita utilitatem habet, is refundere cogitur damna quæ accidunt. Cum vero uterque & dominus & mercenarius de utilitate participant, tum ex æquo etiam uterque damnum patitut. Damnum quod accidit ex negligentia cuſtodis, ut quod furto eſt ablatum vel amiſſum, repetitur à cuſtode; quia ideo accidit quod non, ut decet, cuſtodiverit. Damna vero quæ præcaveri non poſſunt, ut eſt fractum, captum, mortuum, illa Domino imputantur.

A beſtia interceptum.] Non à beſtia, ſed *ab hoſte* legendum. Quod Græca verſio confirmat, quæ habet αἰχμάλωτον. *Sigon.* Ἐὰν δὲ θηριάλωτον γένηται, ἄξει αὐτὸν ἐπὶ τὴν θήραν καὶ οὐκ ἀποτίσει, id eſt, interprete Sulpicio, *ſi à beſtia interceptum fuerit.* Pro עד, quod legerunt LXX. hodie legunt עד, hac ſententia, *adducet illud teſtimonium, raptum non rependet.* Iuriſprudentes ita de hac re cenſent. Quod raptum à fele, vulpe, aut muſtela, redditur: ſecus fit, ſi raptum fuerit à lupo, leone, urſo, ſerpente. Hæc R. Salomo. Quæ adduxi propter Sigonium, qui legendum hic opinatur ab hoſte interceptum. Quæ diverſa lex eſt, habetur autem ỳſ. 10. Ἐὰν δέ τις δῷ τῷ πλησίον ὑποζύγιον ἢ μόσχον ἢ πρόβατον ἢ πᾶν κτῆνος φυλάξαι, συντριβῇ ἢ τελευτήσῃ ἢ αἰχμάλωτον γένηται, &c. id eſt, ab hoſtibus captum. Quod Ebræi בשבה dicunt. *Druſ.*

Nondum deſponſatam.] Editio Colonienſis, *non deſponſatam.* Græce ἀμνήστευτον. Sed in Hieron. *necdum deſponſatam.* Nam quæ deſponſata pro uxore habetur, & ita vocatur paſſim. Abenezra, *deſponſata licet non ſubierit jugum viri, tamen vocatur uxor.* Druſius.

Corruperit.] Vitiaverit verbis ſeductam. Talis מפתה dicebatur. In כמג 137,4. *Qui verbis ſeduxerit virginem ita ut ultro conſentiat, vocatur* מפתה, id eſt, *ſeductor.* In fonte habetur: *Qui lactaverit virginem non deſponſatam, & concubuerit cum ea.* Ipſa puella hoc modo corrupta dicebatur מפותה ſeducta. Vnde in libro citato, *Quæcunque in urbe aliqua corrupta fuerit, habetur pro ſeducta, niſi teſtibus probaverit ſe vi oppreſſam fuiſſe.* Vi oppreſſa vocabatur אנוסה, quod per vim vitiata eſſet. Hanc ducere cogebatur qui vitiaverat, Deut. 22, 29. Quod ſi parens aut ipſa in nuptias conſentire nolebat, tum raptor ſolvebat

50. ſi-

bit puellam, & ita eam uxorem accipiet. Si pater puellæ nuptias recuſaverit, dotem raptor dabit. Si quis ſe pecudi miſcuerit, morti dabitur. Sacrificans idolis, pereat. Viduam & orphanum non premendos. Pauperem debitorem non perurgendum. Nec uſuram poſcen-

50. ſiclos argenteos, tantundem videlicet, quantum ſeductor. *Druſ.*

Si pater puellæ nuptias recuſaverit.] Etiam ipſa puella nuptias recuſare poterat. Sed & ſeductor, ſi nolebat convenire in nuptias, non cogebatur niſi ad mulctam ſolvendam. *Druſ.*

Dotem.] Danda puellæ vitiatæ tanta dos, quantam ipſa à patre accepiſſet. Ditioribus major dos erat aſſignanda quam pauperibus. Lex Deut. XXII, 29. de alio caſu loquitur, nimirum ſi injuria & vis illata eſſet puellæ. Tum enim L. Sicli non puellæ, ſed patri pendere cogebatur ſtuprator, atque inſuper vitiatam ducere, ſine ulla repudii ſpe. *Abul.* Ibi ergo de ſtupro & vi, hic de ſimplici fornicatione agitur. *A Lapide.*

Raptor.] Corruptor, ſeductor. Abuſus eſt voce Latina. Nam raptor proprie qui rapit virginem. Rapit autem qui vim adhibet. Hic à ICtis Ebræis אנס vocatur. *Druſius.*

Se pecudi miſcuerit, morti dabitur.] Etiam ipſa pecus. *Rambam.* Beſtia, cum qua homo aliquis rem habuit, interficiebatur, ut Dominus beſtiæ ea cura & diligentia eam cuſtodiat, qua reliquos ſuos domeſticos, neque facile eam ex oculis ſuis elabi ſinat. Eſt autem actio illa contra naturam, ubi fœda tantum voluptas reſpicitur, & deteſtabilis ac inſatiabilis libido. Male autem *Procopius*, & Interlinearis *Gloſſa*, hanc legem, metaphorico ſenſu, de homine bruto & barbaro; mortem de æterna morte, accipiunt. Quæ cum natura & genio Legum Forenſium pugnant. Cæterum hoc abominabile peccatum eſt fructus & conſequens Idololatriæ, ut Paulus ad Rom. I. docet. Id quod in Sodomitis, & Chananæis apparuit. Lev. XVIII, 24. *Simler.*

Sacrificans Idolis pereat.] Sacrificamus Idolis non tantum offerendo victimas, verum etiam ſi templa vel aras iis erigamus, & feſta inſtituamus. *Simlerus.* Immolans, adolens, offerens, libans. Quæ omnia contineri verbo זבח ſacrificio teſtatur ex Salomone Trecenſe Nicolaus de Lyra. Idem eximit ab hac pœna eum qui verrit, ornat, aquam ſpargit, amplectitur, deoſculatur. Scribit autem Abenezra hanc legem pertinere peculiariter ad proſelytum & advenam, qui ea conditione manebat inter Iſraëlitas, ne diis, quibus conſueverat, immolaret. Idem Hiskuni annotat. *Druſ.* Nec tamen omnes Idololatriæ ſpecies hac pœna mortis mulctantur, ſed tantum magis principales; ut qui preces ſuas ad Idolum dirigit, qui in nomine ejus prophetat, qui liberos ſuos traducit per ignem, augur, Pytho, incantator. Sic cives urbis ad Idololatriam impulſæ, more hæreticorum interficiuntur; non vero morte pœnæ. Vnde facultates ipſorum comburendæ ſunt, neque hæredibus relinquendæ, ſicut reliquorum qui in domo judicii interficiuntur. *Maimonides.*

Non perurgendum.] Οὐκ ἔσῃ αὐτὸν κατεπείγων, id eſt, non urgebis ſolutionem ita ut nihil de jure tuo remittas. Ambroſius videtur legiſſe καταπνίγων. Nam vertit, *non ſuffocabis eum.* Druſius.

Nec uſuram poſcendam.] Hoc præceptum non creditorem tantum, ſed & ſcribam, & fidejuſſores, & teſtes contractus obligat. Vſura autem נשך dici-

tur;

cendam. Veſtimentum pauperis pro pignore non accipiendum. Principem populi non increpandum. Primogenita omnia Domino offerenda. Carnem à fera captam non edendam. Coitiones in teſtimonium falſum,

tur; quia ut morſus ſerpentis ab initio exiguo in immenſum procedit. *Grot.* Et devorat totam hominis ſubſtantiam. *R. Salomo* apud Lyram. Tales uſuræ an & quatenus illicitæ, videantur Interpretes; & *Salmaſius* de mutuo & Vſuris. Quicquid de hac re ſentire libeat, ſufficere nobis debet lex à Deo Hebræis data, quæ vetat Hebræos Hebræis pecuniam dare fœnori. Eſt enim hujus legis materia ſi nō neceſſaria, certe honeſta moraliter, unde & aliis maxime moralibus annumeratur Pſal. xv. Ezech. xviii. Quæ autem hujus generis ſunt, Chriſtianos quoque obligant. *Grotius.* Hebræis uſura interdicta fuit, non omni, & ab omnibus, etiam gentilibus, ut *R. Salomo* exiſtimat, ſed tantum ab Hebræis ſive fratribus ſuis. Licitum ergo ipſis capere uſuras ab exteris; nec tamen omnibus, ſed tantum Chananæis, qui ſingulariter à Deo devoti. Vnde Ambroſius: *Cui jure inferuntur arma, huic legitimæ judicantur uſuræ.* Et, *ubi jus belli, ibi jus uſuræ.*

Veſtimentum pauperis.] Nocturnum, in quo dormire ſolet. Ita enim capiendum locum, non veſte qua per diem quis utitur, oſtendit Toſtatus. Ergo de paupere loquitur, qui non habet niſi unam veſtem. *Hugo* de S. Victor.

Pro pignore non accipiendam.] Non tam vetat accipere, quam jubet reddere ante ſolis occaſum. *Druſ.*

Principem populi.] Act. xxiii. ℣. 4, 5. Ἄρχοντα λαοῦ σοῦ; ſive jam ſit Rex, ſive Magiſtratus inferior. Qualia in Oriente multa nomina ſunt, quæ ſe latiſſime extendunt. Velut apud Hebræos נשיא, apud Arabes. سلطان. *Horn.*

Non increpandum.] Οὐκ ἐρεῖς κακῶς. Quod potius eſt, *non maledices.* Vtrumque Græci exprimunt verbo λοιδορεῖν. Nam & increpare ſignificat & maledicere convitiarique & probris afficere aut inſectari. *Druſ.*

Primogenita omnia.] Tam hominum quam pecudum: quorum illa redimebantur quinque ſiclis poſt trigeſimum diem, hæc manebant apud matrem ſeptem dies, die autem octavo dabantur Deo, hoc eſt, ſacerdoti Dei miniſtro. Nicolaus de Lyra, *Primogenita hominum redimebantur quinque ſiclis argenti. Dicit autem hic R. Salomo quod quilibet ſiclus valet quinque ſolidos; tamen non dicit cujus monetæ, & ideo melius videtur dicendum quod valor determinatus eſt nobis incertus, quia ſicut frequenter dictum eſt, monetæ & pondera auri & argenti multum variantur ſecundum tempora & varias regiones.* Druſius. Ne Hebræi ex nimia ſaturitate in ſuperbiam & Apoſtaſiam laberentur, præcepit Deus primitias frugum ſingulis annis offerrent. Primogenitum Aſini decollari præcepit, quod hoc permoveat ad redimendum illud. Sicut dicitur: præceptum redemtionis præcedit præceptum decollationis. *Maimon.*

Carnem à fera captam.] Θηριάλωτον, *à fera captam*, id eſt, raptam. Nam capio interdum idem quod rapio. Codex Ebræus habet, *in agro raptam.* Sed *in Oncelo*, à fera deſcerptam: & *in Hieron.* à beſtiis præguſtatam. *Caro iſta canibus projicienda erat.* Druſ.

Coitiones.] Οὐ συγκαταθήσῃ vertit, *non facies coitiones:* quod alii reddunt *non conſenties*; & alii, *non diſpones pactum*, id eſt, συνθήσῃ. Nam συνθήκη pactum. Συγκατατίθημι proprie, *ſimul pono calculum in urnam*, in eandem ſententiam deſcendo, aſſentior. Ebraice eſt, *non pones manum cum improbo.* Id ex-

ſum, aut in quacunque malitia, non eſſe faciendas. Inimici pecus errans non præteribis, ſed reduces. Si animal inimici ſuccubuiſſe oneri inveneris, erigere debebis. Innocentem & juſtum non occides. Non juſtificabis impium pro muneribus. Munera non accipienda. Advenam benigne habendum. Sex diebus opus faciendum: Sabbatho requieſcendum. Fructus ſeptimi anni non metendos, ſed pauperibus & egenis re-

explicant, ne auxilium ei præſtes, vel ne in ſocietatem cum eo coëas. *Druſ.* Falſorum teſtium judicium eſt ut fiat eis, ſicut ipſi cogitaverunt facere aliis: ſi cogitaverunt occidere, occidantur; ſi percutere percutiantur; ſi damnum inferre in pecunia, tantundem in pecunia amittant. *Rambam.*

Inimici pecus.] Bovem aut aſinum, aut aliud quodvis jumentum, ſive domeſticum animal. *Lyra.* Et quicquid proximi tui. *Lippomanus.* Præcipitur ergo amor inimici, qualem & Chriſtus exigit in Novo Teſtamento. De re inventa Domino reſtituenda, vide Grotium 11. de Iure Pacis ac Belli x.

Si animal inimici tui.] Ὑποζύγιον vertit *animal*, proprie animal ſive jumentum ſubjuge. Sed Senes peculiariter ad aſinum reſtringunt hoc loco & Exod. xx. ℣ſ. 10. item Gen. xxxvi. ℣ſ.24. Sic Matth. xxi. υἱὸν ὑποζυγίου, filium aſinæ. *Druſ.*

Innocentem & Iuſtum.] Ἀθῷον καὶ δίκαιον. Videntur ſynonyma eſſe, ſed non ſunt. Nam innocens, qui ſine culpa eſt, licet damnatus ſit à judicibus. Iuſtus vero, qui culpam habet, licet à Iudicibus abſolutus ſit. *Idem.*

Advenam benigne habendum.] Et tamen vel ejus obliti ſunt Iudæi, vel gravis illa gentilium calumnia. Tacitus v. Hiſt. *Adverſus omnes alios hoſtile odium. Separati epulis, diſcreti cubilibus, projectiſſima ad libidinem gens, alienarum concubitu abſtinent. Inter ſe nihil illicitum.*

Fructus ſeptimi anni.] Hoc præceptum datum fuit, ut terra ita deſerta tanto uberiores fructus proferat; & in gratiam ſervorum & pauperum. *Maimonides.* Hoc eſt unum ex illis præceptis, quæ extra territorium Iſraëliticum obſervare nolunt Iudæi, tametſi ex ſuperinductis majorum inſtitutis, in Ægypto, Idumæa, Terra Moab & Senaar, tum ob frequentiam in eis Iſraëlitarum, tum ob viciniam, obſervari ſolerent. *Seldenus.* Hic annus vocatur Sabbathicus, quo nec ſementem facere, nec metere, nec vindemiare licebat. Vide *Calviſ.* & alios Chronol. Inchoabatur non à menſe Niſan ſeu Martio noſtro, unde exordium ſumebat annus ſacer: ſed à menſe Tiſri ſeu Septembri noſtro, à quo civilem annum ſuum, more Ægyptiorum & aliarum gentium, Iudæi inchoabant: uti & annum ſuum Iubilæum, qui menſe ſeptimo, die decima, cum feſto expiationis, ex præſcripto Dei, inchoabatur Lev. xxv. ℣ſ.9. Ita Burgenſis, Cajetan. Scal. Torniellius, Perer. contra Abulenſem. Sed erant & alia ſeptimi Sabbathici anni privilegia. Servi omnes Hebræi, liberi reddebantur. Debita egenis remiſſa. *Tirinus.* Pauperes autem eo anno metebant id quod ex granis deciduis ſexti anni ſuccreverat, & quicquid olerum ac herbarum per ſe terra profert. Lev. xxv. ℣ſ.5. Gentiles hoc ſalubre inſtitutum

G ut &

relinquendos. Hæc fere Moiſes ad populum verba Dei retulit, altariumque ex duodecim lapidibus, ſub monte conſtituit. Ac rurſum montem, in quo Dominus conſiſtebat, conſcendit: adhibito ſecum Aaron, Nadab, & Abiud, majoribuſque natu ſeptuaginta. Sed hi non volentes Dominum intueri, locum tamen in quo Dominus ſtabat, viderunt: cujus mirabilis forma,

ut & alia, criminati ſunt. Tacitus Hiſtor. v. *Septimum quoque annum ignaviæ datum.* Horn.

Altariumque.] Ex. xxiv. Altarium ita dicitur ut exemplarium, ut lupanarium in jure civili. Vſurpat eandem vocem dial. 2. ſegm. 2. ut & Paulinus, Hieronymus, Hilarius. Prudentius etiam altar dixit. Altar, altare, altarium; ut cochlear, cochleare, cochlearium: laquear, laqueare, laquearium. *Druſ.*

Ex duodecim lapidibus.] Hiſcuni: *Duodecim lapides ſtatuit in altari, ut teſtaretur omnes eos conſenſiſſe in fœdere. Simile quid fecit Elias in monte Carmeli. Et accepit duodecim lapides, juxta numerum filiorum Iſraël.* Druſ. Ita & Abulenſis & Cajetanus, licet Maſius in Ioſuam, & alii, contrarium ſentiant. Clarum ex textu eſt, præter altarium hoc, etiam duodecim columnas, monumentum legis latæ, erectas. *Iun. Vatabl.*

Ac rurſum montem in quo Dominus, conſcendit.]Hebræi putant has Hiſtorias in Exod. xxxii, xxxiii, & xxxiv. tranſpoſitas eſſe, traditaſque Iudiciales & ceremoniales Leges ante Moralem. *Lyra.*. Verior opinio eſt, quam & authot noſter ſequitur, tria illa capita non eſſe tranſpoſita; ſed tantum duos primos verſus cap. xxxiv. qui jungendi ſunt verſiculo nono. Ita ut Moſes primo deſcenderit & promulgarit leges: deinde cum Aarone, Nadabe, Abihu adſcenderit. *Toſtat. Iun.*

Majoribuſque natu ſeptuaginta.] Qui nec iidem cum illis qui una cum Moſe Rempublicam poſtea adminiſtrarunt Num. xi. nec quos ſuaſu Iethronis Moſes inſtituit; ſed electi ſunt hac occaſione ex ſenioribus populi. Vnde & אצילי, vocantur, id eſt, *ſelecti*. Toſtatus & alii.

Non volenter.] Credo Sulpicium illa de ſuo addidiſſe, *Non volentes Dominum intueri.* Legendum eſt *non valentes*, id eſt, cum non poſſent intueri Deum. *Sigon.* Quod vehementer probo. Sic paulo poſt: *ut eum intueri populus non valeret.* Et in vita Martini: *ultra accedere non valentes.* Druſ. Erat autem communis illorum temporum opinio, talia viſa non contingere niſi jam jam morituris. Vide Iud. xiii, 22.

Locum tamen.] Ex. xxiv, 10. in edit. Græca, *καὶ εἶδον τὸν τόπον οὗ εἱστήκει ὁ θεὸς τοῦ Ἰσραήλ.* Sed in originali lingua, *& viderunt Deum Iſraël*, id eſt, gloriam Dei, ut quidem Chaldæi explicant. *Druſ.*

Cujus mirabilis forma.] Καὶ τὰ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ ὡσεὶ ἔργον πλίνθου σαπφείρου καὶ ὥσπερ εἶδος στερεώματος τοῦ οὐρανοῦ τῇ καθαριότητι. Exod. xxiv, 10. mox verſ. 17. *Aſpectus autem gloriæ Domini erat ſicut ignis vorans ſuper cacumine montis, in oculis filiorum Iſraël.* Druſ. *R. Abraham* putat hanc viſionem fuiſſe imaginariam & Propheticam. *Lyranus* & *Cajetanus* ſub ſpecie hominis viſum Deum. Sed ex textu patet nullam Dei formam viſam: ſed tantum baſin in qua ſtabat. *Toſtat. Calvin.*

Et

ma, & claritudo eximia refertur. Moiſes autem accerſitus à Domino, interiorem nubem, quæ circum Dominum ſteterat, ingreſſus, quadraginta diebus, totidemque noctibus, ibi fuiſſe traditur. Quo tempore ſuper ædificando tabernaculo atque arca, rituque ſacrificandi, edoctus verbis Dei eſt. Quæ ego, quia prolixa admodum videbantur, inſerenda huic tam præciſo operi non putavi. Sed immorante diutius Moiſe, quippe qui XL. *dies apud Dominum duceret, populus deſpera-*

ra-

Et claritudo.] Quæ ſapphirum retulit.

Interiorem nubem.] Texit eum Deus nube tanquam miniſtrum ſuum, ut exponit Maimonides. Solent enim in Synagoga operiri חזנים, qui Epiphanio Ἀζανῖται, quibus reſpondent in Eccleſia Diaconi, ferentes ærarium. Nubes hic ſignificat imbecillitatem intellectus noſtri circa divina. *Grot.* Moſes in nube, Chriſtus in gloria apparuit. *Ferus.*

Quadraginta diebus.] Ex. XXV, XXVI, XXVII, XXVIII, XXIX, XXX, XXXI. Hi XL. dies non complectuntur VI. dies quorum antehac facta mentio, quibus Moſes in monte fuit cum Ioſua. *Septimo autem die vocatus eſt ad colloquium Dei.* Beda. Priores ſex dies non jejunavit, ſed ut Ioſua, Manna edit, & aquam de monte profluentem bibit. *Toſtat.* Sed quare XL. dies jejunarit, variæ opiniones. *Ambroſ.* Tot dierum jejunio Domini in Euangelium pateſcit greſſus. Sed *non eſt quærenda ratio numeri, quia divini miraculi opus fuit.* Cajetan. Sufficit dictum *Cypriani:* Quoties aliquid à Deo obtinere conati ſunt, jejuniis incubuêre & lacrymis.

Atque arca.] Arca erat lignum cum operculo aureo, quod propitiatorium dicebatur, in cujus finibus conſurgebant duo Cherubin, & in lateribus annuli quibus arca, immiſſis vectibus, portari poſſet. In arca duæ legis tabulæ reponebantur. *Sigon.* Virga Aaronis & Manna juxtim poſita. Ex. XVI. 34. Num. XVII, 10. ut & Deut. II Chron. XXXIV, 14. Fabricata fuit ex lignis Sittim. Quæ ξύλα ἄσηπτα LXX. Σήπτα Symmach. Dioſcoridi Ζήπνον δένδρον. سنط Arabibus, ut notavit ad Cebetem Salmaſius. Cherubim fuerunt Angeli πολυμόρφοι, ſterilitatis & fœcunditatis præſides, idque in Ioſephi memoriam. Confer Ezech. I. ℣ſ. 10. & X. ℣ſ. 14. Quod illo loco eſt שור, hoc eſt, כרוב. Hæc præcipua forma: ſed videtur ei vultus fuiſſe hominis, alæ aquilinæ, leonis jubæ, quæ ſunt quatuor פנים, φάζεις Ezechieli. *Grotius.* Eadem fere R. Abraham & Aben Eſra. Sed quia dicuntur Cherubim erecti ſtitiſſe in pedes II Chron. III. ℣ſ. 13. videntur potius humanam figuram habuiſſe. *Ribera. Villet.*

Deſperato ejus reditu.] Ex. cap. XXXII. *R. Salomo* arbitratur populum exiſtimaſſe Moſen mortuum, & à Diabolo in aëre ipſis monſtratum funus ejus. Sed & hoc fabuloſum. Proculdubio variæ inter ipſos opiniones fuerunt, & plerique in mortem ejus, conjecturis ſuis, conſpirarunt. *Horn.* Idem putat Moſen prædixiſſe Iſraëlitis ſe intra XL. dies reverſurum. Ipſos autem rationem dierum conturbaſſe, initio facto ab ea die qua adſcenderit. Hinc XXXIX.

rato ejus reditu, Aaron compulit ſimulachra facere. Tunc ex metallis conflatis vituli caput extitit. Cui cum populus, Domini immemor, hoſtias obtuliſſet, vinoque ſe & ventri dediſſet, deſpectans hæc juſto dolore Deus:

die reditum ejus deſperaſſe. Sed hæc abſona ſunt: nec intra unum diem omnis hæc Idololatria & defectio fieri potuit. Probabilius, cœptam conjurationem circa xxxv. diem. *Toſtat. Lyra.*

Compulit.] Addunt Rabbini & Hurem coram eo ſuffocatum à tumultuantibus. *R. Salomo.* Sed id haud probabile prætetiturum fuiſſe Moſen, ſi in cauſa Dei occubuiſſet. Ergo & ipſe conſenſit: Sed ſolius Aaronis, tanquam præcipui, mentio fit. *Toſtat.*

Simulachra facere.] Tota hæc Hiſtoriæ pars abeſt à Ioſepho, verito, credo, Romanos offendere, qui & ſerpentem pro Æſculapio coluêre, & Apidis cultum in Ægypto probabant ac tutabantur. *Grot.* R. Salomo exiſtimat ab Ægyptiis populum ad Idololatriam fuiſſe incitatum: ſicut & Num. xi, 4. factum. Idque fieri potuit. Sed tamen Iſraëlitæ prono ſtudio in eam incubuerunt; unde & Iſraëlitis exertim objicitur à *Stephano* Actor. vii, 43. & Paulo 1 Cor. x. ℣ſ. 7. *Toſtat. Iun.*

Ex metallis conflatis.] Poſtulavit Aaron inaures ſive clenodia; ut eorum amore ipſos ab Idololatria avocaret. *Auguſtinus.* Intelligitur illis difficilia præcipere voluiſſe, ut iſto modo ab illa intentione revocaret. Sic *Toſtat. Lyra.* Sed peccatum ejus nullo modo excuſari poteſt, vel extenuari. Quod Bernardus, Ambroſius, Theodoretus, & alii faciunt, allegantes coactionem.

Vituli caput extitit.] Hoc Idolum ſecundum Ægypti ſuperſtitionem conflatum fuit. Ejus fabricatorem Alcoranus Azoara xx. & Geogr. Nubiens. parte v. Clim. 11. nominat Alſamari; & id de nomine proprio explicarunt Maronitæ. Sed Seldenus putat epitheton Aaronis eſſe السامري *id eſt,* cuſtos ſeu præfectus. Alcoranus quoque exiſtimat Vitulum fuiſſe vivum. Fuit ad ſimilitudinem Apis conflatum, ut ſentiunt *Lactantius*, de Vera Sapientia c. x. *Hieron.* ad cap. iv. Hoſ. Sed Seldenus vitulum nec Apim, nec Mnevim fuiſſe vult, ſed potius bovem deauratum, in Oſiridis ἀφανισμῷ & εὑρέσει oſtendi ſolitum. Multæ autem Rabbinorum, de hoc vitulo, fabulæ ſunt. Vt pondus ejus fuiſſe cxxv. talenta. Ex pulvere ejus, poto à Iudæis, culpæ reis natas eſſe rubras & aurei coloris barbas. De aureo vitulo, vide Seld. 1. de Dis. Syt. iv. & incomparabilem Voſſium de Idololatria.

Domini immemor.] Qui omni Idolo iis nuper interdixerat. Alias, communis Interpretum ſententia eſt, in honorem veri Dei hunc vitulum fuiſſe erectum; cum putarent feliciores fore ſi ſub externa imagine ipſum colerent.

Hoſtias obtuliſſet.] R. Salomo & Burgenſis exiſtimant vitulum hunc conflatum, fuiſſe vivum & ambulaſſe. Ejus miraculi ſtupore defixum Aaronem, altare excitaſſe Idolo. Sed hæc Iudaica fabula, quam Pſalm. cvi. ℣ſ. 20. minime probat. Clarum ex textu fit, Aaronem non tantum rogatum, ſed & impulſum, ſub mortis comminatione, aram ſtruxiſſe. *Toſtatus.*

Vinoque ſe & ventri dediſſet.] Perperam explicat *& ſedit populus bibere.* Nam certe vinum non bibebant, quod in deſerto nullum erat. Addit Scriptura, & *ſurrexerunt ludere.* Druſ. Erat autem παιδιὰ, qualem actam Ægyptiis in Apidis honorem Suidas docet. Menſis remotis ſaltabant. Quod ſcriptura *ludere* vocat. *Grot.*

Duas

Deus, improbum populum, niſi à Moiſe fuiſſet exoratus, deleſſet. Sed regreſſus Moiſes, cum duas ex lapide tabulas, manu Domini ſcriptas, detuliſſet, populumque luxui & ſacrilegio deditum deprehendiſſet, tabulas confregit: indignam eſſe gentem exiſtimans, cui lex Domini traderetur. Multis tamen increpitis

Duas ex lapide tabulas.] Quas Iudæi ex ſapphyro fuiſſe confectas credunt. *Lyra.* Nec minus ſtultum quod dicunt, quia ex lapide, ergo unam tantum fuiſſe tabulam, quæ tamen duas interdum referret. Ex uno lapide fuerunt, ſed duæ. Creatas à Deo in hunc legis promulgandæ uſum, Toſtatus probabiliter ſtatuit. Quia nimirum Exod. XXXII. ꝟſ. 16. vocantur מעשה אלהים.

Manu Domini ſcriptas.] Non per Angelum, ut Toſtatus vult; ſed ipſius Domini manu, ut recte authôr. Hanc ſcripturã fuiſſe inter opera creationis, tradunt Rabbini. *Rambam*: Annon æque vel magis admiranda cenſenda eſt Scriptura litterarum in Tabulis, quam exiſtentia ſtellarum in firmamento? Quemadmodum ergo has non per inſtrumentum aliquod in cœlo collocavit, ſed per primam ſuam voluntatem: ſic quoque ſcriptura illa ſcripta fuit per primam ipſius voluntatem, ſine aliquo inſtrumento. Noſti quod in hunc ſenſum in Miſchna legitur: decem res creatæ ſunt inter veſperas, &c. & ex eorum numero quoque eſt Scriptura Tabularum. Ex quo colligimus, extra controverſiam apud omnes ſemper fuiſſe, Scripturam Tabularum eſſe ſicut reliqua opera creationis. 1. More Nebochim. LXVI. Scriptæ autem fuerunt משני עבריהם מזה ומזה. Vnde Lyra, Toſtatus, Gallaſius & alii colligunt, fuiſſe ὀπισθογράφους. Et ſane hæc explicatio videtur convenientiſſima. Nec obſtat vox משני. Loquitur enim non de una, ſed duabus tabulis. *R. Salomo* putat ſcripturam fuiſſe tranſparentem, & utrique parti communem. Quod improbabile; cum non conſtet lapidem tranſparentem fuiſſe.

Tabulas confregit.] Quidam hoc indignationi & præcipitantiæ Moſis adſcribunt. R. Salomo ſabulam addit, ſcripturam tabularum evanuiſſe; & hinc, tanquam inutiles, à Moſe abjectas. Vna cauſa eſt quam author profert: *indignam eſſe gentem exiſtimans, cui lex Domini traderetur.* Quia ex Sapphiro, fragmina ſublegit & divendidit. Vnde & ingentes accreverunt opes. Sic Rabbini apud Lyram. Quæ impia commenta ſunt. *Toſtat.*

Increpitis.] Suſpicor initio ſcriptum fuiſſe à Sulpicio, *multis tamen increpitos Levitas. Is cum deprehendiſſet Iudæos gentilium connubiis permiſtos, multis increpitos, renunciare hujuſmodi matrimoniis jubet.* Plenum eſſet, *multis verbis.* Sed quæri poteſt cur increpuerit Levitas, quos extra culpam fuiſſe, in hoc quidem peccato, multi putant, in queis R. Salomo. An quia populo permiſerunt adorare vitulum? nam impedire debuiſſent quovis modo. Quidam cenſent ex Levitis aliquos culpæ affines fuiſſe. Id colligunt ex verbis illis, Exod. XXXII. ꝟſ. 29. *conſecraviſtis manus veſtras hodie Domino, quiſque in filio ſuo & in fratre ſuo.* Tum etiam, quia Aharon vitulum ipſum fudiſſe legitur. Nam quid mirum ſi Levitæ peccarint, cum etiam Aharon, princeps eorum, non abſque peccato fuiſſe deprehendatur? Sed hac de re alii aliter: fruatur quiſque judicio ſuo. *Druſ.* Sed non opus hac correctione. Ad populum

crepitis, Levitas ad ſe aggregavit, eiſdemque præcepit, ut diſtrictis gladiis populum cæderent. Quo impetu XX *tria millia virorum perempta traduntur. Tum Moiſes tabernaculum extra caſtra conſtituit: quod quotiens fuiſſet ingreſſus, columna nubis aſtare pro foribus viſebatur, coramque ad Moiſen Dominus loquebatur. Poſcente autem Moiſe, ut Dominum in ma-*

pulum enim refertur illud: *multis prius increpitis.*

Levitas.] Quos in univerſum ab hujus peccati contagio eximunt R. Salomo & Toſtatus. Sed certum eſt ex textu, multos Levitarum cum Idololatris cæſos Ex. XXXII. ℣ſ. 29. adeoque, non omnes innocentes fuiſſe, ſed exemplum Aaronis ſecutos. *Lyra. Iun.*

Populum.] Non omnes abſque diſcrimine, ſed noxios. Quos agnitos Aben Eſra vult, ex inflatis ventribus, cum aquas pulvere aſperſas potaſſent. Sed hoc incertum & fabuloſum. Verior Calvini ſententia: *Minime Levitas latuiſſe, quinam primi eſſent perverſi conſilii duces.*

XXIII. *millia.*] In libris Ebræorum, *tria millia* tantum. Sed & in Græcis, εἰς τρισχιλίους ἄνδρας. Latina exemplaria mire variant. Quædam habent, *quaſi triginta millia*: alia, *quaſi viginti tria millia*: alia, *quaſi tria millia*, videlicet Biblia regia, & novem manuſcripta præter Rabbanum. *Druſ.* Quidam putant in Ebræo textu tantum numerari præcipuos cæſorum. R. Salomo IIIcIↄ. à Levitis cæſa vult: cæteros aliis modis periiſſe. Sed hæc gratis dicuntur. Latini Codices corrupti ſunt. *Villet.*

Tabernaculum extra caſtra.] Haud dubie Sulpicius fuit in eorum opinione, qui per tabernaculum Exod. XXXIII. ſacrum illud, quod Deus fieri præceperat, intelligunt. Sic Rupertus, Calvin. alii. Cui opinioni repugnat, tum tempus: quia ſactum tabernaculum nondum erat, Exod. XXXV. tum locus: quippe in mediis caſtris, non extra ſitum. Ergo peculiare tabernaculum intelligitur, quod pro cultu Dei ad tempus excitatum. *Toſtatus.* Et quidem extra caſtra, ut ſcirent Deum ab ipſis abalienatum. *Simler.* Fuit remotum à caſtris, non duodecim tantum cubitos, ut *R. Salomo*, ſed mille, ut *Iunius*, vel bis mille, ut *Villetus* vult.

Columna nubis.] Toſtatus duas nubes fuiſſe vult, unam quæ caſtris, adverſus tempeſtates tegumento eſſet. Alteram ſpecie columnæ, qua proficiſcentibus viam indicaret. Idque ex Num. XIV, ℣ſ. 14. probat; ubi tamen non diverſæ nubes, ſed diverſa unius commoda deſcribuntur.

In majeſtate propria.] *Oſtende mihi faciem tuam*, id eſt, δόξαν, ut quidam Græci. Sed in Ebræo eſt, *Fac mihi notam viam tuam*: quod Rabbini de proprietatibus divinis interpretantur, quas מדות vocant, ſed locus oſtendit agi hic de modo quo Deus cuncta gubernat, quem imitari volebat Moſes. *Grotius.* Quod Ebræus dicit, *oſtende mihi gloriam tuam*, id Græcus extulit ἐμφάνισόν μοι σεαυτόν, *Oſtende mihi te ipſum.* Libri tamen variant. Nam in aliis, δεῖξόν μοι τὴν σεαυτοῦ δόξαν. & apud S. Auguſtinum, *oſtende mihi gloriam tuam.* Locus eſt Exod. XXXIII, 18. Hanc gloriam Sulpicius majeſtatem propriam appellat. Infra *facies* vocatur, à noſtro *forma*, quam ajunt ſignificare veritatem eſſentiæ ipſius, quam nemo unquam aſſequi potuit. *Druſ.*

Formam

majeſtate propria videret: reſponſum, Formam Dei mortalibus oculis perſpici non poſſe, poſteriora tamen ejus videre conceſſum: Tabulæque, quas Moiſes prius confregerat, refectæ. Sed in hoc colloquio Dei, XL *diebus diverſatus apud Dominum Moiſes traditur. Cumque de monte deſcenderet; tabulas præferens, tanta claritudine facies ejus renidebat, ut intueri eum populus non valeret. Sed cum mandata Dei relaturus eſ-*

Formam Dei mortalibus oculis perſpici non poſſe.] Quia immenſa & incomprehenſibilis. Confer Iud. VI, ℣ſ. 23. & XIII, ℣ſ. 22. *Pauſanias* Phocide: τὸ ἔπος οὖν ἀληθεύειν ἔοικε τοῦ Ὁμήρου, σὺν οὐδενὶ αἰσίῳ τοὺς θεοὺς τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν ἀνθρώπων ἐναργῶς ὁρᾶσθαι. *Callimachus:*

Κρόνιοι δ' ὧδε λέγονται νόμοι
Ὅς κε τιν' ἀθανάτων, ὅκα μὴ θεὸς αὐτὸς ἕληται
Ἀθρήσῃ, μισθῷ τοῦτον ἰδεῖν μεγάλῳ.

Poſteriora tamen ejus.] Perſuaſum id genribus cunctis. Homerus Ἰλ. Γ.

Ἴχνια γὰρ μετόπισθε ποδῶν ἠδὲ κνημάων
Θεοῦ ἔγνων ἀπιόντος.

Servius ad illud x. Æneid. Pone ſequens. *Hoc quidam ideo dictum tradunt, quod adverſa videri nolunt.* Vnde Ecloga VIII. Nereſpexeris. In Fuldenſi Codice ad II. Æn. *Abſceſſu plerumque numina demonſtrantur fuiſſe, cum ſubito apparere deſierint.* Certum eſt exhibitam oculis Moſis aliquam viſionem. *Calv.* Ervero ſimillimum, Deum humana effigie ſe ſpectandum ipſi exhibuiſſe. *Oſiander.*

Tabulæque refectæ.] Exod. XXXIV. R. Salomo ex illis verbis פסלך commentum ſuum de tabulis Sapphirinis repetit; & Moſen, cæſo in tabulas Sapphiro, ex fragminibus ditiſſimum evaſiſſe nugatur. *Lyra.*

Tanta claritudine facies ejus renidebat.] LXX. ὅτι δεδόξασται ἡ ὄψις τοῦ χρώματος τοῦ προσώπου αὐτοῦ. Quia vox קרן unde קרן, cornu, radiare etiam ſignificat. Favet huic Græcæ inrerpretarioni Paulus II Cor. III, ℣ſ. 8. ubi δόξαν προσώπου, nominat. Nihil tamen eſt quod veret credere, radios illos ſurrexiſſe in cornuum ſpeciem, indeque factum ut Mnevos, qui apud Ægyprios cum cornubus colebatur, ipſi Aben Eſdræ ad Caput II. Exod. non alius credatur à Moſe, ſicur & Iuſtinus Martyr, aur quiſquis eſt author admonitionis ad Græcos, ubi in Diodoro Siculo μνεύην poſuit Moſen. Nimirum Moſes alrer erat Ioſephus, populi paſtor. Ioſephus autem bovis figura ac nomine ſignificarus. Videtur autem Deus, cum in Moſe hoc præſtitit, reſpexiſſe ad vituli cultum. Quaſi diceret: vultis aliquid ταυρόμορφον? Habete, & experimini an facere poſſitis. Apud Macrobium I. Saturn. XXI. *Apud Heliopolin taurum Soli conſecratum quem Neton cognominant.* Lege Mnevin. *Grot.* Ex Latina verſione, Chriſtiani cornua Moſi affinxerunt, quæ Alkutanus, cætera nugarum feraciſſimus, ignorat, & Iudæis pictores noſtri ludibrium propterea debent. *Schickardus.* Ridiculam cujuſdam Rabbini opinionem, qui ob XL. dierum jejunium, oſſa faciei Moſis, velut acuta cornua prominuiſſe exiſtimat, *Toſtatus* refert.

eſſet, vultum velamento obtexit, atque ita ad populum verbis Domini locutus eſt. Hoc in loco, tabernaculi interiorumque ejus ædificatio refertur. Quo conſummato, nubes ſuperne decidit, atque ita tabernaculum obumbravit, ut ipſum Moiſen aditu excluderet. Hæc fere duobus libris, Geneſi atque Exodo, continentur.

Exin Leviticus liber ſequitur, in quo litandi præce-

Velamento obtexit.] Καλύμμα. Velamen erat, quod Ebræi מסוה vocant. Interpres Ieroſolymitanus Sudara nuncupat: unde forte ſudarii vox: quanquam ſignificatio diverſa. Hoc velamento uſus eſt cum ad populum verba faceret, proptet ſplendorem vultus ejus, quem ferre non valebant: idemque abſtulit, quando cum Deo loquebatur. Ex. xxxiv. in extremo. *Druſ.* Sunt qui putent hos radios tota vita Moſi adhæſiſſe, ac quoties populo loqueretur, faciem velaſſe. *Abulenſ.* Sic Ambroſius: *Quamdiu Moſes vixit, & alloquebatur populum, velamen habuit in facie.* Sed hanc opinionem alii rejiciunt, & ad tempus tantum duraſſe volunt. *Villet.*

Locutus eſt.] Exod. à cap. xxxv. ad xl.

Tabernaculi.] Quod vocatur Tabernaculum conventus, vel potius rentorium, id eſt, Ohel. Nam tabernaculum משכן dicitur. Sed interpretes iſta confundunt. Senes vocant τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου, tabernaculum teſtimonii, (אהל העדות vocatur Num. 17, ỷſ. 8.) Eduth cum Moed confundentes. *Druſ.* Tabernaculum opus fuit ex lignis, mobile, inſtar templi, cujus ingreſſus erat ab Oriente. Locus autem Orationis qui Sancta Sanctorum dicebatur, ab Occidente: & ante Sancta Sanctorum erat velum, & ara thymiamatis. In atrio altare holocauſti & labrum. In Sancto Sanctorum arca fœderis, quæ velo obducebatur. *Sigon.*

Interiorumque ejus.] Quæ ſunt arca, menſa, candelabrum, altare thymiamatis, altare holocauſti, labrum æneum, atrium tabernaculi, pontificalia ornamenta & alia à Deo mandata. *Druſius.*

Moſen aditu excluderet.] Nubes obumbrans tabernaculum, Moſen ab aditu excludebat: ſtans ſupra tabernaculum, eundem admirrebat. Quoties vero recedebat, ſimul Iſraëlitæ caſtra movebant, dum ea conſiſteret. Nam ducem viæ nubem habebant interdiu, noctu vero præcedebat eas columna ignis. *Idem.*

Geneſi.] Qui Ebræis *Breſith*, à prima voce. *Geneſis* vocatur, quod mundi geneſin & originem contineat. Sunt etiam qui librum recti Geneſin interpretentur, ut ſit, *recti*, pro rectorum ſive juſtorum. Nam rectum in metaphora idem quod juſtum eſt. *Idem.*

Exodo.] Qui Ebræis *Smoth* & Veelle Smoth, id eſt, *& hæc ſunt nomina.* Nam ita incipit apud eos. *Idem.*

Leviticus.] Hic liber ab Ebræis *Vaicra* nuncupatur, & liber ſacerdotum, id eſt, ספר כהנים. Leviticus autem ideo à Græcis dicitur, quia Levitarum, quibus ſacra miniſteria tradita erant, officia complectitur. *Druſ.* In hoc libro Deus Moſen docuit rationem ſacrificiorum, quæ fuerunt oblationes, Holocauſtum, Pacifica, ſacrificium pro peccatis ſcienter & non ſcienter admiſſis, ſimulque quia lege & ritu unumquodque ſacrificium eſſet faciendum. *Sigon.*

Litandi.] Id eſt, ſacrificandi. *Idalit*

cepta traduntur, mandata etiam latæ ſuperius legis adduntur, plena omnia ſacerdotalibus inſtitutis. Quæ ſi quis cognoſcere volet, perfectius inde capiet. Nos enim ſuſcepti operis modum cuſtodientes, ſolam hiſtoriam perſequimur.

Igitur Levi tribu in ſacerdotium ſegregata, reliquæ tribus dinumeratæ, repertaque hominum IↃ C & III CIↃ. *Cum ergo populus mannæ cibo ut ſupra retulimus, uteretur, tot tantiſque beneficiis Dei, ut ſemper, ingratus, viles, quibus in Ægypto aſſueverat, dapes de-*

lis litaverunt: idola eis ritu gentium ſuarum, quibus litaverat, conſtituit. Vaccam auream, in Bethel, alteram apud Dan conſtituit, quibus populus litaret. In his locis omnibus *litare* poſuit pro ſacrificare, cum proprie ſit ſacrificio facto Deum placare. *Druſ.*

Plena omnia ſacerdotalibus inſtitutis.] Rabbini dicunt Salomonem ſciviſſe cauſas omnium præceptorum, excepto illo de vacca rufa. *Rambam.* Quem rationes harum legum reddentem, in More Nebochim vide.

Levi tribu in ſacerdotium.] Num. I. & ſeqq. Soli Aharonitæ ſacerdotio fungebantur. Aharonitas voco poſteros Aharonis, qui ex ipſo genus ducebant: quibus reliqui Levitæ in templo miniſtrabant. Hi peculiariter Levitæ vocantur, ut alii ſacerdotes, licet ambo eundem autorem generis haberent. Siquidem Aharon quoque ex filiis Levi erat. Aut ſacerdotii vocabulo etiam Levitarum munus comprehendit. Sane Samuelem ſacerdotem appellat, cum Levita tantum eſſet. *Druſ.* Tranſlato in Aharonem ſacerdotio ſummo, Moſes Princeps populi & ſummus Propheta ac legiſlator manſit; & ſummam quoque in rebus ad ſacerdotium ſpectantibus, prærogativam retinuit. Quæ cauſa eſt cur Rabbini tradant, per cunctos annos quos in deſerto tranſegêre Iſraëlitæ, Moſen ſummi ſacerdotii ſeu Pontificatus munus tenuiſſe. *Semoth Rabba*, Paraſch. XXXVII. Tum temporis anteriorum ſeculorum ſacerdotium, hoc eſt, primogenitorum jus ſacrum deſiit. Vide Seldenum de ſucceſſ. in Pontif. Ebræorum.

Dinumeratæ.] Id eſt, in tabulas publicas retulerunt eorum origines. LXX. ἐπηξονοῦσιν voce Attica. *Grot.*

IↃ C & III CIↃ.] Omiſit minorem numerum. Nam in editione Græca, ἑξακόσιαι χιλιάδες καὶ τρισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι καὶ πεντήκοντα: & in Latina, *ſexcenta tria millia quingenti quinquaginta.* Sic etiam codices Ebræi. *Druſius.*

Viles, quibus in Aegypto aſſueverat, dapes.] Cucumeres, pepones, porri, cæpe, allia. Num. XI. Ioſeph. III, 12. Hujus ſeditionis authores fuerunt vulgus promiſcuum, quos Græci ἐπιμίκτους vocant: qui ſimul ex Ægypto egreſſi, vel ſe in via adjunxerant Iudæis. *Grot.* Factum hoc non anno XL. ſed ſecundo poſt exitum. Nam contigit mox ab egreſſu ex Sina. Inde autem egreſſi anno ſecundo, menſe ſecundo. Rurſum hoc murmur contigit ob Manna. Manna autem cœpit dari anno primo. Ergo paulo poſt illud, puta anno ſecundo,

deſiderabat. Tum Dominus immenſam copiam coturnicum caſtris intulit : quas cum avide dirimperent, primoribus labiis admotis carnibus, interibant. Magnaque eo die clades in caſtris fuit, adeo ut XX & III *virorum millia periiſſe tradantur. Ita populus eo, quem deſiderabat, cibo punitus eſt. Inde promotum agmen, & in Faran ventum eſt : edoctuſque à Domino Moiſes, vicinam eſſe terram, cujus poſſeſſionem eis promiſerat Dominus. Exploratoribus in eam miſſis, renunciatur, felicem omni copia eſſe regionem : ſed gentes*

cundo, murmur hoc contigit, cum ex continuo eſu eſſe illud faſtidire inciperent. *A Lapide.*

Labiis admotis carnibus interibant.] Id eſt, carnibus coturnicum, quibus minime aſſuerant : unde fortaſſe morbi, quos deinde mors conſecuta, Deo ita volente punire inordinatam eorum appetentiam. Quanquam dubitari poteſt ſintne mortui ex cibo illo inſolito, an vero Deus alia plaga eos affecerit, propter inordinatum appetitum carnium, præ quibus dulciſſimum manna contemnebant. *Druſ.* Verſæ enim ſunt εἰς χολέραν, ut LXX. εἰς ἀπεψίαν, & Symmachus vertunt. *Tertullian.* Vſque ad cholotam ortygometras cruditando. Et hinc loco nomen קברות התאוה. Καβρώθαβα Ioſepho, ὅ ἐστι ἐπιθυμίας μνημεῖα, ſepulcra concupiſcentiæ. *Horn.*

In Faran ventum.] Ex Haſeroth, quæ XIV. ſtatio, ventum in Faran, deſertum vaſtiſſimum, in quo deinceps ſequutæ fuere manſiones uſq; ad XXXIII. *A Lapide.* Atque ex hac commoratione Moſis in deſerta Arabia, gentiles fabulam ſuam de Libero exornavere, quem itidem in Arabia educatum volunt, & quidem in monte Nyſa, qui per μετάθεσιν literarum Sina eſt. *Voßius.*

Exploratoribus.] Num. XIII. Duodecim pro numero tribuum, in queis Ioſua & Chaleb. Reliquorum nomina invenies, Num. XIII. Hi ab Ebræis מרגלים vocantur, erantque primores tribuum ſuarum. *Druſ.* De exploratoribus vide Grot. III. de Iure Pacis ac belli IV.

Felicem omni copia regionem.] Quod vel ex palmite abſciſſa cum uva ſua colligere erat. Quæ ingens fuit, adeo ut ponderis cauſa neceſſe fuerit à duobus deferri. Sic Philo exiſtimat, imo arbitratur his pondere defeſſis, bajulos ſucceſſiſſe alios atque alios. *Libro* de vita Moſis. Sed metuo ne καθ' ὑπερβολὴν iſta dixerit Philo. Vel ſi ſic alios aliis ſuccedere opus erat, id credo fuerit non tam ob pondus uvæ, quam ob vectis moleſtiam & longitudinem viæ. *Voßius.*

Gentes validas.] Quales erant Amorræi & Enacimi generis gigantes. De Amorræis Amos propheta, *robuſtus eſt ut robora.* Druſius. Filii Enac, Græcis Inachidæ. Eos enim antiquiſſimis temporibus ab oriente in Græciam veniſſe conſtat. *Grot.* Et hinc fabulæ illæ Græcorum, de Gigantibus, & pugna eorum : de Libero, Hercule, & aliis Heroibus, qui non alii fuerunt quam Moſes, & Ioſua, ut Magnus Voſſius prolixe oſtendit in opere de *Idololatria.*

Mu-

tes validas, & munita ingentibus muris oppida. Quod ubi populo compertum, magna mentes omnium formido inceſſerat: eoque mali ventum, ut ſpreto Moiſi imperio, ducem ſibi conſtituere pararent, cujus ductu in Aegyptum reverterentur. Tunc Ieſus & Chaleb, qui inter exploratores terræ fuerant, conſciſſis veſtibus flentes, populum obteſtantur, ne exploratoribus credant, formidoloſa referentibus: ſe quoque una cum his fuiſſe, nihil metuendum in ſolo illo reperiſſe: promiſſis illos Dei confidere oportere, hoſtes prædæ potius

Munita ingentibus muris oppida.] Quas per hyperbolen dicebant muratas fuiſſe in cœlum. Haud dubie munitiſſima per Chananæam oppida. Ioſeph. Πόλεις καρτερὰς τείχεσι, καὶ περιβόλων ὀχυρότητι. Facile autem hæc in immenſum ab exploratoribus aucta, apud timidos, diuturna ſervitute, Hebræos prævaluerunt. *Horn.*

Cujus ductu in Aegyptum reverterentur.] Bernhardus: *Filii Iſraël corde redierunt in Aegyptum, quia corpore reverti prohibebantur.* Ioſephus: Δι' εὐνοίας ἔχοντες καταλεύσαντες τόν τε Μωϋσῆν καὶ τὸν Ἀαρὼν, ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον ὑποστρέφειν. Mira ipſorum ſtoliditas. Redire enim ipſis impoſſibile per deſertum illud. *Abul.*

Tum Ieſus.] Qui & Ioſua, ſive Iehoſua, prius Hoſea nominabatur. Ioſua & Iehoſua, & Ionathan, & Iehonathan. Sic Ioſeph, & Iehoſeph. Dicitur & Hoſe, unde in editione Græca Auſe, quod aſpirandum ut ſit Hauſe. Patrem habuit Nun, qui corrupte Nave vocatur in eadem editione, Nun, Naun, Nave, V cum N permutata. *Druſ.* Non ergo Ieſus & Ioſua diverſa nomina, ut volunt Galatinus, Pagninus, Ianſenius, & alii; ſed unum plane ac idem. Et ab eo Gentiles Iovem & Minervam Soterem, Deam Salutem, Minervam Soſpitam, & ſimiles Deos deduxere. *A Lapide.*

Chaleb.] Ex tribu Iuda, filius Iephonne, Ioſ. 14. Num. 13. Heſron 1 Paralip. 2. Sed alius videtur. Aut Heſron, id eſt, חצרן, ejus avus fuit. Quippe nepotes etiam filii vocantur. Cenisæus Ioſ. 14, 7. perperam Caleb in libris Latinis. *Druſ.* Caleb fidus Moſis ſocius. Moſes gentilium Liber. Ei canem ſocium dederunt. Origo fabulæ ex vocabuli כלב ὁμωνυμίᾳ. Cujus generis multa exempla. Sic dixere Cyrum canis ubera ſuxiſſe, quia ejus nutrix dicebatur Σπακὼ, quod Medis canis. Romulus à lupa altus, quia nutrix lupa, id eſt, meretrix. Liberi igitur ſocius canis, quia *Caleb* ſignificat canem. *Voſſius.*

Conſciſſis veſtibus.] In luctu veſtes conſcindere, lacerare comas, atque immundo pulvere perfundere, apud varias gentes in uſu. Virgil. XII.

——It ſciſſa veſte Latinus
Canitiem immundo perfuſam pulvere turbans.

Iuſtinus XXIV. *Sciſſa veſte, & crinibus ſparſis in exilium abit.* Sueton. in Cæſare. *Pro concione fidem militum flens, & veſte à pectore deſciſſa, imploravit.*

Flentes.] Hoc ex ingenio, non ex fonte ſacro promſit. *Druſ.*

Hoſtes prædæ potius.] Expreſſit verba quæ

tius quam exitio fore. Sed gens indomita, ſanis conſiliis male renitens, in perniciem eorum ferebatur. Queis rebus commotus Dominus, partem populi hoſtibus cædendam objecit. Exploratoribus interfectis ad vulgi formidinem, ſecuta eſt eorum contumacia, qui ſe Dathan & Abiron ducibus, adverſum Moiſen & Aaron erigere conati ſunt. Sed eos vivos hiatu ſuo ter-

quæ habentur Num. xiv, ℣ſ. 9. *quia panis noſter ſunt.* Druſ. Tradunt Ebræi ſub hoc tempus in Chanaan mortuum eſſe Iobum, cujus precibus, dum viveret, placatus Deus, pepercerit Chananæis. Domus autem & ſepulcrum ejus fuit in Trachonitide. *Hieronymus. Abulenſis. Voſſius.*

In perniciem eorum.] Prætulerim, *in perniciem ſuam.* Druſ. Imo in perniciem Ioſuæ & Chalebi, nec non Moſis & Aaronis.

Exploratoribus interfectis.] Qui ſeditionis authores, decem numero.

Partem populi hoſtibus cædendam objecit.] Pervenerant jam Hebræi in Rethma & Cades, nec quicquam inter ipſos & Chananæam, præter Idumææ montes. Per eos cum præ impatientia, nimii & deſperationis & audaciæ, penetrarent, à Chananæis & Amalekitis cæſi & deturbati ſunt. Nec fugæ & cladis modus, donec Hormam perveniſſent. Num. xiv. ℣ſ. 44. 45.

Contumacia.] Num. xvi. Hujus ſeditionis cauſa fuit clades à Chananæis accepta. Tanta autem & tam immanis fuit, ut Ioſephus ſcribat, στάσις αὐτοὺς, οἵαν οὐκ ἴσμεν, οὔτε παρ' Ἕλλησιν, οὔτε παρὰ βαρβάροις, γενομένην, κατέλαβεν. iv, 1. Apud quem originem hujus tumultus & progreſſum vide cap. ii, iii.

Dathan & Abirom ducibus.] Num. xvi. Dux præcipuus erat Core, qui putatur pontificatum ambiiſſe. Dathan autem & Abirom offenſi erant propter jus primogenituræ, ut vulgo creditum, quod ademptum illis, datum erat filiis Ioſeph. His ſocium jungebat quidam On, filius Pheleth, de filiis Ruben. Ἀβειρὼν cum *n* in fine: ſed ſcribendum Ἀβειρὼμ, ex libris Ebræis, id eſt, Abirom, cum *m* in extremo. *Druſius.* Rubenitæ concoquere non poterant, Rubeni, ut Iacobi primogenito, ablatum jus ſacerdotii. *Grot.*

Aaron.] Hic eſt gentilium Horus, Oſiridis & Iſidis filius. *Sanford.* Quod non omnino probat Voſſius. Cui tamen altera ejus conjectura apprime placet, Μαίρων gentilium, cujus Nonnus in Dionyſ. meminit, eſſe Matiam, Liberi, hoc eſt Moſis, ſororem.

Vivos hiatu ſuo terra abſorbuit.] Numer. xvi. Ducenti & quinquaginta viri igne abſumti, corpore integro. Et hinc Hebræi morem derivarunt, ut ubi pœna ignis eſt in lege, plumbum fervens damnato in os funderent, quo intus uſtus periret. *Grot.* Parvuli etiam, licet innoxii, abſorpti ſunt. Excipe tamen filios Core, de quibus dicitur cap. xxvi, 10. *Et factum eſt grāde miraculum, ut pereunte Core, filii non perirent.* Quia patris rebellioni non conſenſerant. Vnde miraculo factum, ut tabernaculo abſorpto, penduli in aëre hærerent, quoad terra ſub pedibus eorum rurſum coiret & hiatum concluderet. Vnde cap. xxvi, 58. familia Core, quaſi ſuperſtes, inter Levitas numeratur: atque hi filii Core poſtea ſancti habiti ſunt inter Levitas, Pſalmoſque plures vel compoſuerunt,

terra abſorbuit. Nec multo poſt, totius populi in Moiſen & Aaron orta ſeditio eſt, adeo ut tabernaculum (quod erat nefas, niſi ſacerdotibus, introire) irrumperent. Tum vero catervatim in eos graſſata mors eſt: momentoque omnes interiſſent, niſi Moiſi precibus placatus Dominus, cladem avertiſſet. Numerus tamen peremptorum, ſeptingenti & XIV *millia fuit. Nec multo poſt, ob aquæ penuriam, ut jam ſæpius, populi ex-*

ſuerunt, vel decantarunt, qui etiamnum eorum nomine inſcribuntur, ut patet Pſalm. XLI. XLIII. LXXXIV. LXXXVI. & I Chron. XXIV. *A Lapide.* Illi autem qui abſorpti, deſcenderunt vivi in infernum, שאלה. Quod Abulenſis de ſepulcro accipit. De loco damnatorum Epiphanius, Hieronymus, Beda. Ambroſius Epiſt. LXXXII. *Immugiens terra in medio plebis ſcinditur, aperitur in profundum ſinus, abripiuntur noxii, & ita ab omnibus mundi hujus ablegantur elementis, ut nec aërem hauſtu, nec cœlum viſu, nec mare tactu, nec terram contaminarent ſepulcro.* An autem vivi pervenerint in infernum, ambigitur. Scriptura ita loqui videtur: וירדו חיים. Quod tamen de actu inchoato, non perfecto, intelligi poteſt. *A Lapide.* Putarim, quemadmodum Deus vitæ æternæ exemplaria viva extare voluit, Enochum & Eliam: ſic & pœnarum infernalium in his quos abſorpſit terra. *Horn.*

Nec multo poſt.] Num. XVI.

Quod erat nefas niſi Sacerdotibus introire.] Tabernaculum tres partes habebat, quarum intima vocabatur Sanctum ſanctorum, quod ſolus Pontifex ingrediebatur ſemel in anno. Media Sanctum dicebatur. Extrema erat atrium quod fas erat ingredi omnibus Iudæis. Hoc ætas poſterior diſtinxit in duas partes, quarum una dicebatur atrium, virorum, alterum atrium fœminarum, quod in eo ſolæ fœminæ apparerent. *Druſius.*

Irrumperent.] Expreſſit verba illa editionis LXX. *καὶ ὥρμησαν ἐπὶ τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου.* Hic Ebræus habet ויפנו, *& reſpexerunt ad tabernaculum conventus.* Sed Hieronymus ad Moſen & Aharonem retulit, interpretans, *fugerunt ad tabernaculum federis.* Druſ.

Catervatim in eos graſſata mors eſt.] Hæc plaga fuit ignis. An corpora horum fuerint per ignem plane conſumta, & in cinerem redacta, ut vult *Abulenſ.* an vero tantum ambuſta, non liquet. Neutrum enim exprimitur in textu.

Nec multo poſt.] Factum hoc in Cades, poſt obitum Mirjam ſororis Moſis. Num. XX. Deſertum vocatur צין. Quod eſt aliud à Sin סין, in quo Manna pluere cœpit, ut ex diverſa nominis ſcriptione patet. Hæc fuit VIII. illa XXXIII. ſtatio. Cades & Faran authori Pheſichthæ idem ſunt. Potius vicina loca erant. Cades ab Onkelo Recan vocatur. *Druſ.* ad Num. Hæc autem contigerunt anno XL. ab exitu. Nam Moſes tantum deſcribit geſta trium annorum in deſerto, videlicet duorum primorum, ab Exod. XXII. hucuſque, & XL. ſive ultimi, ab hoc capite & deinceps. Reliquos XXXVII. annos intermedios ſilentio obvolvit, forte quod nihil memorabile in iis contigerit. *Abulenſis.* Cades autem hæc non eſt eadem cum Cadesbarne, ut Abul. Maſius, Druſius volunt, quæ XV. ſtatio, & in auſtrali limite Chananæorum: ſed alia, in finibus Idumææ, non procul à

exorta ſeditio eſt. Tunc Moiſes à Domino monitus, ut petram virga feriret, familiari ſibi experimento (ſiquidem id jam ante feciſſet) ſemel atque iterum petram percuſſit, atque ita aqua effluxit. In quo quidem notatus à Domino Moiſes refertur, quod per diffidentiam, non niſi iterato ictu, aquam eduxerit. Denique ob hoc peccatum, promiſſam ſibi terram non ingreſſus eſt, ſicut inferius oſtendam. Igitur Moiſes ex eo loco promovens, cum præter Edom agmen educere pa-

mari rubro. Nam ab Aſion Gaber venerunt Hebræi in Cades, inde in montem Hor. Hieron. *Cades eſt urbs in deſerto, juxtá civitatem Arabiæ, quæ dicta eſt Petra.* Aben Eſra: *Cades nomen urbis, Cadesbarne nomen deſerti.*

Ob aquæ penuriam.] Num. xx. Diligenter loca itineris ex Ægypto deſcribuntur, ne quis forte exiſteret, qui ea loca aut frugifera, aut aquoſa fuiſſe diceret, ac ſic miraculorum vim eluderet. *Grot.* Hebræi, & nominatim R. Salomo tradunt, propter Miriam datum fuiſſe à Deo Iudæis puteum aquæ, qui eos præcéderet, ubicunque conſiſterent: propter Moſen Manna: propter Aaronem columnam nubis. Hinc iis mortuis ea defeciſſe, & Hebræos impugnatos fuiſſe ab Arad, cum videret ſubtractum eſſe Hebræis puteum. Sed hæ ſunt fabulæ. Certum enim eſt nec columnam, nec manna defeciſſe in morte Aaronis vel Moſis, ſed diu poſt, cum Hebræi jam ingreſſi eſſent Chananæam. *A Lapide.*

Semel atque iterum.] Paulo poſt: *In quo notatus à Domine Moſes refertur, quod per diffidentiam non niſi iterato ictu aquam eduxerit.* Alia eſt hæc petra, & percuſſio, ab illa Exod. xvii. Illa enim in Raphidim, juxta Sinai, anno ſecundo; hæc in Cades, anno xl. contigit. *Eſtius.*

Notatus à Domino.] Ob ἀπιστίαν. Quam non tantum dubitatione interna, ſed etiam aliquo ſigno externo, prodiderat. Ἀπιστία hæc conſiſtit, eo quod petram, quaſi ambiguus de ſucceſſu, bis percutit. Deinde, quod aliam, quam Dominus deſignarat, petram. Denique quod non petræ loquitur, ut juſſus, ſed populo. In ſumma, dubitavit an Deus populo toties rebelli aquam dare vellet. *Auguſtin. Rupert. Cajetan.* Alii.

Ob hoc peccatum, promiſſam ſibi terram.] Grave igitur peccatum hoc Moſis, nec cum Auguſtino xvi. contra Fauſtum. 16. extenuandum. Moſes autem promiſſam terram ingreſſus eſt, ſed non illam quæ trans Iordanem, ſita, & decem tribubus promiſſa fuit, cujus termini circumſcribuntur Num. xxxiv. *Abulenſ.* Peccatum autem hoc ei commune fuit cum *Aharon*, qui etiam propterea eandem pœnam ſuſtinuit. *Druſ.*

Aqua effluxit.] Quæ ab hoc eventu dicta מריבה, id eſt, jurgii aut contradictionis. *Moſes.*

Præter Edom.] Id eſt, Idumæam. Supra, *præter terram Philiſtim.* Sic Livius, *præter Caraliten amnem agmen ductum.* Sic, *præter mœnia ipſa fluere.* Druſ. Idumæi, à mari Erytheo profecti in regionem Tyri ac vicinam. Solin. cap. xxii. Et hinc ortum nomen Φοινίκων. Idem enim eſt Φοίνικες ac ἐρυθραῖοι.

Nam

pararet, miſſis ad regem legatis, tranſeundi copiam popoſcit, ob jus ſanguinis bello abſtinendum ratus. Etenim gens illa Eſau progenies erat. Sed rex ſupplices aſpernatus, tranſitum negavit, paratus armis contendere. Tum Moiſes in Or montem iter convertit, vetita

Nam φοῖνιξ idem ac ἐρυθρός. Ergo Tyrii ab Idumæis, & originem, & nomen traxere. *Voſſius.* Μετὰ πάσης τῆς ϛρατιᾶς, ἐπὶ τοὺς τῆς Ἰδουμαίας ὅρους ἦλθε. Ioſeph. 1 v, 4.

Agmen educere pararet.] Modus movendi caſtra hic erat: Vexilla in caſtris Iſraëlitarum quatuor erant, Iudæ, Rubenis, Ephraimi & Dani. In vexillo Iudæ erat leo, Rubenis homo, Ephraimi bos, Dani Aquila. Cæteræ tribus ad hæc vexilla referebantur. Quum videbant nubem adſcendentem ſacerdotes tubis & clavis ibant, & proficiſcebantur caſtra Iudæ initio, & ſic deinceps. Ibant enim more caſtrametationis eorum. Levitæ & plauſtra in medio. Gerſonitæ & Meraritæ proficiſcebantur inter vexillum Iudæ & Ruben, Chaatitæ, & cum iis Aaron, inter vexillum Ruben & Ephraim. *Druſ.* ad Num.

Ad Regem.] Reges Idumæi tum temporis alienigenæ, & Tyranni fuerunt. Vnde & ipſorum ſtirpes, & patria, indicantur. *Rambam.* Quod huic nomen fuerit, nullibi refertur. Id conſtat, cum primo Reges, deinde Duces Idumææ præeſſent, hunc primum eſſe Regem qui in ſcriptura, poſt Duces memoretur. *Horn.*

Tranſeundi copiam.] Hoc eſt, quod ὁδὸν καὶ ἀγορὰν αἰτεῖν Græci dicunt: & ita hic Ioſephus. Vide *Grot.* de Iure Pacis ac Belli 11, 2. Poterant autem tranſire בדרך המלך, LXX. ὁδῷ βασιλικῇ, *via Regia.* Illa dicitur, non quam Rex Idumæorum præſcripturus erat, ut vult Aben Eſra: ſed via publica, quam & militarem appellant. *Druſ.* ad Num.

Ob jus ſanguinis.] In graviſſima neceſſitate reviviſcit jus illud priſtinum rebus utendi, tanquam ſi communes manſiſſent: quia in omnibus legibus humanis, ac proinde & in lege Domini, ſumma illa neceſſitas videtur exorta. Exemplum habemus in Moſis hiſtoria, qui cum tranſitum petiiſſet ab Idumæo & Emoræo innoxium, nec impetraſſet, juſtum eo nomine bellum intulit Emoræo. *Grot.*

Tranſitum negavit.] Ex Deuteronomio contrarium verum videtur. Sed reſpondent tranſiiſſe Iſraëlitas per fines terræ Edom, non per mediam terram ipſorum. Alii dicunt, cum præter illam regionem exercitus duceretur, Idumæos cibaria aliaque neceſſaria contuliſſe ac Iſraëlitis vendidiſſe. Quo reſtringunt verba illa. Deut. 11. ℣ſ. 29. *ſicut fecerunt filii Eſau qui habitant in Seir.* Vide quoque Deut. 11, 6. *Druſius.*

In Or montem.] Pro Or ſcribe Hor, cum aſpiratione, mendum quale ſuperius in Vr, quod Hur emendavimus. Hor, id eſt, הר qui & הר Har interdum. Scio montem ita dici appellative: ſed & proprium nomen montis eſt, ut Taurus, quæ vox in lingua Syra montem denotat. Dicunt enim certe טורא & טורה: unde Taurus. *Druſ.* Ibi Aaron expiravit. Deut. x. ℣ſ. 6. Dicitur eum in Moſera expiraſſe ac ſepultum. Quia nimirum Hor & Moſera idem locus fuit: ſed mons ipſe vocabatur Hor, locus vero adjacens in quo caſtrametabantur Iudæi, dicebatur Moſera. *Tirinus.* Ioſeph. montem in Arabia, apud Petram urbem collocat. *R. Salomo* fabulatur, Moſen, Aaron & Eleazarum

in

ta via abſtinens, ne quam inter conſanguineos cauſam belli præberet. In eo quoque curſu regem gentis Chananæorum delevit. Seon quoque regem Amorræorum perculit, omniumque eorum opidis potitus eſt. Baſan etiam

in monte Hor inveniſſe ſpeluncam & lectum paratum & lampadem ardentem, uti ſolet mortuis aprari; indeque cognoviſſe Moſen, illum locum à Deo eſſe paratum pro dormitione Aaronis. Exutum ergo veſtibus incubuiſſe lecto, & clauſis oculis, ſuſceptum à Domino in pace. Omiſit Sulpicius narrationem de igneis ſerpentibus, & ei oppoſito æneo. Hinc gentiles in Liberi ſacris, qui Moſes, caput cinxerunt ſerpentibus. Euripides Bacchis: Στεφάνωσέν τε δρακόντων στεφάνοις. Vt oſtenderent nunc quoque Liberi myſtis ſerpentes non nocere. *Voßius.*

Iter convertit.] Ita ut reflexo curſu circumiverit Idumæam ad latus Orientale; ac neceſſario partem aliquam Idumææ tranſire debuerit, ut veniret in Moab & Ammon, & inde in Chanaan. *Menochius.*

Regem gentis Chananæorum.] Perperam interpretatus eſt Moſen, in quo, הכנעני מלך ערד, quod reddunt, *Chananæus rex Arad*, Num. cap. xxi. ℣ſ. 1. Græci codices variant. Nam editio Baſileenſis ea quæ in octavo folium complicat, ὁ χαναὶ; βασιλεὺς Ἀρὰδ. Romana vero ὁ χαναναῖς, &c. Arad nomen eſt opidi. Hujus rex potuit eſſe ex una aliqua gentium terræ Chanaan. Nam hoc nomen, quando late ſumitur, comprehendit ſex reliquas gentes, quæ terram promiſſam incolebant. Ideo Chananæus dicitur; cui roborando articulus qui præcedit. Nam in Ebræo הכנעני. Delevit ergo, non regem gentis Chananæorum, ſed Chananæum ſeu è gente Chananæorum regem Arad: quem portentoſi Iudæi Amalecum nominant. *Druſius.* Erat autem Arad in auſtro. Diſerte textus: *Chananæus Rex Arad, habitans in meridie.* Incertum autem utrum idem Rex fuerit, an alius qui ei poſtea ſucceſſit, quem Ioſua cum reliquis interfecit. *Idem* in Num. R. Salomo fabulatur, ideo Aradum bello petiiſſe Hebræos, quod videret iis, poſt obitum Mirjam, aquas ſubtractas.

Seon.] Duplex hoc nomen: & unus vetuſtior ille eſt, qui fines Imperii uſque ad fluvium Arnonem extendit. *Grot.*

Regem Amorræorum.] Num. xxi, xxii. Qui Rex Heſbon. Deut. 11, ℣ſ. 27. Amorrhæos autem Critici Ebræorum nunc legunt Emorræos. *Druſ.* Hebræi eos pro Magis habent. Vnde quicquid Magica arte fit, illud *viam Amorrhæorum* vocant. *Rambam.*

Eorum opidis.] Quæ recenſentur Num. xxxii. & alibi. Inter ea fuit Heſbon, quam Sihon Moabitis exrorſerat, cum tota ad Arnonem uſque regione. Et hoc dominii, ex jure gentium, bello tranſlati, titulo, Iſraëlitæ tractum illum poſſedêre, cum alias vetitum ipſis eſſet pugnare contra Moabitas. Et tamen Rex Moab, poſt ccc. annos eas urbes repetiit. *A Lapide.* Hæc oppida Rubenitis, Gaditis & Manaſſitis, conceſſa ſunt. Vnde Samaritani ab eo tempore quo eas cœperunt incolere, quod factum anno II cIↄ cccc xcvi. caput æræ ſuorum annorum Sabbaricorum inſtituerunt. *Petitus.*

Baſan etiam.] Videtur in ea ſententia fuiſſe, ut putarit, Baſan eſſe nomen regis. Quod ſi eſt, fallitur. Nam eſt nomen regionis, cujus rex Og nominatur. Num. xxi. ℣ſ. 33. *occurrit eis Og rex Baſan.* Forte ſenſus, *divitit regem Baſan*, id eſt, terræ Baſan. Nihil affirmo. *Druſ.* Rex Baſan, id eſt, Galadenæ & Gaulonitidis. *Ioſephus.* Ogum autem

Rab-

etiam & Balac reges devicit, & caſtra ſuper Iordanem, haud longe ab Hiericho molitus eſt. Tunc adverſus Madianitas certatum: victique & ſubacti ſunt. Moi-

Rabbini volunt ex poſteris illius fuiſſe, qui diluvium evaſerit. Cadmus quoque Og vocatus, quod nomen Græci duplicantes, Ὤγυγον inde fecerunt. *Salmaſ.* Baſan gigantum terra dicebatur. Deut. cap.XIII. ℣ſ.13. Continebat LX. civitates munitas. Ibid. ℣ſ. 4, 5. Præerat vero Rex Og. Is eſt qui à Græcis dicitur Τυφῶν vel Τυφωεὺς. Quæ voces à Τύφω, *accendo, uro.* Nempe Og, & Typho, ſignificatione conveniunt. Nam & עוג eſt *uſſit, uſtulavit.* Vir pereruditus putabat, etiam fere illius lecti, de quo apud Moſen legimus, memoriam apud gentiles duraſſe. Sed hoc falſum. Porro Rabbini non minus fabuloſa referunt de Ogo, quam Poëtæ de Tiphoëo. Quippe Rabbini ajunt lectum illum Moſi memoratum, qui in Ramoth oſtendi ſolet, nihil aliud fuiſſe quam cunas Og: poſtea eum tanta cœpiſſe incrementa, ut pes ſolus cubitorum eſſet CXX. Itaque uti adventare Iſraëlitas cognoſceret, vaſtiſſimum montem impoſuiſſe capiti, & animo ut univerſum exercitum Ioſuæ obrueret. Sed montem à formicis exeſum, humeris Ogi incubuiſſe. Et quia ſic quoque in Iſraëlitas injicere valuiſſet, feciſſe Deum, ut dentes ejus ad cubitos decem extra os excreſcerent. Ita montem, ob dentium obſtaculum, excuti nequiviſſe. Deinde cæſum à Moſe: & compertum tibiam ejus tam longam fuiſſe, ut cum cervus forte fuga ſe in eam prorupiſſet, venatori dimidia die fuerit inſequendus, antequam capi poſſet. *Lyra, Abulenſis, Voſſius* de Idol.

Et Balac.] Nuſquam hoc lectum: & tamen credibile eſt victum Balacum, cum legatur pugnaſſe in Iſraëlitas. Ioſ. cap.XXIV. ℣ſ.9. Erat autem Rex Moabitarum. *Druſ.* Et hic inſerenda Hiſtoria Bileami, celeberrimi Magi, cui aſina locuta. Sicut & agnus locutus Bocchore in Ægypto regnante, apud Euſebium. Bos locutus apud Livium ſæpe. Meminere & Plinius, Polybius, Plutarchus. Sciendum, Hebræis non licitum fuiſſe federa inire cum Moabitis & Ammonitis, nec bellum, niſi ad id coactis. Deut. XXIII. ℣ſ. 6. & XI, 19. Iud. XI. ℣ſ.16. II Sam.X.

Super Iordanem] Cap.XX. Num. *victo Og caſtrametati ſunt in campis Moab, ubi trans Iordanem Hiericho ſita eſt.* Interim XXIV. millia Iſraëlitarum occiſa juſſu Dei à ſuis ſunt, quia cum mulieribus Moabiticis fornicati fuerant. Feſtos etiam dies rurſum præcepit & nominavit, cap. XXVIII. & XXIX. Num. *Sigon.* Μωϋσῆς ἐκκλησίαν, ἐπὶ τῷ Ἰορδάνῃ συναγαγὼν, ὅπου νῦν πόλις ἐστὶν Ἀβιλή. *Ioſeph.*

Adverſus Madianitas certatum.] Numer. XXXI. Ioſeph. IV, 7. Madianitæ enim erant federati Moabitarum. Et venerant ſuppetias laturi Moabitis, quos percuſſit Hadad filius Badad. *Druſ.*

Moſes Mortuus eſt.] Cujus vitam deſcripſerunt gentiles apud Euſeb. IX. προπ. 26, 27, 28. Clem. Alex. I. & V. Στρωμ. Iuſtin. XXXVI. Diod. I. Polemon, Appion, Ptolemæus Mendeſius, Hellanicus, Philochorus, Caſtor, Thullus, Alexander Polyhiſtor, ex quibus quoſdam etiam Iulianus I. contra Cyrillum recenſet. Strabo XVI. Plin. XXX, I. Tacitus V. Hiſt. Dionyſ. Longinus I. de ſublimi dicendi genere. Chalcidius, & alii. Atque hic eſt gentilium Liber. Vterque bimater, & forma præcellens. Liber creditus in Arabia natus, quia Moſes inde in Ægyptum conceſſit. Niſa Libero inclyta, quæ trajectis litteris Sina. Exilium utriq;, & tranſitus maris rubri tribuitur. Quæ & alia reconditæ antiquitatis monumenta, incompara-

H bilis

Moiſes mortuus eſt, cum XL *in deſerto annos populo præfuiſſet.*

Cæterum Hebræi ob hanc cauſam tanto tempore in eremo fuiſſe traduntur, donec omnes, qui verbis Dei non crediderant, interirent. Excepto enim Ieſu & Chaleb, nemo ultra XX. *annos natus, Aegypto profectus, Iordanem tranſiit. Ipſe Moiſes, ut terram promiſſam videret tantum, nec contingeret, peccato ejus adſcribitur: quod eo tempore, quo ſaxum ferire & aquam producere præceptus eſt, poſt tot virtutum ſuarum experimenta, dubitaverit. Deceſſit autem anno ætatis vigeſimo & centeſimo. De ſepulchri loco parum compertum.*

Moi-

bilis, non infinita tantum eruditione, ſed & humanitate, Voſſius, I. de Idol. xxx. pandit. Ioſephus: *νέφους αἰφνίδιον ὑπὲρ αὐτοῦ στάντος, ἀφανίζεται κατά τινος φάραγγος.* Scripſiſſe autem ſe mortuum, ne à Deo raptum putarent. Quod falſum.

Cum XL. *in deſerto annos.*] Deut. xxxiv. Ioſeph. IV,8. In terra Moab, cum mortem ſibi imminere videret, repetita prius lege, quæ Deuteronomio continetur, & benedictis tribubus, montem Nebo conſcendit, ac terram promiſſam contemplatus, expiravit. *Sigon. Hilarius* & *Hieron.* in IX. Amoſi putat Moſen adſcendiſſe in cœlum, ut Enoch & Eliam. Alii; mortuum quidem, ſed ſtatim reſurrexiſſe. *R. Samuel*, vel in transfiguratione Chriſti. *Hieron.* in Matth. XVII. Ab exitu & lata lege ad baptiſmum Chriſti tranſierunt 1547. anni. Totidem à morte Moſis ad excidium Hieroſolymorum. *Buchole.* *Ἐτελεύτησε τῷ ὑστάτῳ μηνὶ τοῦ ἔτους, ὑπὸ μὲν Μακεδόνων, δύστρου καλουμένου, ἀδάρου δὲ ὑφ' ἡμῶν, νουμηνίᾳ.* *Ioſeph.* Vixit CXX. annos. Natus die VII. menſis XII. & eadem die mortuus. *Seder Olam. Maſius.* Meridie. *Salmanticenſis.* Vide Petit. I. Ecl. Chron. x,19. Seld. de Succeſſ. in Pont. I,I.

Tanto tempore in eremo fuiſſe traduntur.] Migrationes Iſraëlitarum in deſerto, diabolus in Mexicanis imitatus eſt, ut Acoſta oſtendit.

Nemo ultra XX. *annos natus.*] Omnes memorati, id eſt, qui erant XX. annorum & ſupra, murmurarunt: ideoque omnes in deſerto obierunt. *Abul.* Excipe Levitas, mulieres, pueros, Ioſuam & Caleb.

De ſepulcri loco parum compertum.] Sepelivit ſeipſum. *Rabbini.* Sepultus eſt à Ioſua. *Ephrem* Syrus. Ab angelis. *Epiphan.* Hæreſ. IX. *Oecumen. Abul.* ſepultus eſt in valle terræ Moab, contra Phegor. Saidus Batricides ودفن في غبل في هور. Sepultus eſt in monte Hür. *Epiſt.* Iudæ. Sepulcrum ejus tam admirandum, ut nullus hominum dignus fuerit unquam illud conſpicere. *Philo.* & ne Iudæi illo ad Idololatriam abuterentur. *Chryſoſt. Theodoret. Procop.* Et hæc cauſa certaminis

inter

Moiſe mortuo, ſumma rerum penes Ieſum Nave filium erat. Etenim illum ſibi Moiſes ſucceſſorem conſtituerat, virum virtutibus ſuis ſimillimum. Principio autem ſuſcepti imperii, dimiſſis per caſtra nunciis, populum certiorem facit, frumentum uti pararent: triduoque proximo iter pronunciat. Sed Iordanis flumen validiſſimum, tranſitum prohibebat: quia neque navium copia pro tempore erat, neque vadari flu-

inter Michaëlem & Diabolum, cujus meminit *Iudas* in Epiſt. Diabolus enim ſepulcrum patere volebat.

Penes Ieſum.] Ioſuæ I. Ioſeph. v, I. Hic fuit primus Dux Iſraëlitarum, qui cum exercitu Iordane trajecto, Chananæam ſubegit & diſtribuit. Atque hoc eſt argumentum libri Ioſuæ. Ducum hæc præcipua authoritas fuit, ut judiciorum, conſiliorum & bellorum principatum tenerent. Fuit autem non hæreditarium munus, ſed ſtudiis populi delatum. *Sigon.* Summus, poſt Aaronem, Sacerdos, fuit Eleazar. Vide *Seld.* de ſucceſſ. in Pontif. I, I. Ioſuam Annales veterum Cuthæorum gigantem quinque ulnas altum faciunt, ut annotavit R. Samuel Schullam, in appendice Iuchaſin. *Schik.*

Succeſſorem.] Deut. XXXI. Non ex aſſe; id eſt, in omnes dignitates: ſed in Ducatum. Cætera multum inferior Moſe fuit. Sic qui Muhammedi ſucceſſerunt, Chalifæ dicebantur, ſive vicarii, per modeſtiam. *Horn.* Iuſtinus XXXVI. *Poſt Moſen filius ejus Arvas* (Codices quidam Mſſ. Arruans, pro Aaron) *Sacerdos ſacris Aegyptiis, mox Rex creatur.* Quem errorem, cum cæteris, gentili condonamus.

Virtutibus ſuis.] Puto legendum: *Virum virtutibus ſui ſimillimum.* Sigon.

Frumentum.] Hoc ex ingenio ſuo addit. Textus: *cibaria.* Sigon. Quod de Manna intelligi non poteſt, quia illud ſervari in craſtinum nequibat, multominus in tertium diem. Proinde accipiendum de aliis cibis, quorum tunc copia eſſe poterat Iſraëlitis in terra frugifera. Neque tamen Manna defecit, donec tranſiiſſent Iordanem. Itaq; cum Manna etiam aliis cibis uſi. Sicut & Deut. II. dicitur: Idumæos & Moabitas vendidiſſe filiis Iſraël cibaria. *Eſtius.* צדה. *R. Salomo* etiam arma ſignificari putat hoc nomine, quæ neceſſaria ad expeditionem. *Camius:* quemvis cibum, excepto pane. LXX. ἐπισιτισμόν.

Iordanis.] Ioſuæ III. Qui Ebræis Iarden, à Ionatha vocatur Iordena; unde Iordanis, id eſt, Ἰορδάνης, qui & Iordanus, id eſt, Ἰόρδανος. Oritur ex radicibus montis Libani, aut, ut alii volunt, è ſpelunca Phaneas, quod ſcribunt פניאס. Forte ſpelunca Phaneas in radicibus erat illius montis, & in tribu Dan, quod ſonat Iordan, quaſi deſcendens ex Dan. Alii dicunt nomen habere à duobus ſuis fontibus Ior & Dan. *Druſ.* Pauſaniæ in Eliacis Ἰάρδανος dicitur. Falſam eſſe opinionem, à duobus fontibus, Ior & Dan, fluvium hunc & oriri, & nominari, quod Hieronymus & Suidas volunt, multis oſtendi poſſet. Philo, Ioſephus, nihil hujus. Neque Rabbini, pro quibus audiatur Menahem de Racanati in cap. I. Geneſ. Ioſephus ex uno fonte. Δοκεῖ μὲν Ἰορδάνου πηγὴ τὸ πάνειον. φέρεται δ' ὑπὸ γῆν εἰς τοῦτο κρυπτὸς ἐκ τῆς καλουμένης φιαλῆς. Vide eum III.

fluvius poterat, qui tum pleno alveo ferebatur. Igitur arcam præferri à ſacerdotibus, coſdemque adverſo flumine conſiſtere jubet. Quo facto, inciſus Iordanis traditur. Ita per ſiccum copiæ traductæ. Erat in his locis oppidum nomine Hiericho, muris validiſſimis munitum, neque expugnationi, neque obſidioni, facilis. Sed Ieſus Domino fretus, non armis aut viribus urbem aggreſſus, ferri arcam Dei circa muros jubet: Sacerdoteſque præire arcam, & tuba canere. Sed cum arca ſepties circumlata eſſet, muri ac turres ceciderunt,

ἁλώς. xviii. Plin. v,15. *Horn.*

Pleno alveo ferebatur.] Sicut Nilus & Tigris, ita etiam Iordanis exundare ſolet. Gen. xiii. ℣ſ. 10. Eccleſiaſt. xxiv. ℣ſ. 36. & hic quidem menſe Martio, ob nives, quæ ſub id tempus è vicinis montibus liquatæ defluunt. *Tirinus.* Omiſit Hiſtoriam Rachabæ Ioſ. ii.

Inciſus Iordanis.] Aquæ Iordanis ſteterunt à Bethabara, uſque ad urbem Adam, quæ eſt à latere Sarthan. Immotus ergo ſtetit, fere à mari mortuo uſque ad mare Galilææ, hoc eſt, per xx. circiter milliaria. *Tirinus.*

Copiæ traductæ.] Caſtra in Galgalis poſita, ubi circumciſi qui in deſerto nati. Ioſ. iv.

Hiericho.] Ioſ. vi. De ſitu hujus urbis Strabo xvi. Ioſephus v. ἁλώς. 4. Sita fuit in fortunatiſſimo tractu, ab Hieroſol. cl. ab Iordane lx. ſtadiis. R. Salomo ſcribit Iordanem ab urbe diſtare itinere unius diei. Iter unius diei continet quatuor paraſangas: paraſanga decem millia. *Elias.* Appellatio ab odore, יריחו, quem arbor balſami vicina emittit. Plinius. Vel certe à Luna, quæ ibi primum conſpicitur. *Druſ.*

Neque obſidioni.] Difficilis fuiſſe videtur ad expugnationem: at vero ad obſidionem non item. Quid enim eſt operoſum eos obſidere qui clauſi ſunt, ut exire non audeant? Igitur hoc ex ingenio ſuo potius quam ex Scriptura promſit Sulpicius. *Sigon.*

Facilis.] Sic in Herdeſiano lib. Quod recte mutavit Galeſin. Niſi quid aliud latet. *Giſelin.*

Ferri arcam Dei.] Quod Cathathitatum erat. Ter quaterve id feciſſe leguntur Sacerdotes. Vt cum Iordanum tranſirent, Iericho circumirent; cum reducerent eam in locum ſuum, cæſo Abſolomo: cum è domo Davidis eam in Sanctum Sanctorum, ſub Salomone, inferrent. *R. David.* Portabatur autem à quatuor: duobus ad ſingulum latus, facie contra faciem; & poſteriora eorum erant foris, חוץ. *Druſ.* in Ioſ.

Tuba.] Bucinis ſeptem arietinis, quarum in Iubilæo uſus erat. Quot tubæ, tot Sacerdotes, qui arcam præibant *Druſ.*

Septies.] Numerus ſeptenarius myſticus eſt, cujus arcanum norunt optime intelligentes, ait R. David. Sic ſeptem altaria, ſeptem juvenci, &c. Excellit in diebus, in menſibus, in annis, in hominibus. Vide Auguſt. xi. C. D. 31. Hieron. Amos. v. Septima vice totus exercitus ἀλαλαγμὸν, ſive barritum edidit.

Muri ac turres.] Pars murorum. Nam in muro erat domus Rachabæ, quæ una cecidiſſet, ſi totus murus corruiſſet. Ideo credibile eſt tantum eam partem muri

*runt, direptum oppidum atque incenſum. Tum Ieſus Dominum traditur **. Inde adverſus Haë ductus exercitus: locatiſque à tergo urbis inſidiis, Ieſus metum ſimulans, terga hoſti dedit. Quo viſo, qui in oppido erant, patentibus portis cedentibus inſtare. Ita hi qui in inſidiis fuerant, vacuam urbem cepere: cæſique omnes, abſque ullius effugio: Rex captus, ſummoque ſupplicio affectus. Quod ubi vicinarum gen-*

tium

muri cecidiſſe, quæ caſtra Iſraëlitarum ſpectabat. Non tantum collapſus fuit murus, ſed etiam abſorptus ex parte. Pars enim ſuperior extabat. *R. David.* Fides penes ipſum eſto.

Direptum oppidum atque incenſum.] Falſum hoc. Nam Ioſuæ præceperat ne quicquam attingerent. *Sigon.* Excuſari tamen poteſt, quia opes metallicæ ex ædibus in theſaurum Domini collatæ. Quod ſine direptione fieri non poterat. Cæſi omnes incolæ, excepta Rahabæ familia. Quam & uxorem duxiſſe Ioſuam Rabbini nugantur. *Horn.* Vrbs ipſa in perpetuum devota, ne unquam reædificaretur. Vt hac ratione miraculum illud in perpetua memoria maneret. Nam quicunque viſurus erat materiam illam in terram alte demerſam, facile videbat non eſſe hanc formam ædificii alicujus deſtructi, ſed miraculoſe collapſi. *Rambam* III. More Neb. I. III. Reg. XVI.

*Tum Ieſus Dominum traditur *.*] Lacunam hanc ita ex Ioſ. VI. explere conatus eſt Galeſin. *Tum Ieſus Dominum traditur allocutus, iis male precando, qui Hiericon oppidum, ope divina diſturbatum, inſtaurare aggrederentur.* Giſelinus. Græca ſunt: Καὶ ὥρκισεν Ἰησοῦς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐναντίον Κυρίου λέγων, ἐπικατάρατος.

Adverſus Haë.] Giſelinus, Sigonius, ac Druſius habent, *adverſus Geth.* Corrigo, inquit Druſ. *adverſus Gæ.* Nam eſt Γαὶ in codicibus Græcis. Secuti ſumus editionem Elzevirianam, & Latinam Hieronymi, quam proculdubio & Sulpicius. Ioſepho Αἴνα. Omittit author ſacrilegium Achani, de quo Ioſuæ VII.

Metum ſimulans.] Vide Grotium III. de Iure Pacis ac Belli I.

Cæſique omnes, abſque ullius effugio.] Etiam infantes & fœminæ. Deus in bellis Hebræorum, etiam poſt pacem oblatam & repudiatam, parci vult fœminis & infantibus: extra paucas gentes ſpeciali jure exceptas, adverſum quas quod erat bellum, non erat hominum ſed Dei, atque ita appellabatur. *Grotius.*

Summoque ſupplicio affectus.] Innuit ſupplicium crucis aut patibuli, quod Ebræis עץ lignum aut arbor dicitur. Græci hic legunt ἐπὶ ξύλου διδύμου, in ligno gemino. Nam duo ligna in cruce quæ ſe invicem interſecant, ut fila in ſtamine & ſubtegmine. Vnde hodieque crux à Iudæis appellatur שתי וערב ſtamen & ſubtegmen. *Druſ.* Ioſephus hoc, ut alia multa, invidiæ declinandæ ergo, ut gratiora eſſent auribus Veſpaſiani & Romanorum, præterit. Cætera ad pompam detorquet. Vnde plurima habet quæ diſcrepant à Scriptura, & ei contraria ſunt. Vt quod ait, Hebræos ſervaſſe parvulos, fœminas & ſervos urbis Hai. Quod manifeſte falſum. *A Lapide.*

Vicinarum gentium regibus.] Ioſ. IX. Non ſolum Chananæi, ſed & Palæſtini, ac Phœnices. Addunt Rabbini etiam

tium regibus compertum eſt, in bellum conſpirant, Hebræos armis depellere. Verum Gabaonitæ, gens valida, ex urbe opulenta, ultro ſe Hebræis dederunt, juſſa facturos pollicentes: receptique in fidem, ut ligna & aquam convcherent, imperatum. Sed regibus proximarum urbium, deditio eorum, iras conciverat. Itaque admotis copiis, oppidum eorum, Gabaon nomine, obſidione circumſiſtunt. Igitur oppidani, arctis rebus ſuis, nuncios ad Ieſum mittunt, obſeſſis uti ſuccurreret. Ita ille maturato itinere, inopinantibus ſupervenit, cæſaque ad internecionem multa hoſtium millia. Cum dies cædentes deficeret, noxque victis futura præſidio videretur, merito fidei, dux Hebræus, noctem aver-

Aſſyrios; & apud eos circumfertur Epiſtola confederatorum horum, qua Ioſuæ bellum denuuciant. *R. Salomo* Schullam in appendice Iuchaſin. Vocantur hi Reges uno nomine vel Chananæi, vel Amorrhæi ut Ioſ. x, 5. Quia nimirum, ob περιφλείαν, pro omnibus ponuntur, nomine latius accepto. *Druſius.*

Gabaonitæ.] Ioſeph. x. Κατοικοῦντες ἔγγιστα τοῖς Ἱεροσολύμοις. Κεφηρίτας δὲ καὶ Καθιερημίτας γείτονας ὄντας αὐτοῖς, ἐπὶ συμμαχίαν ἐκάλουν. *Ioſeph.* Errat autem in eo quod dicit legatos dixiſſe ad Ioſuam: miſſos ſe à Gabaonitis & vicinis urbibus. Dixerunt utique; ſe ex longinquis oris. Nec Gabaa, tam propinqua, præſertim urbs celebris, ignota Ioſuæ. *Horn.*

Ex urbe opulenta.] Quæ fuit ὡσεὶ μία τῶν Μητροπόλεων. LXX. Vt una civitatum regiarum. *Complut.* & *Latin.*

Receptique in fidem.] Quam mendacio extorſerunt. Quo tamen opus non erat. Neque enim dedentibus ſe, etiam Chananæis, vitæ gratia denegata eſſet, ſed fedus tantum ſociale. *Grotius.* Poterant quidem Iſraëlitæ datam fidem Gabaonitis non ſervare, quia errore decepti fuerant, nec in pacem cum tam vicinis populis conſenſerant: nihilominus vel juramenti Religione, vel juſſu Dei, recte fidem datam non violarunt. *Auguſt. Lyra. Abul.*

Vt ligna & aquam conveherent.] Primo quidem toti populo. Vnde Ioſephus δημοσίους vocat. Succeſſu temporis, maxime ſub Davide & Salomone, ſoli tabernaculo & templo ſervierunt: vocati ſunt נתינים quaſi Levitis *donati.* Suſceperunt ergo circumciſionem & Iudaiſmum: ac per omnem regionem, urbibus ſuis relictis, diſtributi ſunt, velut Helotæ. *Hieron. Lyra. Abul.*

Regibus proximarum urbium.] Ioſuæ cap. x. Hæ fuerunt Ieruſalem, Hebron, Iarmuth, Lachis, Eglon. Præcipuus inter hos Adonizedek fuit, & cui in cæteros aliqua major poteſtas. *Arias Montanus.* Vocabantur autem illis temporibus omnes Reges Ieroſolymæ, vel Melchizedek, vel Adonizedek. Vnde conjicitur urbem illam primo צדק fuiſſe dictam: deinde שלם. *Maſius.*

Noctem avertit, dies perſeveravit.] Ad Hebr.

avertit, dies perſeveravit: ita nullum hoſtibus effugium fuit. Quinque reges capti, interfecti ſunt. Eodem impetu vicinæ quoque urbes imperio adjectæ, regeſque earum perempti. Verum quia omnia hæc in ordinem perſequi non fuit conſilium, dum brevitati ſtudemus, id modo annotandum curavimus, XX. *& novem regna imperio Hebræorum ſubjecta: quorum terra per undecim tribus viritim diſtributa eſt. Levitis*

Hebr. IX. Hoc portentum contigit XXVII. die menſis Iiar, qui reſponder noſtro partim Aprili, partim Majo. *Serarius.* Circa meridiem *Lyra*, vel potius veſperam. *Cajetan. Abulenſ.* Stetit die uno naturali, ſeu horis XXIV. quibus ſi addas XII. horas, quibus Sol cucurrerat, dies ille fuit XXXVI. horarum. *R. Eliezer. Iuſtin.* Contra Tryphon. Veriſimilius, ſtetiſſe tantum XII. horas. Vnde Eccleſiaſtici XLVI. ℣. 5. *Vna dies facta eſt quaſi duo.* Stetit autem Luna quoque & omnia aſtra, ac quæ ab hoc motu dependent, æſtus maris, & tempus. *Conimbricenſes.* Quidam Hebræi exiſtimant, Solem revera non ſtetiſſe; ſed viſum ſtare, ob brevitatem temporis, quo hoſtes devicti. Alii: curſum duntaxat tardiorem fuiſſe. Quæ falſa ſunt.

Vicinæ quoque urbes.] Maceda, Libna, Lachis, Eglon, Hebron, Dabir. Ioſ. XI. & XII.

XX. *& novem regna.*] Legendum eſt XXXI. Error ex notis ortus. *Sigonius.* Securus eſt (videtur certe) lectionem quæ in editione Romana Ioſ. XII, 24. εἰκοσιεννέα viginti novem, cum alibi ſit, puta in edit. Veneta & Baſileenſi, ut etiam in Ebræo, τριάκοντα καὶ εἷς. Quam lectionem veram eſſe, fide codicum Ebræorum, qui nihil hic variant, non dubitamus aſſerere. *Druſ.*

Per undecim tribus.] Sulpicius XII. in totum putavit eſſe tribus, atq; in undecim terram diviſam, exempto propter ſacerdotium Levi, oblitus ſcriptum eſſe cap. XIV. *Levitæ nihil acceperunt terræ: ſed in eorum locum ſucceſſerunt filii Ioſeph in duas diviſi tribus, Manaſſe & Ephraim.* Sic ergo tribus XIII. Rectius ergo dixiſſet XII. *Sigonius.* Hoc gentis Chananææ horribile excidium, tanto terrore perculit Palæſtinos & Phœnices, ut arreptis navibus, multa ſimul millia, fugam in Ægyptum, Africam, Inſulas, terraſque Occidentis, arriperent. Cujus memorabilis rei meminit *Procopius* II. de Bello Vandalico. *Euſebius* in Chron. Græcis. *Salluſtius* in Iugurtha, ex libris Punicis Hiëmpſalis. Procopius etiam columnæ Vrbis Tingitanæ meminit, cui inſcriptum: *Nos Maurusii ſumus, qui fugimus à facie Ioſuæ filii Nun, prædonis.* Quæ verba Phœnicum lingua hæc fuiſſe Seldenus conjicit אנו בורחים מפני יהשוע איש החף בן נון. Arabes hodieque Barbaros Africæ, pro Philiſtæis, eo fuga delatis habent. *Golius.* Sed quod Aben Eſra in Obadiam, etiam Allemannos ab his profugis Chananæis ortos vult, mera fabula eſt. In Africa Pœni dicti ſunt, quaſi Phœni. *Hieronymus.* Et totam eam oram uſque ad Herculis columnas ſuis coloniis inundarunt. Quatum tum ac poſtea, caput Carthago fuit, vero nomine Chædreanech, חצרי ענק, ἔπαυλις Ἄναχ, quod ab Anakæis ſtructa atque habitata eſſet. De qua fuga pluribus *Scaliger* de Emend. Temp. *Voſſius* I. Gramm. IX. *Seldenus* de Dîs Syris.

vitis enim in ſacerdotium aſſumptis, nulla portio data, quo liberius ſervirent Deo. Equidem hoc exemplum non tacitus prɶterierim, legendumque miniſtris Eccleſiarum libenter ingeſſerim. Etenim praecepti hujus non ſolum immemores, ſed etiam ignari mihi videntur: tanta hoc tempore animos eorum habendi cupido, veluti tabes, inceſſit. Inhiant poſſeſſionibus, prædia excolunt, auro incubant, emunt, venduntque, quæſtui per omnia ſtudent. At ſi qui melioris propoſiti videntur, neque poſſidentes, neque negociantes, quod eſt multo turpius, ſedentes munera expectant, atque omne vitæ decus mercede corruptum habent, dum quaſi venalem præferunt ſanctitatem. Sed longius quam volui egreſſus ſum, dum me temporum noſtrorum piget, tædetque. Ad incœptum redeo. Igitur, ut ſupra dixi, diviſo per tribus captivo ſolo,

Ex Africa, ſucceſſu temporis, & navigandi ſtudio, in ipſam Americam penetrarunt, & eam vel primi vel maxime coluerunt. Id quod de Hiſpaniola, Cuba, Iucatana & vicinis regionibus, multis argumentis, in opere de Origine gentium Americanarum, nondum excuſo, oſtendimus. *Horn.*

Nulla portio data.] Deut. XVIII. Ioſ. XIII. Sed in alienis ſortibus urbes habitavere. Ideo Levitæ eis tribubus attributi ſunt, in quibus conſedere. Quare illud: *quo liberius ſervirent Deo*, videtur Sulpicius ex ingenio ſuo, non ex divina promſiſſe Scriptura. *Sigonius.* Dicitur etiam ſors, κλῆρος. Vnde clerici nomen apud Chriſtianos, quia hæreditatem Domini adepti ſunt. *Druſ.* Conſecratæ tum omnes urbes ſunt. Quarum conſecrationum Iudæi tres numerant; duæ contigerunt, una ſub Ioſua, altera Eſræ temporibus. Tertiam ſub adventum Meſſiæ expectant. *Cunæus.*

Miniſtris Eccleſiarum.] Hinc perſpicimus miniſtrorum nomen, quo nunc utuntur, non eſſe recens, aut hiſce temporibus primum excogitatum. Nam Sulpicius vixit ante annos mille ducentos. *Druſ.*

Hoc tempore.] Carpit clericos ſui temporis ob avaritiam inſatiabilem. Vt mirum eſſe videatur, quam cito veteris mores Eccleſiæ lapſi ſint in deterius. *Sigon.*

Diviſo per tribus captivo ſolo.] Ita igitur Chananæa in terram Iſraël mutata, regio optima frugumque feraciſſima, cujus amplitudo continebat *τριακοσίας μυριάδας ἀρουρῶν*, ut Hecatæus Abderites apud Ioſephum tradit. Primo in tribus diviſa. Deinde, ſingularum tribuum familiis, certus cuique modus agri aſſignatus, ac Lege Agraria vetitum, ne quis venditione aut ullo contractu, plenum dominium fundi ſui transferret in alium. Nam & iis, qui egeſtate

ſolo, pace ſumma Hebræi perfruebantur, finitimis bello territis, tot victoriis nobiles armis nemine audente tentare. Eodem tractu Ieſus mortuus eſt, anno ætatis decimo & centeſimo. De imperii autem ejus tempore parum definio. Frequens tamen opinio eſt XX. *&* VII. *annis eum Hebræis præfuiſſe. Quod ſi ita eſt,*

à

egeſtate compulſi agrum vendidiſſent, redimendi quovis rempore jus; & ni redemtus eſſet, reſtitui in jubilæo debebatur.

Pace ſumma Hebrai fruebantur.] Quorum omnis vita opere manuario & ruſtico exercebatur, mercaturæ incurioſi. *Ioſeph.* I. contra App. Ἡμεῖς οὔτε χώραν οἰκοῦμεν παράλιον, οὔτε ἐμπορίαις χαίρομεν, οὐδὲ ταῖς διὰ τούτων πρὸς ἄλλους ἐπιμιξίαις, ἀλλ' εἰσὶ μὲν ἡμῶν αἱ πόλεις μακρὰν ἀπὸ θαλάσσης ἀνῳκισμέναι, χώραν δὲ ἀγαθὴν νεμόμενοι, ταύτην ἐκπονοῦμεν. Quæ cauſſa, cur vel nihil, vel tam falſa de iis Græci Romanique prodiderint. *Horn.*

Ieſus.] Sicut Moſes eſt gentilium Liber: ita Ioſua Hercules Phœnicius. Quem Phœnices ob ſtupendas victorias, ita nominarunt. Nam uterque cum gigantibus prælia commiſiſſe dicitur in Arabia & Syria. Nec ætas Herculis & Ioſuæ diſcrepat. *Euſebius* in Chronicis. Tantum ne intelligatur Thebanus ille, ſed alter Orientis, quem Ægyptium vocare poſſumus, quia in Ægypto natus: Indicum, hoc eſt, Arabicum, quia hic res tantas geſſit: tum Tyrium ſive Phœnicium, quia res ab eo geſtas Tyrii Herculi ſuo tranſſcripſere. Eum autem non aptiori nomine dixeris quam Cananæum, à devicta terra Canaan: vel Ægyptio-Cananæum. Vide magnum Voſſium I. de Idololatria XXVI.

Mortuus eſt.] Sepultus fuit ad partem Septentrionalem montis געש. Fingunt autem Iudæi hunc montem contremuiſſe ac commotum fuiſſe, cum Iſraëlitæ non ſatis Ioſuæ mortem lugerent; atque ex illo motu nomen accepiſſe. Civitas ibidem eodem nomine: quæ & תמנת חרס *ſimilitudo Solis* dicitur. Quia enim in prælio Sol ſubſtiterat, ideo ſepulcro Ioſuæ Solis imaginem impoſitam, volunt Iudæorum plerique, civitatemque à Solis imagine denominatam, quod ibi iſtud ſepulcrum, Solis imagine ornatum, conſpiceretur. *Conſt. L'Empereur.*

Decimo & centeſimo.] Natus eſt A. M. II CIↃ CCCC IV. poſt mortem Ioſephi XCII. Moſe fuit junior XXVII. Calebo ſenior XV. annis. *Chronol.*

XX. *&* VII. *annis.*] Ita & Auguſtin. XVIII. C. D. III. & Euſeb. Serarius duodecim Chronologorum ſententias recenſet, ex quibus duæ ſunt probabiliores. Prior dat Ioſuæ Ducatui XVII. vel XVIII. annos, poſterior XXVII. Conciliari poſſunt ita. Ioſue præfuit annos XVIII. Sed liber ejus extenditur uſque ad mortem Eleazari, qui fortaſſe anno XXVII. ab inchoato principatu Ioſuæ. *A Lapide.* XVII. annos præfuiſſe Ioſuam fuſe docet Salianus, Torniellus, & alii, contra Ioſephum, qui dat illi annos XXV. Euſebium, qui XXVII. Maſium, qui XXVI. Cajetanum, qui X. Menſis vero & dies mortis Ioſuæ, memoratur in XXVI. Niſan. Liberorum ejus nulla mentio fit. Unde *Seder Olam* cœlebs videtur manſiſſe, ut propiorem veri Ieſu imaginem referret. *Ignatius* Epiſt. ad Philadel. *Hieronymus* I. contra Iovianum. *Chryſoſtomus* Sermone de Martyribus.

à mundi exordio in exceſſum ejus anni ſunt cIↃ IↃ-CCCLXXX. *&* IIII. *Ieſu mortuo, populus ſine duce agebat. Sed cum adverſus Chananæos bellandum eſſet, dux belli Iudas aſſumptus eſt. Hujus ductu res proſpere geſtæ, domi militiaque ſummum ocium: populus, aut ſubactis aut per deditionem acceptis gentibus, imperitabat. Inde, ut ſemper fieri ſecundis rebus ſolet, morum diſciplinæque immemor, matrimonia ex victis aſſumere, paulatimque externos mores trahere, ac mox, profano ritu, idolis ſacrificare occœpit. Adeo* cun-

cIↃ IↃ ccc LXXX & IIII.] Pro cIↃ. repono III. quod ante me Giſelinus annotavit. Sigonius autem pro IIII. admonet ſcribendum III. ut dicat, *anni ſunt ter mille octingenti octoginta & tres.* Salmanticenſis, *mortuus eſt anno mundi bis milleſimo quingenteſimo decimo ſexto.* Druſius.

Populus ſine Duce.] Quidam tamen non tantum Eleazaro in pontificatu, ſed & Ioſuæ in Ducatu ſucceſſiſſe Phinees ſcribunt. Sic excerpta ex Euſebio & Africano: *Poſt obitum Hieſu filii Nave, præfuit populo Phinees Sacerdos annos xxiii.* Ita & Saidus Batricides, Patriarcha Alexandrinus & Nicephorus Patriarcha. Sed præfecturam hujuſmodi in eo nullibi agnoſcunt Hebræi. *Seld.* Non ſtatim poſt mortem Ioſuæ Iudices creati, ſed interregnum extitit. Quod eſt tempus illud, quod vocat Ioſephus Ariſtocratiam. *Sigonius.* Senes tum rempub. adminiſtrabant, in quorum numero Chaleb, qui præcipuus erat, prout habetur in capite, *Sacerdos magnus & Naziræus.* Phinees quoque iis accenſetur, qui erat ex ſemine Ithamar, uſque ad Eli ſacerdotem. Vide librum Iohaſin. *Druſ.*

Dux belli Iudas aſſumtus eſt.] Iud. I. Malim *Iuda.* Nam de tribu ſermo. *Druſ.* Comitia in Silo coacta ſunt, teſte *Procopio*, ubi arca fœderis. Iud. XVIII. Ibi conſulitur Deus per Phinees Sacerdotem, ut vult *Ioſeph.* ſeu per Vrim & Thummim. Is tribui Iudæ τὴν ἡγεμονείαν in bello Chananæo tribuit. Tribus Iuda tribum Simeonis, quia permixtæ ſedibus, aſſumit. Non ergo per Iudam unus quiſquam intelligitur, ut Sulpicius velle videtur, ſed tota tribus, & Ducatus non alius, quam quod prima adſcenderit contra Chananæos. *Interpret.*

Res proſpere geſtæ.] Nam Chananæo, Pherezæo, Iebuſæo ſubactis, Hieroſolymam captam incenderunt, & Gazam, Aſcalonem, Accaronem Palæſtinis eripuerunt. Iud. I. Ioſeph. V. 2.

Secundis rebus.] Μετὰ ταῦτα πρὸς μὲν τοὺς πολεμίους, μαλακῶς εἶχον, τῆς δὲ γῆς, καὶ τῶν ταύτης ἔργων ἐπεμελοῦντο. *Ioſeph.*

Matrimonia ex victis aſſumere.] Deus juſſerat ut ſeptem gentes exſtirparent Deut. XX, 16, 18. Non hoc fuit crudelitas ac Tyrannis, ſed juſtum æquumque, ne Iſraëlitæ ſeducerentur. *Rambam* I. More Neb. XIV. Hujus mandati neglectu, cœperunt paulatim externos mores induere, Idolis ſacrificare, ut graviter author noſter in ſequentibus ediſſerit, & Ioſephus narrat.

Idolis ſacrificare.] Iud. II. Quæ vocantur

cuncta cum externis ſocietas pernicioſa eſt. Quæ Deus longe ante proſpiciens, ſalubri Hebræos reſponſo inſtruxerat, devictas gentes ut interneccioni darent. Sed plebs cupida dominandi, imperare victis cum pernicie malebat. Igitur cum, relicto Deo, idola colerent, deſtituti divino auxilio, à rege Meſopotamiæ evicti, & ſubacti, VII. annis captivitatem pependerunt: donec Gothoniel duce in libertatem reſtituti,

per

cantur בעלים ועשתרות Iud. II. ℣ſ. 23. Per Baalim ſignificantur omnes dii mares, per Aſtaroth Deæ fœminæ. De omnibus hiſce Idolis & Diis, vide Seld. de DIs Syris, Voſſium in admirando opere de Idololatria.

A Rege Meſopotamiæ.] Iud. III. vocatur Chuſan Riſathaim, cujus magna haud dubie potentia: quia ingens ille inter Eufratem & Tigrim tractus, ארם נהרים, Meſopotamia, ſive interamnis Syria. Ac facile apparet nullam tum temporis Monarchiam Babylonicam ſive Aſſyriam fuiſſe; quia tanta Regis Meſopotamiæ in vicinia, potentia. Hunc autem χϰσάρθον τ̃ Ἀσσυρίων βασιλέα vocat Ioſephus & Procopius, non tantum Aſſyriæ & Meſopotamiæ, ſed & totius Syriæ Regem fuiſſe vult. Male. Nunquam enim Aſſyria ſub Meſopotamia comprehenditur, cum trans Tigrim fuerit. *Horn.*

VII *annis.*] Corrige VIII. Nam Iud. III. 8. ἔτη ὀκτώ. *Druſ.*

Captivitatem pependerunt.] Sic infra: *aliquandiu Salomoni ſervitutem pependerat.*

Gothoniel Duce.] Hic primus שפטים, ſive Iudicum fuit. Ioſuam pari poteſtate ſecuti ſunt, qui Prætores dici Dictatoreſque poterant, etſi in ſacris Annalibus Iudices appellantur, ratione haud multum diverſa. Flavius Monarchas vocavit. Quod nomen etiam Syllæ, Cinnæ, Marioq; & aliis Dictatoribus Romanis, Græci dedere. Hos judices in magnis motibus neceſſitas creavit, & compertum eſt, in bello illis feliciter rem ſemper proceſſiſſe. Fuit etiam cum iidem rebus civilibus intenti agerent, cauſaſque audirent, ſed graviores. Raro enim pro tribunali ſedebant. Iuſſus modo, imperiumque, & ſumma rei ad eos pertinuit. Præter Iudices & poſtmodum Reges, Synedria quoque fuerunt, imprimis magnum concilium Sanhedrin, in quod aſſcripti aſſeſſores LXX. erant. *Cunæus.* Hebræis, Tyriis, Carthaginienſibus שופטים dicebantur, κατ' ἐξοχὴν ſummi Magiſtratus, quos Græci hic κριτὰς, Ioſephus in Tyriorum rebus δικαστὰς vocat, Latini in Punica hiſtoria, ſervato Punico vocabulo, Suffetes, αὐτοκράτορες ἡγεμόνες Ioſepho. Videtur autem his temporibus omiſſa per incuriam creatio Synedriorum LXXII. quemadmodum & ante Ioſaphati tempora. II Paral. XIX. ℣ſ. 5. Itaque ubi tales extra ordinem viros Deus non excivit, erat diſſolutum Reipubl. corpus, nec quicquam in commune agebatur. Tribus ſingulæ ſuas res ſuo periculo ac commodo agebant, niſi ſi quæ ex uſu temporum fedus inter ſe fecerant. Talis fuit Græciæ ſtatus Concilio Achaïco, Romanorum artibus diſſoluto, & Galliæ ante Cæſaris tempora: Germaniæ vero & Britanniæ multo etiam ſerius. *Grotius.*

Per

per quinquaginta annos rerum potiti ſunt. Rurſumque corrupti longæ pacis malo, idolis litaverunt. Moxque aderat pœna peccantibus. Ab Eglo enim rege Moabitarum devicti, duodeviginti annis ſervierunt, donec inſtinctu Dei, Adon, regem hoſtium dolo interemit, contractoque tumultuario exercitu libertatem armis vindicavit. Idem per LXXX. *annos in pace Hebræis præfuit. Huic Semigar ſucceſſit: hicque adverſus Allophylos*

Per quinquaginta annos.] Quadraginta eſt Iud. III, ỳſ. II. & apud Ioſephum. Nec interpretes diſſentiunt. Salmanticenſis, *judicavit Iſraëlem* 40. *annis*. R. Ioſe autor Seder Olam, *Othoniël filius Cenaz* 40. *annis*. Sunt qui putant à Sulpicio adjectos decem annos, quo ſic complecteretur totum tempus, quod à monte Ioſuæ effluxerat. Conſule Sigonium. *Druſ.*

Ab Eglo enim.] Iud. III. Hæc altera Hebræorum ſervitus.

Inſtinctu Dei.] Et hac ratione excuſatur Regicidium ejus. Deus enim eum ſuſcitaverat, ut dicitur Iud. III. 15. Dei juſſus efficit ne in exemplum hoc trahi poſſit, ubi talis Dei juſſus non eſt. Non magis quam quod Abraham de filio juſſus eſt facere, & quod Iſraëlitæ res Ægyptiorum abſtulere. Brutus qui Cæſarem occidit, paris videtur fuiſſe animi; ſed ei ut divinum imperium, ita & ſucceſſus defuit. *Grot.*

Adon.] Corruptum ex Aod, id eſt, Ἀὼδ, quod hodie in editione Romana. Sed & in Hieronymo. Veritas Scripturæ Ahod, videlicet in Ebræo אהוד, quod nunc legunt Ehud. Alibi eſt Aoth, & in Polycratico Ajoth, lib. 8, cap. 20. Salmanticenſis: *Anno mundi* 2573. *cæpit Ahod, qui judicavit Iſraëlem* 80. *annis. Hi anni finiunt in anno mundi* 2653. Druſius. Ioſepho, Ἰούδης. Et vero nomen hoc & origine & ſignificatione convenit cum Iuda; idcoque à quibuſdam Aod exponitur confitens & laudans, ab *Origin.* Homil. IV. Laus.

Dolo interemit.] Secreti colloquii copia poſtulata, ipſum manu ſiniſtra, qua æque utebatur ac dextra, peremit: deinde cæſis Moabitarum X. millibus, populum in libertatem vindicavit. Vide *Ioſephum* lib. V, V. Qui dicit: πλήξας δ' αὐτὸν ὁ Ἰούδης εἰς τὴν καρδίαν. Quod falſum. Nam Scriptura exertim, in ventre cæſum. *Horn.* Aod hoſtem potius interemit, quam populi rectorem Tyrannum. *Thomas.*

Per LXXX. *annos.*] Vſque ad LXXX. annum à morte Othoniclis, quo mortuus eſt Aod ſucceſſor ejus. Quare in his LXXX. annis includentur XVIII. anni ſervitutis Moabiticæ. Quis enim credat Aod LXXX. annis præfuiſſe Iſraëli, totidemque annis nullum in Iſraële fuiſſe bellum? *Euſebius.* Alii.

Semigar ſucceſſit.] Samgar filius Anath. Iud. 3, ỳſ. 31. In editione Rom. Σαμεγὰρ, & apud Ioſephum Σανάγαρος, putarim ſcribendum Σαμάγαρος. Legitur & Semegar in Origine. De hoc ſcribit Ioſephus quod primo imperii ſui, vel potius judicatus, anno, mortem obierit. Salmanticenſis, *Samgar præfuit anno uno.* R. Ioſe, *In diebus Ahod erat Samgar filius Anath, in fine dierum ejus. Eodem tractu temporis, videlicet in diebus Eglonis, accidit hiſtoria Ruth.* Druſius. Hunc Euſebius omittit. Et omittitur Iudicum IV. Quia non plene ſervavit Iſraëlem, nec errantes in

phylos congreſſus, ſecundum eventu prælium fecit. Rurſumque Hebræos ſectantes idola, rex Chananæorum, Iabin nomine, ſubjugavit, graviſſimamque in eos per XX. *annos dominationem exercuit: donec priſtinum Debbora mulier ſtatum reddidit. Adeo nihil ſpei*

tes in viam reduxit. Vide Camium. Mentio Samgar & Iud. v, 6. Quærendum etiam an Semgar judex fuerit. Si ſervare Iſraëlem, & Iudicem eſſe convertuntur, tum ἀναφιζβητήτως judex fuit, & Iſraëlem rexit. *Druſius ad Iud.*

Adverſus Allophylos.] Id eſt, Philiſthæos, quos ἀλλοφύλους Græci vocant, id eſt, alienigenas, nomine generis ad certam ſpeciem revocato. ita paſſim interpretes LXX. *Druſ.* Quia alius originis, & ut videtur, linguæ Palæſtini à Chananæis, ideo ad diſtinctionem vocantur ἀλλόφυλοι. Quaſi גוים dicas. Sicut Gen. XIV. מלך גוים. *Horn.*

Congreſſus.] Per ſe ſolus, ait *Abulenſis*, non per ſocios, ut *Lyra* vult. Percuſſit de Philiſtim ſexcentos viros vomere, Iud. III, 31. Videtur dux fuiſſe ruſticorum quorundam, qui ſtimulis boum uſi ſunt cum armis deſtituerentur. מלמד proprie baculus ſtimuli, ut דרבן cuſpis in ſummitate baculi. LXX. ἐν τῷ ἀρότρῳ τῶν βοῶν. Aliquot editiones ἐν τῷ ἀρατρόποδι. *Druſius ad Iud.* Videtur irruentibus Philiſtæis ab aratro, arrepto vomere, proſiliiſſe ad pugnam, uti etiamnum faciunt Hungari, irruentibus Turcis, & olim fecerunt Hiſpani, ingruentibus Mauris: in cujus rei ſignum etiamnum ruſtici Hiſpani, dum arant, gladiati incedunt, quaſi parati ad reſiſtendum hoſti repente invadenti. Sic ab aratro ad Dictaturam vocati priſci Romanorum Heroës, Camillus, Curius, Cincinnatus, Fabricius. Plinius XVIII. *Viri & milites ſtrenuiſſimi ex agricolis gignuntur.*

Secundum eventu.] Magis placet, *ſecundo eventu*, ut, *ſecundis præliis repulit Allophylos, & crebra deinde prælia ſecundo eventu habuit*: & *ſecundo eventu, perempto rege, gentem imperio adjungit.* Rurſum *victores ſecundo prælio Allophyli.* Druſius.

Chananæorum.] Qui cladem & fugam evaſerunt Chananæi, in gentem haud modicam, ſupina Iſraëlitarum negligentia, coaluerunt.

Iabin.] Iud. IV. Ioſeph. V, 6. Hic erat ex poſteris Iabin illius, cujus meminit liber Ioſuæ cap. XI, I. ſedes regni Haſor, quæ à Ioſue combuſta, videtur poſtea reparata fuiſſe. Aut per Haſor intelligit agrum ejus. Vide R. David ad Iud. IV. Et tum ſedes fuerit Harſeroth, urbs Sylveſtris. חורשא enim Aramæis Sylvam notat, unde conjiciunt in Sylva illa fuiſſe arces validas Chananæorum. *Druſ.* ad Iud.

Per XX. *annos.*] Qui annumerantur annis Deboræ. Nam ipſa durante adhuc ſervitute, judicavit Iſraëlem. Non quod Princeps populi fuerit, ut Ambroſ. & Hieron. affirmant, ſed quod lites nonnullas, abſque juriſdictione, ſola prophetia, componeret. *Abulenſ. Cajetan. Arias.*

Debbora mulier.] Δεββῶρα, quod apem ſonat, & eſt antiqua lectio pro Debora, ut Meſſias, quod nunc legunt & ſcribunt Meſia, id eſt, משיחא. Cœpit judicare Iſraëlem anno mundi 1654. videlicet anno poſt Semigar. Non tantum judex erat, ſed etiam Prophetes. *Druſius.* Fuit uxor Lapidoth, γυνὴ λαφιδώθ. Eum Ebræi putant fuiſſe Barac, in quo ſignificatio fulguris. Nec alienum ab eo vox לפיד, quæ ſæpe de fulgure uſur-

ſpei in eorum ducibus erat, ut muliebri auxilio defenderentur. Quanquam hæc in typum Eccleſiæ forma præmiſſa ſit, cujus auxilio captivitas eſt depulſa. Sub hac duce, vel judice, XL. annis Hebræi fuerunt. Rurſumque ob peccata Madianitis traditi, duro imperio habeban-

uſurpatur. Sed obſtat huic opinioni, quod Barac aliunde advocavit. Nam ſi maritus ejus fuiſſet, ſimul habitaſſent. Ideo in Medras exponitur, *mulier lychnaria*, quod lychnos, id eſt, לפידים conficeret, ad uſum Sanctuarii *R. Salomo. R. David. Lyra.*

Muliebri auxilio.] Paulinus:

Fœmineas quoque perſonas virtute virili
Induit alma Fides: mulier qua ſancta peremit
Terribilem Siſaram transfixum tempora palo.

Ambroſ. lib. de Viduis: *Ad provocandos animos fœminarum, fœmina judicavit, fœmina diſpoſuit, fœmina prophetavit, fœmina triumphavit, & præliaribus intermixta copiis, imperio viros docuit militare fœmineo. Secundum myſterium vero, fidei militia, Eccleſiæ victoria eſt.*

In typum Eccleſiæ.] Auguſtin. XII. contra Fauſtum, XXXIII. *Quæ eſt illa mulier plena fiduciæ, hoſtis tempora ligno transfigens, niſi fides Eccleſiæ, cruce Chriſti regna diaboli perimens?* Similia habet Origen. Homil. V. Vide *Gloſſ. Ordinar.* ad illum locum Salomonis: *mulierem fortem quis inveniat?*

Captivitas eſt depulſa.] Cæſo exercitu Siſaræ. Contra quem ipſi cœli pugnarunt. Quod & factum tempore M. Aurelii Imp. Vnde Legio Chriſtiana dicta κεραυνοβόλος. *Tertull.* Apol. Euſeb. V. Hiſt. 5. Idem accidit Theodoſio contra Eugenium pugnanti. De quo Claud. in III. Conſul. Honorii:

Te propter gelidis Aquilo de monte procellis,
Obruit adverſas acies, revolutaque tela,
Vertit in auctores, & turbine repulit haſtas.
O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris,
Aeolus armatas hiemes, cui militat æther,
Et conjurati veniunt ad claſſica venti.

Cæſi ad internecionem hoſtes, ut ne cladis quidem nuncius ſupereſſet. Sed quod Philo Annianus dicit, cecidiſſe 997000. incredibile eſt. Addit Ioſephus: Βάρακος δὲ ϛρατεύσας ἐπ᾽ Ἄσωρον Ἰαβίνοντι ὑπαντήσαντα κτείνει, καὶ τοῦ ϛρατηγοῦ πεσόντος, καθελὼν εἰς ἔδαφος τὴν πόλιν.

XL. *annis.*] Hieronymus, Auguſtinus, Sulpicius, Nicephorus, Sigonius, volunt annos ſervitutum ſeorſim ſubduci ab annis Iudicum. Sed hanc ſententiam tueri non poſſunt, niſi exemplaria omnia Hebræa, Græca, Latina, III Reg. VI, I. ubi Salomo dicitur templum ſuum inchoaſſe anno 480. ab egreſſu filiorum Iſraël ex Ægypto, corrupta eſſe affirment. Ergo igitur anni ſervitutum comprehenduntur in annis Iudicum. Sicut ex Hiſtoria Deboræ & Samſonis manifeſte colligitur. Sic *Euſeb. Comeſtor. Lyra. Abulenſ. Genebrard. Torniell. Salianus*, Alii.

Madianitis.] Iudic. VI. Ioſeph. V. 7, 8. Et aliis Arabum gentibus Scenitis. Non enim alii erant Midianitæ illi, Iſmaëlitæ & Amalecitæ, quam quos poſtea Saracenos dixere, & Arabas vagos. Et in hac Midianiticæ ſervitutis hiſtoria, ad vivum nobis Scenitæ illi depinguntur, quemadmodum eos Ammianus accuratiſſime deſcribit. Ioſeph. Μαδιανῖται παρακαλέσαντες Ἀμαλεκίτας τε καὶ Ἄραβας. Sciendum duplicem fuiſſe Madian. Vnam ad mare ru-

bebantur, afflictique malo ſervitutis divinum auxilium imploraverunt. Ita ſemper in ſecundis rebus immemores cœleſtium beneficiorum, idolis ſupplicabant: in adverſis, Deo. Vnde cum reputare in animo ſoleo, populum, tot beneficiis Dei obligatum, tot cladibus, cum peccaret, coërcitum, expertumque & miſericordiam & ſeveritatem Dei, nequaquam emendatum: & cum ſemper veniam erroris acciperet, ſemper peccaſſe poſt veniam: nihil mirum videri poteſt, Chriſtum ab his non eſſe receptum, cum jam inde ab initio toties in Domino rebelles deprehendantur: magiſque mirum eſt, illis ſemper peccantibus, nunquam Dei, ſi quando eum imploraverunt, defuiſſe clementiam. Igitur cum eis, ut ſupra retulimus, Madianitæ dominarentur, converſi ad Dominum, miſericordiam ſolitam flagitantes, impetraverunt. Erat in Hebræis Gedeon quidam nomine,

re rubrum. De hac non agitur hoc loco. Altera vicina Moabitis, juxta Arnon & Areopolin, cujus incolæ maſculi omnes exciſi ſunt à Moſe; Num. XXXI. Verum complures cladem metuentes, jam ante ad vicinas gentes profugerant, qui poſtea in Madian redierunt. Alii quoque vicini, Madian incolis vacuatam occuparunt, & Madianitæ impoſterum dicti ſunt. *A Lapide.*

Duro imperio habebantur.] Per ſeptem annos. Iud. 6, 1. Salmanticenſis, *captivitas Madian duravit ſeptem annos.* Seder Olam, *tradidit eos in manum Madian ſeptem annis.* Vix ulla unquam gravior Iſraëlitas domi ſervitus afflixit. Ioſephus: *Iſraëlitas in montana compulſos, campeſtri ſolo cedere coëgerunt. Qui ſpeluncis & ſubterraneis ædificiis excavatis, quicquid hoſtium violentiam evadere poterat, intro receptum aſſervabant. Nam Madianitæ per æſtatem facientes expeditionem, hieme agros colere Iſraëlitas permittebant, ut poſſent denuo labores eorum vaſtare. Itaque in perpetua fame ac egeſtate vivebant, nec jam ullum ſupererat præſidium, niſi in precibus ad Deum, & ſupplicationibus.* Plane ſimile artificium Alyattæ contra Mileſios narrat Herodotus Clio.

Ita ſemper in ſecundis rebus.] Auguſtin. XVIII. C. D. XIII. *Iudicum temporibus alternaverunt apud Hebræos, & humilitates laborum pro peccatis eorum, & proſperitates conſolationum, propter miſerationem Dei.* Addit deinde Sulpicius per excurſum, haud mirandum eſſe ſi Iudæi Chriſtum non receperunt, cum neque Deum receperint, cujus eximiam juſtitiam ac miſericordiam toties experti fuiſſent. *Sigon.*

Madianitæ.] Quorum numen Baal-Peor, quod Saturnum, Iovem, Apollinem referebat. Baalphegor enim Priapus. Hic Sol. Vide Voſſium II. de Idol.

Gedeon quidam.] Qui & Ierubbaal Iud,

mine, vir juſtus, & charus Domino, acceptuſque. Huic angelus, de campo meſſis domum revertenti, aſtitit: Dominus, inquit, tecum, potens in virtute. At ille, voce humili, non eſſe in ſe Dominum ingemiſcebat: ſiquidem, quod populum captivitas premeret, virtutumque Domini, qui eos de terra Ægypti eduxerat, flens recor-

Iud. 7, 1. filius Ioas 6, 11. ex tribu Manaſſe ibid. 15. Cur Ierobaal cognominatus ſit, cauſſa expreſſa Iud. 6, ℣ſ. 32. *Druſ.* Ophra pertinebat ad Ioaſum patrem Gedeonis, quæ propterea Ophra Gedeonis vocatur, & urbs ejus. Iud. VIII, ℣ſ. 27. Ambo erant ex familia Abiezer: unde Ioas vocatur Abiezrita. Familia iſta nomen accepit, à quodam Abiezer 1 Paral. VII, 18. Male igitur Hieronymus, *patrem familiæ Ezri*. Nam familia hæc vocatur familia Abiezer, non familia Ezri. *Idem ad Iud.*

Huic Angelus.] In ſomnio hoc factum putat Maimonides. Angelus ille ℣ſ. 14. dicitur יהוה. Ex quo patet, eum fuiſſe Angelum federis, id eſt, Chriſtum. *Ioſeph.* Φαντάζεται ἄγγελος δ' αὐτῷ παρεστὼς νεανίσκου μορφῇ.

De campo meſſis domum revertenti.] Ῥαβδίζων σῖτον ἐν λήνῳ. Addit Ioſephus non auſum eum propter hoſtes propalam hoc in area facere. *Druſ.* Alioqui in Palæſtina, ut & in Italia hodie, boves triturabant ſegetes, eas ungulis calcando. Sed Gedeon flagello trituravit, quia ſecreto & feſtinanter id fecit, eademque de cauſa id fecit in torculari, quod erat in loco plano, & forte in horreo, ut vult Vatablus. Ebræi fabulantur, patrem ejus prius excuſſiſſe frumenta. Ipſum autem dixiſſe ei: *Pater ſenex es tu. Abi ergo domum, quia non potes fugere ſi Madianitæ venerint; ego decutiam frumenta.* Ob hoc dictum, quia ſtabilivit legem, *Honora patrem*, meruit eſſe Iudex. Vide Kimchium.

Potens in virtute.] Ambiguum eſt. Tam enim accipi poteſt de Deo, quam de Gedeone. De Deo videtur accepiſſe Auguſtinus, referens, *potens de fortitudine*: quod noſter dixit, *potens in virtute*. De Gedeone autem Hiero. qui vertit, *virorum fortiſſime*: & aliis qui tranſtulit, *miles ſtrenue*. Cæterum in LXX. eſt ἰσχυρὸς δυνάμεων: in aliis, quos Sulpicius ſecutus, eſt δυνατὸς ἰσχύϊ, potens robore, ſive, quod idem, virtute. Nam virtus etiam pro robore ſumitur. Verba Sulpicii accommodari poſſunt ad Gedeonem, ſi adverbium ſubaudias vocandi, ut dicat, *ô potens virtute*. Idem ſentiendum de Auguſtini declaramento ſeu interpretamento, quod ſuperius adduxi. In fonte גבור החיל, quod non male redditur *miles fortiſſime*. Nam גבור miles: proprie robore valens. *In virtute* Græce diceretur, ἐν δυνάμει. Sic Κύριος δυνάμεων, *Dominus virtutum*. Locus eſt. Iud. VI, 2. *Druſ. Ioſ.* Εὐδαίμων καὶ φίλος τῷ θεῷ.

Non eſſe in ſe Dominum.] Id eſt, ſpiritum Domini, qui eſt ſpiritus fortitudinis & roboris, quo donatus fuit & Iephthe, cum ad populi ducatum vocaretur. Cæterum in Ebræo legitur. *Eſt Dominus nobiſcum?* quod pronuntiatione juvandum, ac ſi diceret, Eſtne Dominus nobiſcum? Græci habent, εἰ ἔστι Κύριος μεθ' ἡμῶν; ſi eſt Dominus nobiſcum? Quaſi dicat, minime. Vide ſequentia. *Druſ.* Hoc, *inquit*, meæ felicitatis argumentum eſt maximum, quod torculati uter pro area. *Ioſeph.*

Flens.] Hoc de ſuo adjicit ex conjectura. *Druſ.*

In

recordabatur. Tum angelus: Vade, inquit, in hoc ſpiritu, quo locutus es, & populum de captivitate eripe. Ille vero abnuere, ſe infractis ſuorum viribus, cum ipſe minimus eſſet, tantum onus ſuſcipere Perſtare contra Angelus, ne dubitaret poſſe fieri, quæ Dominus loquebatur. Perfecto igitur ſacrificio, dirutaque ara, quam Baa-

In hoc ſpiritu.] Ἐν τῇ ἰσχύι σου, in virtute aut fortitudine tua. *Idem.*

Se infractis ſuorum viribus.] Locus haud dubie corruptus. Quid enim eſt: *abnuere, ſe infractis ſuorum viribus, tantum onus ſuſcipere.* Ergo vel delendum *ſe*, vel tranſpoſitæ *ſe* & *in.* Vt ſcripſerit Sulpicius: *abnuere, in ſe, fractis ſuorum viribus, tantum onus ſuſcipere.* Horn.

Cum ipſe minimus eſſet.] Textus: ואנכי הצעיר בבית אבי. Καὶ ἐγώ εἰμι μικρότερος ἐν οἴκῳ πατρός μου. Ante quæ verba, ἰδοὺ ἡ χιλιάς μου ἠσθένησεν ἐν Μανασσῆ. Seorſim ab aliis vertunt אלפי ἡ χιλιάς μου; atque hinc eliciunt Gedeonem in ſua tribu chiliarchum fuiſſe. *Druſ.* Chiliadis militaris mentio eſt in Libro Iudicum VII. & apud Micheam: *Et tu Bethlehem parvulus es, ut ſis in millibus.* Id eſt, ut Chiliadem & Chiliarchum create poſſis. *Sigon.* אלפי *Hieron.* Familia mea, משפחתי. *Ioſephus:* Ἀδυνάτως ἔχειν ἔλεγε. τήν τε γὰρ φυλὴν ἐξ ἧς ὑπῆρχε, πλήθους ὑστερεῖν, καὶ νέον αὐτὸν εἶναι, καὶ τὴν πραγμάτων ἐπινοίας ἀσθενέστερον.

Contra Angelus.] Ὁ δὲ θεὸς αὐτὸς ἀναπληρώσειν τὸ λεῖπον ἐπηγγέλλετο. *Ioſephus.*

Perfecto igitur ſacrificio.] Idem volunt Auguſtinus Quæſt. XXXI. Theodoretus & Abulenſis. Verior ſententia, Gedeonem obtuliſſe panem & carnes Angelo, non ad ſacrificium, ſed ad prandium. Neque enim ipſe ex tribu Levi, ut ſacrificare poſſet; & Prophetam primo aſpectu, quia humana forma, eſſe putabat. Deinde carnes coctas attulit, quod ſacrificio demum peracto fieri oportuit. Et מנחה nunquam ſacrificium carneum, ſed bene farreum notat. Denique Gedeonem non cogitaſſe de ſacrificio, patet ex eo, quod non erexit altare, non attulit ligna & ignem: multo minus præſcivit Angelum virga ſua ignem eliciturum quo carnes cremarentur. Ita *Procopius, Cajetanus, Arias, Serarius.* Alii.

Dirutaque ara.] Fuit prope lucum. Quæ loci, præcipue in Oriente, magna religione culta ſunt. Lucus אשרה. Inde Ἄσκρα Heſiodi patria. Eo enim primo omnium pervenit Cadmus; ibique proculdubio lucum conſecravit. Colebant etiam unam ſæpe arborem. Qualis illa Platanus Theocriti, quæ Helenæ ſacrata fuit. *Heinſius.* Hieronymus ad cap. VII. & XXXII. Ieremiæ: *Hic gentilitatis error omnes provincias occupavit, ut ad capita fontium lucoſq, amœniſſimos, victimas immolarent, & omnis pravæ ſuperſtitionis religio ſervaretur.* Tales lucos violare & exſcindere ſummum nefas credidrum. Si hoc facerent, ſecures in ſua membra rediturus. Lucanus III. de luco quem Cæſar exſcindere parabat:

Sed fortes tremuere manus, motique verenda
Majeſtate loci, ſi robora ſacra ferirent,
In ſua credebant redituras membra ſecures.

Horn.

Baalis idolo Madianitæ ſacraverant, ad ſuos profectus, caſtra caſtris hoſtium contulit. Sed Madianitis etiam gens Amalech ſe conjunxerat. Gedeon vero non amplius quam ad triginta & II. millia exercitum paraverat. Sed priuſquam confligeret, Deus ad eum locutus eſt, nimiam eſſe hanc multitudinem, quam in prælium vellet educere: Hebræos pro ſolita perfidia, eventum pugnæ non Deo, ſed virtuti ſuæ daturos. itaque daret volentibus diſcedendi poteſtatem. Quod ubi populo divulgatum, XX. *&* IIↃ. *à caſtris receſſerunt. Sed ex* X. *millibus, quæ reſederant, admonitus à Domino, non am-*

Quam Baalis Idolo.] בעל commune Deorum in Oriente nomen. Chaldæi contractius בל dicebant. Iſ. XLVI, 1. Vnde Græcis Βῆλος. Origo Idololatriæ à Nino. Quippe hic patrem ſuum Nimrodum, ſub Beli nomine, inter Deos retulit, poſita ei ſtatua. *Hieron.* in Ezech. XXIII. *Idolum Baal ſive Bel, &, ut apertius dicam, Beli, Aſſyriorum religio eſt, conſecrata à Nino, Beli filio, in honorem patris.* Idem in Oſeæ cap. II. tradit. Baal autem Saturnum, qui Sol, denotat. Vnde & Phœnicibus vocabatur Beelſamen. *Sanchoniatho:* Ἥλιον γὰρ θεὸν ἐνόμιζον μόνον, οὐρανοῦ κύριον, Βεελσάμην καλοῦντες. Euſeb. 1. Πρ. 7. De quo vide Magni Voſſii libros de Orig. & progreſſu Idololatriæ. Haud dubie vero ara hæc Beelſameni, Deo Phœnicio, ab Ophratæis erecta fuit.

Madianitæ ſacraverant.] Quærendum unde habeat. Nam ex textu non poteſt aliud colligi, quam hanc aram à civibus Gedeonis fuiſſe ſacratam, quem propterea quod eam deſtruxiſſet, ad necem quærebant. Hiſtoria refertur Iud. VI. 30. *Druſius.*

Ad ſuos profectus.] Ioſeph. tradit eum hanc rem cum quibuſdam juvenibus communicaſſe: διηγέρμενος ὁ Γεδεὼν ζωσὶ τῶν νέων, ἐπιστεύετο. In textu ſacro dicitur *aſſumſiſſe decem viros de ſervis ſuis.* Horn.

Caſtra caſtris hoſtium contulit.] Nam Madianitæ Iordanem tranſgreſſi, caſtra poſuerant in valle Iezraël. Gedeon quoque, collecto fortiſſimo exercitu, ſe iis, pugnaturus, objecit. Παρεσκευασμένος πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἕτοιμον ἦν τὸ στρατιωτικόν. *Ioſeph.*

Etiam gens Amalec.] ובני קדם. Id eſt, variæ Arabum gentes. Nam illa Arabiæ pars, reſpectu Iſraëlitidis, ad Orientem erat. בני קדם proprie ſunt Keturæi. *Horn.*

Ad triginta & II. millia.] Certum ex Iud. VII, 3. triginta duo millia fuiſſe. Quocirca male adjecit (ad) præpoſitionem, quæ hic circiter denotat, ut in illo Terentii, *quaſi talenta ad quindecim coëgi.* Sic infra, *Nam fere ad* LXX. *erant*, cum hiſtoria narret LXX. fuiſſe. *Druſius.*

XX. *& II. millia.*] Sic audacter emendavimus. Prius erat in libris, XX. CIↃ. *à caſtris receſſerunt.* Vide Iud. VII, 3. *Idem.*

Ex X. millibus.] Μυρίων ἀνδρῶν. *Ioſeph.*

Quam

amplius quam trecentos tenuit: reliquos ab armis dimiſit. ita media vigilia caſtra hoſtium ingreſſus, juſſis omnibus tuba canere, magnum terrorem injecit: neque cuiquam reſiſtendi animus fuit, turpi fuga, quo quiſque potuit, dilapſis. Sed occurrentibus omni ex parte He-

Quam trecentos retinuit.] Ergo uni militi Gedeonis oppoſiti fuerunt CCCCL. Madianitæ. Quia in exercitu Madian fuerunt 135000. hominum: in exercitu Gedeonis 300. Divide 135000. per 300. & produces 450. *Bucholc.* Vide Gregorium l. XXXI, c. 32. Elegit autem eos qui lambebant aquas. Quod formidinis & mollitiei. Ioſephus: Ὅσοι δ᾽ ἂν ἐπισυρομένως καὶ μετὰ θορύβου πίνοντες τύχωσιν, τούτους νομίζειν ὑπὸ δειλίας τοῦτο πάσχειν καὶ καταπεπληγότας τοὺς πολεμίους. Ita non numerum tantum ad tertiam primum partem: deinde hanc tertiam ad minus parte triceſima, redigere voluit Deus; ſed ſimul eos ſibi aſſumere, de quorum virtute minima ſpes erat. Et hi trecenti, non quaſi cohors Leonidæ, ſed homines ingenio trepidi, CXXXV. hominum millia disjecerunt. *Grotius. Abul.* Contra alii cenſent lambentes electos præ illis qui curvato genu biberant, quaſi temperariores & tolerantiores ſitis; & qui obiter ac curſim, more canum lambentes, ad prælium feſtinarent. *Lyra, Arias, Serarius.*

Media vigilia.] Media vigilia incipiente, ſive in principio ejus. Iud. VII, 19. Ioſephus hic habet, *circa quartam vigiliam*, & ejus interpres Ruſinus, *circa primam.* Mirum unde hæc varietas. De vigiliis vide quæ notavimus Obſervat. lib. 10. cap. 10. Quibus addo, tres vigilias etiam à Macrobio ſtatui, his verbis: *Nox in tres vigilias diſtribuebatur, vigiliæ vero in quatuor horarum ſpatia.* Manahem Ricinenſis vigiliam mediam appellat *cuſtodiam ſecundam, qua media nocte*, tertiam autem definit, in qua homo fabulatur cum uxore ſua. Videndus R. David & Pſalm. LXIII, 7. Cæterùm veſpertinæ & matutinæ vigiliæ mentio apud Paraphraſten Chaldæum. *Druſ.*

Caſtra hoſtium ingreſſus, juſſis omnibus tuba canere.] Simili ſtratagemate Hannibal à Q. Fabio Max. ad Caſilinum obſeſſus, eum eluſit. Nam duobus boum millibus ad cornua ſingulorum faces accenſas alligavit, itaque eos impulit in montes à Romanis inſeſſos. *Livius* Dec. III. lib. II. Similia recenſet *Iulius Frontinus* II. de Strateg. 4. Faliſci & Tarquinienſes, compluribus ſuorum in habitu Sacerdotum ſubornatis, faces & angues furiali habitu præferentibus, aciem Romanorum turbaverunt. Idem Vejentes & Fidenates, facibus arreptis fecerunt. Vide & III, 8.

Magnum terrorem.] Ταραχὴ δὲ λαμβάνει τοὺς ἀνθρώπους ἔτι τε ὑπνοῦντας καὶ δείματα· νὺξ γὰρ ἦν, καὶ ὁ θεὸς τοῦτο ἤθελεν. ἐκτείνοντο δὲ ὀλίγοι μὲν ὑπὸ τῶν πολεμίων. οἱ δὲ πλείους ὑπὸ τῶν συμμάχων, διὰ τὸ τῇ γλώσσῃ διαφωνεῖν. ἅπαξ δὲ καταστάντες εἰς ταραχὴν, πᾶν τὸ προστυχὸν ἀνῄρουν, νομίζοντες εἶναι πολέμιον. *Ioſephus.*

Occurrentibus omni ex parte Hebræis.] Conclamantes autem viri Iſraël & Naphthali, Aſer, & omnis Manaſſe, perſequebantur Madian. *Iudic.* VII. Occuparunt etiam vada Iordanis ad Abelmecholam & Bethbaram, quæ Tremellio & Scaligero Bethabara eſt, cujus mentio fit Ioh. 1, 28. Serarius diverſa loca fuiſſe putat.

Hebræis, paſſim fugientes cadunt. Reges Gedeon perſecutus ultra Iordanem, comprehenſos neci dedit. Ea pugna centum & xx cIↃ. *ex hoſtibus cæſa,* xv. *capta traduntur. Tunc conſenſu omnium, Gedeoni, ut princeps populi eſſet, delatum. Quod ille aſpernatus, communi*

Reges.] Iud. VIII. Quorum duo fuerunt, Zebee & Salmuna. Oreb & Zeb, non Reges erant, ſed Principes Madian, & in fuga interfecti, nomen ab infelici exitu, locis indiderunt. Cæterum ex textu ſacro patet, jam tum temporis, Lunulas Arabum inſignia fuiſſe. Ita enim interpretantur Iudæi שהרונים Zebæ & Salmunæ. Originem traxerunt, non ab Hegiræ Mahummedicæ memoria, ut Scaliger vult, quæ biduo poſt verum Lunæ coitum, corniculante jam Luna accidit: ſed à Diis veterum Arabum, Vrania, Alilat, Aſtarte, Cabar, qui omnes Venerem ſeu Lunam notabant. Vnde ſummis turrium & Meſchitarum faſtigiis impoſitæ Lunulæ. *Seldenus.* Inaures quoque, dicatas alicui fictitio numini, habebant. Qui mos olim Syrorum, & per Syro-Phœnicas in Africam venit. De quibus Auguſtin. Epiſt. LXXIII.

Perſecutus ultra Iordanem.] Ex clade Iezreelitica xv. millia (non ut *Ioſeph.* XVIII.) evaſerant trans Iordanem, jamque pervenerant Carcariam, quod eſt caſtellum unius diei itinere à Petra diſtans. LXX. *Chaldæus. Hieronym.* in Locis. Porro Gedeon non recta via, ſed à tergo eos, per Arabum Scenitarum regionem, ne evadendi locus eſſet, adortus eſt. Illi autem, velut nullo periculo, ſecuri agebant. *A Lapide.*

Neci dedit.] Ad ulciſcendam necem fratrum ſuorum, quos hi Reges in ſpelunca Thaboritica interemerant. Nam alioqui eos occidere non tenebatur illius præcepti vi, quod Num. XXXI, 17. datum. Hoc enim temporarium erat, quod Num. XXV. cædem Regum filio commiſit, ut gladium in hoſtes patriæ ſuæ ſtringere diſceret, regio initiatus ſanguine. *Menochius.* Sed illi maluerunt ipſius Imperatoris manu cadere. In quo haud parva victis conſolatio:

Aeneæ magni dextra cadis.

Centum & xx cIↃ *ex hoſtibus cæſa.*] Primo prælio nocturno, apud Iezreëlē. Quod Abulenſis cum victoria Ioſaphati II Paral. XX. comparat. Multiſque nominibus præferenda eſt glorioſiſſimæ pugnæ Lacedæmoniorum ad Thermopylas. *A Lapide.*

XV. *capta traduntur.*] Miror quis hoc perſuaſerit Sulpicio. Cæſi enim, ut ex Iud. VIII. 11. patet. Multos fuga tum evaſiſſe, haud dubitandum, quia & duo Reges ex fuga retracti: ſed tot millia capta, abſonum. Ioſephus, more ſuo audacter: ἅπαντας διέφθειρε τοὺς πολεμίους. Et mox, ſui oblitus, non niſi cxx. millia utroque prælio cæſa vult. Quæ mira incogitantia & ſupinitas eſt. *Horn.*

Conſenſu omnium, Gedeoni, ut princeps populi eſſet.] Atqui jam à Deo conſtitutus princeps erat. Non ergo Iſraëlitæ judicem eum, ſed Regem creant. Id eſt, Regnum ipſi, poſteriſque ejus, hæreditarium offertur. *Eſtius.*

Quod ille aſpernatus.] Non Ducatum, ſed Regnum, & quidem hæreditarium. Nec verum, quod Sulpicius dicit; *communi jure cum civibus vivere, quam præeſſe ſuis, maluit.* Nam utique præfuit. *Ioſephus:* Γεδεὼν δὲ τὴν ἀρχὴν ἀποθέσθαι βουλόμενος, βιασθεὶς ἔχειν αὐτὴν ἐπ' ἔτη τεσσαράκοντα, βραβεύων αὐτοῖς τὰ δίκαια, καὶ περὶ τῶν διαφορῶν, ἐπ' αὐτὸν βαδιζόντων. κυρία τε πάντα ἦν τὰ ὑπ' αὐτοῦ λεγόμενα. Ergo igitur rejecit à ſe regnum

muni jure cum civibus vivere, quam præeſſe ſuis, maluit. Depulſa igitur captivitate, quæ ſeptem annos populum continuerat, pax per XL. *annos fuit. Sed defuncto Gedeoni, filius ejus Abimelech, ex concubina ortus, fratribus interemptis, peſſimis quibuſque conſentientibus, & maxime Sichimorum principibus operam ei navantibus, regnum occupavit. Iſque diſcordiis ci-*

gnum populi arbitratu, & in hæreditatem oblatum. Vnde dicit: *Dominabitur vobis Dominus*, id eſt, is vobis Principes deſignabit. Quod quamdiu faciebat Deus, Regem populus ſuopte arbitratu facere non debebat 1 Sam. VIII, ℣. 7. multoque minus uni ſe familiæ ſubjicere. *Grot.*

Pax per XL. *annos fuit.*] Imo tantum per XXXIII. Nam VII. anni ſervitutis ſub his XL. more ſolito, comprehenduntur. *Horn.*

Abimelech.] Iud. IX. Ioſeph. V, 9. Nomen hoc proculdubio ex materna ambitione impoſitum; quæ filium occulte in ſpem regni educabat. Erat enim inſolens, & inter tot fratres majoris dignitatis, merito ſuſpectum. *Idem.*

Ex concubina ortus.] Id eſt, uxore ſecundaria. Cui nomen fuiſſe Druma Ioſephus tradit: Νόθος δ' εἰς ἐκ παλλακῆς Δρύμας. Vbi verum non eſt, quod νόθον vocat. Nam filii ex concubinis nati, quanquam non cernerent hæreditatem paternam ex aſſe, legitimi tamen filii, haudquaquam ſpurii, dicebantur. *Horn.* Non erat eo tempore vetitus concubinatus: neque concubina à matrona, niſi dignitate, diſtabat. Solebant autem ſumi de ancillis, aut de humilioribus fœminis. *Grotius.*

Fratribus interemtis.] Quorum LXX. fuerunt. Sic enim Scriptura, rotundo numero, loquitur. Alias tantum erant LXIX. Nam Iothan, ſeptuageſimus, effugerat. Imo tantum LXVIII. ſi Abimelechum iis annumeres. Interemit eos, barbara crudelitate, ſuper unum lapidem. Quem Arias cenſet fuiſſe altare, ab Abimelecho Baal-Berith Idolo gentili dicatum, erectumque eodem loco, quo ante Gedeon ſive Ierubbaal, aram Baalis deſtruxerat. Abulenſis putat Abimelechum non hoſtis, ſed judicis perſonam ſuſtinere voluiſſe; atque ita, tanquam facinoroſos, publico ſupplicio affectos. Similes fratricidæ fuerunt Ochus Perſarum Rex, qui LXXX. Phrahates Parthorum, qui XXX. fratres interemerunt. Et ſolemnis illa in Oriente barbaries. Adeo verum quod Poëta dicit, omne regnum *impatiens conſortis* eſſe. *Horn.*

Peſſimis quibuſque conſentientibus.] Conduxerat enim ſibi latrones, *quos manus, atque lingua, perjurio, & ſanguine civili alebat: poſtremo omnes quos egeſtas, flagitium, conſcius animus exagitabat.* Quo ſatellitio ſtipatus, velut alter Catilina, in perniciem Reipublicæ graſſabatur. *Horn.*

Sichimorum principibus.] בעלי שכם ſunt cives illius urbis, qui & אנשי שכם, ἄνδρες Συχὲμ, quod in Hieron. & LXX. *Ionathan:* Habitatores Sichem. Intelliguntur autem primarii cives, & qui Magiſtratum gerebant. *Druſ.* ad Iud. Facile autem hos, in ſceleris ſui ſocietatem, callidus Tyrannus traxit, ſanguine & affinitate iis junctus. Quippe ea urbe maternum genus ducebat.

Regnum occupavit.] Conſtituerunt Sichemitæ Regem Abimelech, juxta quercum quæ ſtabat in Sichem. Hanc quer-

civilibus exercitus, cum ſuos bello premeret, turrim quandam, in quam ſe amiſſo oppido fugientes receperant, expugnare aggreſſus, dum incautius ſubit, ſaxo à

quercum Maſius & Serarius putant eam fuiſſe ad quam Abrahamus altare conſtituit Gen. xII. ℣ſ. 6. Sic fuiſſet annoſa quercus: *(nos.*

Religione patrum multos ſervata per an-
Quicquid ſit, locus erat, ubi ſolennes conventus ſuos, & comitia Magiſtratui creando, exercebant Sichemitæ. Vide Interpr. Hinc patet Abimelechum non fuiſſe Iſraëlis Iudicem & Principem: utpote nec à Deo, nec populo, ſed à paucis Sichemitis, civibus ſuis, electum & vi intruſum Tyrannum. Vnde nec tribus Iuda, nec cæteræ eum acceptaſſe leguntur. Hinc & ipſe duntaxat in Sichem regnavit. *A Lapide.* Falſo autem commentus fuerat, LXX. fratres ſuos, pari poteſtate, regnum affectare vel Principatum. Vnde commendata Monarchia, facile Sichemitas, occulto ut videtur Gedeonis odio flagrantes, in partes ſuas traxit.

Diſcordiis civilibus exercitus.] Miſit Dominus ſpiritum peſſimum inter Abimelech & habitatores Sichem, qui cœperunt eum deteſtari. Lib. *Iud.* In Hebræo eſt ויבגדו rebellarunt. Rebellionis author fuit, uſus populi odio & abalienatione, Gaal Princeps Sichemitarum, & Abimelechi æmulus. Vnde factum ut Sichemitæ eum urbe ſua, tanquam crudeliſſimum Tyrannum, pellerent. *Ioſeph.*

Cum ſuos bello premeret.] Sichemitas. Quorum urbem, ex inſidiis, & proditione Zebuli, captam, ſolo æquavit. Καὶ Σικιμιῶν πάντες οὕτως ἀπώλοντο. Ruinas ſale conſevit, ad ſterilitatem ſolo inducendam. *Virgil.* II. Georg.

Salſa etenim terra eſt, & quæ perhibetur amara,

Frugibus infelix. —

Reliquias cum turri, in quam ſe receperant, concremavit. Hoc ſucceſſu elatus, arma terroremque nominis ſui late circumtulit, quicquid reſtaret tribuum, Tyrannidi ſuæ adjecturus. *Ioſephus.*

Turrim quandam, in quam ſe amiſſo oppido.] תבץ. *Ioſeph.* ἤλαυνεν οὖν ἐπὶ Θήβας. Putavit igitur nomen ejus oppidi fuiſſe Thebas. Quarum Euſtathius novem recenſet. Thebes autem urbs fuit in tribu Manaſſe, in finibus Neapoleos, pergentibus Scythopolin, quaſi in decimo tertio ejus lapide. *Hieronym.* & *Euſeb.* Fuitque alia à Theba, ex qua oriundus Elias Propheta, cognomen Thesbitæ tulit, uti contra Lyranum iidem docent.

Saxo à muliere ictus periit.] Iuſte lapide percuſſus interiit, qui ſuper lapidem LXX. fratres occiderat. Sic regula à muliere dejecta miſere Argis periit Pyrrhus Rex Epirotarum. *Plutarchus.* Hermannus quoque Saxonum Rex, arcem oppugnans, ſaxo à fœmina dejecto interemtus eſt. *Aventinus* v. Vnde Lacedæmonii, ut author eſt Plut. in Sylla, τειχομαχίας improbarunt, quod in illis, vel à muliere interficeretur vir fortiſſimus. Seneca Hercule Oeteo:

O turpe fatum! fœmina Herculeæ necis

Auctor feretur? —

Ad quam infamiam declinandam, maluit Tyrannus Abimelech, manu armigeri ſui cadere. Ὁ δὲ τοιαύτην ὑπὲρ τῆς εἰς τοὺς ἀδελφοὺς παρανομίας ποινὴν ἐξέτισε, καὶ τῆς εἰς Σικιμίους αὐτῷ πεπλημμελημένων. *Ioſeph.* Nec tamen effugere potuit, quin Ioab diceret: *Quis percuſſit Abimelech filium Ierubbaal? Nonne mulier miſit ſuper eum fragmen molæ de muro, & interfecit eum in Thebes?* II Reg. XI, 21.

The-

à muliere ictus periit, cum triennio imperium tenuiſſet. Huic ſucceſſit Thola, qui duobus & XX. annis regno potitus eſt. Poſt huic Iair fuit, qui cum æque viginti & duos annos principatum obtinuiſſet, populus, relicto Domino, idolis ſe mancipavit. Obque id Iſraëlitæ ſubacti ſunt ab Allophylis & Ammonitis, duoque de XX.

Thola.] Iudic. x. Ita Sigon. Giſelin. Druſius. Editio Elzevir. Cholias. Quod haud dubie corruptum, & præter mentem authoris, cum nec LXX. nec Latinus eum ita vocent. *Horn.* Fuit conſobrinus Abimelech, utpote filius Phua, qui erat frater Gedeonis. Sed quia Gedeon ex tribu Manaſſe, Phua ex Iſſachar, patet fuiſſe fratres uterinos duntaxat, ita ut mater eorum nupſerit Ioas Manaſſenſi, ex eoque genuerit Gedeonem: deinde nupſerit alteri viro è tribu Iſſachar, ex eoque genuerit Phua patrem Thola. Sic Auguſtinus & alii. Videtur electione populi creatus Iudex. Nam Dei hic nulla fit mentio. *Abul.* Sic & à populo electi Iudices Iephte, Abſan, Ahialon & Abdon. Nimirum Hebræi ob merita Gedeonis, voluerunt ex ejus proſapia creare judicem: cumque filii omnes ejus exſtincti eſſent, acceperunt conſobrinum & Tholam. *A Lapide.*

Duobus & XX. annis regno potitus eſt.] Sic Euſebius. Hebræi, LXX. & Latinus XXIII. annis. Nihil præterea de illo tradunt ſacri Annales, niſi quod vixerit ac ſepultus ſit in Samir montis Ephraim. Quod additur, quia alia in tribu Iudæ. Ioſuæ XV. 41. *Menochius.*

Poſt hunc Iair fuit.] Non hic eſt ille de quo Num. XXXII. 41. Sed alius, Segubi filius, indicatus etiam 1 Paral. II, 22. *Grot.* Fuit Galaadites, ac proinde ex tribu Manaſſe, quæ trans Iordanem in Galaatitide habitabat. Vnde & oppida, quibus filii ejus XXX. præfuerunt. erant in tribu Manaſſe. *A Lapide.* Ex quo videri poſſit hunc Iairum abſoluto quodam Dominio Iſraëli præfuiſſe, quia oppida filiis ſuis dedit, quæ & à nomine ipſius dicta fuerunt Havoth Iair, *villæ Iair.* Poteſt tamen etiam dici, Iairum ſic præfeciſſe filios ſuos iſtis civitatibus, ſicut legitur & Samuël præfeciſſe ſuos filios 1 Reg. VIII. cum nuda poteſtate judicandi, non autem dominandi. *Eſtius.* Sepultus eſt in Camone Galadenes. *Ioſeph.*

Idolis.] Baalim & Aſtharoth, Diis Syriæ ac Sidonis, & Moab ac filiorum Ammon, & Philiſtim. Iud. x. 6. Cæterum hi omnes populi Solem imprimis, ſub alio atque alio nomine coluerunt. Syris ac Sidoniis dicebatur generali nomine בעל, *Dominus.* Palmyrenis Ἀγλιϐῶλος, *Orbis Dominus.* Accaronitis בעלזבחים, *Dominus ſacrificiorum,* pro quo Iſraëlitæ contemtim dixerunt בעל זביב, *Dominus muſcæ.* Ammonitis Moloch & Milcom. In cujus numinis honorem liberi per ignem traducebantur. Quæ non erat crematio liberorum; ſed februatio, hoc eſt, purgatio quædam, qua per ſpatium inter duos ignes intermedium, à Camaris Sacerdotibus, vel ipſis etiam parentibus, ducebantur infantes. In magnis tamen anguſtiis fuit etiam vivi-comburium. Sed de his, quæ ad gentilium Idololatriam ſpectant Voſſius, de *Idolol.* prolixe. Vide & Rambam III. More Neb. XXXVII.

Ammonitis.] Male. Nam fuerunt filii Ammon. Qui diverſi ab Ammonitis. *Druſ.* Quod tamen ſubtilius quam ſolidius. *Horn.*

Duoque de XX. annis.] Hi XVIII. anni comprehendi nequeunt ſub annis Iephtæ. Hic enim tantum ſex annis præfuit. Quocirca Serarius vult illos omnino

xx. *annis ſub eorum imperio fuerunt. Quo tempore eis Dominum invocantibus, divinum ſcilicet reſponſum redditum eſt: Simulachra potius invocarent, ſe non ultra miſericordiam ingratis præſtiturum. At illi ſlentes culpam fateri, & precari veniam, abjectiſque idolis Deum implorantes, negatam licet miſericordiam impetraverunt. Igitur Iepta duce ad libertatem armis vindicandam frequentes conveniunt: miſſis prius ad Amon regem legatis, ut finibus ſuis contentus, bello abſtineret. At ille, prælium non abnuens, aciem inſtruxit. Tum Iepta, prius quam ſignum pugnæ daretur, voviſſe dicitur, ſi proſpere pugnaſſet, eum qui ſibi pri-*

mnino addendos annis cæterorum Iudicum. Sed hoc fieri non poteſt. Quare comprehendi debent annis Iairi qui præfuit xxII. annis, ſub cujus imperio defecerunt. *A Lapide.*

Simulacra potius invocarent.] Sarcaſmus, ſimilis illi Deut. xxxII. *Vbi ſunt Dii eorum in quibus habebant fiduciam? Surgant & opitulentur vobis, & in neceſſitate vos protegant.*

Iepta.] Scriptura hæc à ſcribis eſt, non à Sulpicio, qui ſine dubio Iephtha vel Iephthe ſcripſit, ita poſcente priſca conſuetudine. *Druſ.* Fuit Galaadites. Ideoque non ex tribu Gad, ut Abulenſ. & Cajetan. vult, ſed Manaſſe. Manaſſenſes enim paſſim vocantur Galaaditæ, non Gaditæ, etſi & ipſi partem legionis Galaad occuparent. *Perer. Serar.* Fuit tamen etiam patris ejus nomen Galaad, ut ex textu patet; qui eum ex אשה זונה, quod ſive meretricem, aut *γυναῖκα πόρνην*, cum Helleniſtis, ſive cauponam interpretari licet, ſuſcepit. Erat enim natus ex אשה אחרת, fœmina vel alterius tribus, vel alienigena. Quorum prius Ioſephus adſtruit, poſterius Saidus Batricides, cujus verba ſunt, وكان ابن امراة سراقة, *& fuit filius mulieris Saracenæ.* Vide Seldenum de Succeſſ. 1,10.

Ad Ammon Regem.] Veritas hiſtoriæ poſtulat, *ad Regem filiorum Ammon.* Sic eſt etiam in LXX. conſentientibus libris Hebræis & Latinis, *πρὸς βασιλέα υἱῶν Ἀμμών.* Iud. 11, 12.

Legatis.] Caſus hic erat. Sihon Rex bello occupaverat urbes aliquas Moab & Ammon. Moſes eo occiſo, urbes illas Hebræis dat. Queritur igitur Rex Ammon de injuria ſibi facta, terramque ſuam ab Hebræis repoſcit. Patet autem ex hac concertatione, eundem vel tunc, vel tempore Moſis, Ammonitarum & Moabitarum Regem fuiſſe, quod Lyra vult, vel ſocias ſaltem ac federatas eas gentes. De jure præſcriptionis, vide Grot. II. de Iure Belli IV. Extra controverſiam eſt, ſi jus gentium reſpiciamus, quæ hoſtibus per nos erepta ſunt, ea non poſſe vindicari ab his qui ante hoſtes noſtros ea poſſederunt, & bello amiſerunt: quia jus gentium hoſtes primum Dominos fecit, dominio externo, deinde nos. Quo jure, inter alia, tuetur ſe Iephthes contra Ammonitas. *Idem.*

Hoſtiam Deo dandum.] והיה ליהוה עולה

primus reverenti obvius fuiſſet, hoſtiam Deo dandum. Ita victis hoſtibus, cum domum rediret, filia ei obviam fit, quæ patrem exceptura victorem, cum tympanis & choris, læta proceſſerat. Tum Iepta conſternatus, dolore conſciſſis veſtibus, indicat filiæ voti neceſſitatem. At illa, non fœminea conſtantia, mori non recuſans, duos tantum tamen menſes, vitæ ſpacium, petit, ut æquales ſuas prius videret. Quibus actis, ultro ad patrem rediit, votumque Domino reddidit. Iepta principatum

ſex

והעליתיהו עולה. Quod transferendum: *Erit Domino, aut adſcendere faciam holocauſtum.* Nempe ſi id animal holocauſti ſit capax. Id quod non niſi ex bubus, avibus, capris, turture, columba, fieri poterat. Quid ſi aſinus aut canis occurriſſet, debuitne holocauſtum fieri? non ſane. Ergo nec humani generis quicquam: ſed dedicandum id ad ea miniſteria quæ homines Deo exhibent, puta in Sanctuario, ſi mas eſſet. Si fœmina, ad preces, vini abſtinentiam, & vitam μονάζουσαν. Cœlibatus ſub cuſtodia, fœminis indicti, exemplum habes II Sam. XX, 3. *Grotius.* Simile Idomenei votum fuit, de quo Servius ad III. & XI. Æneïdos: *Idomeneus Cretenſium Rex in tempeſtate devovit, Diis ſacrificaturum ſe de re quæ primum occurriſſet. Contigit ut filius ejus primum occurreret: quem cum immolaſſet, ut alii vero, immolare voluiſſet, & poſt orta eſſet peſtilentia, à civibus pulſus eſt regno.* Simile votum Alexandri M. deſcribit Aldrovandus in Aſino.

Filia.] Μονογενής. LXX, & Ioſeph. Aquila τηλυγητή. Ei nomen fuiſſe Seilam Philo Annianus tradit.

Cum tympanis & choris.] *Sed quia Sacerdotes eorum tibiis & tympanis concinebant.* Tacitus de Iudæis. Solebant autem puellæ ἐπινίκια canere, ut ex XV. Exod. & I Reg. VI. 6. colligitur. *Menochius.*

Voti neceſſitatem.] Quod impium, ſtultum, & parricidiale. Ita *Ambroſ. Auguſtin. Chryſoſt.* & alii Patres ac Rabbini. Cæterum ſolvi hoc voto Iephthe per ſummum ſacerdotem potuiſſet, pecuniæ ſumma. Targum: *Iephthe non interrogavit Phinees Sacerdotem. Quod ſi conſuluiſſet eum, potuiſſet redimere filiam æſtimatione pecuniæ.* Kimchi: *Dixit Phinees*, Ipſe indiget mei, veniat ad me. *Iephthe autem, caput principum Iſraël*, Egone ibo ad eum? *In iſta contentione periit puella.*

Mori non recuſans.] Sulpicius in eorum ſententia eſt, qui immolatã putant. Quæ communis patrum opinio, Auguſtin. Hieron. Ambroſ. Tertull. Chryſoſt. Origen. Nazianz. Theodor. Bedæ. Procop. Et ex recentioribus Ruperti, Abul. Saliani, Tornielli, Suarez, Leſſi, Azor. & aliorum. Vide Serarium. Contra Rabbini quidam, quos ſecutus eſt Lyra, & plerique Orthodoxorum hodie ſequuntur, non immolatam, ſed Deo perpetua virginitate conſecratam putant. Quia nimirum fides Iephtæ prædicatur Hebr. XI, 32.

Ut æquales ſuas prius videret.] ואבכה על בתולי אנכי ורעיתי. *Et plangam virginitatem meam cum ſodalibus meis.* Quod frigide Sulpicius reddidit.

Votumque Domino reddidit.] Rabbini tradunt Phinees noluiſſe Iephtham voto ſolvere, & hac de cauſa בכבודו, id

eſt,

ſex annis tenuit. Huic Eſebon ſucceſſit, & tranquillis rebus exacto imperio, anno ſeptimo deceſſit. Poſtque eum Allon Zabulonites annis X. *itemque Abdon annis* VIII. *rerum potiti, pacis tempore nihil, quod hiſtoria loqueretur, ediderunt. Rurſum Iſraëlitæ ad idola con-*

ver-

eſt, Numinis Majeſtatem atque præſentiam ab eo receſſiſſe. *Saidus Batricides*, ex verſione Seldeni: *Conſiliarii Iephtæ ſuaſerant, ut adiret Phinees Prophetam, filium Eleazari, filii Aharonis, atque eum conſuleret, ut ab eo diſceret, qua ratione filiam morte eriperet. Sed monitus eſt ab Angelo ne ad eum adiret. Etiam & Phinees Propheta monitum accepit ex Prophetia, ne indulgeret ei. Itaque tranſactis binis illis menſibus, ingens feſtum celebravit Iephtes, & filiam ſuam immolavit eadē die, quem* feſtum luctus *nominavit.* Hujus facti memoria quatet anno carminibus & colloquio celebrata impoſterum fuit. Quod ad ſua quoque tempora, eodem in loco, factum à Samaritis, docet Epiphanius. De hoc autem voto, & Pontificis in eo authoritate, vide Diatribam ſingularem Ludovici Capelli. *Ioſephus*: θύσας τὴν παῖδα ὡλοκαύτωσεν, οὔτε νόμιμον, οὔτε τῷ θεῷ κεχαρισμένην θυσίαν ἐπιτελῶν, μὴ διαβασανίσας τῷ λογισμῷ τὸ γενησόμενον οἷον τὸ πραχθὲν δόξει τοῖς ἀκούσασι. Hoc factum Iephtæ imitati ſunt gentiles, Erichtæus bellum contra Eumolpum gerens, Agamemnon, Marcellus, Marius, & alii. Vide Plut. in Parallelis.

Principatum.] Totius Iſraël. Nam licet initio Galaaditarum tantum princeps eſſet, poſtea tamen etiam reliquæ tribus ipſi paruiſſe videntur. Sic Auguſtin. Quæſt. XLIX. Vide *Druſ.* ad Iud. Omiſit cladem Ephraimitarum Iud. XII.

Eſebon.] In fonte Ebræo, Ebſan, quod nunc legunt Ibſan, ut Ioſephus olim Abſan, Hiero. Abeſan & LXX. ἀβαισσὰν, quod Latine ſcribes Abæſſan. Ibſan, Ebſan, Abſan, ut Nimrod, Nemrod, Namrod. Sæpe ita variabant in legendo antiqui. *Druſ.* Fuit Bethlehemita, ex tribu Iudæ. Ita fere omnes Interpretes. Sed Maldonatus in Matth. II. ℣ſ. I. putat hic agi de Bethlehem quæ in tribu Zabulon, cujus mentio Ioſuæ XIX, 15. Dicunt autem Rabbini, hunc Abſan fuiſſe Booz, maritum Ruth, abavum Regis Davidis. Coætanei ſane fuerunt: Sed eoſdem fuiſſe, non videtur. Vide *Druſ.* ad Iud.

Tranquillis rebus.] In Iudæa. At Græcia tum omnis & Aſia minor, horribili bello tremebat. Nam ſub eo ortum eſt Trojanum bellum. *Samuel* Solem ad librum Iuchaſin.

Allon.] Veritas lectionis Ailon. Nam ſic eſt in codicibus Græcis αἰλὼν, quod nunc legunt ex Ebræo Elon. Hunc Euſebius in Chronico prætermiſit eo loco ubi catalogum judicum recenſet. In ipſo autem Chronico ait, *poſt Eſebon in libro Ebræorum fertur judex Adon rexiſſe populum annis* 10. *qui non habetur apud* LXX. *interpretes.* Mirari libet. Nam in editione Romana Iud. XII. ℣ſ. II. αἰλὼμ legitur, in quo mendum quale in Edem & Madiam. Reperio & αἰλείμ. Ex αἰλὼν factum Ajalon, quod in Hiero. *Druſ.* Sub eo exciſa Troja. *Euſeb.*

Abdon.] Filius Hellel Pharatonites, ex tribu Ephraim.

Nihil quod hiſtoria loqueretur.] Et huic, & prioribus, διὰ τὴν εἰρήνην καὶ τὴν ἄδειαν τῶν πραγμάτων, nulla data eſt rerum fortiter & glorioſe gerendarum occaſio. *Ioſeph.*

Per

verſi, divino deſtituti præſidio, objecti Allophylis, per XL. *captivitatis annos pœnas perfidiæ pependerunt. Ea tempeſtate Samſon natus traditur. Hujus mater diu ſterilis, angelum vidit: dictumque ei eſt, vino & ſi-*

Per XL. *captivitatis annos.*] Iudic. XIII. Ioſeph. V, 10. Hi anni includuntur annis Samſonis. Licet enim in vita ſæpius Philiſtæos ceciderit, non tamen eorum jugum ab Hebræis prorſus abſtulit, niſi in morte, cum principes eorum ſecum una ruina oppreſſit & ſepelivit. Hinc cap. XV, 20. dicitur: *Iudicavit Iſraël in diebus Philiſtim* (quibus ſcilicet Philiſtæi dominabantur Iſraëli) *viginti annis.* Hinc liquet hos XL. annos cœpiſſe XX. ann. antequam Samſon eſſet Iudex, ac duraſſe per XX. annos, quibus fuit judex, cumque ejus vita finiti. Ita Salianus, Torniellus, & alii. Euſebius, Lyra, Abulenſis, Genebrardus, hos XL. annos ita numerant, ut cœperint cum principatu Samſonis, ac toto ejus tempore durarint per XX. annos ſub Heli Pontifice. Minus vere. *Cornelius à Lapide.*

Ea tempeſtate Samſon natus.] Id eſt, anno primo ſervitutis. Cœpit igitur munus ſuum anno ætatis XIX, vel XX. auſpicari. Pater ipſi Manoah. Ambroſ. Epiſt. LXX. *Pater erat de tribu Dan, timens Deum, haud ignobili genitus loco, præſtans cæteris.* Ioſephus: Μανώχης τῶν Δανιτῶν ἐν ὀλίγοις ἄριστος, καὶ τῆς πατρίδος ὁμολογούμενος πρῶτος.

Mater.] Cui nomen Hatſeli Cophunith, de tribu Iuda. *R. Abrah.* in Iuchaſin.

Diu ſterilis, Angelum vidit.] Ambroſ. *Mater vero ſterilis, ſed virtutibus animi haud infecunda, quæ propriæ hoſpitio mentis recipere meruit viſionem Angeli.* Ioſephus turbat caſtitatis ejus laudem, & zelotypiæ crimen Manoæ aſpergit. Quaſi, quia Angelum ſe vidiſſe pulcherrimum retulerat, hinc ſuſpecta Manocho de adulterio fuerit. Nugæ ſtudio affectatæ, quas primus Sacrorum Annalium aſpectus, confutat. *Horn.*

Vino & ſicera atque immundis abſtineret.] Hæc Legem de Naziteatu efficiunt, quam vide Num. VI. Samſon Nazaræus in utero erat. Iubetur ergo mater vino, ſicera & immundis abſtinere, ne ea infans ſugeret. *A Lapide.* Tenebatur autem ad ea quæ in textu expreſſa ſunt, non ad omnia Nazaræorum: ſed hic perpetuo, illi ad tempus. *Grotius.* Sicera eſt μέθυσμα LXX. Lyra: *Sicera dicitur omnis potus inebriativus.* Ionathan: Vinum vetus שכר, vinum novum יין. Sic etiam R. Salomo. R. Eliezer Haccaphar, יין, vinum mixtum, שכר, vinum vivum ſive purum. Sunt etiam qui exponunt potum factitium ex pomis, quem Galli *Sidre* vocant: aut ex hordeo, qualis noſtra cereviſia. Quorum ſententiam juvat, quod hic & alibi paſſim, Sicera cum vino conjungitur. *Druſ.* Ratio & cauſa præceptorum de Nazireatu eſt manifeſta, abſtinentia videlicet à vino, quod multis exitium attulit. Nazireatus vero proprietas eſt, ut per prohibitionem ab omnibus ex vite confectis potibus, homo ad excellentiorem dignitatem promoveatur, & rebus neceſſariis contentus eſſe diſcat. Nam qui ab eo abſtinet vocatur *ſanctus*, & collocatur in gradu Sacerdotis magni, quoad Sanctitatem, dum non auſus fuit ſe polluere, patre aut matre ſua defunctis. Hæc etenim dignitas ipſi à ſola à vino abſtinentia provenit. *Rambam* III. More Neb. XLVIII. De Nziræis, vide Sigonium V. de Republ. Hebræorum VIII.

Liber-

ſicera atque immundis abſtineret, fore uti puerum ederet libertatis vindicem, & hoſtium ultorem. Ita mulier enixa puerum, Samſon nomen ei indidit. Is intonſo capite, miræ virtutis traditur: adeo ut leonem in via obvium, manu diſcerperet. Vxorem ex Allophylis habuit: quæ cum abſente viro in alterius matrimonium conveniſſet, dolore ereptæ conjugis perniciem genti moli-

Libertatis vindicem.] הוא יחל להושיע את ישראל. *Incipiet*, quia plene & perfecte in vita ſua non liberavit Iſraëlem. *Menoch.* Toto enim Iudicatu Samſonis, paruerunt filii Iſraël Philiſtæis. *Druſius.*

Samſon.] Critici Ebræorum legunt *Simſon*. Cave putes hanc lectionem veriorem eſſe. Samſon ita legitur ut Mariam, ut Namrod, ut Magdal, unde Maria Magdalene. Sic Cimchi dicimus & Camchi. Huc refer Phaſga, quod antiqua conſuetudine ita lectum pro Phiſga.

Intonſo capite.] Comam alere voti ſignum. *Votivum obligatumque Virtuti oris habitum*, dixit Tacitus in Germania. Ratio ſimilitudinis in eo, quod coma longa onus eſt: ſic & votum. Ita & funes voti ſigna, quia utrumque ligat. *Grotius.* Deus Iſraëlitis prohibuit *ποιεῖν σισόην*, ſive *ὀπισθοκομίαν*. Ne ſcilicet, gens Dei, ritu cæterarum, conſecratam Deo ulli peregrino, comam aleret aut devoveret. Soli נזירים ſive *Ναζηραῖοι, ὀπισθοκόμοι* alebant, ſive נזר, Chaldæis נזירא. *Heinſ.* De veſtimento Naziræorum, vide Fuller. IV. Miſcell. VIII.

Miræ virtutis.] Iud. XIV. Fortitudo non erat in eo virtute naturæ, ſed erat donum gratis datum, quod in neceſſariis & expedientibus inerat ei quamdiu tenuit ritum Nazaræorum. Ejus autem conſecratio erat ordinata ad liberationem populi Iſraël; propterea etiam eo per raſuram violato, donum illud ei non adfuit. *Lyra.* Nec dubium, quin ex Samſone, qui Thebano Herculi par vel ſuppar fuit, occaſionem quoque rapuerint Phœnices, Ægyptii ac Græci, tam multa de ſuo Hercule comminiſcendi, ne heros ſuus ulla parte illo populi Dei inferior videretur. *Voſſius.*

Leonem in via obvium.] *Συντυχόντα λέοντα, καὶ γυμνὸς ὢν, ἐκδεξάμενος αὐτὸν ἄγχει ταῖς χερσί.* *Ioſeph.* In ejus cadavere examen apum fuit paulo poſt repertum. Sive in utero ejus fuerint, ut eſt apud Ambroſ. Epiſt. LX. ſive *ἐν στήθει*, *in pectore*, ut Ioſephus ait: ſive, quod verius puto, in capite, hoc eſt, cranio, vel ore, ut eſt apud LXX, & vulgatum interpretem Latinum. Et hoc naturale fuit, non prodigioſum. Nam & Herodotus lib. V. refert de examine apum, ingreſſo in caput Oneſili ſuſpenſi: & in vita Hippocratis legitur, apes longo tempore mellificaſſe in ejus ſepulcro. Vt non tantopere omnia cadavera averſari videantur, quam multi tradiderunt. *Voſſius.*

Vxorem ex Allophylis.] Thimnatenſem. Nuptiæ celebratæ ſunt, propoſitis mutuo ænigmatis. Qui mos vetus virorum excellentium. Vide loca ex hiſtoria Dii & Menandri, de ænigmatis inter Salomonem Iromumque mutatis, apud Ioſeph. I. contra Appionem. Adde I Reg. X, I. Habes & apud Herodotum exempla, & apud Scriptorem convivii ſeptem Sapientum, inter opera Plutarchi. *Grot.*

Dolore ereptæ conjugis, perniciem genti.] Neque jus naturæ, neque jus gentium

litus eſt: fretus Domino, & viribus, palam victores clade afficiebat. CCC. *ſiquidem vulpibus captis, ardentes lampades earum illigavit caudis, atque eas agris hoſtium immiſit. Ac tum forte maturis meſſibus, facile incendium fuit, vineæque & olivarum arbores, exuſtæ. Grandi Allophylorum exitio abreptæ uxoris injuriam ultus videbatur. Quo dolore Allophyli permoti, mulierem tanti mali cauſam, cum domo & patre, incendio conſumpſerunt. Sed Samſon parum ſe vindi-*

tium prohibet ſe ulciſci. Sed quia modus excedebatur: deinde etiam ne ex quavis cauſa rixæ orirentur, prohibuit id jus civile. Heroës apud Homerum & Græcos alios, ut notatum Scholiaſtis, dediti amoribus, dediti iræ. *Grot.* Nec privatas tantum ulciſcebatur injurias; ſed publicam ſpectabat vindictam. Noluit tamen apertum bellum Philiſtæis indicere, quia non ſentiebat ſe ad hoc à Deo moveri. *Eſtius.*

CCC. *ſiquidem vulpes.*] Et facile fuit in regione vulpium feraciſſima, tempore anni commodiſſimo, à juvene robuſtiſſimo & venandi peritiſſimo, junctis ſociorum operis, una alterave die, CCC. vulpes capere. Si potuit Iulius Cæſar Romæ in ſpectaculum dare Leones CCCC. Pompejus IↃC. Probus Imp. mille ſtruthiones, damas, cervos, apros, ibices, oves feras, urſos, leones, leænas, leopardos Lybicos, Syriacos, & tot alia monſtra. Si Heliogabalus colligere decem millia pondo aranearum, & muſcarum, decem millia murium, mille muſtelas, mille ſorices, teſte Lampridio, Plinio, & Vopiſco, difficile fuerit Samſoni cogere CCC. vulpes? *Tirinus.*

Earum illigavit caudis.] Binas & binas ſimul emittebat. Itaque fuerunt centum quinquaginta paria. *Menochius.* Et hoc ſtratagemate totam pene illius anni meſſem abſumſit, una cum vinetis & olivetis. Vna vulpecula Carſeolana, ſi Ovidio credimus, errore puerili, paleaceo igne ſegetibus illato, integros agros jam ad meſſem albos, exuſſit. Quid tot vulpium paria, tot titionibus armata, feciſſe putamus? *Tirinus.*

Injuriam ultus videbatur.] Hoc ipſum ἀμύνης νόμον vocat in vita Arati Plutarchus. Hoc naturali jure defendens ſe Samſon adverſus Palæſtinos inſontem teſtatur fore, ſi Palæſtinos qui ſe malo affecerant, malo viciſſim adficeret: & poſt peractam ultionem, eadem ſe tuetur ratione, dicens ſe ipſis feciſſe quod ipſi ſibi feciſſent priores. Platæenſes apud Thucydidem: Ὀρθῶς ἐπιμωρησόμεθα κτ̃ τ̃ πᾶσι νόμον καθεστῶτα τ̃ ἐπιόντα πολέμιον ὅσιον εἶναι ἀμύνεσθαι. *Grotius* II. de Iure Belli XX.

Incendio combuſſerunt.] Πέμψαντες τοὺς ἄρχοντας εἰς Θαμνά. *Ioſephus.* Ingens crudelitas in eos qui malo occaſionem tantum, nec id providentes dederant. *Grot.* Videntur Philiſtæi etiam quotannis in vulpes animadvertiſſe, & ardentes faces tergis illarum alligaſſe, cum riſu & ſannis totius populi, donec, poſt multam in circo curſitationem, facibus iiſdem peruſtæ, conciderent. Et hunc eundem morem Romæ quoque in Aprili ſervari ſolitum, Serarius non ab illa Carſeolana, ut vult Ovidius, ſed ab his Samſonis vulpibus, originem traxiſſe putat. *Tirinus.*

Arie-

dicantem ratus, urgere omnibus incommodis proſanam gentem non deſinebat. Tum compulſi Iudæi, vinctum eum Allophylis tradiderunt. Sed traditus, ruptis vinculis, arrepto oſſe aſini, quod caſus telum dederat, mille ex hoſtibus proſtravit. Ingraveſcente autem æſtu, cum ſiti affectus eſſet, invocato Domino, ex oſſe quod manu tenebat, aqua fluxit. Ea tempeſtate Samſon Hebræis præerat, Allophylis unius virtute domitis. Igitur inſidiantes vitæ ejus, nec palam eum tentare audentes, uxorem ejus, quam ille poſtea acceperat,

Arrepto oſſe aſini.] Maxilla, לחי.

Mille ex hoſtibus proſtravit.] Percuſſit eos ingenti plaga, ita ut ſtupentes ſuras femori imponerent. *Hieron. Lyra.* Thargum Ionathæ: *percuſſit eos equites cum peditibus.* R. David enarrat de iis, qui fugientes cadunt ſuper faciem; nam illi vertunt ſuram ſupra femur. Tremellius: *Crus vibrans in femora eorum.* Id eſt, non aliis armis eos petens quam pede. Sic fere Burgenſis, & dicit veteres Hebræos ita exponere. LXX. *κνήμην ἐπὶ μηρόν. Druſ.* ad Iud.

Ex oſſe.] Aperuit Dominus molarem dentem in maxilla aſini. Græci τὸ λάκκον. Alii τὸ τρῶμα. Credibile eſt ſignificari hiatum, quem in maxilla projecta fecerat dens vi excuſſus. *Grot.* Nempe fluebant è terra aquæ, ſed per loculamentum ſeu mortariolum dentis molaris. Et quia Deum invocante Samſone obtentæ fuerant hæ aquæ, vocatus eſt locus ille עין הקורא, *fons invocantis.* Quin veriſimile eſt, extare etiam hoc noſtro ſeculo hunc eundem fontem. Nam certum eſt, quingentis ab hinc annis adhuc extitiſſe, ut teſtis eſt Michaël Glycas, qui vixit tempore Ioannis Comneni, & diſertis verbis affirmat, *hunc fontem in hodiernum uſque diem, in Eleutheropolis ſuburbano conſpici, & fontem maxillæ nuncupari.* Tirinus. Ὁ θεὸς πηγὴν κατά τινος πέτρας ἀνίησιν ἡδεῖαν καὶ πολλὴν, ὅθεν ὁ Σαμψώνης ἐκάλεσε τὸ χωρίον σιαγόνας καὶ μέχρι τοῦ δεῦρο τοῦτο λέγεται. *Ioſephus.* Ionathan exiſtimavit petram fuiſſe in eo loco quæ ſimilitudinem habuerit mortarii.

Samſon Hebræis præfuit.] Annis XX. Iud. XV. ℣ſ. 20. Infra, *cum* XX. *annis Ebræis præfuiſſet.* Videtur aliquando varietas fuiſſe in codicibus Ebræis. Nam in Thalmud Ieroſolymitano, *Samſon* XX. *tantum annis judicavit. Cur igitur* XL. *ei Scriptura tribuit? Vt hinc diſcas metum ejus per* XX. *annos continuos poſt obitum in Philiſthæis permanſiſſe.* Druſ.

Vxorem ejus.] Delilam Iud. XVI. Sic vocatur in libris Ebræis & Latinis, ſed in Græcis eſt Dalida, id eſt, δαλιδά. Sic caſſida & caſſila. Nam D & L communem familiam habent. Ioſephus Dalale ſcribit. Hodie legunt Delila, quod eſt דלילה in ſcriptura originali. *Druſ.* Fuit autem זונה, *meretrix.* Quod Targum & Kimchi pro caupona accipiunt. Lyra quærit, Iudæane an Paleſtina fuerit? & exiſtimat Palæſtinam fuiſſe, quæ in valle Sores habitarit. Vxorem Samſonis fuiſſe, præter authorem noſtrum, etiam Chyſoſtomus, Caſſianus, S. Ephrem & Pererius affirmant. Contra meretricem & quidem è pauperioribus

rat, pecunia corrumpunt, virtutem viri uti prode-ret. Illa eum blandimento muliebri aggreſſa, diu eludentem, & multum cunctantem perpulit, ut indicaret, in crinibus capitis virtutem ſuam ſubſiſtere. Mox dormienti inſidiata, crinem ejus abſtulit, atque ita eum Allophylis tradidit. Nam ſæpe prius traditum, comprehendere nequiverant. Tum illi effoſſis oculis, vinctum compedibus, in carcerem conjecerunt. Sed ſpacio

bus fuiſſe, Ioſeph. Ambroſ. Hieron. Abul. Serar. & alii volunt. Quomodo enim auſi fuiſſent Philiſtæi principes, tam fidenter & primo aggreſſu, ſola ſpe lucelli ſollicitare uxorem ad prodendum maritum? quomodo toties & tam diu latuiſſent tot armati in domo propria Samſonis, nec ipſo nec ullo familiarium conſcio? *Tirinus.*

Pecunia corrumpunt.] Promiſerant ei mille & centum argenteos, ſinguli. Iud. XVI, 5.

Diu eludentem.] Ter in univerſum. Ligatus autem fuit יתרים לחים, quæ fuerunt vincula firmiſſima, de quibus diſputantem vide Fuller. v. Miſcell. XIV.

In crinibus capitis.] Si raſum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea. *Textus Sacer.* Quippe violato federe, quod ei cum Deo intercedebat. Non diſſimile eſt quod de fato Niſi Megarenſium Regis narrant, non Poëtæ tantum ſed & Pauſanias. Paulatim ad caput venit Samſon, lapſuro propior, inquit *Ambroſ.* Epiſt. LXX. Martinus de Roa & Serarius putant, hanc Samſonis comam à Dalila præſectam, gentilibus occaſionem dediſſe comminiſcendi fabulam de purpurea Niſi Megarorum Regis, ſub hoc idem tempus imperantis, cæſarie ſeu coma. Apollodorus aliam ſimilem tragœdiam narrat de Comethone Pterelai filia, quæ Amphitruonis amore infatuata, aureum de patris coma capillum proſecuit, & fœda perfidia patentem & patriam perdidit.

Crinem ejus abſtulit.] Septem cincinnos ejus. Vnde intelligitur totum capillitium ejus, quod diviſum fuit in ſeptem floccellos, abraſum fuiſſe. Et ſimile eſt illud Cantic. IV. *Vulneraſti cor meum in uno crine colli tui.* Eſtius. *Simul comam & coronam, id eſt, miraculoſi roboris donum amiſit.* Hieronym. Abraſit autem cincinnos manu tonſoris. Herodotus lib. II. narrat, ab uno raſas multorum una dormientium maxillas. Quanto facilius radi potuit unius in ſeptem quaſi catenulas collectus capillus? Et forte in cibis papaverea quædam ei miſcuit perfidum ſcortum, ut ſæpe ab ejuſmodi mulierculis factitatum, ex Apuleio, Virgilio, Cæſario, & aliis demonſtrat Delrio.

Effoſſis oculis.] Oculi in piſtrinum damnatis ademti, ne vertigo labori obſtaret. Qua de cauſa & ſervis lac verſantibus, & vas in quo lac erat circumcurſantibus, ademtos oculos, narrat Herodotus Melpomene.

In carcerem conjecerunt.] Textus: *molebat in domo vinctorum.* Hinc apparet, in carcere molas fuiſſe, quibus vincti victum parabant. Lyra exponit, *graviter laborabat, ne gratis panem comederet.* Qui autem in obſcœno ſenſu accipiunt ut in Iobo: *molat alteri uxor mea*, errant graviter. Vide Kimchium. In ergaſtulo molere, abjectiſſimæ ſervitutis erat. *Druſ.* ad Iud.

Spatio

cio temporis acciſos crines creſcere, & cum eis virtus redire occœperat. Iamque Samſon, conſcius recepti roboris, tempus modo juſtæ ultionis operiebatur. Erat Allophylis moris, cum dies feſtos agerent, Samſon quaſi in pompam publicam producere, capto inſultantes. Ita die quodam, cum publicum epulum in honorem idoli dediſſent, Samſon exhiberi jubent. Templum autem in quo omnis populus, omneſque Allophylorum principes epulabantur, duabus ſubnixum columnis miræ magnitudinis erat. Productus Samſon, inter columnas ſtatuitur. Tum ille tempore arrepto, invocato prius

Spatio temporis.] Per aliquot ergo menſes, tres nimirum aut quatuor, fuit in carcere. Neque enim citius renaſci potuerunt capilli, ut diffuſioris & prolixioris Naziræorum comæ ſpeciem præ ſe ferrent. *Menochius.*

Erat Allophylis moris.] Hujus moris nec Scriptura meminit, nec etiam Ioſephus. Vnde vero habeat incertum. *Druſ.*

Idoli.] Dagon, quod vel à piſce ita dictum, vel certe à frumento. Id enim Dagan Hebræi vocant, ut Dagon ſit ζεὺς ἀρότριος, quod Philo Byblius in hiſtoria Phœnicum Σιτὼν interpretatur. *Druſ.*

Samſon exhiberi jubent.] Vt luderet. Arias putat eum ſaltaſſe ridicule & turpiter. Lyranus ait eum cæcorum more, impegiſſe in parietes & columnas, interdumque cecidiſſe, riſumque ſpectantibus præbuiſſe & ludum. Seratius putat, Philiſtæos Samſonem variis modis vexaſſe & verberaſſe. Quod indicant LXX. qui dicunt, ἐῤῥάπιζον αὐτὸν, *colaphis cædebant eum.*

Templum autem.] Fuiſſe hanc non privatam domum, ſed publicam, & quidem templum Dagonis, cum auctore noſtro cenſent Suidas, Abul. Salianus & alii. Ibi enim Idolis ſuis immolabant, & Idolothyta comedebant. 1 Cor. VIII, 10.

Invocato prius Domino.] Preces hæ erant: *Domine Deus memento mei, & redde nunc mihi fortitudinem priſtinam, Deus mi, ut ulciſcar me de hoſtibus meis, & pro amiſſione duorum luminum ultionem unam accipiam.*

Columnas disjecit.] Quas oportet fuiſſe contiguas vel propinquas. Nec enim alias uno niſu disjicere, vel amplecti utramque potuiſſet Samſon. Ioſephus rem ſic narrat: *Conſidentibus optimatibus in quodam fano, cujus tectum duabus columnis ſuſtinebatur, accitus eſt & Samſon, ut miſero inter compotandum illuderent. Qui hoc extremum malum exiſtimans quod illuſores ulciſci non poſſet, jubet puerum à quo manu ducebatur, ut ad illas columnas ſe acclinet, jam, ut tum ſimulabat, defatigatum. Quibus admotus, ſic eas concuſſit, ut ſubverſæ totius ædificii ruinam traherent.* Vbi male dicit columnas illas tectum tantum ſuſtinuiſſe. Nam expreſſe in textu eſt: העמדים אשר הבית נכון עליהם. *Columnæ quibus omnis imminet domus.* Horn. Quod vero colliſu duarum columnarum proſterni potuerit tam vaſtum ædificium, nulli mirum videbitur, qui meminerit theatri Curionis, uni ſolummodo nixi colu-

prius Domino, columnas disjecit: turbaque omnis ruina domus obruta, ipſe cum hoſtibus, non inultus, occubuit, cum XX *annis Hebræis præfuiſſet. Huic Simmichar ſucceſſit, de quo nihil amplius ſcriptura prodidit,*

columnæ & alterius amphitheatri duabus ſuffultæ, cujus meminit. Plin. XXXVI. cap. 15.

Turbaque omnis.] Domus autem erat plena virorum ac mulierum, & erant ibi omnes principes Philiſtæorum, ac de tecto & ſolario circiter tria millia utriuſque ſexus ſpectantes ludentem Samſon. Hi omnes una ruina oppreſſi ſunt, multoque plures interfecit moriens, quam ante vivus occiderat. *Textus Sacer.*

Cum hoſtibus non inultus occubuit.] Quæritur, an Simſon αὐτόχειρ, & ejus factum excuſari queat? Auguſtin. I. Civ. Dei XXI. & XXVI. hoc ſic interpretatur, ut dicat eum ſeipſum, una cum Philiſtæis, ruina domus oppreſſiſſe, Spiritu latenter hoc jubente, qui per eum miracula faciebat. Nec fas eſſe nobis aliter credere. Nam ad id faciendum divinitus ei redditam fuiſſe fortitudinem. Hanc reſponſionem plerique etiam alii ſequuntur. Nec obſtat quod dicit, *ut ulciſcar me de hoſtibus meis*, quaſi privatam injuriam ulciſcendi cupidus. Nam injuria Samſonis, injuria publica erat, ut qui judex eſſet populi. Irriſio quoque ejus, irriſio Dei Iſraël erat, in cujus contumeliam, Philiſtæi, pro capto Samſone, Diis ſuis ſolennes in templo gratias agebant. *Eſtius.* Hebræi aliquas eſſe mortis ſibimet conſciſcendæ cauſas ſatis graves exiſtimarunt, nimirum ſi quis videat ſe deinceps victurum in probrum ipſius Dei. Atque huc referunt Samſonis exemplum, qui in ſuo corpore veram Religionem videbat eſſe deriſui. *Grotius.* Ergo non peccavit Samſon ſe communi ruinæ exponendo, ſibique modo illo mortem conſciſcendo. Nam fuit ad id à Deo excitatus. Deinde Samſon primario ac directe non ſpectavit ſuam mortem, ſed hoſtium populi Iſraëlitici. Itaque, mortem ſuam indirecte tantum voluit. *Cajetan. Abul. Lyra.* Tota autem Herculis Hiſtoria ex Samſonis rebus expreſſa eſt. Herculis Nemæus Leo, nonne Samſonis Thamnathæus Leo eſt? Hydræ, Centauri, Stymphalides aves, aliaque id genus, nonne Philiſtæorum impetus ſunt? Quid duæ Herculis columnæ, nonne illæ duæ ſunt, quas concuſſit, & per quas, quendam velut malorum Oceanum, in Philiſtæos immiſit? Fœda item Herculis apud Omphalem ſervitus & effœminatio, cæteraque ejus libido, nonne Samſonis, in Gazæa meretrice ac Dalila, petulantiam & ſervitutem clamat? Mors in Oeta monte ſponte ac ultro ſuſcepta, de voluntario etiam Samſonis interitu, non omnino nihil ſignificat. *Serar.* Ita & Auguſt. XVIII. Civ. Dei 19. Philaſtr. de Hæreſ. cap. VIII. Otho Friſing. 1, 25. & alii.

Cum XX. *annis.*] Obiit anno ætatis XL. *Salian. Torniell. A Lapide.* Serarius ei XXXIV. tribuit, totidem ſcilicet quot vixit Chriſtus, cujus ipſe typus erat. De annis Magiſtratus ejus, ſupra dictum. *Hic finis viri fuit, admirandi ob incomparabilem animi ſimul ac corporis fortitudinem, qua in hoſtium perniciem, uſque ad extremum halitum uſus eſt. Nam quod à muliere deceptus eſt, humanæ infirmitati convenit, pronæ ad hujuſmodi vitia. Cætera dignus ſempiterna memoria virtutis nomine.* Ioſeph.

Huic Simmichar ſucceſſit.] Infra: *Nam cum poſt Samſon judicem Semigar fuerit.* Graviter autem in Iudicum ſucceſſione Sulpicius impegit. Nam nullus talis Simmichar, vel Semigar, poſt Samſonem, occurrit. Ille autem cujus Iud. III, 31. mentio fit, non Samſoni,

dit. Nam neque finem imperii ejus reperi, & fuiſſe populum ſine duce invenio. Ideo cum adverſus Benjamin tribum civile bellum fuit, Iudas temporarius dux belli aſſumptus eſt. Sed plerique qui de temporibus ſcripſerunt, annum unum imperio ejus annotaverunt. Plerique ita eum prӕterierunt, ut poſt Samſon Heli ſacerdotem ſubjunxerint: nos eam rem, ut parum compertam, in medio relinquemus. Per hӕc tempora civile, ut diximus, bellum exarſerat. Cauſa autem motus hӕc fuit. Levites quidam cum concubina iter faciens, urgente nocte compulſus in oppido Gabaa, quod ab

ſed Aodo ſucceſſit. *Horn.* Sulpicius recitat opiniones. Vnam eorum, qui ipſi Simmichar annum unum tribuerint. Alteram eorum qui ipſum omnino ſilentio prӕterierint, atque Samſoni ipſum Heli ſubjecerint, quod omnes fecerunt, in quorum ego ſcripta incidi, ut Ioſeph. Euſeb. Auguſtin. & alii. *Sigon.* Poſt Samſonem Iud. XVII. refertur Hiſtoria Michӕ. Hunc videtur ſignificare Sulpicius per Simmicharem, quaſi ab Hebrӕo aliquo audiverit שמו מיכה, *cujus nomen Micha.* Et huc Samſonis etiam apud Cedrenum ſucceſſor trahi poteſt Schamanes. Nam שמם *vaſtare* eſt. Nullus autem perniciosior vaſtator quam Idololatra, qualis Micha. Verum errat uterque. Nam Micha non fuit Iudex, ſed potius hoſtis populi Dei, nec Samſoni alius ſucceſſit quam Heli. *A Lapide.*

Fuiſſe populum ſine Duce reperio.] Iud. XVIII. *In diebus illis non erat Rex in Iſraël.* Innuitur autem, non tribus ſingulas aut civitates ſuis Principibus vacaviſſe, ſed univerſam duodecim tribuum Rempublicam ſummis prӕſidibus & tutoribus caruiſſe. *Sigon.*

Heli Sacerdotem.] Rectius ſcribitur Eli ſine aſpiratione. Sacerdotem autem appellat eum qui ſummus ſacerdos ſive pontifex erat, ut *à Melchiſedec ſacerdote benedicitur.* Sic *ſacerdotium* pro pontificatu poſitum invenitur. *Druſ.*

Per hӕc tempora.] Iudic. XIX. Sequitur interregnum quo civile bellum geſtum, quod undecim tribus tribui Benjamin intulerunt propter jus hoſpitii violatum. *Sigon. Ioſephus.* V, 11. hanc hiſtoriam, ut & Michӕ, rebus Ioſuӕ, & interregno, quod uſque ad Iudices ſequentes fuit, ſubjungit, & patet ex cap. XX. Iud. 28. hӕc contigiſſe paulo poſt mortem Ioſuӕ ante Meſopotamiacam ſervitutem. Ita Hebrӕi in Seder Olam, *Abulenſ. Lyra. Vincentius*, & alii. Sulpicius ordinem Scripturӕ ſecutus eſt, atque ob id excuſationem meretur.

Cum concubina.] In Hebrӕo פילגש, quod honeſtius quam Grӕcum παλλακὴ, & Latinum *pellex*, quӕ tamen inde venerunt. Pellex eſt uxorem habentis; concubina poteſt eſſe cœlibis: neque talis conjunctio contra legem aut bonos mores erat illis tēporibus. *Grot.*

In oppido Gabaa.] Quod eſt opidum tribus Benjamin, & aliter Gaba dicebatur: unde *Gaba Benjamin*, Iud. XX. ℣ſ. 10. גבעה Gabaa, ut שמשון Samſon, & גבע Gaba ſeu potius Gabe, ut פוטיפרע Photiſara ſeu Potiphare. Nunc legunt Geba. *Druſ.*

Sext

ab Benjamitis incolebatur, ſeceſſerat. Cum eum ſenex quidam hoſpitio benigne recepiſſet, juvenes ex oppido hoſpitem circumſiſtunt, ſtupro eum ſubdere parantes. Multum à ſene increpiti, ægreque exhortati, vicario demum concubinæ ejus corpore in ludibrium accepto, advenæ pepercerunt: illuſamque nocte tota, poſtero die reddiderunt. Sed illa, ſtupri injuria, an verecundiæ, parum definio, viſo viro animam efflavit. Tum Levita in teſtimonium diri facinoris, membra ejus in duodecim diſciſſa partes, per

Senex quidam hoſpitio benigne recepiſſet.] In cæteris civibus reprehenditur inhoſpitalitas. Nullus enim peregrinos hos recipere hoſpitio voluit. Nec erant tum temporis in locis illis hoſpitia omnibus patentia. *Grot.* Quæ poſtmodum demum erecta per Aſiam, ſub Imperio Saracenico & Turcico, Chanos vocant, voce Perſica. Secus ſi quis diverſari velit, illi expectanda eſt ξενοδοχία alicujus civis, vel in publico pernoctat. *Horn.* Iuvenes ex oppido hoſpitem circumſiſtunt. Mira hic hominum feritas deſcribitur, ab Abrahami τοῦ ξενοδόχου moribus, ad Sodomi civium mores deflexio. *Grot.*

Aegreque exhortati.] Sine dubio legendum eſt, *exorati*. Sigon. Probo vehementer. *Druſ.*

Vicario demum concubinæ ejus corpore.] Obtulit illis filiam ſuam. Quo temerario facto contra pietatem paternam liberis debitam, vehementer peccavit. Simile exemplum in Lotho habemus Gen. xix. ℣. 5. *Lyra. Abulenſ.* Magis excuſandus eſt Levita, qui ut propriam injuriam evaderet, obtulit uxorem ad ſtuprum, ſi ipſa ad hanc ſui oblationem, ad quam non obligabatur, conſenſit. *A Lapide.*

Stupri injuria, an verecundiæ.] Legendum *verecundia*. Druſ. Duplicem cauſam mortis affert Ioſephus, unam ſummum eorum, quæ paſſa eſſet dolorem, alteram ſummum pudorem atque verecundiam, ob quam in viri ſui conſpectum venire non auderet. In ſacro textu ea cauſa maxime innuitur, quod labore & vexatione nocturna fatigata, deficientibus jam viribus, collapſa ſit & extincta. *Menochius.*

Viſo viro.] Imo priuſquam eum vidiſſet. Nam ſimul ac oſtium aperuiſſet, mortuam comperit, quam adhuc vivere putabat. *Druſ.*

Membra ejus in duodecim diſciſſa partes.] Neque in hoc peccavit Levita, cum non ad dehoneſtandum corpus, ſed ad honorem defunctæ reſarciendum id fecerit, nempe ut duodecim tribus provocaret ad vindictam. *Abul.* & alii. Arias putat fruſta illa ſublimi aliquo loco ſtatuta, ut ab omnibus conſpici poſſent, ad eum modum quo corpora eorum qui ſententiam ſunt paſſi, ad terrorem loco edito ſuſpenduntur. Aliqui putant ad tribum Benjamin corporis illius ſectionem miſſam non fuiſſe, quod ſcilicet ea tribus nocens eſſet. Sed nihil vetat quo minus mitti potuerit, quia viri tantum Gabaa ſcelus admiſerunt, non tribus univerſa. *Menoch.* Tribus Manaſſe diviſa erat in duas partes. Vna pars habitabat ultra,

per duodecim tribus miſit, quo promptius omnes facti invidia commoveret. Quod ubi omnibus compertum, undecim reliquæ tribus, adverſum Benjamin, in bellum conſpirant. Huic bello Iudas, ut diximus, dux fuit. Sed duobus prœliis male pugnatum: tertio demum Benjamitæ victi, cæſique ad internecionem. Ita paucorum ſcelus, publico exitio punitum. Hæc quoque Iudicum volumine continentur. Regum libri ſequentur. Sed mihi annorum ordinem & ſeriem temporum perſequenti, parum continuata videtur hiſtoria. Nam quum poſt Samſon judicem, Semigar fuerit, pauloque poſt hiſtoria conſignet po-

altera cis Iordanem. Fortaſſe utrique miſit unum fruſtum. Vide Lyram.

Undecim reliquæ tribus.] Iud. xxi. Conſpiratio hæc inita fuit Miſpæ, per quam Maſius putat intelligi poſſe Silo. Alii putant Maſpam eam eſſe quæ in tribu erat Benjamin, non longe à Silo, & ex qua fortaſſe ipſum tabernaculum, quod erat in Silo, conſpici poterat. Porro [illegible]ſpa frequenter comitia habita legim[illegible] 1 Reg. vii. & x. Ierem. xl. *Menoch.*

Iudas.] [illegible] Iuda, ut paulo ante: *Dux belli [illegible] aſſumtus.* Druſ.

Cæſique ad internecionem.] Viginti quinque millia & centum viri perierunt, Sexcen[illegible]i fugerunt ad petram Remmon. Quidam putant eos in prioribus prœliis deſideratos fuiſſe, cum Iſraëlitæ cæderentur. In Medras proditum, illos iviſſe in Romaniam, ibique habitaſſe. Vide Lyram h[illegible]c loco. Prætereit quæ ſequuntur in Annalibus ſacris, de raptu virginum. Sic Romulus & qui cum eo erant, magnis Circenſibus, Sabinas rapuêre. Defendit aut excuſat hoc factum Benjaminitarum Ambroſius. Romanorum raptus co[illegible]it xiv. Kal. Sept. *Plutarch.* Benjaminitarum eodem menſe Septembris. Romani rapuerunt Virgines IↃ xxvii. vel ut Halicarnaſſæus, IↃ c lxxxix. Benjaminitæ vero cc. Benjaminitas ad raptum coëgit neceſſitas, Romanos libertas, uti docet Auguſtin. ii. de Civit. Dei xvii. & iii, xiii.

Regum libri ſequentur.] Numero quatuor, quorum priores in ritualibus Ebræorum Samueli tribuuntur: poſteriores Regum nomine inſcribuntur. Nota hos omnes libros in codicibus Græcis titulum habere *βασιλειῶν*, id eſt, regnorum. unde paullo poſt, *Eli etiam ſacerdos libris regnorum fuiſſe refeꝛatur.* Hiero. Epiſt. 52. *Samuelem quoque & Malachim, id eſt, quatuor regum libros.* Idem lib. 11. ad Rufinum cap. 7. *In libris quoque Samuelis & Malachim, quos nos regnorum quatuor nominamus, poſt catalogum divinæ ſcripturæ hac intuli, &c.* Druſ.

Parum continuata videtur hiſtoria.] Torſit hæc confuſio temporum & Iudicum pleroſque eruditos. Optima eorum explicatio, qui mortuo Samſoni ſucceſſiſſe ſtatim Heli volunt, cum jam per xx. annos, cum Samſone, Rempublicam adminiſtraſſet. Igitur Hiſtoria belli Benjaminitici rejicienda ad tempora præcedentia, ut dictum. *Horn.*

Libris

populum ſine judicibus egiſſe, Heli etiam ſacerdos libris regnorum fuiſſe referatur: ſed quum, quot anni inter Heli & Samſon fuerint, minime Scriptura prodiderit: video medii quiddam fuiſſe temporis, quod laboret ambiguo. Cæterum à die mortis Ieſu, uſque in id tempus quo Samſon defunctus eſt, numerantur [illegible] CCCC. & IX. A mundi autem exordio an[illegible] CCC. & III. Quanquam ab hac ſupputatione n[illegible] cæteros diſcordare, non neſciam. Sed mihi conſcius ſum, me non curioſe latentem annorum ordinem [illegible]uliſſe, do[illegible] nec

Libris regnorum.] Id eſt, מלכות. Rurſum Hiero. præfatione in libros regum: *Meliuſque multo eſt Malachim, id eſt, regum, quam Malachoth, id eſt, regnorum dicere. Non enim multarum gentium deſcribit regna, ſed unius Iſraëlitici populi, qui tribubus duodecim continetur.* Locus iſte cenſura indiget. Nam non memini legere uſpiam Malachoth hoc ſignificatu. Quid igitur? Regnum Hebraice Melucha dicitur & Mamlacha, unde pluralis Mamlachoth, non Malachoth, quod potius opera denotat à ſingulari מלאכה Melacha ſive Malacha, opus, cujus thema Laach, non Malach, regnavit. *Druſ.*

Anni CCCC *&* IX.] Ita Giſelinus olim hunc locum correxit. Prius erat CCCC *&* IX. qui numerus proxime accedit ad eum qui habetur Act. XIII, 20. μετὰ ταῦτα ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα ἔδωκε κριτὰς ἕως Σαμουὴλ. Nam Eli ſacerdos inter judices memoratur. Is judicatum adminiſtravit annos quadraginta, ut habetur 1 Sam. IV v. 18. Quanquam Sulpitius tantúm viginti annos ei attribuat: ex cujus ſupputatione Sigonius hoc loco repoſuit CCC. & XXXIX. Sed ex ſubjecta tabula tanti [illegible] colliguntur trecenti & novem an[illegible]. Othoniel præfuit annos L. Ahod [illegible]X. Semigar I. Debbora XL. Gede[illegible] XL. Abimelech III. Thola XXIII. Iair X[illegible] [illegible] VII. Ailon X. A[illegible] Euſ[illegible] Labdon vocat, VIII. Samſon XX. Summa CCCIX. His adde annos tyrannidis, quos Hebræi ſuperio[illegible] ar-bitrantur. Chuſan [illegible] VIII. Eglon XVIII. Iabin [illegible] VII. Philiſtæi ſive Allop[illegible] Rurſum Philiſtæi XL. Sum[illegible] Ex[illegible] concludo, ſi annis Iudicum annumeraveris annos tyrannidis, Othonielique tantum XL. attribueris, conſtari annos quadringentos & novem vel decem. Sic etiam ſe tuetur numerus qui Actor. cap. XIII. in libris vulgatis. *Druſ.*

A mundi autem exordio anni IIII. M CCCC *&* III.] Hunc numerum conficit Giſelinus ex his duobus locis. Dicit à mundi exordio uſque ad exceſſum Ioſue annos eſſe III D CCC LXXX. & IIII. Hic vero ſcribit à die mortis Ioſuæ, in id tempus, quo Samſon defunctus eſt, numerari annos CCCC & XIX. Simul hi numeri efficiunt 4303. Sigonius vero, qui ſuperiori numero adjecerat viginti, hunc ita emendat, ut pro 3. reponat 23. *Druſ.*

Non incurioſe.] Sic infra: *quæ non incurioſe à nobis ſunt digeſta.* Quantus autem in Chronologiæ ſtudio Sulpicius fuerit, patet ex epiſt. Paulini ad ipſum nona, in qua hæc ſunt: *Præterea juſſiſti, ut*

nec in hæc tempora incidi, de quibus dubitare me fateor. Nunc reliqua exequar. Igitur, ut ſupra retuli, Hebræi ſine judice aut duce ullo, proprio arbitrio agebantur. Heli ſacerdos erat: ſub hoc Samuel natus eſt. Huic pater Elchana, mater Anna. Hæc diu ſterilis, cum conceptum à Deo peteret, voviſſe traditur, ſi puer naſceretur, ſacrandum Domino. Ita enixum puerum,

Heli

ſti, ut quæ te de Annalibus non unius gentis, ſed generis humani fugerent, ego te, quaſi peritior, edocerem. Reſpondetque ſe in ea re hæſitantem, Rufinum preſbyterum conſuluiſſe; & addit: *Sed ſi ille has, quæ merito te permovent de annorum ſive regnorum non congruente calculo, hiantis hiſtoriæ cauſas, non ediderit, qui à Scholaſticis & ſalutaribus literis Græce juxta ac Latine dives eſt, vereor ne apud alium in his regionibus fruſtra requiramus.* Sigon.

Heli ſacerdos erat.] Eli ſeptimus erat ab Aharone, ab Ithamaro ejus filio altero, genus ducens. Fuit autem, ut Ioſephus refert, pontifex ex hac familia primus, cujus genus in pontificatu manſit uſque ad Salomonis tempora, quando ad Eleazari familiam rurſum rediit. *Druſ.* Phinees exauthorato, ſucceſſit in Pontificatum Heli Ithamarides. Quod liquet ex eo, quia Abimelechus ab eo genus ducens, Ithamarides eſt. 1 Paral. xxiv, 6. Quomodo autem ſempiternum ſacerdotium Phineeſo & poſteris ejus promiſſum à numine, Num. xxv. 23. cum hac in Ithamaridas tranſlatione capiendum, optime diſputat Camartus in Elia Thisbite ſuo, cap. 111. Sed in Euſebio Hieronymi legitur de Heli: *Hunc Hebræi tradunt eſſe Phinees.* Quod nullibi apud Hebræos reperitur. Vnde patet eſſe gloſſema imperiti alicujus ſive librarii, ſive Scholaſtici, quod nominum Heli & Eliæ affinitas peperit. Nam de Elia id tradunt, Phineeſum fuiſſe. *Selden.* Μετὰ τὴν Σαμψῶνος τελευτὴν προέστη τῶν Ἰσραηλιτῶν Ἠλὶς ὁ ἀρχιερεύς. *Ioſeph.* v. xi.

Samuël.] Gregorius putat Samuëlem in Rama natum, fuiſſe ex tribu Ephraim. Sed certum eſt eum fuiſſe oriundum è tribu Levi, adeoque à Levi per Caath & Iſaac, non vero per Amram & Aaron fuiſſe progenitum: ideoque Levitam non Sacerdotem fuiſſe. Vide Pſalmum xcviii. ℣. 6. Samuël tamen ex Dei diſpenſatione Sacerdotio functus eſt. *Abul.* & alii. Ex 1 Paral. vi, 33. patet, pium Samuëlem ex impio Core, quem terra abſorpſit fuiſſe progenitum. Ita Deus ex ſpina roſam produxit. *A Lapide.*

Elchana.] Malim Elcana. Sic enim & Græci ſcribunt Ἐλκανά. Genus ducebat ab Elcana filio Core, ac propterea creditur etiam propheta fuiſſe. Nam filii Core prophetæ erant. Rei firmandæ, quod 1 Sam. 1, 1. *ex Ramathaim Sophim.* Si modo ibi Sophim, ut quidam opinantur, ſignificat ſpeculatores, id eſt, prophetas. Videndus R. David, quem Camium cognominant. *Druſ.*

Anna.] Scribe Hanna cum adſpiratione, id eſt, חנה. Sic vocabatur etiam mater ſeptem fratrum Machabæorum, quorum hiſtoriam Ioſephus deſcripſit peculiari libro, qui περὶ τοῦ αὐτοκράτορος λογισμοῦ inſcribitur. Antiqui μακκαβαϊκὸν appellant. *Druſ.*

Sacrandum Domino.] Vt in templo ſerviat, ſicut in Hiſtoria Iephthæ dictum. Sed hoc matris votum ratum eſſe tum demum cœpit, cum id probavit pater. Num. xxx, 7. *Druſ.*

Heli

Heli ſacerdoti tradidit. Mox cum adoleviſſet, Dominus ad eum locutus eſt. Heli ſacerdoti iram denunciat, ob vitam filiorum, qui ſacerdotium patris in quæſtum verterant, munera à ſacrificantibus exigentes, quanquam plerumque eos pater increpaſſe referatur. Sed levior objurgatio non ſatisfecerat diſciplinæ. Igitur Allophylis in Iudæam irruentibus, obviam itum. Sed victi Hebræi, parant aciem reſtituere: arcam Domini ſecum in pugnam efferunt, & cum ea filii ſacerdotis pro-

Heli ſacerdoti tradidit.] Lyra cenſet Samuëlem in templo miniſtraſſe Deo uſque ad annum ætatis quinquageſimum duntaxat: illi enim Levitæ, quaſi emeriti, libertate donabantur, nec amplius in tabernaculo ſervire tenebantur. Núm. VIII, 25. Verum id repugnat Sacræ Scripturæ. Nam illa dicit, Samuëlem cunctis diebus ſacratum Domini miniſterio fuiſſe. Vnde alii paſſim cenſent eum in templo ſerviiſſe per omnem vitam. Ita *Philo* libro de Somniis. *Auguſtin.* in Pſalm. XCVIII. *Hieron.* in XLIV. Ezech. *Chryſoſtom.* Hom. IV. in Acta.

Cum adoleviſſet.] Σαμȣὴλ⊕ πεπληρωκὼς ἔτ⊕ ἤδη δωδέκατον ωϱοφήτευε. *Ioſeph.*

Iram denunciat.] Horrenda in Ithamaridas ob ſcelera filiorum Heli ſententia pronunciatur 1 Sam. II, 30. & reſtitutio Eleazaridarum promittitur.

Ob vitam filiorum.] Qui erant Hophni & Phinees. Virorum excellentium ſæpe filii peſſimi extiterunt. Cauſæ, præter phyſicas, hæ ſunt: quod viri illi eminentes toto animo ad publica ferantur, privatamque rem ideo negligant. Deinde, quod liberis ex paterno honore accedat ſuperbia & pigritia ex ſpe facili dignitatũ. Accedit interdum, ut in Heli, bonitas; quæ ubi nimia eſt, nomen ſuum amittere, & diſſolutio potius diſciplinæ vocari meretur. *Grot.*

Levior objurgatio.] Hieronymus: *Eli pro iniquitate filiorum ſuorum damnatus eſt. Corripuit quidem eos, ſed lenitate patris, non autoritate pontificis: & quia eos tenebatur corripere, ideo non ſolum pro iniquitate filiorum, ſed etiam pro ſua ſuit punitus.*

Allophyllis in Iudæam irruentibus.] 1 Reg. IV. Caſtra poſuerunt Apheca, quam Ioſephus Ἄμφηκαν vocat.

Arcam Domini ſecum in pugnam efferunt.] Quæ etiam arca federis dicitur, quia in ea erant tabulæ federis tam integræ quam fractæ. Vocatur & arca teſtimonii Ioſ. IV. ỳſ. 16. Nam in ea erat teſtimonium, hoc eſt, Lex. *Druſ.* ad Samuel. *Si bellum populo ingruerat, arca, in qua erant tabulæ legis, ante omnes præcedebat, & hoc ſufficiebat illis pro quavis acie in ſubſidium, niſi in bajulis arcæ, aut in populo, aliquod ſcelus, aut hypocriſis hæreret.* Athanaſ. de Interpret. Pſalm. ad Marcellinum. Diſſentiunt autem Interpretes, num in hac arca tabulæ fractæ pariter ac integræ repoſitæ fuerint? Quidam affirmant, & addunt etiam librum Legis in ea poſitum. Alii; capſulam extrinſecus factam, in qua liber Legis fuerit poſitus. Sunt alii qui dixerunt ſolas tabulas fractas fuiſſe in arca, quæ exibat ad bellum: Sed textus arguit etiam integras fuiſſe in ea. *Druſ.* ad Iud.

Cum ea filii ſacerdotis prodeunt.]

prodeunt: quia ipſe annis gravior, luminibus obductis, ſatisfacere officio nequiverat. Sed ubi arca in conſpectum hoſtium deducta eſt, majeſtate quadam præſentis Domini territi, fugam parabant. Aſſumptaque rurſum conſtantia, & non ſine Domino mutatis animis, totis viribus concurrunt. Victi Hebræi, arca capitur, filii ſacerdotis cadunt. Heli, delato ad ſe mali nuncio, conſternatus, animam expiravit, cum per an-

Τοῦ πατρὸς αὐτοῖς ἐπιστείλαντος, εἰληφθείσης τῆς κιβωτοῦ ζῆν ἐθέλουσιν, εἰς ὄψιν μὴ παραγίνεσθαι. *Ioſeph.* Cum Heli Pontifex arcam comitari pro officio deberet, quod captus oculis eſſet, filios miſit. *Sigon.* Ipſius enim in ſenectutem provecti vices in Pontificatu geſſit Phinees ejus filius. Φινεέσης δὲ ἤδη καὶ ἱερᾶτο, τοῦ πατρὸς αὐτοῦ παρακεχωρηκότος διὰ τὸ γῆρας. *Ioſephus.*

Majeſtate quadam præſentis Domini territi.] Textus ſacer: *Timuerunt Philiſtini dicentes;* Venit Deus in caſtra. *Et ingemuerunt dicentes*, Væ nobis, væ nobis! Quis nos ſalvabit de manu ſublimium iſtorum? Hi ſunt dii qui percuſſerunt Ægyptum omni plaga. Sic Prudentius arcam vocat *Deum circumvagum*, ante exſtructum templum Salomonis. Nam tunc nullum certum locum diu habebat, modo huc, modo alio tranſlata. *Druſ.* ad Sam.

Fugam parabant.] Fugam paraſſe non legitur in Scriptura, duntaxat ſcriptum ibi eſt, eos in magno metu fuiſſe ob præſentiam arcæ. *Druſ.* Vehementer Hebræis arca animum addidit, victoriam in hac ſitam exiſtimantibus. Contra hoſtes metuebant ne arca Iſraëlitis eſſet præſidio. Attamen utrorumque expectationem eventus fefellit. *Ioſephus.*

Victi Hebræi.] Ceciderunt triginta millia peditum. Hebræi enim pedites pugnabant, vix equites, eo quod Deus Deut. XVII. eis, ſi non uſum, certe copiam equorum vetuiſſet. *Abul.* Magis puniti Hebræi poſt adductam in caſtra arcam, quam ante. Nam ante adductam cæſa tantum quatuor millia: deinde triginta millia.

Filii ſacerdotis cadunt.] Hæc clades contigit A. M. II. Iↄcccↄ I. ab exitu ex Ægypto CCC XCVII. Id patet ex eo quod ab hoc exitu uſque ad ædificationem templi fluxerunt anni CCCC LXXX. *Chronol.* Pſeudo-Philo tradit duos filios Heli à Goliatho gigante cæſos.

Mali nuncio.] Pſeudo-Philo & Abulenſis, ex traditione Hebræorum ſcribunt, hunc nuncium fuiſſe Saulem filium Cis.

Conſternatus.] De ſella reſupinus cecidit, cervicemque fregit. Sedebat enim in ſella Pontificia, ante poſtes tabernaculi, ubi reſponſa dare conſulentibus ſolebat. Ἠλὶς ὁ ἀρχιερεὺς ἐκαθέζετο κατ' ἑτέρας τῶν πυλῶν ἐφ' ὑψηλοῦ θρόνου. *Ioſeph.*

Per annos XX.] In editione Romana, ἔκρινε τὸν Ἰσραὴλ εἴκοσιν ἔτη, *Viginti annis*, & ſic Euſebius in Chronicis affirmat ſcripſiſſe LXX. interpretes. Cæterum in vulgatis editionibus Græcis, itemque in Ebræa, eſt τεσσαράκοντα, id eſt, quadraginta. Sunt etiam qui putant errorem hunc natum ex affinitate litterarum μ & κ: quarum hæc in numeris denotat 20. illa vero 40. *Druſ.*

annos XX. *ſacerdotium adminiſtraſſet. Victores ſecundo prælio Allophyli, arcam Dei, quæ in poteſtatem venerat, eorum oppido Azoto, in templum Dagon intulerunt. Sed ſimulachrum dæmoni dicatum, ubi arca il-*

40. *Druſius.* Sctiptura inquit judicaſſe eum annos quadraginta, non Sacerdotium geſſiſſe, ut Sulpicius. *Sigon.* Sublatis Hophni & Phinees, huic relicti ſunt filii bini, Achitobus & Ichabodus poſthumus. Achitobi filii memorantur etiam bini, Achias & Achimelecus, cui Ahiathar filius. De hoc ſtemmate vide ſis 1 Samuel. IV, 19. XIV, 3. XXIII, 9. & XXIII, 6. Apud Euſebium in Chronico horum nullus ante Abiatharum in Pontificatum ſuccedit. At vero Ioſepho lib. VI. cap. 7. Achitobus dicitur Pontifex ille qui Sacerdotis nomine, ubi Saul Rex Deum conſulit, habetur in 1 Sam. cap. XIV. ℣ſ. 36. κελεύει, inquit, ὁ βασιλεὺς Ἀχίτωβον τὸν ἀρχιερέα ἐκέλευσεν αὐτὸν γνῶναι εἰ δίδωσιν ὁ Θεὸς αὐτοῖς, &c. *Vocavit Rex Achitobum Pontificem, juſſitque ut conſuleret, an Deus annueret, &c.* Alii etiam Achitobum proxime poſt Heli avum collocant, ut Nicephorus Patriarcha & Georgius Monachus. *Seldenus.* Heli ſucceſſit in Principatu Samuel, in Pontificatu Achitob nepos ex filio. *Mendoſa.*

Sacerdotium adminiſtravit.] Et *judicatum.* Nam ſimul & ſacerdos erat & judex. Sane in fonte, *judicavit Iſraëlem,* &c. Sacerdotium autem poſuit pro pontificatu, ut ſupra, *qui ſacerdotium patris in quæſtum verterant.* Sic ἱερωσύνη pro ἀρχιερωσύνη in libris Machabæorum. *Druſ.*

Azoto.] Azotus quaſi Aſdodus, aut ab Aza uxore conditoris appellata. Aſdod antiquum urbis nomen, quam poſterior ætas Palmim dixit. Autor *Benjamin* in Itinerario ſuo. Hæc urbs obſeſſa fuit olim à Pſammiticho rege Ægypti, annos undetriginta continuos. Proinde ſcribit Herodotus libro II. αὕτη δὲ ἡ Ἄζωτος ἁπασέων πολίων ἐπὶ πλεῖστον χρόνον πολιορκεομένη ἀνέσχε τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. *Idem.*

Templum Dagon.] Piſcis formam habuiſſe teſtatur R. Salomo. Sed & Nicolaus de Lyra. R. David: *Ajunt Dagon ab umbilico & infra piſcem retuliſſe, ſupra umbilicum ſpeciem hominis habuiſſe.* Quo accommodant illud, *tantum Dagon remanſerat in eo;* quod interpretantur, *quod referebat piſcem:* alii melius, *truncus Dagon.* Græci fabulantur hunc eſſe unum ex quatuor filiis Vrani, quos ex γῆ, id eſt, terra, ſuſcepit. *Druſius.* Interpres Sanchuniatonis Philo: Δαγὼν, ὅς ἐστι Σιτών. Quaſi dicas *Frumentivus.* Sed fallitur: quia plane eſt à דג *piſcis*, ut melius dicturus fuerit Ἰχθυών, *Piſcio* vel *Piſcinus.* Pro quo etiam figura ejus eſt. Nam erat ſemihomo ac ſemipiſcis. Sæpe autem Scriptura meminit בית דגון templi Dagonis. Et 1. Maccab. x, 83, 84. dicitur Ionathas accendiſſe Beth Dagon, cum Azoti ſe hoſtes in illud, velut aſylum, recepiſſent. *Voſſius.*

Simulachrum dæmoni dicatum.] Nam dii gentium dæmonia, ut quidem Græca Eccleſia legit apud Davidem. Sane diabolus in Iovis aut Mercurii forma ſæpe apparuit. Sulpicius in vita Martini, ſegm. 24. *Frequenter autem diabolus viſibilem ſe ei formis diverſiſſimis offerebat. Nam interdum in Iovis perſonam, plerumque Mercurii, perſæpe etiam ſe Veneris ac Minervæ transfiguratum vultibus offerebat.* Druſ. Fluxit autem impius ille mos Dæmoniis ſimulacra dedicandi, ex diſciplina Chaldæorum, qui ſingulis creaturis talia erexerunt. *Rambam.* III. Mote Neb. XXIX.

illata eſt, corruit. Quumque idolum loco reſtituiſſent, nocte inſecuta diſcerptum eſt. Inde mures per omnem regionem exorti, noxiis morſibus, multa hominum millia, leto dabant. Quo malo compulſi Azotii, ad declinandam calamitatem, arcam Dei ad Gethæos tranſtu-

le-

Diſcerptum eſt.] 1. Reg. v. Ioſeph. VI, 1. Ita ut caput & manus à reliquo corpore avulſa, in limine jacerent, ac tantummodo forma piſcis relinqueretur. *Kimchi.* Dorſum totum invenerunt fractis omnibus membris. *Gloſſa* Ord. Cæterum erant ei & pedes humani, quaſi ad caudam adnati. Vnde LXX. habent; *ἀμφότερα τὰ ἴχνη τῶν ποδῶν αὐτοῦ ἀφῃρημένα.* Quæ fruſtra in Hebræo quæras. *Voßius.* Videntur alii etiam Philiſtæorum dii, in cæteris eorum urbibus, eadem vel ſimili, qua Dagon, pœna multati, uti inſinuatur cap. VI, 5. De Dagone, vide *Seld.* II. de DIs Syris II.

Mures per omnem regionem exorti.] 1 Sam. v. in editione LXX. *καὶ μέσον τῆς χώρας αὐτῆς ἀνεφύησαν μύες.* Rurſum cap. VI. *καὶ ἐξέζεσεν ἡ γῆ αὐτῶν μύας.* Ioſephus quoque lib. VI. cap. 1. *τὰ δὲ ἐπὶ τῆς χώρας μυῶν πλῆθος ἀνελθὸν ἀπὸ τῆς γῆς κατέβλαψε, μήτε φυτῶν μήτε καρπῶν ἀποσχόμενον.* Quæ ſic verſa repperi, *Ager vero totus ſcatebat muribus, quia omnia vaſtantes nec ſegetibus parcebant nec cæteris fructibus.* Druſius. Hæc tertia fuit afflictio. Omiſit mariſcas, morbum graviſſimum. De quo Ioſephus: *Graviſſima peſtis Azotiorum urbem atque agrum adorta eſt. Correpti enim dyſenteria cruciabiliter moriebantur. Nonnulli interanea vitiata, morboque corroſa evomebant. Ager vero totus ſcatebat muribus, qui omnia vaſtantes, nec ſegetibus parcebant, nec cæteris fructibus.* Maginus in Paleſtina: *Nonnullis in locis Paleſtinæ, agri ſunt pene deſerti ob murium & ſoricum abundantiam, quos niſi quædam aves devorarent, nullam ſementem poſſent facere incolæ.*

Leto dabant.] In eadem editione, *καὶ ἐγένετο σύγχυσις θανάτου μεγάλη ἐν τῇ πόλει.* מהומה interpretantur *σύγχυσις θανάτου.* *Druſ.* Plinus VIII. 29. & 57. narrat ex Theophraſto, incolas ex Gyaro inſula, Cycladum una, fugatos à muribus. Idem x, 65. refert, ab iiſdem patriam coactos deſerere incolas Troadis. Iuſtinus xv. *Abderitas propter ranarum muriumque multitudinem, relicto patriæ ſolo, ſedes quæſiviſſe.* Nec iſta mirabitur, qui cogitarit murium fœcunditatem, præſertim in arvis ſiccis. A cuniculis ſuffoſſum in Hiſpania oppidum. Plin. VIII, 59. & Baleacos adverſus proventum eorum, auxilium militare à Divo Auguſto petierunt. Idem VIII, 55. *Voßius.* III. de Idol. XXXII. Æthiopes à ſcorpionibus & araneis fugati. Strabo XVI. Sic Popielus Poloniæ Princeps, & Hatto Archiepiſcopus Moguntinus à muribus comeſti. Quanquam hoc poſterius neget & refutet Serarius in ſua Moguntia. Ex *Mariſcis* ſanguinem mures ſuxiſſe, Hebræi quidam tradunt. Addit Gregorius, *momordiſſe ventrem Philiſtinorum, cum eum in ſeceſſu exonerare vellent.*

Arcam Dei ad Gethæos tranſtulerunt.] 1 Sam. v. ℣ſ. 7. eadem editio habet *καὶ λέγουσιν οἱ γεθαῖοι, μετελθέτω κιβωτὸς τοῦ θεοῦ πρὸς ἡμᾶς, καὶ μετῆλθεν κιβωτὸς τοῦ θεοῦ Ἰσραὴλ εἰς γέθ.* Latina vero, *& reſponderunt Gethæi, circumducatur arca Dei Iſraël. Et circumduxerunt arcam Dei Iſrael*, nempe per omnes urbes Philiſthæorum. Quod

etiam

lerunt. Qui cum ſimili clade afficerentur, in oppidum Aſcalonenſium arcam tranſvexerunt. His vero, advocatis gentis ejus primoribus, conſilium fuit, arcam Domini Hebræis reddere. Ita ex ſententia principum, augurumque & ſacerdotum, impoſita vehiculo, multis cum muneribus remittitur. Illud mirabile, quod cum oneri boves fœminas ſubjeciſſent, vituloſque earum domi retinuiſſent, iter nullo duce in Iudæam pecudes di-

etiam Ioſephus annotavit ita ſcribens, *atque in hunc modum per quinque Palæſtinorum urbes pervagata eſt arca, veluti tributum per ſingulas pœnas violatæ religionis exigens.* Druſ. Hoc conſilium dederunt Gethæi, quia putabant cladem hanc Azotiis accidiſſe, non ex arca, ſed ex natura loci, velut ex peſtilente aëre, vel influxu aſtrorum maligno. *Theodor.* & *Procop.*

Aſcalonenſium.] Εἰς Ἀσκάλωνα, id eſt, Aſcalonem. Sic Græci codices. Sed Latini, ut & Ebræi, *in Accaron.* Vtrumque opidum erat Palæſtinæ proprie dictæ. *Druſ.* Κρομμύων ἀγαθὴ ἐστιν ἡ χώρα τῶν Ἀσκαλωνιτῶν, πόλισμα δὲ μικρόν. Strabo XVI. Deſcriptionem ejus accuratam vide apud Tyrium XVII. Belli ſacri XXII.

Ex ſententia principum.] LXX. Καὶ καλοῦσιν Ἀλλόφυλοι τοὺς ἱερεῖς καὶ τοὺς ἐπαοιδοὺς αὐτῶν, id eſt, *ſacerdotes, vates & incantatores ſuos.* Latina vetus, *vocaverunt ſacerdotes & divinos.* Sic etiam Ebræi. *Druſ.*

Augurumque.] Quos in arduis rebus Palæſtini conſulebant. Vnde Procopius in Eſa. II. *Aegyptiorum eſt & veneficum,* ἐπαοιδαί τε καὶ φαρμακεῖαι, *ut Aſtrologia Chaldæorum, & divinatio Allophylorum, & auguratio Cretenſium.* Divinabant autem per ferrum ſagittæ, per unguem pollicis, per Theraphim, gladium & hepar. *Kimchi* in Ezech. XXI, 21.

Impoſita vehiculo.] In trivio, abſque auriga, quinque Satrapis Philiſtinorum ſpectantibus, quam viam ſponte ſua vaccæ inirent, an eam quæ ducebat in Iſraël, an aliam. *Ioſephus.*

Multis cum muneribus.] Nimirum ex Idololatrarum ſententia:

Δῶρα θεοὺς πείθει, δῶρ' αἰδοίους βασιλῆας.

Munera illa fuerunt, quinque ani totidemque ex auro mures, piaculum utriuſque plagæ. Simile quid ab Atticis factum docet nos ad Acharnenſes Ariſtophanis Scholiaſtes.

Remittitur.] Cum fuiſſet in agro Philiſthæorum ſeptem menſes. 1 Sam. VI, ℣. 1. Nam quod in Ioſepho μῆνας τέσσαρας, emendandum eſt ex hoc loco, maxime cum in Rufino ſit, *menſibus ſeptem*, id eſt, μῆνας ἑπτά. *Druſius.* Theodoretus: *Cum nulla civitas auderet arcam excipere, eam foris reliquerunt ſub dio. Poſtquam autem exiſtimarunt foris manente arca ſe eſſe liberos à plagis à Deo immiſſis, intulit Deus ſupplicia etiam rebus inanimis. Immiſit enim murium multitudinem in vites & ſegetes, qui omnes eorum fructus perdiderunt.* Sic & Procopius. Hinc colligitur arcam à Philiſtæis fuiſſe captam in Septembri. Nam remiſſa eſt, cum eſſet meſſis tritici. Hæc autem in Palæſtina fit in fine Aprilis. *A Lapide.*

Illud mirabile.] Vide Ioſeph. l. VI, c. 2.

Ex

direxerunt, non revocante affectu fœtus relicti. Cujus rei miraculo, reguli Allophylorum, uſque in fines Hebræorum, arcam ſecuti, religioſum officium præſtiterunt. Iudæi autem, ubi referri arcam viderunt, certatim ex oppido Bethſamis, cum gaudio, obviam ruere, feſtinare, exultare, grates Domino referre. Mox Levitæ, quorum hoc negocium erat, ſacrificium Deo celebrant; boveſque eas, quæ arcam adduxerant, immolant. Sed in oppido, quod ſupra diximus, teneri arca non potuit. Itaque paſſim, Dei nutu, per totam urbem, ſævitum. Arca in Cariathjarim oppidum tranſlata eſt, ibique per viginti annos fuit. Ea tempeſtate Samuel ſa-

Ex oppido.] Imo ex agro, ubi triticum metebant. *Druſ.*

Bethſamis.] Melius, Bethſames, שמש Sames, ut הבל Habel. In edit. Romana βαίθσαμυς, quod ſcribes Baithſamys, vel certe Bæth-ſamys. Opidum hoc ſitum erat in termino tribus Iudæ. Ioſ. xv. 10. Quod firmabis alio loco qui habetur II Reg. XIV. 11. *in Bethſames opido Iudæ.* Druſius. Κώμη δέ τις ἐστὶ τῆς Ἰούδα φυλῆς Βαθσάμη ὄνομα. *Ioſeph.*

Levitæ.] Hoc Bethſamitæ feciſſe leguntur I Sam. VI, ✝ſ. 15. & ideo puniti fuerunt. *Ioſephus.*

Quorum hoc negocium erat.] Imo negocium hoc erat Sacerdotum, non Levitarum. Verum noſter hæc nomina confundere videtur. *Druſius.*

Per totam urbem ſævitum.] Ioſephus: Ὀργὴ δὲ καὶ χόλος τοῦ θεοῦ μέτεισιν, ὥς τε ἑβδομήκοντα τῶν ἐκ τῆς Βαθσάμης κώμης, ὡς οὐκ ὄντας ἀξίους ἅψασθαι τῆς κιβωτοῦ, ἱερεῖς γὰρ οὐκ ἦσαν, ἀπέκτεινε. Omiſit quinquaginta millia, veritus haud dubie, Romanos minime credituros, tot millia unicum vicum in Libitinæ cenſum conferre potuiſſe. Eum ſequuntur Hieronymus in Quæſtionib. Rupertus, Iſidorus, Lyra, Abul. LXX. tantum percuſſos fuiſſe ſtatuunt. Facilis autem reſponſio, tantam multitudinem, ex vicinis oppidis ac pagis confluxiſſe, ibique extinctam. Cauſa tantæ cladis ita exprimitur; *eo quod vidiſſent arcam Domini.* Nempe intectam & nudam, hoc enim ſub pœna capitis vetitum erat. Num. IV. *Abul.* Imo quod introſpexiſſent, ut viderent num Philiſtæi tabulas Legis ex ea ſuſtuliſſent, vel aliud quid impoſuiſſent. *Vatabl. Cajetanus. Serarius.*

In Cariathjarim.] I Reg. VII. Adrichom: *Cariathjarim,* urbs Sylvarum, *quæ & Cariath-Baal & Baala, & Pharaſim, & conjunctim Baal-Pharaſim. Hieronymo etiam Iarim. Eſt de Ieruſalem ad quatuor milliaria & dimidium, contra Occidentem, euntibus Dioſpolin. Hieron. ait milliari uno. Vrbs prius Gabaonitarum, poſtea tribus Iudæ, eſtque terminus tribus Iudæ & Benjamin, ſita in colle.*

Ibique per viginti annos fuit.] In domo Abinadab, quæ in colle excelſo ſita fuit, בגבעה, quod male Latinus transfert: *in Gabaa.* Quaſi eſſet hujus nominis urbs, in Benjaminia. *Horn.*

Samuël Sacerdos.] Iudex erat, Prophetes & Levita. Etiamne Sacerdos?

Si

ſacerdos Hebræis præerat, quietis à bello rebus, populus in ocio degebat. Pax deinde Allophylorum irruptione turbata, trepidantibus cunctis ob conſcientiam peccati. Samuel, cæſa prius hoſtia, Domino fretus, ſuos in prælium deduxit: primoque impetu fuſis hoſtibus, victoria penes Hebræos ſtetit. Sed hoſtili metu re-

Si Sacerdotis vocabulum ſtricte accipiatur pro Pontifice, verum non eſt. Nam עלי Eli ſucceſſit in Pontificatu Achitob. Neque vero late ſumptum verbum eſſe poteſt, cum non fuerit ex poſteris Aharon, qui ſoli Sacerdotes dicebantur. Supra, *Igitur Levi tribu in Sacerdotium ſegregata.* &, *Levitis in ſacerdotium aſſumtis.* Sic infra: *Samuël admodum ſenex ſacerdotio functus.* Huc retulerim, *quod erat nefas* (loquitur de tabernaculo) *niſi ſacerdotibus introire.* Firmabo nunc, quæ dixi, autoritate Hieronymi. Adverſus Vigilantium cap. 2. *Samuël & Levita & Prophetes fuit.* Contra Helvidium lib. 1. cap. 13. *Simulque noſcendum quod Samuël Levita, non Sacerdos, non Pontifex fuerit. Vnde & faciebat illi mater ſua Ephod* בד, *ſuperhumerale videlicet lineum, qui habitus proprie Levitarum & minoris eſt ordinis. Vnde & in Pſalmis non nominatur inter Sacerdotes, ſed inter eos qui invocant nomen Domini. Moyſes,* inquit, *& Aaron, in ſacerdotibus ejus, & Samuel inter eos qui invocant nomen ejus.* Druſ. Contra ſucceſſiſſe Heli Samuelem non in Principatu tantum, ſed etiam Pontificatu, volunt Auguſtin. XVII. C. D. 4. & in Pſalm. XCVIII. Hieron ad 1 Corinth. 1. & alii. Contra quam opinionem diſputant Abul. Hugo, Lyra, Cajetan. & alii. Nunquam in ſerie Pontificum, quam texit Ioſephus & alii, ponitur Samuel. Vide Seldenum de Succeſſionibus.

Pax Allophylorum irruptione turbata.] Cauſſa hujus belli fuit conventus Iſraëlitarum in Maſpa. Nam Philiſtæi filiis Iſraël omnes conventus & congregationes interdixerant, cum illos ultimo prælio ſibi ſubjeciſſent. *Lyra.* Suſpicabantur enim Hebræos velle rebellare. *Cajetan.*

Cæſa prius hoſtia.] Doctores dicunt fuiſſe agnum fœminam, unde colligunt holocauſtum fœminæ rectum eſſe in ara privata. Tradunt ſimiliter alienum, hoc eſt, non Sacerdotem, offerre poſſe in ara privata. Tales aræ fuerunt licitæ, ab eo tempore quo deſtructum fuit tabernaculum in Silo. *Druſius* ad Iudices.

Primoque impetu fuſis hoſtibus.] Cum adhuc agni victima arderet, perterruit Dominus hoſtes fulmine, tonitru & terræmotu. *Ioſeph.* Et per fulmina contrivit Pharaonis exercitum in mari rubro. Exod. XIV. Chananæos per Ioſuam. cap. XVIII, 2. Barbaros per legionem fulminatricem ſub Antonino Imp. *Euſeb.* V, 5. Hiſt. Eugenium Tyrannum per Theodoſ. Imper. Oroſ. VII, 35. *Continuo magnus ille & ineffabilis turbo ventorum in ora hoſtium ruit: ferebantur per aërem ſpicula miſſa noſtrorum, atque ultra menſuram humani jactus, manu in aëre portata, nuſquam propemodum cadere, priuſquam impingerent, ſinebantur. Tela etiam, quæ hoſtes vehementer intorſerant, excepta ventis, impetu ſupinata, ac retrorſum coacta, infeliciter configebant.* Addit Ioſephus: *Terra ſub pedibus intremuit; nonnulli in improviſos hiatus prolapſi, alii fulminibus crebris attoniti, & ignitis fulguribus oculos ac manus ſemi uſtulati, ut ne arma quidem retinere poſſent.*

Secum-

remoto, ſecundis tranquilliſque rebus, corruptis conſiliis, more vulgi, cui præſentia faſtidio, inſueta deſiderio ſunt, regium nomen (cunctis fere liberis gentibus ſemper inviſum) populus deſiderabat, planeque non ſine exemplo amentiæ, præoptabat libertatem ſervitio mutare. Igitur frequentes Samuelem circumſiſtunt, ut quia jam ipſe ſenuiſſet, regem eis conſtitueret. At ille placide, ſalubri oratione ab inſana voluntate-

Secundis tranquilliſque rebus. Non ſolum Philiſtæorum jugum excuſſit Samuel, recuperavitque oppida amiſſa: ſed etiam vicinos populos coëgit à bellis abſtinere. Hinc illa luxuria, & ut in alto otio, negligentia. Ne arma quidem, ceſſantibus bellis fabricabant & vetera in rem ruſticam convertebantur. Vt mirum non ſit, ſub initum regni Saulis, nulla pene toto Iſraële arma reperta fuiſſe, & omnino fabrilem artem, cum iterum prævaluiſſent Philiſtæi, interdixerunt Iſraëlitis. *Tirinus.*

Cui præſentia faſtidio.] 1 Reg. 8. Ioſeph. VI, 3. Faſtidiebant ſtatum præſentem cum ob alias cauſas, tum propter filios Samuelis, qui patri moribus diſſimiles, ad avaritiam declinantes munera ob jus pervertendum accipiebant, populumque peſſime regebant, quæſtui per omnia ſtudentes. *Druſ.*

Regium nomen, cunctis fere liberis gentibus ſemper inviſum.] Hoc ex Demoſthene ſumſit in Olynthiacis. Liberi populi obediunt legibus, id eſt, rationi, qui vero parent regi, obediunt voluntati, id eſt, libidini unius, plerumque pravi. Quare amens eſt qui Regem libertati anteponit. *Sigon.* Quod non uſquequaque verum eſt. Certe *Oriens Regibus aſſuetus,* graviſſimis authoribus dicitur. Cappadoces, ut Iuſtinus ait, *vivere ſine Rege gentem ſuam poſſe,* negabant. Apud hos igitur regium imperium in pretio, libertas gravis eſt. Secus ſe res in Occidente habet, & Septentrione, ubi gentes ad Rempublicam natæ, Regum, niſi legibus ſubſint, intolerabiles deprehenduntur. *Horn.* Dicunt Ebræi, populo terram ingredienti tria præcepta fuiſſe, I. ut regem ſibi conſtituerent. II. ut delerent memoriam Ameleci. III. ut extruerent domum electam. Neque ſenes peccarunt regem petendo, ſed populus. Qua de re aliquid in סנה fol. 191. col. 4. ubi de regibus in genere. *Druſ.* Idem Cunæus, quem vide 1. de Rep. Hebr. XIV.

Ipſe ſenuiſſet.] Hebræi tradunt Samuelem fuiſſe LII. annorum, tumque mortuum: Sed errant. Senex fuit, ſed diu adhuc, regnante Saule, ſuperſtes. Quare melius Abulenſis, Salianus & alii cenſent, Samuelem fuiſſe hoc tempore circiter LX. annorum, ac cum Saule Rege XV. annos adhuc vixiſſe, ac defunctum anno ætatis LXXVII. *A Lapide.*

Regem eis conſtitueret.] Cauſa vel occaſio hujus poſtulati, fuit ſenectus Samuelis, & iniquitas filiorum ejus. Deinde ſperabant ſe à Rege melius defenſum iri contra Philiſtæos, ait *Ioſeph.* Denique exempla aliarum gentium, etiam regio ſplendore imitati volebant. *Idem.*

Ab inſana voluntate.] Textus Sacer: *diſplicuit ſermo in oculis Samuelis.* Ioſeph. Ἐλύπησαν δὲ σφόδρα τὸν Σαμουῆλον οἱ λόγοι, διὰ τὴν συμφυῆ δικαιοσύνην, καὶ τὸ πρὸς τοὺς βασιλέας μῖσος.

Deo

tate detorquere plebem: dominationem regiam & ſuperba imperia exponere, libertatem extollere, ſervitutem deteſtari: poſtremo, divinam eis iram denunciare, ſiquidem homines mente corrupti, Deum Regem habentes, regem ſibi ex hominibus flagitarent. His atque aliis iſtiuſmodi fruſtra dictis, cum populus in ſententia perſeveraret, Dominum conſuluit. Qui permotus vecordia inſanæ gentis, nihil adverſum ſe petentibus negandum reſpondit.

Igi-

Deo hoc poſtulatum tumultuantis populi diſplicuit, quia Regem concupiverunt per ambiguas querelas, ſeditioſaſque voces, non uti legis præceptum peragerent, ſed quod diſplicebat illis ſanctiſſimus vates Samuel, ad quem vox illa numinis extat: Non te illi, ſed me faſtidierunt. *Maimonides* in parte poſtrema Miſnæ. Vnde patet non peccaſſe Iudæos quod Regem peterent (nam Deut XVIII. facta fuerat illis ejus petendi poteſtas) ſed quod peterent Regem, *qualem univerſæ habent nationes*, qui non juxta leges divinas, ſed ſuo arbitrio populum regeret. *Tirinus.* Putabant enim, ut ait Ioſephus, οὐδὲν ἄτοπον εἶναι, τῶν πλησιοχώρων βασιλευομένων, τὴν αὐτὴν ἔχειν αὐτοὺς πολιτείαν.

Dominationem regiam, & ſuperba imperia exponere.] Textus Sacer: *Hoc erit jus Regis qui imperaturus eſt vobis: Filios veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis, faciens eos ſibi equites & præcurſores quadrigarum ſuarum, &c.* Vide ſequentia I Reg. VIII. 12. Loquitur non tam de jure, quam de more. *Bucholz.* משפט non eſt intelligendum de jure vero, ſed facto, quod effectum aliquem juris habeat, id eſt, non reſiſtendi obligarionem. Ideo additur, populum preſſum iſtis injuriis, Dei opem imploraturum, quia ſcilicet humana remedia nulla extarent. Sic ergo hoc jus vocatur, quomodo prætor jus reddere dicitur, etiam eum inique decernit. *Grot.* de jure Pacis I, IV. Rabbini variant. R. Ioſe ait: quicquid hic dicitur, licebat ei facere. R. Iuda vero: dicitur ad metum eis incutiendum. Sic & R. Levi. *Druſ.* ad Sam. Δουλεύσετε μετὰ πάντων τῶν ὑμετέρων τῷ βασιλεῖ, καὶ τοῖς αὐτῶν οἰκέταις ἴσοι γενόμενοι. *Ioſeph.* Vicini enim Reges ſubditis ſuis imperabant quæ vellent, ut ἀνυπεύθυνοι. Syros ſervituti natos, ait *Livius*: de libertate eos nihil cogitare, *Apollonius.* Iudæi *viliſſima pars ſervientium* Tacito. Ac plerique Iudæorum Reges duriſſimi fuerunt, ut Salomon, Roboam, Ieroboam, ac cæteri.

Deum Regem habentes.] Vnde Rempublicam Hebræorum Ioſephus adverſus Apionem perſignificanter dicit vocari poſſe θεοκρατίαν, quaſi tu ejuſmodi civitatem dixeris, cui præſes rectorque ſolus Deus ſit. *Cunæus.* Ergo hae petitione Deum Regem ſuum, qui eos partim per ſe, partim per Iudices à ſe excitatos gubernabat ſprevêre. *Theodor. Procopius, Lyra, Abul. Cajetanus.*

Vecordia inſanæ gentis.] Acerrime Sulpicius hoc Iudæorum poſtulatum reprehendit. Ac prolixe diſputant Interpretes: an & quatenus peccarint Iſraëlitæ petendo regem. Vide Lyram, Burgenſem, ac alios.

Saul

Igitur Saul, ſacerdotali prius à Samuele unguento perfuſus, rex conſtitutus eſt. Hic ex tribu Benjamin, Cis patre ortus, modeſtus animi, forma excellenti erat: ut merito dignitas corporis dignitati regiæ conveniret. Sed principio regni hujus, aliquanta ab eo pars populi deſciverat, parere imperio abnuens, ſeque Am-

mo-

Saul ſacerdotali prius à Samuele unguento.] 1 Reg. IX. & X. Ioſeph. VI. 5. Sacerdotum exemplo uncti ſunt & reges Hebræi, non Sacerdotes quidem, ſed multum habentes Sacerdotale, ſedem & jus loquendi in Sanctuario, inſpectionem in ſacra, jus eligendi aut deſtituendi Pontificis Maximi, aliorumque Sacerdotum, & alia plura. Vngebantur tamen alio modo: Sacerdotes in fronte decuſſatim; Reges in verrice, ad coronæ modum illito oleo. *Grot.* Dicitur *Sacerdotale unguentum*, quia nulli adhuc Reges fuerant. Cur non potius, *regali unguento? David regali unguento perlinit.* An quia regale unguentum dici non poteſt cum nulli adhuc reges eſſent? Aut appellat ſacerdotale, quia ejuſdem erat cum altero generis. Prius, verius videtur. Nam ut demus ejuſdem generis fuiſſe hoc cum illo, tamen quum eo futurus rex ungeretur, regale potius erat appellandum quam ſacerdotale. David Camius negat Saulem fuiſſe unctum oleo unctionis, quod adhibitum duntaxat ait in familia David. Idem annotat litum fuiſſe oleo balſamino, quod שמן אפל סמון vocant. Scribit eadem fere autor libri qui סמג per ſigla vocatur. *Druſ.* De unctionis ritu, vide Seldenum de Succeſſ. in Pontif. cap. IX.

Perfuſus.] E lenticula. Nicolaus de Lyra, 1. Sam. x, 1. *Lenticula olei eſt vaſculum factum ex auro vel argento ad reponendum oleum unctionis, unde inungebantur reges & pontifices.* Etiam è cornu perfundebantur. In ſcholiis Ebræorum, *Dicunt Doctores. Saul & Iehu uncti fuerunt è lenticula, non fuit diuturnum regnum eorum: David & Salomo uncti fuerunt è cornu, fuit diuturnum regnum eorum.* Videndus R. David loco citato. *Druſ.* Λαβὼν ὁ προφήτης τὸ ἀγγεῖον, ἔλαιον καταχεῖ τοῦ νεανίσκου κεφαλῆς. *Ioſephus.*

Modeſtus animi, forma excellenti erat.] Abulenſis: *Bonitas Saulis maxime erat circa humilitatem: quod erat valde in eo admirabile. Nam ipſe erat vir in virtutibus excellens, corporis ſtatura admirabilis; quod ſolet homines ſuperbos efficere: ipſe autem hæc omnia habens, erat valde humilis.*

Dignitas corporis dignitati regiæ conveniret.] Formam in regibus ſuis Orientales populi admodum æſtimant; ita ut apud Æthiopes, honores mandatos ex corporis magnitudine, dixerit Ariſtoteles IV. Polit. 4. & Spartæ mulctatus Rex, quod exigui corporis uxore ducta, reges minutos daturus diceretur. Nec ſpernit Euripides, εἶδος ἄξιον Τυραννίδος. *Grot.*

Aliquanta ab eo pars populi deſciverat.] Hæc paulo aliter narrantur, 1 Sam. x, 27. & XI, 1.

Seque Ammonitis conjunxerat.] Viri Iabes Galaad hoc in animo habebant, niſi duris conditionibus, quas eis proponebat Nahas Ammonites, deterriti fuiſſent. *Druſ.* Sulpicius ſcribit partem populi ad Ammonitas defeciſſe & à Saule vindicatam. Quod non eſt in ſacris libris, ſed ab ipſo additum. *Sigon.* R. David hos Ammonitas plane diverſos à filiis Ammon fuiſſe vult. Contra Stephanus: Εἰσὶ καὶ Ἀμμωνῖται,

ἔθνος

monitis conjunxerat. Verum hos Saul impigre ultus eſt: victique hoſtes, & venia Hebræis data. Tum Saul iterato à Samuele unctus traditur. Inde Allophylorum irruptione atrox bellum exortum: locum exercitui ad conveniendum Saul in Galgalis conſtituerat. Et quum per ſeptem dies Samuelem opperitus eſſet, ut ſacrificium Domino fieret: tardante illo, quum populus dilaberetur, illicita præſumtione, rex ad vicem ſacer-

γούμενος τῶν Ναβαταίων Ἀράβων, ὡς Ἰώσηππος. ἐκλήθησαν δὲ ἀπὸ Ἀμμὰν τοῦ παιδὸς Λώτου, καὶ τῆς νεωτέρας θυγατρός.

Victique hoſtes.] Mendaciter Ioſephus, ut vires ſuorum Iſraëlitarum Veſpaſiano & Romanis oſtentet, ait ex Iſraële fuiſſe ſeptingenta millia, ex Iuda vero ſeptuaginta. LXX. quoque numerant ſexcenta millia Iſraëlis. Hebræi illorum CCC CIↃ. horum XXX. habent. Addit Ioſephus ipſum Naas Ammonitarum Regem occiſum fuiſſe.

Iterato à Samuele unctus.] Prius in Maſpha, nunc in Galgalis. Ita Ioſephus. Sed Scriptura nullam iteratæ unctionis mentionem facit. Tantum dicit: innovatum fuiſſe regnum. 1. Reg. XII. Gemara Hieroſol. *Reges ungi non ſolebant, niſi ob adverſam factionem.* Quia ſemel unctus Saul, non opus erat iterare unctionem: Sed rebelles alteram unctionem expreſſerunt. Dici etiam poteſt, hanc fuiſſe publicam unctionem, alteram privatam. *Horn.* Ter unctus Saul, primo à Samuele privatim. Deinde publice in Maſphat. Tertio poſt victoriam, publice, pariter in Galgalis. *Abul. Sanchez, Serar.*

Atrox bellum.] 1. Reg. XIII. Ioſeph. VI, 7.

In Galgalis.] Sunt qui putent hoc bellum accidiſſe duobus annis poſt inaugurationem Saulis quæ Galgalis facta. *Grot.* Quod ſi verum, male Sulpicius, *locum exercitui ad conveniendum in Galgalis* fuiſſe dicit. Nam ex textu patet Michmaſam convocatos milites. *Horn.*

Illicita præſumtione.] Sequentia docent Sulpicium in eadem ſententia fuiſſe cum Nicolao de Lyra & aliis, qui inter peccata Saulis recenſent quod holocauſtum obtulerit, rem ei illicitam, eo quod ſacerdos non eſſet. Quaſi vero ſolis ſacerdotibus licuerit offerre holocauſtum, ac non etiam aliis, qui ſacerdotes non erant. Nam ne Samuel quidem ſacerdos erat ex genere Aharonis. Quod ſi dicas Levitam fuiſſe, quibus hoc quoque conceſſum fuerit, reſpondeo, Gedeonem etiam holocauſtum Domino obtuliſſe, nec propterea reprehenſum fuiſſe. Dicunt inſuper Ebræi licitum fuiſſe extraneo (ſic vocant eum qui ſacerdos non eſt) offerre in excelſo יחיד, id eſt, unici: quemadmodum expoſitum eſt in fine Zebachim, hoc eſt, ejus tractatus Thalmudici, ubi de ſacrificiis agitur. *Druſ.* Sed quod de Gideon dicit, ſacrificium obtuliſſe, falſum eſſe ſupra oſtendimus. Gregor. *Icirco per inobedientiam cecidit, quia integris ſeptem diebus, ſicut juſſus fuerat, non expectavit.* Et poſtea: *Ecce ſeptem diebus Prophetam ſuſtinuit, ſed dum præſtolari eum in fine diei deſiit, gloriam tantæ dignitatis amiſit.* Peccavit igitur in eo, quod finem ſeptimæ diei non expectavit.

Ad vicem ſacerdotis.] Vſitatius eſt, *in vi-*

cerdotis holocauſtum obtulit: multumque à Samuele increpitus, ſera peccatum pœnitentia fatebatur. Igitur ex peccato regis, metus omnem exercitum pervaſerat. Caſtra hoſtium haud longe ſita, præſens periculum oſtendebant: neque cuiquam exeundi in prælium animus, plures lacrymas & latebras petiverant. Nam præter imbecillitatem animorum, qui alienum à ſe Dominum, delicto regis, arbitrabantur, in maxima ferramen-

in vicem, aut *vice ſacerdotis*: quod etiam dicunt, *vicem ſacerdotis*. Sic Plautus & alii quandoque locuti ſunt. *Druſius.*

Holocauſtum obtulit.] Per ſe, abſque Sacerdote. Rupert. Lyra. & favet Ioſephus. Addit R. Levi, Saulem hæc ſacrificia obtuliſſe, ut à Deo Spiritum Prophetiæ impetraret, quo deinceps ſine Samuele regeretur. Sed Scriptura nihil hujus meminit; alioqui Samuel id ei acerrime exprobraſſet. Tum in caſtris Sacerdotes qui offerre poterant. *Abulenſ.*

Sera peccatum pœnitentia fatebatur.] Quodnam peccatum? An quod Samuelem non fuerit operitus? plane ſie videtur. Nam cum juſſus eſſet expectare dies ſeptem, non debuiſſet offerre ante veſperam diei ſeptimi. Quo die Samuel venit, ſicut promiſerat: ſerius tamen, quia peractum tunc erat ſacrificium. *Druſ.*

Caſtra hoſtium haud longe ſita.] In Machmas, Gabaa & vicinis oppidis.

Lacrymas.] Suſpicor Severum ediſſe, *lacunas* (*ſive lacus*) *& latebras.* Nam in editione Græca, καὶ ἐκρύβη ὁ λαὸς ἐν τοῖς σπηλαίοις, καὶ ἐν ταῖς μάνδραις, καὶ ἐν ταῖς πέτραις, καὶ ἐν τοῖς βόθροις, καὶ ἐν τοῖς λάκκοις. Lexicon Græco-Latin. vetus βόθρος, *foſſa, fovea, lacuna.* Idem Lexicon λάκκος, *lacuna, laccus, ciſterna.* Locus eſt 1 Sam. XIII, 6. Cui hæc mea conjectura non placet, & per me licet ut deleto, *lacrymas &*, legat, *plures latebras petiverant.* Druſ.

Et latebras.] Hebr. & Chald. *munitiones*, Vatablus *Spineta*, Cajetan. ſciſſuras montium Abulenſis, explicat hæc *abdita* eſſe loca ſecreta tam urbium, quam domorum. Tales ſunt Romæ Cryptæ & cæmeteria Priſcillæ, Sebaſtiani, Lautentii, Pancratii, in quibus tempore perſecutionum ſe abdebant Chriſtiani; quæ ego ſæpius ſubintrans, vidi ſubterraneam Romam & obſtupui. *A Lapide.*

In maxima ferramentorum inopia.] Οἱ γὰρ τῆς Γάβας παλαιστινοὶ καταστρεφόμενοι τοῖς Ἰουδαίοις, τότε ὅπλα αὐτοῖς ἀφῃροῦντο. *Ioſeph.* Idque extorto federe factum, cui non diſſimilis lex, quam Porſena in federe cum Romanis poſuit, *Ne ferro, niſi in agricultura uterentur.* Tacent id Hiſtorici, ut pudendum victori poſtea gentium populo. At Plinius ingenue fatetur XXXIV, 14. *Grotius.* Scriptura dicit non inventum fuiſſe enſem, niſi penes Saulum & Ionathanem. Populus ergo armabatur fundis, arcubus, petticis, fuſtibus, & omni apparatu ruſtico. Et forte illa ferramenta in rudes gladios & arma conflabant. Virgil. *Et curvæ rigidum falces conflantur in enſem.* Sic Samgar vomere aratri occidit DC. Philiſtæos. Samſon carens enſe, mandibula aſini, millenos. Ex quibus liquet antiquam fuiſſe hanc Philiſtinorum cautionem, ne Iſraëlitæ haberent

mentorum inopia exercitus erat: adeo ut, præter Saul & Ionathan filium ejus, nemo gladium aut lanceam habuiſſe tradatur. Nam Allophyli ſuperiore bello victores, uſum Hebræis ademerant, neque cuiquam conficiendi teli bellici, aut ruſtici ferramenti poteſtas fuerat. Igitur Ionatha, audaci conſilio, ſolo armigero ſuo comite, caſtra hoſtium ingreſſus, viginti fere ex hoſtibus interemptis, univerſum exercitum terrore perculerat. Tum vero, nutu Dei, in fugam verſi, non imperia exequi, non ordines obſervare, omne præſidium in pedibus habere. Quod ubi Saul animadvertit, ſuis propere eductis, fugientes perſecutus, victoria potitus eſt. Eo die rex edixiſſe traditur, ne quis, niſi confectis

berent arma & fabros ferrarios. Vide Kimchium ad Samuel. Præbuit igitur exercitus Saulis ſpeciem primæ & antiquæ militiæ, ubi adhuc

Arma antiqua manus, ungues, denteſque fuerunt.

Et, —— *Hic torre armatus aduſto*
Stipitis hic gravidi nodis, quod cuique repertum
Rimanti, telum ira facit. ——
Stipitibus duris agitur, ſudibuſque præuſtis.

Ionathan audaci conſilio.] 1 Reg. XIV. Ioſeph. VI. 7. Exercitus maximus demum à duobus eſt fugatus, Ionathane qui hoſtes terrore perculit, & Saulo qui eos perculſos, cum Hebræis ex latebris egreſſis, delevit. *Sigon.* Ionathan fuit fortis, comis, minime ambitioſus. Talis ferme Germanicus. *Grotius.* Fuit autem ad hoc facinus à Deo excitatus. Ideoque patri ſuo non indicavit, ne impediret tanquam temerarium. *Theodor. Procop. Abul. Cajetan.*

Solo armigero ſuo comite.] Talis Automedon Achilli, Æneæ Achates. Vulgus Scutarium vocat. *Grot.* Videtur autem uſus augurio quodam, ſed licito. De quo Rabbini dicunt. *Omne augurium quod non eſt ſicut augurium Eliezeris ſervi Abraham, & ſicut Ionathæ filii Saulis, non eſt augurium. Nam ſi male feciſſent Eliezer & Ionathan, Deus non exaudiviſſet eos, nec auxiliatus fuiſſet iis.* Kimchi. Omini Ionathæ ſimile fuit omen Pazonum, de quo Herodotus initio libri V.

Rex edixiſſe traditur.] Ἐπαρᾶται τοῖς ἑβραίοις ἵν' εἴτις ἀποχόμενος τοῦ φονεύειν τοὺς ἐχθροὺς φάγοι, καὶ μὴ μέχρις οὗ νὺξ ἐπιλθοῦσα. &c. *Ioſephus.* Populum temere ſatis jurejurando adſtrinxit ac diris devovit eum, qui ante veſperam, priuſquam hoſtes confecti eſſent, cibum ſumeret. Hoc factum Saulis culpat Ioſephus: culpant expoſitores. Iidem excuſant Ionathanem. Primum quod inſcius fuerit edicti paterni: deinde quod neceſſitate compulſus hoc fecerit. *Druſ.* Edictum hoc Saulis, hominis imperioſi & προπετοῦς imprudentiam arguit. Nam & diu pugnantibus opus cibo refici, & pœna gravior tali delicto. Præterea excipi debent ignorantes. *Grotius.* Similia habent

ctis hoſtibus, cibum caperet. Sed Ionatha, interdictionis ejus inſcius, favo reperto, tincto ſpiculo, mel deguſtaverat. Sed ubi regi ex Domini ira compertum eſt, morte affici filium juſſit. Sed populi auxilio ab exitio vindicatus eſt. Ea tempeſtate Samuel à Domino monitus, regem adiit, verbis Domini nuncians, uti genti Amelech, quæ olim Hebræos ex Ægypto venientes tranſitu prohibuerat, bellum inferret: addito interdicto, ne quid ex ſpoliis devictorum concupiſceret. Ita in fines hoſtium ductus exercitus: rex captus, gens ſub-

bent *Lyra, Gregor. Chryſoſtom.* Contra factum laudant & commendant *Hieron. Ambroſ. Abulenſ. Cajetan. Serar.* ne hoſtes, comedente populo, elaberentur.

Cibum caperet.] לחם. Quod omnem cibum, etiam mel comprehendit. Quod ex eo patet, quia etiam à melle abſtinuerunt. *Druſ.* ad Sam. Potus non videtur interdictus, quia brevior in bibendo mora, & urgentior illius neceſſitas, æſtu & pugna fatigatis. *Menoch.*

Favo reperto.] Apes enim Sylveſtres mellificant, uti videre eſt in Polonia & Moſcovia.

Spiculo mel guſtaverat.] Baculi extremo. LXX. τῷ ἄκρῳ τοῦ σκήπτρου. Quamprimum autem guſtavit mel, illuminati ſunt oculi ejus, hoc eſt, vires ipſi redditæ priores, quæ fame antea plane erant debiles, ſicut ut oculi vix viderent, genua vix ſuſtinerent. Quod à fame provenire docet Curculio Plautinus:

—— *Tenebræ oboriuntur, genua inedia ſuccidunt.*
Perii, proſpicio parum. ——

Quæ ſatis oſtendunt, cur Ionathas famelicus, paullulo mellis comeſto, ſibi oculorum dixerit redditum lumẽ. Nam cum omnis id habeat cibus ut vires deperditas inſtauret: tum præcipue hoc, uti vinum, ſic mel præſtat, quia ambo ſubtilia ſunt, eoque citius vires diffundunt. *Voſſius.* R. Salomo putat eum deguſtaſſe cannam ſacchari. R. David hanc opinionem confutans, dicit: *in arboribus ſylvæ erat examen apum, mel ſtillabat ex iis.*

Ex Domini ira.] Ex ſilentio Domini, qui non reſpondit ei toto die, comperit peccatum fuiſſe: deinde ſors Ionatham prodidit. *Druſ.* Summus autem tum Sacerdos Achias fuit, filius Achitob. De quo vide Seld. de ſucceſſ. in Pontif. I, 3.

Sed populi auxilio.] Quem ipſe Ionathan, criminando patris edictum, concitarat. *Negavit id recte à patre factum.* Ioſephus. Liberavit populus Ionathan non imperio ſed deprecatione, quomodo populus Romanus Fabium Rutilianum apud Papyrium Dictatorem. *Livius* VIII. Neque hic obſtare debebat jusjurandum Saulis, ut quod injuſtam in ſe atrocitatem contineret. *Grot.*

Ea tempeſtate.] I Reg. XV. Ioſeph. VI, 8. Bellum hoc Amalekiticum, pro internecione totius gentis, geſtum eſt, *ut juxta Moſis præceptum, Amalekitarum nomen ex rerum natura deleretur.* Ioſeph.

In fines hoſtium ductus exercitus.] Vno prælio contuſis Amalekitis, oppidatim bellum circumferre cœpit quorum aliquot

ſubacta, Saul victus prædæ magnitudine, præcepti divini immemor, capta ſervari & ferri jubet. Quo facto offenſus Dominus, Samuelem alloquitur: pœnitere ſe quod Saul regem conſtituerit. Dictum ſacerdos regi refert. Mox à Domino monitus, David regali unguen-

quot machinis, alia cuniculis & operibus, nonnulla fame, ſiti, aliiſque modis cum expugnaſſet, uſque ad mulieres & pueros cædibus graſſatus eſt, nec crudele, nec inhumanum hoc ratus, quoniam in hoſtem, & Dei juſſu ita ſæviretur. Deus enim ita Amalekitas oderat, ut ne infantibus quidem parceret, quos natura ipſa cæteris miſeratione digniores eſſe voluit. *Ioſeph.*

Rex captus.] Agag. Cujus magnitudinem & pulchritudinem corporis miratus, ſervare eum decrevit, idque non ex Dei ſententia, ſed victus affectu proprio, inconceſſam miſerendi ſui licentiam, ſuo periculo uſurpans. Ita Saulus Regem ipſum hoſtium, & malorum omnium Hebræis authorem ſervavit, pluris ejus formam, quam mandata Dei faciens. *Ioſeph.* Pepercit ei ex ſuperbia, ut de eo triumpharet. *Serar.* Ex avaritia, ut theſauros ab eo extorqueret. *Lyra.* Ex humana erga Regem commiſeratione. *Abul.*

Gens ſubacta.] Annales Sacri; *Percuſſit Saul Amalec, ab Hevilia, donec venias ad Sur, quæ eſt è regione Aegypti.* Νικήσας δὲ Σαύλος ἅπαντας τοὺς ἀπὸ Πηλουσίου τῆς Αἰγύπτου καθήκοντας ἕως τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης διέφθειρε τὴν τῶν πολεμίων, παραλιπὼν τὸ τῶν Σικιμιτῶν ἔθνος· οὗτοι γὰρ ἐν τῇ Μαδιανῇ χώρᾳ μέσοι κατῴκηντο. *Hos enim ante bellum admonuit per nuncios, ut ſecederent, nove res ſuas cum Amalecitarum rebus miſcerent. Studere enim ſe eorum incolumitati, propter cognationem quæ illis cum Raguelo Moſis ſocero intercedebat.* Ioſeph. Σικιμιτῶν ἔθνος ſunt Cinæi, de quibus in textu ſacro.

Capta ſervari & ferri jubet.] Regis peccatum imitatus eſt populus; & jumentis ac pecoribus pepercerunt, pecunias opeſque diripuerunt. *Ioſeph.* Sed Saul quoque particeps hujus peccati fuit, ut ex textu patet. Prætexebatur autem religio & ſacrificium. Vera cauſſa inſatiabilis habendi cupido fuit. *Horn.* Saul tamen poſtea etiam metum, & neceſſitatem obtentui habuit, quod non auſus fuerit militem prædæ cupiditate accenſum cohibere. *Ioſeph.*

Pœnitere ſe.] Hieron. in Ezech. 11. *Electio Iudæ, & Saulis unctio, non arguunt Deum ignorantiæ futurorum, ſed præſentium monſtrant eſſe judicem.*

Dictum Sacerdos Regi refert.] Cum per totam noctem, fuſis precibus, Deum fruſtra conciliare conatus eſſet. Orationem ejus qua Regem increpavit, lectu digniſſimam, apud Ioſephum vide.

David.] Hujus nominis דויד diminutivum eſt ידידה, cognomen Elyſæ Tyriæ, quod dilectulam notat. De quo tamen aliter veteres. Vide Voſſ. 1. de Idol. XXXII. Fuit filius Iſai, Bethlehemita, ex tribu Iudæ.

Regali unguento.] Oleo unctionis. Hæc unctio extendebatur in omnes ipſius poſteros. Quod autem Salomo unctus fuit, id factum propter Adoniam. Sic & alii quidam uncti fuerunt propter ſingularem aliquam cauſſam. Ratio ungendi Reges. Qui ungebat digito ſuo exprimebat χῖ Græcum quod vocant כי vel certe כף יונית, id eſt, Caph Græcanicum. Quæ figura eſt crucis Andreanæ. Chaph Græcanicum vocatur à Davide Camio in comment. ad Pſal. CXXXIII. ubi de unctione ſacerdo-

 tis,

guento perlinit, parvum etiamnum puerum, ſub patre agentem, paſtorem ovium, aſſuetum ſæpius cithara canere: ob quod poſtea à Saule aſſumptus, inter miniſtros regios habebatur. Qua tempeſtate, Allophylis atque Hebræis bello flagrantibus, cum ex adverſo acies conſtitiſſent, Goliat quidam ex Allophylis, vir miræ magnitudinis & roboris, ſuorum ordines prætergreſſus,

tis, *Initio induebat eum veſtibus ſacerdotalibus: poſtea fundebat oleum ſuper caput ejus ungebatque eodem oleo cilia oculorum ejus in modum Chaph Græcanici.* Druſ. Chryſoſt. Hom. IV. in Philipp. *Iccirco ſacerdotes, Reges, & Prophetæ ungebantur, quia divinæ benignitatis Symbolum habebat oleum.* Vnxit autem Samuel Davidem, non inſuſurrando in aurem ejus, ut Ioſeph. vult, ſed palam, ut omnes fratres ſpectarent, minoreque invidia laborarent, cum ſibi eum præferri viderent. *Theodoret.* Hinc patet patrem & fratres cognoviſſe eum ungi in Regem. *Abulenſ.* Licet id Cajetanus neget.

Parvum etiamnum puerum.] Παῖς ξανθός. Ioſeph. Puerulum fuiſſe Chryſoſtomus tradit in Pſalm. L. contra Hebræi in Seder Olam, cenſent eum fuiſſe XXIX. annorum, eo quod putent Saulem duos duntaxat annos regnaſſe, quo mortuo ſtatim ſucceſſerit David annorum XXX. II Reg. c. IV. Media ſententia verior eſt, Davidem cum ungeretur, fuiſſe XX. annorum circiter. *Abulenſ. Salianus.*

Paſtorem ovium.] Sic apud veteres Romanos:

Iura dabat populis poſito modo prætor aratro,
Paſcebatque ſuas ipſe ſenator oves.

Forma autem Davidi ſimilem fuiſſe Valentinianum Imperatorem, Cedrenus ſcribit, eo quod rubicundus eſſet, rufis capillis, oculis cæſiis & pulchris.

Goliat quidam.] I Reg. XVII. Frater ejus fuit Iiſchbi Nobenſis II Sam. XXI. 16. à quo iidem Rabbini fingunt, poſtea Davidem in venatione captum, & miraculo liberatum fuiſſe. *Sanhedrim* in Perek Cheleck. Vocatur autem בנים, quod vulgatus vertit *Spurius.* Nam Hebræi notant, cognomen eſſe gigantum, qui legum omnium & matrimonii contemtores, ob id incerto patre naſcebantur. *Grot.* Veriſimile eſt natum fuiſſe ex ſtirpe Enacim, & matre Gethæa. Nam reliquias Enakim ſeu gigantum permanſiſſe in Geth, conſtat ex Ioſua. Et incertum ignotumque ejus patrem fuiſſe vel inde colligitur, quod cum generis illius & parentum fit mentio in Scriptura, nunquam patris nomen exprimitur, ſed matris ſolius, nempe Arapha II Reg. IX, 19. I Paral. XX. Quod quia videtur aliquam habere ſimilitudinem cum Orpha nuru Noëmi, hinc Thalmudiſtæ, & alii Rabbini fingunt eum fuiſſe filium Orphæ. Sed neque nominum magna eſt ſimilitudo, neque tempora id permittunt, cum ſecundum hunc calculum, Goliat eſſet cẽtenario jam major ut patet ex I Ruth. *Tirinus.*

Miræ magnitudinis.] Sex cubitorum & palmæ altitudine. Erat enim de ſtirpe Gigantum, ait Nazianz. Orat. XXX. & Philaſt. hæreſ. XXXIX.

Suorum ordines prætergreſſus.] Sic in medium inter caſtra pontem proceſſit Gallus ille provocator, quem interfecit Manlius Torquatus, narrante Livio lib. VII.

Sin-

ſus, ferocibus verbis probra in hoſtes jaciens, ſingularem pugnam ciebat. Tum rex magna præmia, & filiæ nuptias deſpondit, ſi quis provocantis ſpolia retuliſſet. Sed nemo, ex tanto agmine, aggredi audebat. Igitur David, etiamnum puer, pugnæ ſe obtulit: rejectiſque armis, quibus infirma ætas gravabatur, virga tantum & quinque lapidibus ſumptis, in prælium proceſſit: primoque ictu, miſſo funda lapide, Allophylum perculit, caput victi & ſpolia abſtulit, gladium

Singularem pugnam ciebat.] Subinde licet bellum vertere in duellum, publica authoritate, ut unius cæde multorum ſtrages redimatur. Sic Romani bellum contra Albanos verterunt in duellum trium Horatiorum cum tribus Curiatiis. *Livius* 1. Et frequentes ejuſmodi ſponſiones illis ſeculis, ut inter Lacedæmonios & Argivos Othryadis tempore, inter Romanos & Albanos cum Horatii & Curiatii decertarent. *Grot.*

Etiamnum puer.] Patet tamen eum procero fuiſſe corpore. Quia nimirum Saul procerus, veſtes ipſi ſuas & arma adaptavit. Minus enim congruum eſt, quod ait Lyra, Serarius & alii, veſtes has dici Saulis, non quod eſſent ipſius, ſed quod ex veſtiario ejus depromtæ. Pejus adhuc Rabbini fingunt, Deum veſtes Saulis adapraſſe corpori Davidis. *A Lapide.* Neque David cum illa exueret, negabat quadrare ſuo corpori, ſed ſolum ſe non aſſueviſſe ejuſmodi armis, neque incedere poſſe gravatum tanto pondere, & quaſi ferreis quibuſdam vinculis conſtrictum. Denique idem colligitur ex eo, quod gladio Goliat, utique longo & gravi, David expedite uteretur, neque inconcinne cingeretur. Ita *Chryſoſtomus.* Abulenſ. Dion.

Rejectiſque armis.] Ambroſ. 1. offic. XXXV. *David adverſus Goliam, immani corporis virum, ſingulari certamine dimicaturus, arma quibus oneraretur, reſpuit. Virtus enim ſuis lacertis magis, quam alienis integumentis, nititur.*

Virga tantum.] Pedum erat, id eſt, baculus paſtoralis ſive agolum. Ita Feſto baculus ille dicitur, ab agendis pecoribus. *Druſ.* Hiſtoria non diſſimilis eſt apud Strabonem VIII.

Miſſo funda lapide.] Vegetius 1, 6. *In omnibus veterum præliis funditores militaſſe nullus ignorat.* Vbi & multa alia ad laudem fundatum. Paulinus:

Ille Gigas pueri funda paſtoris obivit
Vt canis.

Perculit.] In fronte. *Hebr.* Super domum oculorum *Chald.* In cerebrum. *Ioſeph.* Vnde patet Davidem inſignem fuiſſe fundibularium, quia frontem tetigit: & ictum ejus validum, quia penetravit. Prudentius:

Trajectumque cavo terebravit vulnere frontem.

Gloſſa & Hugo cenſent, Goliam ternis lapidibus & ictibus à David fuiſſe proſtratum. Contrarium ex textu patet, primo ictu corruiſſe. Chaldæus & Rabbini nugantur, lapidi fuiſſe inſcriptum nomen τετραγράμματον, & Patriarcharum. Alii dicunt Archangelum Michaëlem percuſſiſſe Goliam.

Caput victi & ſpolia abſtulit.] Prius illud in caſtra intulit, deinde per urbes circumtulit, ac tandem in Ieruſalem detulit, ut Iebuſæi, qui arcem ejus obſtinate adhuc tutabantur, ex hoc tropæo diſ-

dium poſtea in templum poſuit. Allophyli autem omnes in fugam verſi, victoriam conceſſere. Sed è prælio reverſis, multus circa David favor, invidiam regis accenderat. Timens autem, tam charum omnibus, cum invidia & pernicie necare, ſub ſpecie honoris, objectare eum periculis ſtatuit. Ac primum tribunum eum fecerat, ut rem bellicam curaret. Inde, cum ei filiam ſpopondiſſet, fidem fregit, eamque alteri tra-

diſcerent, ſe quoque ſuperari poſſe, ſicut poſt novennium contigit. *Annales Sacri.* Τὴν δὲ κεφαλὴν τοῦ Γολιάθου Δαβίδης εἰς τὴν ἰδίαν σκηνὴν ἐκόμισεν. *Ioſephus.*

Gladium poſtea in templum poſuit.] Τὴν ῥομφαίαν ἀνέθηκεν τῷ Θεῷ. *Ioſeph.* Poſuit eum Nobæ in tabernaculo Dei, victoriæ monumentum; & inde eum poſtea, Saulem fugiens, recepit, 1 Reg. XXI, 8. Falſo igitur Sigonius hoc loco Sulpicium erroris inſimulat, quaſi tentorium militare pro templo accepiſſet. Fuitque ille mos antiquiſſimus, arma hoſtium devictorum Diis conſecrare, & in publico ſuſpendere. Ita igitur:

Vidimus horrendum membris animiſque Goliam
Invalida cecidiſſe manu: puerilis in illum
Dextera fundali torſit ſtridore lapillum.
Ille minax, rigidus, jactans, truculentus, amarus,
Dum ſeſe oſtentat clypeo, dum territat auras,
Expertus pueri quid poſſint ludicra parvi
Succubuit teneris bellator turbidus ar(mis.

Paulinus.

Victoriam conceſſere.] Tum Saulus & univerſus Hebræorum exercitus, ſublato militari clamore, in trepidos irruunt, & quotquot aſſequi poterant cædentes, uſque ad Gittæ fines ac portas Aſcalonis perſequuntur. Cecideruntque Palæſtinorum triginta millia, & duplo plures ſunt vulnerati. Saulus vero à perſequendo reverſus, caſtra hoſtium diripit ac incendit. *Ioſephus.* Nihil de numero cæſorum & vulneratorum in Sacris; ſed tantum, *cecidiſſe toto campo*, narratur. *Horn.*

Multus circa David favor.] 1 Reg. XVIII. Cum dicerent eum decem millia ſuperaſſe, Saulem vero mille tantum. Hoc ei invidiam conciliabat apud Regem. *Druſ.* Vide Ioſephum. Sic Aureliano Imper. qui ſua manu Sarmatas XLVIII. interfecerat, & diverſis diebus ultra IↃCCCCL. acclamatum eſt à pueris: *Mille, mille, mille, mille, mille, mille, decollavimus. Vivat qui mille, mille, occidit.* Et alibi: *Mille Francos, mille Sarmatas occidimus, mille, mille, mille Perſas quærimus.* Vopiſcus in Aureliano.

Tribunum eum fecerat.] Parum tutum putans armatum circa ſe verſari, ex ſatellite tribunum fecit, non tam illius honori, quam ſuæ ſecuritati conſultum volens, ut ſæpe hoſtibus objectum, aliquis caſus è medio tolleret. *Ioſephus.* Idem Corbuloni apud Neronem, Agricolæ apud Domitianum, contigit. *Tacit.*

Ut rem bellicam curaret.] Cujus ab omni ævo ſtudioſiſſimi erant Hebræi. Vide Cunæum II de Rep. Hebræor. XVIII.

Cum ei filiam ſpopondiſſet.] Natu majorem, Merob nomine.

Alteri tradidit] Adriëli Molathitæ. *Mel-*

tradidit. Mox filia regis natu minor, Melchol nomine, amore David flagrare occœperat. Igitur nuptiarum ejus iſtiuſmodi conditionem proponit: ſi centum præputia David ex hoſtibus retuliſſet, regiam virginem matrimonio illius ceſſuram. Sperabat enim, juvenem periculoſa audentem, facile periturum. Sed longe aliter, ac ratus erat, evenit. Nam ut propoſuerat, impigre David centum præputia ex Allophylis retulit: atque ita regis filiam in matrimonium accepit. Creſcebat indies in eum regis odium, ſtimulante invidia: quia bonos ſemper mali inſectantur. Igitur miniſtris & Ionathæ filio imperavit, vitæ ejus ut inſidias pararent. Sed Ionathæ charus acceptuſque jam inde à principio David fuerat. Itaque rex increpitus à filio, cruentum imperium repreſſit. Sed non

diu

Melchol.] Μελχὼλ. Sed in Hieronymo *Michol*, & in textu Ebræo, *Michal*. Druſ.

Amore David flagrare occœperat.] Sic veritas Ebræa 1 Sam. XVIII, ℣ſ. 20. Sed & Græca Editio, καὶ ἠγάπησε Μελχὸλ ἡ θυγατὴρ Σαοὺλ τὸν Δαυίδ, *Dilexit Melchol filia Saul Davidem*. Latina exemplaria variant. Nam in aliis, *dilexit autem Michol filia Saul altera David*: & in aliis, *dilexit autem David Michol filiam Saul alteram*. Vtrumque verum eſſe poteſt. *Druſius.* Ὡς δὲ ὑπερβολὴν τῆς ἀνδρείας τόν τε λαὸν αὐτοῦ ἐρᾶν καὶ τὴν Σαούλου θυγατέρα παρθένον ἔτι οὖσαν, λαβεῖν ἔρωτα, καὶ τοῦ πάθους ὑπερκρατοῦντος γενέσθαι φανερὸν καὶ διαβληθῆναι πρὸς τὸν πατέρα. *Ioſeph.*

Si centum præputia.] Cur non capita petiit? Ne David afferret capita Hebræorum fingens ea eſſe Philiſtæorum. Nam præputia Hebræi in circumciſione poſuerant. Non ergo falli Saul poterat. Ita Theodor. & Procop. Pari animo Euryſtheus Herculem objecit periculis. Ioſephus iterum turbat, qui Saulem petiiſſe refert κεφαλὰς Philiſtæorum. Nempe apud Romanos præputiorum mentionem ſubterfugit, ne riſu rem exciperent. *Horn.*

David centum præputia ex Allophylis retulit.] Non ſolus, ſed μετὰ τῆς ἑταιρίας, cum ſodalitio & commilitonibus ſuis. Ita Ioſeph. Obtulit autem non centum præputia tantum, ſicut convenerat, ſed ducenta. Intolerabilis in Ioſepho mentiendi libido. Ecce enim, ex ducentis præputiis ſexcenta capita facit. Κτείνας γὰρ πολλοὺς, κεφαλὰς ἑξακοσίων πολεμίων, ἧκε πρὸς τὸν βασιλέα. *Horn.*

Miniſtris & Ionathæ filio.] 1 Reg. XIX. Ioſeph. VI, 12. Προστάσσει τὴν ἀναίρεσιν αὐτοῦ, Ἰωνάθῃ τε τῷ παιδὶ καὶ τοῖς πιστοτάτοις οἰκετῶν. *Ioſeph.*

 Spiri-

diu mali boni ſunt. Nam cum ſpiritu erroris Saul affligeretur, eique David aſſiſteret, cithara laborantem deliniens, lancea eum ferire conatus eſt, niſi ille lethalem ictum propere declinaſſet. Exinde jam non occulte, ſed palam ei necem parabat: nec ultra ſe David regi credidit. Ac primum fugiens, ad Samuelem ſe con-

Spiritu erroris.] Hebræi, Ioſephus, Cajetanus, Delrio, cenſent fuiſſe atram bilem, ſive melancholiam & μανίαν, quæ in Saulo cauſabatur ſuſpiciones, invidiam, mœrorem, furores, deliria. Alii cenſent fuiſſe Angelum bonum à Deo Sauli immiſſum. Verius eſt Diabolum fuiſſe, qui occuparit Saulem. Ita Ioſephus, Iſidorus, Abul. Vatabl. Theodor.

Cithara laborantem deliniens.] Laudatum ab arte Muſica Davidem à Doëgo Idumæo, cenſent Rabbini apud Hieronym. in Quæſt. & Lyram, ut dum ante furentem Saulem ſtaret, interimeretur. 1 Reg. XVI, 16,18. An autem & quatenus per Muſicam Dæmones ac morbi profligentur, diſputant Phyſici. Vide Valeſium & alios. Ea vis eſt ſonorum ut animum concitatum tranquillent; alii torpentem excitant & rebus magnis præparant 11 Reg. III, 15. Sic ferocientes animos mollivit Pythagoras, ſeditiones accenſas inhibuit Aſclepiades, Damon ebrios ac petulantes juvenes ad modeſtiam reduxit, lymphaticos morbo liberavit Xenocrates. De quibus vide Capellam Saturæ lib. X. Marinus de Proclo: παρεκέλευε τὸν ἑκάστοτε ὕμνους λέγειν καὶ λεγομένων τῶν ὕμνων, πᾶσα εἰρήνη τῶν παθῶν ἐγίνετο καὶ ἀταραξία. Appollonius de Miris: ἴαται ἡ καταύλησις τῆς διανοίας ἐκστάσεως. Pythagoræis moris fuit, cum ſomnum peterent, ad lyram prius lenire mẽtes, ut ſi quid fuiſſet turbatarum cogitationum, componerent. *Quint.* XX, 4.

Palam ei necem parabat.] Cum miſiſſet ſatellites in domum David qui eam cuſtodirent, & mane interficerent, inde indicio uxoris evaſit, nec ſe amplius Sauli commiſit. Qua calliditate Michal Davidem periculo ſubduxerit, ita refert Ioſephus: *Parato lecto tanquam ægrotanti, ſtragulis jecur capræ recens exemptum ſubjecit, diluculoque venientibus, quos pater ad Davidem miſerat, oſtendit lectum opertum, & quod palpitatione jecoris ſtragula moveri viderent, maritum ægrum anhelare perſuaſit, addens totam noctem inquietam eum egiſſe.* Sed quod de jecinore dicit, vanum eſt. תרפים ſunt μορφώματα juxta Aquilæ interpretationem. Ex veſtibus aliquid inſtar Davidis in lecto recubantis, callida mulier compoſuit. *Horn.*

Nec ultra ſe David Regi credidit.] Sed ultimo neceſſitatis præſidio, armis, uſus eſt, ad vim arcendam ſi inferretur. Notandum eſt, non factum id à Davide, niſi poſtquam & Ionathanis indicio, & pluribus aliis certiſſimis argumentis compererat, Saulem vitæ ſuæ imminere. Deinde nec urbes invadit, nec pugnandi captat occaſiones, ſed latebras quærit, modo in locis deviis, modo apud exteros, & hac religione, ut nunquam popularibus ſuis noceat. Vide Grotium I. de Iure Belli IV.

Ad Samuelem ſe contulit.] Ramatham. Inde uterque Najotham conceſſit ubi erat collegium Prophetarum. Najoth autem & Ramatha non erant diverſa vel diſtantia loca: ſed Najoth fuit locus in urbe, vel juxta eam, ubi conventus ſacri & ſolennes habebantur. *Adrichom.*

Ad

contulit : inde ad Abimelech , poſtremo ad regem Moab confugit. Mox per Gad Prophetam monitus , in terram Iudæ regreſſus , vitæ periculum adiit. Ea tempeſtate Saul Abimelech ſacerdotem interemit , quod Da-

Ad Abimelech.] 1 Reg. xx, 21. Ioſeph. vi, 14. Adde, ſi placet, *poſt ad regem Geth.* Nam id omiſſum à Sulpicio. *Druſ.* Vide Seld. de Succeſſ. in Pontif. Abimelech autem Nobæ degebat, quæ urbs ceſſit ſacerdotibus occaſione tabernaculi federis eo tranſlati. Noba hæc in tribu Manaſſe, trans Iordanem ſita erat. *Abul.* Tabernaculum federis continens arcam, fuit in Silo, ibique manſit uſque dum caperetur arca à Philiſthæis, à quibus poſt ſeptem menſes remiſſa, collocata fuit arca in Cariathjarim. Inde tranſlata fuit in domum Obededom : à Davide in Sion : à Salomone in templum ab eo erectum. Tabernaculum vero Moſaicum capta arca, videtur in Nobe fuiſſe; qua à Saule ſubverſa, tranſlatum fuit in Gabaon & à Salomone traductum in templum. III Reg. VIII. *A Lapide.*

Poſtremò ad Regem.] Adde *Geth.* Nam id omiſſum à Sulpicio.

Moab.] Elapſus ex Palæſtina non abſque ingenti diſcrimine, in ſpeluncam agri Adullami ſe abdidit, & recepta ad ſe paterna familia, undique etiam confluentibus quos neceſſitas cogebat, numero auctus, ad Moabitarum Regem proficiſcitur, togatque eum ut parentes intra regni ſui fines tantiſper reciperet, dum res eorum in meliore ſtatu collocarentur. Quo impetrato, & parentibus in magno honore apud Regem quamdiu illic manſerunt, habitis, &c. *Ioſeph.*

In terram Iudæ.] Iudææ. *Col.* Venit in ſaltum Haret, qui locus deſertus erat, invius, & incultus. *Nihilominus,* inquit R. Salomon, *divina virtute factus eſt idem locus abundans fructibus & animalibus , & irriguus fontibus , ut Davidem & viros ejus non ſolum ſuſtentaret, ſed etiam mirifice recrearet.* Quo alludit Pſ. xxIII, 1. Suſpicatur Abulenſis, regem Moab clanculum inſidias Davidi ſtruxiſſe, ut eum Sauli traderet. Huic avertendo, monitus eſt, ut in Iudæam concederet.

Vitæ periculum adiit.] Quodnam periculum innuat, incertum. Nam in ſaltu Haret periclitatum, non legimus. Innuit ergo ſine dubio obſidionem Cehillenſem à Saule decretam, cum in illo oppido David verſaretur. Vide 1 Reg. xxIII. *Horn.*

Abimelech ſacerdotem interemit.] Saul concione ſuorum advocata, multa de perduellione Davidis, & ſuorum conſpiratione conqueſtus, audivit Abimelechum ipſi, præter panes, etiam gladium Goliati tradidiſſe. Hine ira incenſus, & ipſum & omnem Ithamaridum familiam, quæ in LXXXV. Sacerdotibus conſiſtebat, interimi jubet. 1 Reg. xxII. Vide Ioſephum vI, 14. Atque huc ſpectare volunt, id quod prædictum erat Heli Pontifici, de ſuæ, id eſt, Ithamaridarum domus futura clade 1 Sam. II, 13. Nec tamen putandum Abiatharem hunc *ſolum* fuiſſe *generis ſui ſuperſtitem* , ut male legitur in Gelenii verſione Ioſephi. Is plane μόνος διασωθῆναι διωχθεὶς ἐκ τοῦ γένους τῶν ὑπὸ Σαούλου φονευθέντων ἱερέων erat , id eſt, *ſolus de Sacerdotibus à Saul interfectis ereptus* , ut recte ſatis interpres vetus, ſeu *qui eripi potuerit.* Abiathar hic in Pontificatum, demortuo patre, ſucceſſit, Achimelechus item, & Abimelechus interdum dictus; quemadmodum etiam pater ejus tam Abiathar quam Achimelechus dicebatur, ut obſervant viri docti, tam in Pontificum ſucceſſione, quam ad D. Marci caput 11. ubi Pon-

David recepiſſet: & cum ex miniſtris regiis nemo in ſacerdotem manus inferre auderet, Doëg Syrus cruentum miniſterium executus eſt. Poſt id David deſertum petiit: illuc quoque eum Saul perſequutus eſt, ſed inani opera ejus exitium moliebatur, quem Dominus protegebat. Erat in deſerto ſpelunca, vaſto receſ-

Pontifex ille Abiathar nuncupatur qui manifeſto Achimelechus erat, Abiatharis hujus pater. Vnde & Abiathar hic, pro eodem qui Achimelechus, filius Abiathar II Sam. VIII, 17. & Abimelechus filius Abiathar I. Paralip. XVIII. 16. nuncupatur, ſumi ſolet; tametſi Ebræorum aliquot Achimelechum ibi pro Achimelechi à Doëgo occiſi ex Abiathare filio nepote capiant, ut infra dicetur. In Ioſepho autem & tam in Ebræorum Chronicis quam in vetuſtis Chriſtianorum, præter Abiatharem, non reperitur, poſt Achimelechi pronepotis Heli necem, alius ante Zadocum Pontifex. Attamen non deſunt in Magiſtris qui Iehoiadam interponunt & ſub initiis Davidis Regis Pontificatum geſſiſſe volunt. In iis qui Davidi Saulem fugienti adhæſerunt, cenſetur Iehoiada ſeu Ioida הנגיד לאהרן *Princeps de ſtirpe Aaron* (ut in vulgata) ſeu, ὁ ἡγούμενος τοῦ Ἀαρὼν *Dux ipſi Aaron*, ut Helleniſtæ, I Paralip. XII, 27. Atque capite ejuſdem libri XXVII, 5. Benajas filius Iojadæ כהן ראש memoratur, quod vulgata *Sacerdos* tantum & ὁ ἱερεὺς ὁ ἄρχων *Sacerdos princeps* Helleniſtis vertitur. Sed Magiſtris intellitur caſu genitivo, ut ſit *Benajas filius Ioadæ Sacerdotis Principis* ſeu *Primarii*. Seldenus.

Doëg Syrus.] Δωὴγ ὁ Σύρος, quod perperam δωὴκ ſcriptum, & Syrus, id eſt, הארמי Aramæus, error lectionis. Nam in Ebræo האדמי, id eſt, Idumæus. Quomodo ſane Hieronymus olim legit. Ioſephus Græcam lectionem ſecutus, *Forte autem*, inquit, *aderat quidam ſervus, natione Syrus, regiarum mularum curator.* Ant. hiſt. lib. 6. cap. 14. Error natus ex affinitate litterarum Res & Daleth, quæ reſte Hiero. apice duntaxat diſtinguuntur: An variatum fuerit aliquando in codicibus Ebræis, neſcio: hoc ſcio ſcripturam à lectione variare in his vocibus, IV Reg. 16, 6. Nam ſcriptum ארמים per Res & lectum אדמים per Daleth. Scripturam expreſſit interpres Chaldæus, ut lectionem noſter Hieronymus. *Druſius.* Interemit autem LXXXV. Ita Hebr. Chald. Roman. Septuag. Compl. At LXX. Vaticani numerant CCCV. Theodoretus CCCL. Male. Deſcriptionem hujus nefarii Doegi, vide in Pſalmo LI. qui cæde Sacerdotum peracta compoſitus eſt.

Deſertum petiit.] Engaddl. I. Sam. XXIV. Quæ olim nobiliſſima urbs, non longe à mari mortuo. A qua urbe adjacens regio & deſertum, vocatur etiam Engaddi. Magna agri illius ubertas & amœnitas. Deſertum autem plenum eſt altiſſimis montibus præruptiſque, ita ut ruinam minari videantur, ac tranſeuntibus, ſolo aſpectu, metum inferant. *Borcard. Adrichom.*

Erat in deſerto ſpelunca.] In montibus colliibuſque, ubi ſumma erat devexitas. Priſci mortales, præſertim in Iudæa, & vicina Arabia maxime Trachonitide, effoſſa habebant & exciſa antta quam laxiſſima capaciſſimaque, quo, tanquam ad arces tutiſſimas, pe-neque inexpugnabiles confugiebant, repentino hoſtium, vel gravioris alicujus periculi metu impellente. *Arabiam & Ituræam verſus* (inquit Strabo) *ſunt montes aſperi, & altis ſpeluncis inſignes: qua-*

ceſſu patens. In hujus interiora David ſe conjecerat. Saul neſciens, in primo ſpeluncæ aditu, reficiendi corporis gratia, ſucceſſerat: ibique ſomno captus requieſcebat. Quod ubi David animadvertit, hortantibus cunctis, ut oppotunitate uteretur, abſtinuit regis exitio: diploidem tamen ejus abſtulit. Mox egreſſus, tuto eminus loco à tergo regem allocutus eſt, ſua in illum commemorans beneficia, ut ſæpe pro regno ejus caput periculis objectaſſet: utque poſtremo, præſenti tempore à Domino ſibi traditum, interimere noluiſſet. Ad hæc, culpam Saul fateri, veniam precari, lachrymas

quarum una quatuor hominum millia recipere poßit. Multa & mira narrat Ioſephus de Trachonitarum המרגות, hoc eſt, *ſcalaribus* ſeu *gradatis* iſtiuſmodi rupibus, earumque ampliſſimis, & immanibus ſane ſpeluncis: quibus ſe diu tutati ſunt adverſus Herodem, & lectiſſimas illius copias, acerrime & ſumma vi pertinaciſſime oppugnantes. Tales fuiſſe narrantur rupes Engeddi, præcelſæ ſcilicet atque abruptiſſimæ, ſolis ibicibus ſeu rupicapris perviæ. Vbi quam ſpatioſiſſima fuerit oportet ſpelunca illa, cujus intimus abditiſſimuſque receſſus perfacile Davidem, una cum ſexcenris militibus inibi laritantem, occultaret & contegeret. *Fullerus.* Chaldæus miram fabulam verſioni ſuæ intexit. Nam dicit Pſalm. LVI, 3. *Ad Deum qui accerſivit araneam, ut conficeret in ore ſpeluncæ telam propter me.* Res ſic ſe habet. Dicunt aranearum telis aditum ita fuiſſe obductum, ut nemo ſuſpicaretur quenquam ibi in ſpelunca latere. Huic telæ Rabbini ſua attexunt commenta de muſca & inſano, quæ refert, & cõfutat *Abul.* Quanquam Veteres tale quid de Felice Martyre narrent.

Reficiendi corporis gratia.] Παρασκευάσασθαι, quod in editione Græca vertit, *reficere corpus*: vulgata lexica exponunt, *purgare ventrem.* Quod ſumptum ex Hieronymo, qui tamen non Græca, ſed Ebræa tranſtulit. H. Stephanus in Theſauro ſuo conjicit legendum ἀποσκευάσασθαι. Id Aquila dixit ἀποσκευάσαι. In Ebræo eſt *tegere pedes*: de quo aliquid Quæſt. lib. 1. quæſt. XXXV. *Druſius.*

Somno captus.] Mirum unde hoc hauſerit. Nam non habetur in fonte ſacro. *Idem.*

Vt opportunitate uteretur.] Vide Grot. II. de jure belli I. Commilitones ejus vix multis precibus & vi à cæde Saulis potuiſſe abſtrahi, Scriprura innuit.

Abſtinuit Regis exitio.] Ex textu patet, primo Davidem Sauli necem molitum, & eo animo ad ipſum acceſſiſſe. Ira enim inquit: *Cogitavi ut occiderem te.* Diſputant, an licite potuerit? Et videtur Cajetano, atque aliis. Contra ſunt Toſtatus, & plerique Interpretum. Vide Homiliam Chryſoſtomi: *Quod David magnificentius tropæum erexerit parcendo Sauli, quam occidendo Goliat.*

Diploidem tamen ejus abſtulit.] Oram diploidis, quod Græci dicunt τὸ πτερύγιον τῆς διπλοΐδος. Hieronymus, *oram chlamydis.* Druſ.

Regem

mas fundere, pietatem David extollere, malitiam ſuam incuſare, regem eum & filium appellans. Tantum ex feroci illo animo mutatum: crederes nihil ultra adverſum generum auſurum. Sed David, qui penitius ingenium mali ſpectatum haberet & cognitum, nihil regi credendum ratus, intra eremum ſe continebat. Saul vecors animi, quia comprehendendi generum poteſtas non erat, filiam ſuam Michol, David, ut ſupra retulimus, nuptam, Faltim cuidam in matrimonium dedit. David ad Allophylos confugit. Ea tem-

pe-

Regem eum.] Non regem eum appellabat, ſed dicebat, *nunc ſcio quod certiſſime regnaturus ſis & habiturus in manu tua regnum Iſraël.* 1 Sam. XXIV. ℣ſ. 21. *Druſ.*

Penitius.] Penitus *Col.*

Intra eremum.] Phatan 1. Reg. XXV. XXX. habent Maon. Deſertum Pharan erat ad meridiem terræ ſanctæ. Hab. III. 3. Hujus deſerti pars eſt Maon. *Menoch.*

Faltim cuidam.] Vocatur Phalti filius Lais ex Gallim, 1. Sam. XXV. ℣ſ. 45. Quæ corrupta fœde apud Ioſephum in textu Græco. Editio Romana Bibliorum φαλτὶ habet: ceteræ φαλτίλ. Faltim autem eſt ex φαλτὶμ, quod in locum φαλτὶν irrepſit librariorum vitio. Qualia ſunt λαΐν & σαβίν. Nam veritas lectionis λαῒ & σαβί. *Druſ.* Fabulantur Rabini Phaltin non cognoviſſe Michal, eo quod gladius inter ipſum & Michal interjaceret, ideoque ipſum manſiſſe improlem.

David ad Allophylos confugit.] Inſere quæ extant 1 Reg. XXVI. Fugit ad Achin Regem Gathe, à quo oppidum Siclag accepit. Manſit in Paleſtina per annum & quatuor menſes. Ita enim Hebraica ſe habent. Vulgata: *quatuor menſibus & aliquot diebus.* Male.

Dominum conſulit.] Modus hic erat: Stabat pontifex, & vultum componebat arcam verſus. Erat autem à tergo, qui reſponſum petebat. Is, eum ſciſcitatus de ſucceſſu rei eſſet, quam apud animum ſuum propoſuerat, ibi pontifex ſtatim, ſpiritu cœleſti concitus, amiculum Coſchen inſpexit, atque ex literis mira vi illic protuberantibus, quid futurum eſſet, didicit, reſponditque. Ea conſulendi ratio non privatis, aut de plebe hominibus, ſed regibus duntaxat, ſummiſque judicibus, aut iis, qui publice miſſi à populo eſſent, uſurpata fuit. Quoties enim res magna agebatur, itum illuc eſt. Privatorum negotia votis precibuſque relicta ſunt, ne oraculi ſanctitas evileſceret. *Cunæus.*

Ea tempeſtate Saul diem functus eſt.] Salmanticenſis Iudæus, *Obiit anno mundi 882. ſupra ter milleſimum, vigeſimo octavo menſis Ijar in Rama.* Hoc & ſupra notavimus. Rurſum Salmanticenſis, *Dixerunt Doctores noſtri, quorum ſancta ſit memoria, Samuel & Saul mortui ſunt eodem anno.* Et mox: *Samuel deceſſit quatuor menſibus ante Saulem.* Et poſt aliquanto: *Videtur quod Samuel egerit annum trigeſimum octavum cum diem ſuum obiret Eli ſacerdos.* Vide ſequentia. *Druſius.* Clemens Alexandrinus ſcribit, Samuelem obiiſſe duobus annis ante Saulem. Vatablus & Munſterus ex Hebræo-

peſtate Samuel diem functus eſt. Saul Allophylis bellum inferentibus, Dominum conſulit, nullumque eſt ei reſponſum redditum. Tum per mulierem, cujus viſcera ſpiritus erroris impleverat, Samuelem evocatum con-

bræorum traditione aſſerunt, mortem Samuelis præceſſiſſe obitum Saulis ſeptem menſibus.

Nullumque eſt ei reſponſum.] Hebr. גם בחלמות גם באורים גם בנביאים *neque per ſomnia, neque per Vrim, neque per Prophetas.* Quomodo edita fuerint oracula, ſciſcitantibus Sacerdotibus, incertum eſt. Alii quæſtioni in ſchedæ inſcriptæ reſponſum divino miraculo ſubſcriptum fuiſſe: alii ad Sacerdotis aures ſonum quendam accidere, quo quid facto opus eſſet indicaretur: alii in Sardoniche, qui erat ad humerum dextrum Pontificis, ſplendorem apparere ſolitum, quo numinis præſentia & proſper eventus ſignificaretur. *Menoch.* Licet enim Abiathar fugiſſet ad Davidem cum Ephod, tamen alius erat Pontifex cum Ephod in tabernaculo apud Saulem, per quem ipſe Deum conſulebat. Alioquin enim caruiſſent Hebræi Pontifice & Sacris. *Interp.*

Per mulierem cujus viſcera ſpiritus erroris impleverat.] Circumloquitur ἐγγαστρίμυθον, id eſt, in ventre loquentem: quam qui Ebræa in Latinum ſermonem tranſtulerunt, Pythoniſſam appellant. *Druſius.* R. Eliezer, Kimchi & alii Rabbini fabulantur, mulierem hanc fuiſſe matrem Abner, cui Saul ob cognationem pepercerit. Sed errant. Nam mater Abner habitabat in ſua tribu Benjamin, hæc vero in Endor, quæ erat in tribu Iſſachar. Rurſum mater Abner erat matrona nobilis, hæc vero obſcura & vilis muliercula, ut ex Ioſepho patet.

Samuelem.] Dæmonem in ſpecie Samuelis, quem Scriptura Samuelem appellat eo modo loquendi quo angelos vocat homines aut viros, & Raphaël in hiſtoria Tobiæ vocatur Azarias filius Ananiæ: aut ipſum Samuelem, quem Deus permiſit excitari ut futura prædiceret regi quondam ſuo. Qui hanc opinionem tuentur in duas ſententias abeunt. Nonnulli animam ipſius excitatam putant: alii corpus tantum. Quæ magiæ ſpecies necromantia nominatur, quando videlicet per mortuos divinamus, poſtque ventura prædicimus. Qua de re conſulendus præter Nicolaum, Paulus Epiſcopus Burgenſis, in Addit. 1 Sam. 28. Videndus quoque Auguſtinus lib. 2. ad Simplicianum, quæſt. 3. ubi hanc quæſtionem in dubio relinquit, nec quicquam certi definit. Credibilius tamen, dæmonem in forma Samuelis apparuiſſe, quem opinabatur Samuelem eſſe: ex quo diſcere cupiebat eventum belli, quod tum cum Allophylis gerebat. Quo facit canon hic Theologicus, *Species rerum appellantur de nominibus ipſarum rerum.* Druſius. Verum Samuelem fuiſſe cenſent Abul. Lyra, Caje. & ex vetuſtioribus Ioſeph. Iuſtin. Ambroſ. Auguſt. Baſil. & alii plurimi. Dæmonem ſive φάντασμα, Procop. Theod. Tertull. Cyrillus, Beda. Νεκυΐα omnium divinationum antiquiſſima, & ſignum credita τῆς τῶν ψυχῶν διαμονῆς. Frequenter id factitatum in Oriente, diſcimus ex Æſchyli Perſis & Herodoto. Quanquam autem hic vocatur Samuel, credibilius tamen eſt, fallacem ſpiritum fuiſſe, ejus generis de quo Porphyrius ſecundo de abſtinentia animantium: Γένος ἀπατηλῆς φύσεως παντόμορφόν τε καὶ πολύτροπον ὑποκρινόμενον καὶ Θεοὺς, καὶ δαίμονας καὶ ψυχὰς τεθνηκότων. Videturque id ipſa mulier ſatis ſignificare, cum dicit אלהים,

conſulit. Dictum ei ab eo eſt, poſtero illum die, cum filio, victum ab Allophylis, in prælio caſurum. Igitur Allophyli, caſtris in hoſtili ſolo poſitis, poſtero die aciem inſtruunt: David tamen ex caſtris remiſſo, quia parum crediderant ſibi illum, adverſum ſuos, fidum fore. Sed conſerto prælio, Hebræi fuſi, filii regis cadunt: Saul equo

אלהים, Deos adſcendiſſe de terra, ita appellans ſpiritus illos quorum unus Samuelis figuram induerat, cæteri ei velut comites erant. *Grot.* Fabulantur ergo R. Kimchi, dum ait illum duos vidiſſe, ſcilicet Moſen & Samuelem. Et in libro *Midras Samuel* dicitur: *Multi juſti adſcenderunt cum illo.*

Cum filio.] *Cum filiis* potius. Paulo poſt, *filii regis cadunt.* Nam tres erant numero; Ionathan, Abinadab, & Melchiſua. Vide ſis 1 Sam. XXVIII, 19. *Druſius.*

In prælio caſurum.] Hebr. *Cras tu, & filii tui, mecum eritis.* ἴσθι τοίνυν ὅτι τὸν λαὸν ὑποχείριον τοῖς ἐχθροῖς γενησόμενον, καὶ σαυτὸν μετὰ τῶν τέκνων, αὔριον πεσόντα ἐπὶ τῆς μάχης, μετ' ἐμοῦ γενησόμενον. *Ioſeph.*

Caſtris hoſtili ſolo poſitis.] Aphecæ. 1 Reg. XXIX. David autem cum ſuis copiis, quod ei diffiderent Palæſtini, remiſſus eſt. Sic Tacitus IV. Hiſtor. de ala Batavorum: *Quæ jam pridem corrupta fidem ſimulabat, ut, proditis in ipſa acie Romanis, majore pretio fugeret.* Reverſus Amalecitas, Ziglaca capta, ſocordius agentes cædit 1 Reg. XXX. Vide Ioſephum.

Conſerto prælio.] 1 Reg. XXXI. Ioſeph. VI, 15. Saul licet futuri gnarus, & de obitu ſuo præmonitus à Propheta, noluit tamen eum vitare, & ob vitæ cupiditatem exercitum hoſti prodere, atque hoc modo regiam majeſtatem dehoneſtare: ſed cum liberis totaque familia periculo ſe objiciens, pulchrum exiſtimavit in prælio cadere, & filios in ejuſdem laudis ſocietatem aſſumere potius, quam ſuperſtites relinquere, incertum qualeſnam futuros. *Ioſephus*, quem vide multa magnifice in laudem Saulis dicentem. Inter alia: Εὔψυχοι μὲν καὶ μεγαλότολμοι, καὶ τῶν δεινῶν καταφρονηταὶ μόνοι δικαίως ἂν λέγοιντο πάντες οἱ Σαοῦλον μιμησάμενοι.

Filii Regis cadunt.] Saulus & filii contra hoſtem egregie certantes, & hoc tantum agentes ne inulti caderent, atque honeſtis vulneribus confecti, luctuoſam hoſti victoriam relinquerent, totam vim hoſtium in ſe converterunt, & circumventi multitudine, magna circum ſe ſtrage Palæſtinorum edita, poſtremo & ipſi hoſtium telis ſunt obruti. *Ioſeph.*

Saul equo delapſus.] Hoc de ſuo addidit, ut apparet. Nam nec in Scriptura, nec etiam apud Ioſephum legitur. *Druſius.* Dum nullo ordine trepidi fugiunt, ingens cædes eſt perpetrata. Saulus quoque ſtipatus ſuorum caterva fugiebat: in quem Palæſtini immiſſis ſagittariis & jaculatoribus, omnes, paucis exceptis, confixerunt. Ipſe vero, poſt multa fortia facinora edita, gravatus vulneribus, ut jam nec ſubſiſtere, nec ſibi ipſi manus inferre poſſet, obſecravit armigerum ut ſe ferro transfigeret, priuſquam vivus in hoſtium poteſtatem veniret. Quo, ob majeſtatis reverentiam detrectante, ipſe admoto ad pectus proprii gladii mucrone, in eum incubuit. Et cum deficientibus viribus trajicere ſe non poſſet, circumſpiciens, juvenem proximum rogat quiſnam eſſet; auditoque eſſe Amalecitam, orat ut ſe

equo delapſus, ne vivus in poteſtatem hoſtium veniret, gladio ſuo incubuit. De ætate imperii ejus parum certa comperimus, niſi quod in actibus Apoſtolorum XL. *annos regnaſſe dictus eſt. Quanquam ego arbitror, tum à Paulo, cujus illa prædicatio refertur, etiam Samuelis annos ſub regis iſtius ætate numeratos. Plerique tamen qui de temporibus ſcripſerunt,* XXX. *eum annos regnaſſe annotaverunt: cui opinioni nequaquam accedi-*

ut ſe juvaret efficere, quod ipſe non quiret. Qui poſtquam ejus optata executus eſt, ademtis aureis armillis, & corona inſigni regio, quantum potuit, feſtinus inde ſe proripuit: Armiger autem regius (quem Rabbini fuiſſe Doëgum Idumæum volunt) conſpecta Sauli nece, ipſe quoque ſe jugulavit. *Ioſephus.* Vbi, ſuo more, contra Scripturam, nugatur. Nec Rabbini diffitentur, ſi unum R. Levi excipias, qui Amalecitam iſtum in ſcenam producit. Hæc ita in honorem Saulis & Iudæorum, ſed cum mendacio, aſſeruntur. *Αὐτοχειρίαν* hanc Saulis licitam & glorioſam fuiſſe, iidem & omnes Rabbini, cum Lyra, aſſerunt. Contra ſtat communis omnium Interpretum conſenſus.

De ætate Imperii ejus parum certa comperimus.] Miræ enim tenebræ ſunt, & opinionum divortia. Ioſephus dicit, Saulem, vivente adhuc Samuele, regnaſſe XVIII. annos, & eo mortuo, XX. id eſt ſimul XXXVIII. Legionenſis XXXIX. Auguſtinus, Salmeron, Serarius XL. Salianus XVIII. Sanctius II. Alii XX. Bucholcer X. Petavius XII. Calviſius XV Tot ſenſus quot capita.

In Actibus Apoſtolorum XL. *annos.*] Act. XIII, 20. Salmanticenſis, *Gentes*, hoc eſt Chriſtiani, *ſcribunt Saulem regnaſſe annis* XL. Ioſephus autor, eum regnaſſe una cum Samuele annis duodeviginti, & poſt, quum jam diem ſuum propheres obiiſſet, ann. XX. ſed in Rufino *duobus*: quæ lectio in omnes partes melior eſt. Eam firmat hiſtoria Ebraica, cujus Salmanticenſis meminit per hæc verba, *Ioſeph ben Gorion ait, Saulem regnaſſe annis viginti, videlicet octodecim cum Samuele, & duobus poſt eum. Quod fieri non poteſt ſecundum id quod diximus, & ſecundum numerum annorum, qui à Iephthe uſque ad quartum annum regni Salomonis.* Druſ.

Etiam Samuelis annos.] Sic & Rabbanus, cujus verba extant in gloſ. ordin. *Si autem*, inquit, *à morte Eli omne tempus concluditur, quo Samuel & Saul regnaverunt, inveniuntur* XL. *anni uſque ad mortem Saul.* Druſ. Certum eſt Saulem non regnaſſe XL. annis. Quia plures alioquin anni effluxiſſent quam CCCCLXXX. ab egreſſu ab Ægypto uſque ad ſtructuram templi. Davide Saul cum regnare inciperet, non potuit eſſe L. minor, cum filium tunc habuerit robuſtum & prudentem. Illi autem in actis XL. anni tam Samuelem reſpiciunt quam Saulem, cujus utriuſque præfecturæ tempora Paulus conjungit. *Tirinus* Chronico ſacro.

XXX. *eum annos regnaſſe.*] Hic numerus propius accedit ad eum, qui in Seder Olam, ubi memoriæ proditum, Samuelem ſolum præfuiſſe annis tredecim, & ſimul cum eo Saulem annis viginti: niſi mens autoris, ſi anni Saulis annumerentur annis Samuelis, efficere ſimul viginti annos. Expende. *Druſius.*

dimus. Nam ea tempeſtate, qua Domini arca in Cariath-jarim oppidum tranſlata eſt, nec dum regnare Saul cœperat: refertur autem, per David regem ex illo oppido arcam ſublatam, cum per XX. *annos ibi conſtitiſſet. Ergo, cum intra id tempus Saul regnaverit atque deceſſerit, parvo admodum ſpacio tenuit imperium. Eadem nobis de temporibus Samuelis caligo, ut qui cum Heli ſacerdote natus, admodum ſenex ſacerdotio functus*

Arca in Cariath-jarim oppidum tranſlata.] Arca capta mortuus eſt Eli, cui Samuel ſucceſſit. Eadem hæſit in agro Philiſthæorum ſeptem menſibus: inde tranſlata eſt in Beth-ſames, & ſtatim poſt in Cariath-jarim, ubi fuiſſe traditur annis viginti, uſque dum David Ieroſolymam venit. Educ ex annis iſtis ſeptem annos cum dimidio quibus regnavit in Hebron: reliqui ſunt anni duodecim & ſex menſes: adde ſeptem illos menſes quibus arca fuit in agro Philiſtæorum, ecce tredecim anni cum uno menſe. *Idem.*

Cum per XX. *annos ibi conſtitiſſet.*] In Seder Olam Rabba, quod eſt Chronicum Hebræorum majus: *Tabernaculum conventus fuit Nobe annis tredecim, & Gabaone ſeptem. Interim arca manſit in Cariath-jarim annis viginti.* Druſ.

Parvo admodum ſpatio tenuit imperium.] Veriſimillimum videtur Saulem non niſi duobus integris annis regnum tenuiſſe. Ita Hebræi in Seder Olam, Rabbi Abraham, Gerardus Mercator, Arias Montanus, Adrichomius, Sanctius, alii. Et probatur 1 Reg. XIII, ỳſ. 1. *Filius unius anni erat Saul cum regnare cœpiſſet, & duobus annis regnavit ſuper Iſraël.* Quibus verbis, neſcio quid clarius eſſe poſſit. Vide Tirinum in Chronico Sacro. Sane exiguum tempus regno Saulis adſcribendum eſt. Putarim triennium vel amplius. Nam filius unius anni erat, id eſt, jam uno anno regnaverat: & deinde duobus adhuc annis. *Horn.*

Eadem nobis de temporibus Samuelis caligo.] Auguſtin. Salmeron. Serarius, XL. annis ante Saulem regnaſſe volunt. Salianus XXII. Sanctius XXXVIII. alii XX.

Cum Eli ſacerdote natus.] Salmanticenſis: *Samuel agebat annum 39. cum diem ſuum obiret Eli. Nam Eli cœpit judicare quum Hanna mater Samuelis precatum veniſſet.*

Sacerdotio functus.] Locus iſte ſuſpectum facit Sulpicium erroris, & omnino erravit, ſi putavit Samuelem ſummum Sacerdotem fuiſſe. Quomodo enim Pontifex eſſe potuit, qui ne Sacerdos quidem erat? Dico Sacerdos, ut nomen hoc vulgo ſumitur. Alioqui Levites erat, ut & Iudex & Prophetes. *Druſius.* Nullus hic locus Samueli, quem tamen nonnulli inter Pontifices poſuere, ut Chronici Alexandrini autor, & Gregorius Monachus, qui Achitobo eum ſucceſſiſſe vult. Vide etiam D. Auguſtinum contra Fauſtum lib. XI. cap. XXIII. Et Sulpitius Severus; *Samuel cum Heli Sacerdote natus, admodum ſenex Sacerdotio functus refertur.* Quod de Pontificatu dictum merito ſane ſuſpicatur Druſius. Sed error eſt manifeſtus. Nam is non ſolum non fuit Pontifex, ſed nec Pontificatus jure ordinario capax, aut ex genere Sacerdotali, ſed tantum Levitico. Scilicet non ex Aharonis poſteris, ſed ex Izharis, Aminadab item dicti, Aharonis patrui, nepo-

Mitis, veluti puer unius anni & mitisq. permansit duobus annis. hoc potior interpret.

ctus referatur. A nonnullis tamen, qui de temporibus ſcripſere, (quia fere nihil de ejus annis ſacra hiſtoria ſignavit) LXX. *annis præfuiſſe populo refertur. Sed unde hæc authoritas fuerit aſſumpta, non reperi. Nos in tanta erroris copia, Chronicorum annotationem ſecuti, quia eam ex Apoſtolorum actibus (ſicut ſuperius memoravimus) profectam arbitramur, Samuelem & Saulem* XL: *annos principatum egiſſe referimus. Saul perempto, David in terra Allophylorum per-*

nepotibus. Id liquet ex 1 Paralip. VI, 28. atque initio Samuelis, ubi atavus ejus Zuph Ephraites, domicilii, non ſanguinis ratione nuncupatur, ut Magiſtri ibi & Ionathan paraphraſtes. Et vir magnus, dum craſſum Georgii Monachi hac de re errorem perſtringit, ſuum item, ſed ex incogitantia, prodit, *Craſſus eſt*, inquit ille, *error, immiſcere Pontificibus Samuelem, qui erat de plebe Sacerdotum, non de domo ſtirpis Pontificiæ.* Sed vero neque ex Pontificia, neque ex ſacerdotali ſtirpe ille, aliter ac Levita qualiſcunque, dicendus erat. Quod & D. Hieronymus obſervavit: *Noſcendum*, ait ille, *quod Samuel Levita, non Sacerdos, non Pontifex fuerit.* Vide ſis eum contra Helvidium lib. I. cap. XIII. Sed Dionyſius Petavius lib. de de Doctrina Temporum X, cap. XLVIII. extra ordinem à Deo conſtitutum Samuelem Pontificem exiſtimat. Atque eis qui dignitatem pontificialem regiæ anteferendam diſputant, Samuelem Pontificem fuiſſe aſſerere novum non eſt. Scilicet ex ejuſdem in Saule unguendo functione, prærogativam Pontificialem elicere conantur. Sed hiſce olim optime reſpondit Guilielmus Ockamus noſtras, & *Samuel*, inquit, *non erat ſummus Pontifex nec Sacerdos in Iſraël, ſed Iudex tantummodo. Imo etiam non fuit de genere Aaron; & per conſequens nec Sacerdos nec ſummus Pontifex, nec minor, ut colligitur ex primi Paralipomenon cap.* VI. Vide ſis ea de re plura apud eum in Deciſionibus de Poteſtate ſummi Pontificis quæſt. 1, cap. II. & XII. *Seldenus.*

LXX. *annis.*] Quærendum quinam chronologi ſic ſentiant, & an non potius legendum ſit XX. *annis*: quæ autoritas à Ioſepho aſſumpta. *Druſ.*

Chronicorum annotationem ſecuti.] Euſebii verba ſunt: *Ebræorum primus rex Saul ex tribu Benjamin & Samuel ann.* XL. *Idem.*

Saul peremto.] Cadaver ejus ſublatum Iabeſiani Giladitæ combuſſerunt. Non quod moris in univerſum apud Hebræos, Reges comburere, ut exiſtimant nonnulli Interpretes. Sed urgente metu hoſtium, ne cadavere ſepulti Regis iterum potiti, gravius quid de eo ſtatuerent. Hebræi cauſam reddunt, quod caro Saulis jam ſcateret vermibus. Igitur combuſtum, fœtori avertendo. Alii שרף putant idem eſſe quod aromatibus perfundere, teſte Munſtero. Interdum igitur, ob quaſdam ſingulares cauſas, combuſti Reges, ut Aſa II Paral. XVI, 4. Vide & II Paral. XXI, 19. *Horn.* Alias apud Hebræos, qui ſibi mortem conſciverant, inſepulti abjiciebantur. *Ioſeph.* III. ἁλώσ. XXV. Hegeſ. III, 17. Exceperunt illos qui pro cauſa Dei ita ceciderant. Vide Grot. II. de Iure Belli ac pacis. XIX.

In terra Allophylorum.] Ziglacæ, quod oppidum ei Achis dederat, adem-

perlato ad ſe mortis ejus nuncio, miro pietatis exemplo fleviſſe traditur. Tum Chebron Iudaæ oppidum petiit. Ibi rurſum regali unguento illitus, rex appellatus eſt. Sed Abner, qui magiſter militiæ Saul regis fuerat, ſpreto David, Isbaal, regis ſui filium, regem conſtituit. Crebris deinde præliis inter duces regum concurſum. Pulſus Abner ſæpius: fratrem tamen Ioab, qui ex parte

tum olim tribui Iuda, & poſtliminio jam reſtitutum.

Perlato ad ſe mortis ejus nuncio.] II Reg. I. Ioſeph. VII, I. Nuncium hunc Rabbini fuiſſe volunt filium Doëg Idumæi, qui armiger Saulis. Amalekita fuit, filius Agag Regis, cui nomen Edab, ſi fabulis Pſeudo-Philonis credimus. Mentiebatur autem à ſe Saulem occiſum, ut gratiam Davidis aucuparetur. *Theodor. Procop. Eucher. Lyra. Abulenſ.* Diademate tamen Saulis potitus fuit & illud vere attulit. *Abul. Cajetan.*

Fleviſſe traditur.] Non tam de Davide hoc dicitur, quam de iis qui cum eo erant, II Reg. I, 2. *Druſ.*

Iudaæ oppidum.] Tribus Iudæ. Vt ſupra: *In terram Iudaæ regreſſus.* Sic *Bethlehem Iudæ & Iudaæ*, variantibus libris. *Druſ.* Regiam autem Hebræorum David juſſu Dei, delegit, quia ibi vixerant & ſepulti erant Patriarchæ, eratque tunc metropolis tribus Iuda. *Procopius.*

Rex appellatus eſt.] A tribu Iuda tantum. Salmanticenſis, *David cœpit regnare anno creationis* 3884. *Poſt trigeſimum ſeptimum annum regni ejus rebellavit Abſalom, quemadmodum dicitur*, & fuit à fine XL. annorum. *Hi anni numerantur ab eo tempore quo poſtularunt ſibi regem.* Et aliquanto poſt, *David regnavit* XL. *annis.* Druſ. Tribus eximia, ſed una, Regem facit pernicioſo exemplo, niſi Dei voluntas cognita omnem legem perfringeret. *Grot.*

Abner.] Conſobrinus Saulis. Nam Ner pater Abner, erat frater Cis, qui pater Saulis.

Isbaal Regis ſui filium, Regem conſtituit.] Sic vocatur I Paralip. VIII, 33. ubi Latin. vetus, *Esbaal.* Cæterum II Sam. II, 8. Isboſeth nominatur. *Druſius.* Interea Sauli copiarum præfectus Abenerus filius Neri, vir ſtrenuus, & ad magnas res obeundas natus, quamprimum cognovit cecidiſſe Regem & Ionathan, alioſque duos ejus filios, propere in caſtra delatus, reliquum ex omnibus filiis Iebosthum periculo eripit, & ſuperato una cum illo Iordane, totius populi Regem eum conſtituit, excepta tribu Iudæ, regiamque eî elegit apud locum qui Hebraice Manalis dictus. *Ioſeph.* Factus eſt Rex undecim tribuum, id eſt, Iſraëlis totius, excepta tribu Iuda. II Samuel. II. Μανάλις corrupte dixit pro מחנים. Quod vel caſtra denotat, vel locum illum, cujus mentio Gen. XXXII, 2. Fabulam refert R. Salomo, quod cum populus Davidem vellet Regem, Abner probarit, Isboſeth deberi regnum ex Gen. XXXV, 18. ubi Iacob filium à Rachele in partu moriente vocarum *Benoni*, id eſt, filium doloris, nuncupat *Benjamin*, id eſt, filium dexteræ. Dextera enim ſymbolum regis & regni. Isboſeth vero & Saul etant prognati ex Benjamin, David ex Iuda.

Fratrem tamen Ioab.] Aſaëlem. Οὗτος ἐπὶ ποδῶν ὠκύτητι κλέος εἶχεν. οὐ γὰρ ἀνθρώπους ἐνίκα μόνους, ἀλλὰ καὶ ἵππον καταστάντα εἰς ἅμιλλαν λέγουσι περιδεδραμεῖν. *Ioſeph.*

Ingu-

te David exercitui præerat, fugiens peremit. Quo dolore poſtea Ioab, cum ſe Abner David regi dediſſet, jugulari eum præcepit, non ſine dolore regis, cujus fidem cruentaverat. Per idem tempus, omnes fere natu majores Hebræorum, publico conſenſu, regnum ei totius gentis detulerunt. nam per ſeptem annos in Chebron tantum regnaverat. Ita tertio rex ungitur, an-

Iugulari eum præcepit.] Imo ipſe jugulavit eum II Sam. III, 7. Prætextus fœdi facinoris fuit ultio Aſaëlis. Vera cauſa, quod miſere timeret, ne honore quem obtinebat, privaretur, Davide imperium exercitus in Abenetũ transferente. *Ioſeph. Theodoret. Procop.* Hebræi fabulantur, Ioab juſſiſſe Abner, ut ſe doceret modum, quo ſe excalceare ſolebat is, qui nolebat ducere uxorem fratris ſui ſine liberis defuncti: cumque Abner ei obſequens caput ad calcem inclinaret, à Ioabo fuiſſe obtruncatum.

Non ſine dolore Regis.] Qui ſublata ad cœlum dextera, magna voce proteſtatus eſt, quod nec jubente ſe, nec conſcio, cædes ea fuerit commiſſa. Adhæc diris imprecationibus authorem necis hujus execratus, & familiam ejus, & facinoris ſocios, præjudicio ſuo damnavit. *Ioſeph.* Tanta autem Ioabi in regno Iudæ potentia fuit, ut eum plectere David auſus non fuerit. *Theodoret.*

Omnes fere natu majores.] Cur adjecit *fere*? nam nemo excipitur. Cæterum univerſæ tribus ei regnum detulerunt, cum prius ſeniores cum eo fœdus pepigiſſent. Quidam ſcribunt primum univerſas tribus, deinde omnes ſeniores veniſſe in Hebron, ibique eum unxiſſe regem ſuper Iſraël. Vide I Sam. v, 1. & 3. *Druſius.* Factum id poſt cædem Isboſethi II Reg. IV. Ioſephus VII, 2. cujus interfectores David *πᾶσαν αἰκίαν αὐτοὺς αἰκισάμενος διεχρήσατο. Ioſeph.*

Per ſeptem annos.] Et menſes ſex. II Sam. v, 5. Tanto etiam tempore Iſboſeth regnavit; quia ſtatim poſt ejus cædem ab undecim tribubus electus eſt, teſte Ioſepho. Quod autem II Reg. II, 10. dicitur, eum duobus tantum annis regnaſſe, id non de toto regni ejus tempore capiendum eſt, ut R. Salomon & Hebræi in Seder Olam volunt; ſed de pacato ſtatu, antequam civile bellum inter Iudam & Iſraëlem oriretur. *A Lapide.*

Tertio Rex ungitur.] De Regum unctione fuſe & docte Guilielmus Schickardus de Iure Regio. Gemara Hieroſolymitana ad t. Horaijoth, fol. 47. col. 33. ממנו נמשחו כהנים גדולים ומלכים, *Ex oleo ſancto ungere ſolebant Pontifices & Reges.* Ita tamen ut tametſi Regni hæres, nunquam, niſi ob adverſam factionem, atque ut diſſidium inter competitores facilius ſopiretur, ungi ſoleret, hæres nihilominus pontificatus nunquam non eſſet, cum initiaretur, ungendus. Eadem Gemara ibidem: *Rex qui primo conſtituitur, ungendus erat; Regis autem filius qui in regnum ſuccederet, ut is itidem ungeretur, neceſſe non erat. Nam & ſcriptum eſt* (1 Samuel, XVI, 12. de Davidis Vnctione) *Surge & unge eum; ipſe enim eſt. Ipſe ungendus erat. Filii ejus ut ungerentur neceſſe non erat. At vero pontifex Pontificis filius erat ungendus, uſque in decem generationes.* Id eſt, ex lege, in perpetuum. Et de factione adverſa, quæ in cauſa erat regni heredes ungendi, ſequitur ibi paulo poſt, *Reges ungi non ſolebant, niſi ob adverſam factionem. Ita unctus eſt Salomon, ob factionem Adoniæ,*

annorum circiter XXX. *Allophylos in regnum irruentes, ſecundis prœliis repulit. Ea tempeſtate arcam Domini, quæ in Cariath-jarim oppido, ut ſupra retulimus, erat, in Sion tranſtulit. Cumque ædificare Domino templum in animo haberet, divinum ei reſponſum redditum, ſemini illius id reſervari. Bello deinde Allophylos domuit, Moabitas ſubjugavit, Syriam ſubegit,*

Ioas ob Athaliæ, & Iehu ob Iorami. Seldenus.

In Sion tranſtulit.] Prius in domum Oben-Edom, ubi fuit per tres menſes. Sion autem alio nomine urbs David appellatur, & ſuperior civitas. *Druſius.* Ioſephus tradit Iebuſæos portas adventanti præcluſiſſe. Oppugnatio fuit difficillima, ob naturam loci. Ideo Iebuſæi καταφρονοῦντες τῇ τῶν τειχῶν ὀχυρότητι, τοὺς πεπηρωμένους τὰς ὄψεις, καὶ τὰς βάσεις, καὶ πᾶν τὸ λελωβημένον in mœnibus collocarunt, dictitantes hos ad arcendum hoſtem ſufficere. Ita Ioſeph. Procop. Theodor. Deſcriptionem Hieroſolymorum vide apud Ioſephum VI. ἁλωσ. 6. Hæc urbs impoſterum totius gentis, tam πολιτείας quam θρησκείας metropolis fuit, ut Magnus Salmaſius contra Scaligerum oſtendit. Inter omnes urbes inſigniter eminuit unius Ieroſolymæ ſanctitas, atque etiam perpetua manſit, ut Talmudici tradunt, ex quo ſemel eam urbem, maximus rex Salomo dedicaverat. Itaque, quod poſtea conſecravit eam rurſum Ezras, fuiſſe ſupervacuum ajunt, ſiquidem prophanata neutiquam fuit, cum cæteræ urbes pollutæ ſacrilegorum manibus ſunt. Ex quo illud fieri iidem tradunt, uti in Ieroſolymæ everſæ cineribus ſacra facere, atque victimas epulari fas fuerit. Sed quanta loci religio eſſet, ii Iudæi ſignificavere, quibus Hadrianus Imperator permiſit, uti ſemel in anno adirent ſanctæ urbis deformes reliquias, atque ibi lugerent deplorarentque miſeram gentis ſuæ ſortem. Hæc urbs nulli tribui aſſignata ſorte eſt, ſed communis omnium fuit. Quamobrem teneri illam ea lege negant Talmudici, quæ vitulæ mactatione expiari cædem juſſerat, quæ clam patrata in tribuum finibus eſſet. *Cunæus.*

Semini illius id reſervari.] Filio Salomoni. Nota ſemen de uno dici. Sic Gen. IV. 25. *poſuit mihi ſemen pro Habel.* Senſus eſt, dedit mihi filium alium. *Druſius.* Colon. pro *reſervari* habet *ſervari.* Vide II Reg. VII. Ioſephum VII, 4.

Allophylos domuit.] II Reg. VIII. Nemo ſuſpicetur modicum aut ignavum fuiſſe Palæſtinorum exercitum, qui Hebræos invaſit: ſed ſciat univerſam Syriam ac Phœnicen, conſociatis armis, auxilium illis tuliſſe. Quæ cauſſa fuit, ut toties victi, tam multis millibus deſideratis, denuo bellum majoribus viribus redintegrarent; quandoquidem poſt præſentem quoque cladem, triplicato exercitu, Davidis ditionem invaſerunt, & eodem quo prius loco, caſtrametari ſunt auſi. *Ioſephus.* Occupavit autem David מתג האמה, id eſt, clauſtra montis Ammæ, ubi erat Gitta oppidum, ex quo Palæſtini perpetuo infeſtabant Iudæam.

Moabitas ſubjugavit.] Tanta captivorum fuit multitudo, ut numerus eorum iniri non poſſet. Hinc funiculis dimenſus eos David, duas partes internecioni addixit, tertiam ſervavit. Ita Chald. LXX. Theodor. Procop. Ioſeph. Tres deſignavit partes terræ Moabiticæ,

git, ſtipendiumque ei impoſuit. Auri atque æris ex præ-

cæ, in quarum una tantum indigenas reliquit ſuperſtites, occiſis cæteris, ne difficilis eſſet cuſtodia. *Grot.* Atque hic impleti incipiunt promiſſa illa magnifica Gen. xv, 18. Num. xxiv, 17.

Syriam.] Adeo laxe voce hac veteres Geographi uſi, ut etiam Aſſyriam ſub ea comprehenderent. Mela 1, xi. *Syria & Cœle dicitur, & Meſopotamia, & Damaſcus, & Adiabene, & Babylonia, & Judæa, & Sophene.* Idem Plin. v, 13. Itaque videas ab ipſo Tullio 1. de Div. Chaldæos in Syria ſtatui, & Sardanapalum dici Syriæ Regem v. Tuſc. quem Aſſyriæ alii nuncupant. Nec mirum, quando Syria prius Aſſyria, quique Syri illi auctori Aſſyrii, ut ex Herodoto in *Polyhymnia*, Trogo 1. & aliis conſtat. Vnde & Maro III. Georg. *Aſſyrium venenum*, pro Syra, ſive Tyra purpura dixit, & Senecæ in Hippolyto, mare mediterraneum *Aſſyria tenus* ſe extendit. *Voſſius.* Poſtea per ἀποκοπὴν ex Aſſyria factum Syria. Sicut Chonia pro Iechonia, apud Ierem. xxii. Spania pro Hiſpania Rom. xv. Spahan pro Hiſpahan. Vox ergo Syriæ facta eſt ex Aſſyria; vel potius Tyro, quæ צור. Vnde Græce fecerunt Sor. Hinc Sorra, Sorranum oſtrum, Syria. In Sacris vocatur ארם, & hoc genuinum nomen. Strabo 1. Τοὺς γὰρ ὑφ᾽ ἡμῶν Σύρους καλουμένους, ὑπ᾽ αὐτῶν τῶν Σύρων Ἀραμαίους καλεῖσθαι, dicit. Hoc autem loco intelligitur Syria ſtrictim accepta, quæ Euphrate terminatur. Eo enim uſque David imperium ſuum extendit. *Horn.* Vocatur Tzoba 1 Reg. viii, 3. Hemath 1 Paral. xviii, 3. Sophene Ioſeph. vii, 5. Soba pars Cœleſyriæ trans Iordanem, confinis dimidiæ tribui Manaſſe, non longe à Damaſco. *Adrichom* Videtur eſſe Halebum, vel non longe ab ea. Nam ibi eſt vallis ſalis de qua Pſ. lx. Iudæi dicunt Haleb eſſe Sepharvaim. Cæterum hoc regnum Tzobæ potentiſſimum fuit, cujus prima mentio fit 1 Sam. xiv, 48. quo quidem tempore, vel non longe ante, Rechobus regnavit, à quo dicta ארם בית רחוב. 11 Sam. x, 9. ejus filius Hadad Eſer vel Hadar Eſer celebris apud Iuſtinum xxxvi. ſub nomine Adoris, & Nic. Damaſc. apud Ioſ. ſub nomine Adadi. Vbi dicit eum Δαμασκοῦ τε καὶ τῆς ἄλλης Συρίας, ἔξω Φοινίκης, potitum. Errat autem in eo graviſſime, quod hunc Adadum alium ab Hadadeſere facit Regem, & regna Tzobæ ac Damaſci confundit. Nihil enim hujus in Scriptura. Damaſcus tum ſub Tzoba, nec regnum peculiare fuit. Quod demum, aliquandiu poſt, Rezon conſtituit, ut ſuo loco monebitur.

Subegit.] Ioſeph. vii, 5, 6. Annales ſacri: *Et percuſſit David Adarezer filium Rohob, Regem Soba.* Cauſa belli fuit, tum quod tota illa regio cis Euphratenſis ad Iſraëlitas, de jure divino ſpectaret: tum quod Adarezer in Euphratis accolas bellum gerens, non poſtulato innoxio itinere, fines Iſraëlitarum vi invaſerat: ejuſque rei pœnas dedit. Ita Dion. & Hugo. Abulenſis expeditionem hanc Euphratæam à David ipſo ſuſceptam fuiſſe vult. Ita & Vatablus.

Stipendiumque ei impoſuit.] Tributum. Sic paulo poſt: *Cum laxari ſibi ſtipendium popoſciſſent, quod Salomon graviſſimum impoſuerat.* Sic alibi paſſim. *Druſius.*

Auri atque æris ex præda.] Ius prædæ herciſcundæ hoc fuit. Militi cedebant privatæ opes, Regis publica & regia bona erant. Ita legimus Macedonas, cum Darii caſtra ad Piramum amnem irrupiſſent, ingens auri argentique pondus diripuiſſe, nec quicquam reliquiſſe intactum, præter regis tabernaculum: *tradito more*, inquit Curtius, *ut victorem victi regis tabernaculo exciperent.* Vnde non abit mos Hebræorum, qui victi Regis coronam Regi imponebant victori, eidemque aſſignabant, quod

præda immenſum modum retulit. Bellum deinde adverſum Ammonitas, ex injuria Chanun regis eorum, exortum. Syris denuo rebellantibus, qui cum Ammonitis in bellum conjuraverant, David ſummam rerum Ioab, principi militiæ, permiſerat: ipſe à bello remotus, intra Hieruſalem commorabatur. Qua tempeſtate Berſaben quandam, miræ fœminam pulchritudinis, ſtu-

Thalmudicis digeſtis legitur, regiam ſuppellectilem bello captam. Grot. I I I. de Iure Belli V I.

Adverſum Ammonitas ex injuria.] Violatorum legatorum. II Reg. X. Ioſeph. V I I, 6. David cum fugeret Achiſum Regem Geth, venit ad Naas Regem Ammon, & ab eo humaniter ſuſceptus eſt. Ita ex tradit. Hebræorum recenſet Hieron. Nam in Scriptura hujus rei expreſſa mentio non extat. Tantum dicitur: *Sicut fecit pater ejus Naas mecum miſericordiam.* Hujus beneficii memoria motus David, filium ejus per legatos officioſe conſolatur, paternam cum eo amicitiam renovaturus. Contra novus Rex ſuſpectare potentiam Davidis, & Legatos, abraſis ex parte barbis, cum ignominia dimittere. Hæc juſta belli cauſa. Legati enim ſunt,

Sanctum populis per ſecula nomen.

Statius. *Et jus legatorum, cum hominum præſidio munitum, tum etiam divino jure eſt vallatum.* Cic. de Haruſp. reſponſis. Nec aliam cauſam juſtiorem exiſtimat Cicero adverſus Mithridatem. Ob legatos contumelioſe habitos Romani bella ſumſere in Tarentinos, Illyrios, Ligures, Senonas, Iſſios, Corinthios, aliæque gentes idem fecerunt.

Chanun.] Vel, Chanon, ſive Hanon, quod ſcribunt Anon, ſine aſpiratione. In editione Græca eſt Ἀννὼν, cum duplici N. II Sam. X, I. Chanon, Hanon, ut Cham, Ham, Chebron, Hebron: Chermon, Hermon. *Druſ.*

Ioab principi militiæ.] Ioſeph. V I I, 7. Maxima Syrorum ſtrages facta eſt, diverſis præliis. De quibus vide II Reg. X, XI, XII.

Intra Hieruſalem.] In ſacris libris, ſola Iudæa ſæpe venit nomine τῆς οἰκουμένης. Quo ſenſu accipiendum dictum vetus Iudæorum, medio telluris ſitam urbem Hieroſolyma, id eſt, in medio Iudeæ, ſicut in medio Græciæ Delphi, ſimiliter dicti orbis umbilicus. *Grotius.* Et hinc ſedes Regum Iudæ in meditullio regni ſui, quo in omnes partes prompta mitti ſubſidia & accipi poſſent. Vide Tyrium V I I I, 5. Belli Sacri. I.

Qua tempeſtate.] I Reg. XI. Torniellus hoc contigiſſe putat anno regni Davidis XV. Salianus & Pineda XIX. ætatis XLIX. Quod verius videtur.

Berſaben quandam.] Secutus errorem Græcorum, vocat Berſaben, quæ in Ebræis & Latinis codicibus Bethſabe dicitur: quem errorem libentius ſcribis imputaverim quam interpretibus. Videtur natus ex affinitate litterarum ϑ & ϱ. *Druſ.* Fuit filia Eliam. Quem Hebræi apud Hieron. tradunt fuiſſe filium Achitophel, qui ob eam cauſam poſtea conjurarit cum Abſalomo. Id probabile eſſe cenſet ex Hugone Salianus. Potuit enim Achitophel avus eſſe LX. annorum. Eliam pater XL. Bethſabe filia XVIII. Idem cenſent Abulenſ. & alii.

Miræ fœminam pulchritudinis.] Καλλίστην τὸ εἶδος, καὶ πασῶν διαφέρουσαν. *Ioſeph.*

Viri cujuſdam.] Vriæ Hethæi. Quem ex

ſtupro compertam habuit. Hæc viri cujuſdam uxor, qui tum in caſtris erat, fuiſſe traditur. Hunc David iniquo pugnæ loco objectum hoſtibus, interficiendum curavit. Ita mulierem in matrimonio viduam, ſed jam ex ſtupro gravidam, numero uxorum aggregavit. Tum per Nathan prophetam graviter increpitus, licet agnito errore, caſtigationem Domini non effugit. Namque filium, ex furtivo illo concubitu editum, paucos poſt dies

ex Cananæis fuiſſe converſum & Proſelytum factum, cenſent Procop. & Theodor. Minus recte. Potius, quia in terra Hethæorum habitabat. *Abul.* Vel præclare quid ipſe majoreſve ejus contra Hethæos geſſiſſent. *Serar.* Alias rationes vide apud Interpretes.

Iniquo pugnæ loco.] Ita juſſus erat Ioab per literas, quas ipſe Vrias, miſer, & ignarus fati ſui, attulerat. Sic Proetus Bellerophonti dedit litteras ad Iobaten, quibus Bellerophontis nex mandabatur. Homerus & alii. Et exiſtimat Sanchez fabulam de Bellerophonte ex hoc caſu Vriæ derivatam. Quia & frequens hoc in ſcriptoribus profanis, ut pluribus Clemens Alex. demonſtrat, & Iobates haud multum à Ioabo diſtat. *David rectior fuit in ſervitio quam cum perveniret ad regnum. Servus enim adverſarium ferire timuit: Rex factus, luxuriæ perſuaſione Vriam fraude extinxit.* Gregor. in Paſtorali cap. XXVII. Facta hæc cædes in obſidio Rabbæ, quam Polybius *Rabathamana* vocat. Poſtea Philadelphia dicta eſt ſub imperio Græcorum.

Viduam, ſed jam ex ſtupro gravidam.] Videtur Bethſabea fuiſſe fœmina non impudica, ſed quæ ſpe dominationis, ut Agrippina mater Neronis, nihil abnueret. *Adeo cupido dominandi cunctis affectibus flagrantior eſt.* Tacitus XV. Annal.

Numero uxorum aggregavit.] Rabbini, ut Davidem excuſent à peccato, nugantur Vriam æque ac cæteros milites ad bellum euntes, uxori dediſſe libellum repudii. Quare illam jam repudiatam nubere potuiſſe Davidi. Quod falſum eſſe ex ſacra Hiſtoria liquet. Cæterum Polygamiam regibus Iudæis lege conceſſam fuiſſe volunt Hebræi, & ad legem Deut. XVII, 16, 17. notant octodecim ſive uxores ſive concubinas Regi fuiſſe conceſſas.

Per Nathan.] II Reg. XII. Ioſeph. VII, 7. Vir fuit prudens, lenis, & quod Ioſephus addit ἀστεῖος, id eſt, ſuavitate quadam gravitatem temperans, & qui etiam cum Regibus noſſet vivere. Talis apud Tacitum Annal. IV. Manius Lepidus. VI. Annal. L. Piſo Pontifex. *Grot.* Fuit hic alius Nathan à filio Davidis & frater Salomonis, nondum nato, vel admodum parvulo. *A Lapide.*

Caſtigationem Domini non effugit.] Conſentiunt Hebræi, inflicta Regi in leges de officio Regis peccanti, verbera: ſed ea apud illos infamia carebant, & à Rege in ſignum pœnitentiæ ſponte ſuſcipiebantur, ideoque non à lictore, ſed ab eo quem legiſſet ipſe cædebatur, & ſuo arbitrio verberibus ſtatuebat modum. A pœnis autem coactivis adeo liberi erant Reges, ut etiam excalceationis lex, quippe cum ignominia conjuncta, in ipſis ceſſaret. *Grot.* I de jure Belli III.

Multaque in domum.] Thamar vi compreſſa. Amnon, qui eam compreſſerat, occiſus à fratre Abſolomo. Quæ

dies amiſit, multaque in domum familiamque ejus execranda acciderunt. Ad extremum, Abſalon filius ejus, arma impia adverſus patrem ſuſtulit, regno eum depellere cupiens. Adverſus hunc, Ioab acie conflixit, admonitus à rege, ut victo parceret. Sed ille, ſpreto imperio, parricidiales conatus ferro ultus eſt. Flebilis ea victoria fuiſſe regi traditur: tanta in eo pietas erat, ut etiam patricidæ filio ignoſci voluerit. Vix hoc bellum extinctum videbatur, aliud rurſum exortum, Sabæa quodam duce, qui peſſimum quemque

duo ſunt execranda crimina, videlicet inceſtus & fraternũ parricidium. *Druſius.* 1 Reg. XIII, XIV.

Abſalon filius.] II Reg. XV, XVI, XVII. Mirantur multi, quomodo Abſolomus tantam populi partem concitare potuerit in Regem, tantis meritis, victoriis, ac virtutibus præclarum. Sed ſciendum, fuiſſe in populo multos Sauli quondam caros, nunc non pari in honore & gratia. Multos qui Isboſethi partes ſecuti fuerant. Tum Ioabi ſuperbia, & in atroci facinore impunitas, regem onerabat. Cæteri quoque Davidis miniſtri minus populares. Davidis ipſius pauca quidem, ſed gravia in Vriam peccata. Poſt adulterium cædes, poſt cædem nuptiæ, omnes homines incertos reddiderant rerum omnibus cariſſimarũ, conjugii & vitæ. Apud fœminas quoque infame fuiſſe Bathſebæ nomen, inviſam potentiam, credibile eſt. Ad has odii cauſas acceſſit vindex Deus. *Grotius.*

Arma impia adverſus patrem.] Abſalon patrem perſequens hucuſque livoris prorupit, ut in ſeipſo deſtrueret jura naturæ. Quem enim naturaliter amare debuerat ut patrem, eum inhumane perſequebatur, ut hoſtem. *Gregor. M.*

Parricidiales conatus ferro ultus eſt.] Prælio commiſſo accidit, ut Abſalom occurreret exercitui David, vectus mulo, & cum ſubiiſſet quercum, adhæſit caput ejus quercui, & illo ſuſpenſo inter cœlum & terram, mulus, cui inſederat, pertranſivit. Quo comperto Ioab accurrens, lanceas tres in cor ejus infixit, eumque armigeri confecerunt. 1 Reg. XVIII.

Flebilis ea victoria Regi fuit.] Conſcenſa editiſſima urbis parte deflebat filium, plangens pectus & capillitium lacerans, & modis omnibus ſe affligtans ac vociferans: Fili mi, utinam mihi tecum mortem oppetere contingeret. φύσει γὰρ ὢν φιλόστοργος, πρὸς ἐκεῖνον ἔτι μᾶλλον συμπαθῶς εἶχεν. *Ioſeph.* Flebat autem David non tam præſentem Abſolomi quam æternam mortem. *Plus impius Abſalom patrem extinctus, quam rebellis afflixit.* Auguſtinus.

Aliud rurſum exortum.] Sigonius legendum opinatur, *cum aliud rurſum exortum.* Quod non improbo. *Druſius.* Cauſa diſſidii fuit invidia inter Iſraëlem & Iudam.

Sabæa.] Malim, *Sabea*, qui & Sabee in editione Romana, id eſt, Σαβεέ. Editio Lat. vulgata, *Seba filius Bochri, vir Iemineus*, id eſt, Benjamita. In Hebræo שבע, quod antiquitus Sabe legebatur, ut פרע, Phare. Vnde Potiphares. *Druſius.*

Morte

que ad arma incitaverat. Sed propere motus omnis, morte ducis repreſſus. Crebra deinde, adverſus Allophylos, David prælia, ſecundo eventu, habuit: cunctiſque bello domitis, & tam exteris quam domeſticis motibus compreſſis, florentiſſimum regnum in pace habebat. Tum eum ſubita cupido inceſſit, ad metiendas imperii vires, populum cenſere. Ita à Ioab militiæ magi-

Morte ducis repreſſus.] Qui in oppido Abel obſeſſus, & conſpiratione civium, capite truncatus eſt. Quod de muris ad obſeſſores dejectum, finem bello impoſuit. *Ioſeph.* Sic Scribonianus ſub Claudio interfectus, finem bello impoſuit.

Crebra deinde adverſus Allophylos prælia.] II Reg. XXI. Interceſſit fames graviſſima, ob iniquam Gabaonitarum cædem, quam Saul fecerat. Lyra tamen & Abulenſis putant, ideo immiſſam famem, quod David illam Saulis injuſtitiam non caſtigaſſet. Quod minus cum textu convenit. Placatus fuit Deus ſuſpendio ſeptem filiorum Saulis. Quatuor autem prælia adverſus Palæſtinos recenſentur, quæ hoc ordine contigerunt, ut author noſter, ſecutus Annales Sacros, & Ioſephum, exiſtimat. Idem Lyra, Abul. Cajet. Vatabl. Ea cæde gigantum famoſa ſunt. In iis enim cæſi ſunt Iiſchbi Nobenſis, Saph, Goliath, & alius innominabilis. Goliath hic, alius eſt ab illo cujus mentio I Reg. XVIII. & vel frater ejus, vel æmulus. Πάντων ἀνδρειότατος τῶν Παλαιστινῶν. *Ioſeph.* Bella hæc, & fames, ante rebellionem Abſolomi contigiſſe videntur Abulenſi. Qua trajectione, cum nullum ejus fundamentum ſit, opus non eſt.

Florentiſſimum regnum.] II Reg. XXII, XXIII. David perfunctus jam bellis & periculis, ᾠδὰς εἰς τὸν θεὸν καὶ ὕμνους συνετάξατο, μέτρου ποικίλου. Τοὺς μὲν γὰρ τριμέτρους τοὺς δὲ πενταμέτρους ἐποίησεν. ὄργανά τε κατασκευάσας ἐδίδαξε πρὸς αὐτὰ τοὺς Λευίτας ὑμνεῖν τὸν θεόν. *Ioſeph.*

Ad metiendas imperii vires populum cenſere.] I Reg. XXIV. Hoc *peccatum elationis* vocat Auguſtin. XX. contra Fauſt. 66. Aliud peccatum aſſignant Ioſeph. Cajetan. Abulenſ. quod in hoc cenſu neglecta fuerit lex Exod. XXX, 13. quæ jubet ut in cenſu quiſque perſolvat dimidium ſiclum. Τῶν Μωυσέως ἐντολῶν ἐκλαθόμενος, ὃς προεῖπεν, ἐὰν ἐξαριθμηθῇ τὸ πλῆθος, ὑπὲρ ἑκάστης κεφαλῆς αὐτῷ τῷ θεῷ τελεῖν ἡμίσικλον. *Ioſeph.* Erat autem non parvum peccatum, ut in tanta opulentia Deum jure ſuo velle fraudare. *Grotius.* Ergo David ambitione & faſtu, populus negligentia, non ſoluto ſiclo, peccavit. Et fruſtra *A Lapide* illum legis neglectum removere conatur, propter quem utique populus, cætera inſons, punitus eſt. Et tales cenſuræ apud Romanos frequentes. Suidas in voce ἀπογραφή. Ὁ δὲ Καῖσαρ Αὔγουστος μοναρχήσας, εἴκοσιν ἄνδρας τοὺς ἀρίστους τὸν βίον, καὶ τὸν τρόπον ἐπιλεξάμενος ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν τῶν ὑπηκόων ἐξέπεμψε, δι' ὧν ἀπογραφὰς ἐποιήσατο τῶν τε ἀνθρώπων, καὶ τῶν οὐσιῶν. Vide Frid. Spanh. Incomparab. Theologi partem ſecundam Dub. Euangel. III.

Decies centena, & trecenta civium millia dinumerata.] Annales Sacri: *Et inven-*

giſtro, decies centena & trecenta civium millia dinumerata. Hujus eum facti mox piguit, pœnituitque, veniam à Domino petens, cur in id animos extuliſſet, ut regni ſui potentiam, ex ſuorum potius multitudine, quam ex favore divino æſtimaret. Itaque miſſus ad eum angelus, trinam ei pœnam denunciat, datque arbitrium unam eligendi. Sed propoſita triennii fame, trium

inventa ſunt de Iſraël octoginta millia virorum fortium, & de Iuda, quingenta millia pugnatorum. At in 1 Paralipom. XXI, 5. *Omnis numerus Iſraël millia millia, & centum millia virorum, & quadringenta ſeptuaginta millia ex Iuda.* Varia varii afferunt, ad diverſitatem hanc conciliandam. Certum eſt cenſum, plaga divina, interruptum fuiſſe, nec omnes numeratos. Exertim tribus Benjamin & Levi excipitur. Et cum à diverſis cenſus agereiur, facile illa in numero differentia, non omnibus pariter animatis, oriti potuit. Tum duplex ἀπογραφή. Vna particularis, per ſingula oppida, & tractus. Altera generalis, qua omnium nomina in Faſtos & Annales publicos relata. Priorem ſecutus author Paralipom. alteram Regum. Tum omiſſi ab hoc proſelyti, ab altero additi eſſe potuerunt; ac tribus Iudæ interdum ſpectatur ſola, interdum cum tribu Simeon & Dan jungitur. Hæc fere *Interpr.* Grotius paucis, *octingenta millia Iſraëlis, quingenta Iudæ*, extra legiones ordinarias, quæ ſub XII. erant ducibus, ut colligas ex 1 Paralipom. XXVII, 1. Ioſephus, præter omnem neceſſitatem, iterum vatiar; ἦν δὲ τῶν ἄλλων Ἰσραηλιτῶν ἀριθμὸς ἐνενήκοντα μυριάδες, ὅπλα βαστάζειν καὶ στρατεύεσθαι δυναμένων· ἡ δὲ Ἰούδα φυλὴ, καθ' ἑαυτὴν τεσσαράκοντα μυριάδες ἦσαν.

Facti mox piguit pœnituitque.] Religio erat veteribus numerare populum, quod Davidi etiam male ceſſit. Ideo cum vellent inire numerum ejus, ſinguli dabant lapidem aut agnum, qui poſtea numerabantur, atque ita ſciebant quanto numero eſſent. *Kimchi. R. Eliezer.* Quæ tamen ineptiæ Rabbinorum ſunt. Licuit numerare populum, bello imminente, vel ob aliam neceſſatiam cauſſam. Non licuit ubi nulla facti inſolentis cauſſa. *Druſ.* ad Samuel. Ioſephus dicit Gad Prophetam alioſque Davidi oſtendiſſe quod peccaſſet. Liber Regum: *Percuſſit autem cor David eum.*

Angelum.] Prophetam Gad.

Trinam ei pœnam denunciat, datque arbitrium.] Quamcumque eligeret, numerus ille Iſraëlitis ingens, ſimulque Davidis faſtus deprimebatur. Auguſtinus XXII. contra Fauſtum 66.

Triennii fame.] שבע שנים רעב. Hebr. Et ita Ioſeph. ac vulgata. At LXX. *tres*, ut & Hebræi 1 Paral. XXI, 12. Videntur numeri hi olim per notas ſcripti, ut & apud gentes alias, & hinc facilis mutatio. *Grot.* Vel ſeptem annos pro multis Propheta Hebræorum more propoſuit: vel ſeptem à principio propoſuit, deinde ad tres deſcendit. *Menoch.* Bene autem cum hoc loco convenit illud Heſiodi:

Πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ
ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ
Τοῖσιν δ' οὐρανόθεν μέγ' ἐπήγαγε
πῆμα Κρονίων
Λιμὸν ὁμοῦ καὶ λοιμόν.

Fugam & famem deteſtatus, mortem elegit.] Id eſt, peſtem. Hoc ex LXX. hauſit

trium menſium fuga, morte tridui: fugam & famem deteſtatus, mortem elegit, momentoque temporis LXX. *millia virorum intertere. Tum David, videns Angelum, cujus dextera populus proſternebatur, veniam pre-*

hauſit Ioſephus: *Rex cogitans quod ſi famem peteret, ſui magis quam aliorum rationem habuiſſe videri poſſet, quandoquidem ipſi nihil periculi eſſet, multum frumenti in horreis habenti, illis non item. Quod ſi per tres menſes ab hoſte vinci elegiſſet, ſic quoque ſibi conſuluiſſe, qui arces & fortiſſimam circa ſe cohortem haberet: optavit malum, regnantibus æque ac regnatis commune, in quo omnibus par metus immineret, præfatus* ὅτι πολὺ κρεῖττον εἰς τὰς τοῦ θεοῦ χεῖρας ἐμπεσεῖν, ἢ τὰς τῶν πολεμίων. Sic & Theodor. Abul. Cajet. Vide & Chryſoſt. Homil. XXIX. in Epiſt. ad Rom.

Momentoque temporis.] Tridui peſtis propoſita Davidi. Multi putant eam tantum duraſſe per ſex horas, à matutino tempore uſque ad prandium ejuſdem diei. Sic LXX. Chald. Ioſephus. ἕωθεν ἕως ὥρας ἀρίστου. Sic Theodor. Ambroſ. in Pſ. XXXVII. Et in eadem haud dubie opinione Sulpicius fuit. Lyra, Rupert. Vatabl. uſque ad veſperam extendunt. Abulenſis ſimplicius per מהבקר עד עת מועד intelligit triduum. Ita & Cajetan.

LXX. *millia virorum.*] Perperam Rabbini apud Hieron. in Tradit. numerant trecenta millia. Ioſ. μυριάδες ἑπτά. In Carthaginenſium caſtris, cum Syracuſas obſiderent, brevi tempore centum hominum millia periere. *Diodor.* XIV.

Interiere.] Ἀπέθνησκον δ' οὐ μονοτρόπως, οὐδ' ὥστε ῥᾴδιον κατανοῆσαι γενέσθαι τὴν νόσον. ἀλλὰ τὸ μὲν νοσεῖν ἓν ἦν, μυρίαις δ' αὐτοὺς αἰτίαις καὶ προφάσεσιν οὐδ' ἐπινοῆσαι δυναμένοις ἀνήρπαζεν. Quidam enim repente cum vehementi dolore, & amaro cruciatu animam exhalabant: alii paulo lentiore vexati malo, ne curationem quidem ferre poterant, ſed inter officia medicorum expirabant. Alii ſubito tenebris obortis, ceu præfocati, exanimabantur. Nonnulli interim dum aliquem domeſticorum funerant, ſepultura nondum abſoluta commoriebantur. *Ioſeph.*

Tum David videns Angelum.] Ἐξέτεινε δὲ ὁ Ἄγγελος τὴν χεῖρα ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα. Ioſeph. Apparebat autem gladio armatus, in ſignum iræ divinæ, ut ex textu patet. Similia peſtilentiæ divinæ exempla recēſent Romani ſcriptores, Baronius A. C. Iↄ. XC. & Iↄ. XCIV. Procop. II. de Bello Perſico & IↄC V. IↄC LXXXIX. de qua Regino in Chronico: *Tunc viſibiliter multis apparuit, quod bonus & malus angelus noctu per civitatem pergeret, & ex juſſu boni angeli, malus angelus, qui videbatur venabulum manu ferre, quoties de venabulo oſtium domus cujuſcunque percuſiſſet, tot de eadem domo, ſequenti die, homines interirent.*

Populus proſternebatur.] Applicando corporibus aliquid peſtiferum, quod per occultiſſimos meatus vitalia corrumperet. *Abulenſis.*

Veniam precari.] Textus: *Ego ſum qui peccavi, ego inique egi. Iſti qui oves ſunt, quid fecerunt?* Simile illud Maronis:

Me me, adſum qui feci.

Neque tamen innocens plane populus, qui ſilentio ſuo factum probavit, & Deus in vitam ipſorum jus habebat pleniſſimum. Præterea, ut ait ſcriptor Chriſtianus Quæſtion. ad Orthodox. CXXXVIII. Πικροτάτη τιμωρία τῶν ἡμαρτηκότων βασιλέων ἡ τιμωρία τοῦ λαοῦ. Hieronymus: *Ajunt Hebræi Sa-*

dos

precari, ſeque vivum pro omnibus pœnæ objicere: ſe dignum exitio, quia ipſe peccaſſet. Ita averſum plebis ſupplicium: David in loco, in quo angelum viderat, aram Domino ſtatuit. Mox annis & morbo infractior, Salomonem filium ex Berſabee Vriæ uxore ſuſceptum, ſucceſſorem regni conſtituit. Is regali unguento, per Sadoc ſacerdotem, unctus, patre adhuc incolumi, rex appellatus. David, cum regnaſſet annos XL. *defunctus eſt,*

doc ſacerdotem inſulatum, Dominum, deprecatum fuiſſe, & imitatum patrem ſuum Aaron, & illius preces ac devotionem Dominum vidiſſe & miſertum fuiſſe.

Vivum pro omnibus.] Forte legendum: *Vnum pro omnibus.* Druſ. Haud dubie vera lectio. Nam frigide illud *vivum* cum *omnibus* cohæret. Vnus David omnibus opponitur, non vivus, quia & cæteri adhuc vivi. *Horn.*

In loco in quo Angelum viderat.] In arca Areunæ, alias Ornæ, Iebuſæi. Fuit is Princeps Iebuſæorum, ſive ut in Hebræo eſt מלך, Rex, amicus & familiaris Davidis, haud dubie Proſelytus factus. *Abul.* Vatablus putat fuiſſe Regem Iebuſæorum, ante captam Ieroſolymam, deinde factum Davidi tributarium. Idem vult Auguſtin. Serm. CXCVIII. de Tempore. & alii.

Aram Domino ſtatuit.] David cum animadvertiſſet ſe exauditum, decrevit totum illum locum altare univerſi populi appellare & Deo templum ibi exædificare, quam ejus vocem Deus in futurum ratam eſſe voluit. Erat autem is locus in quo olim Abrahamus filium Iſaacum ὁλοκαυτῶσαι voluit. *Ioſephus.*

Succeſſorem regni conſtituit.] III Reg. I. Ioſeph. VII, II. Exhæredato Adonia. Erat enim regnum illud, velut patrimoniale Davidi, non quidem belli jure, ſed Dei ipſius dono. Affectabat autem, Abſalomi exemplo, Adonias regnum, ſuperſtite adhuc Davide, haud dubie ſcelus auſurus in patrem fratremque, niſi id cura Bathſabes præventum fuiſſet.

Is regali unguento, per Sadoc Sacerdotem, unctus.] R. Levi Ben Gerſom ad I Reg. I. *Neceſſe non erat ut ungeretur Salomon, niſi ob adverſam Adoniæ factionem, quoniam in unctione Davidis univerſi ſucceſſores ſui, qui ex ejus erant ſemine, itidem ungebantur, quemadmodum in unctione Aharonis & filiorum ejus, ungebantur eorum poſteri univerſi in Sacerdotes, unde evenit poſtmodum ut nemo eorum neceſſario eſſet ungendus, præter Sacerdotem ſummum.* Seldenus. Quod autem hic fecit David, idem poſt eum fecit Artaxerxes, qui ad præſcindenda inter fratres certamina vivus Darium filium Regem fecit. Quod & alii imitati ſunt, inter Romanos maxime Imperatores. *Grot.*

Rex appellatus.] Ex Annalibus ſacris patet, Salomonem, patre adhuc vivo, regnare cœpiſſe. Nam mox Salomon, ut Rex, Adoniæ pepercit, eumque domum remiſit. *Ioſeph.* Παραγαγόντες εἰς τὸν οἶκον βασιλικὸν, καθίζουσιν αὐτὸν ἐπὶ τοῦ θρόνου. Idem Ambroſ. lib. III. in Lucam. Auguſt. XVII. C. D. 8. Hieron. Epiſt. CXXXII. & author noſter. Salmanticenſis, *David obiit anno mundi 3924. & tunc incœpit regnare Salomo filius ejus.* Druſ.

Cum regnaſſet annos XL.] Et ſeptem menſes. Nam ſeptem annis & ſex menſibus regnavit ſuper Iudam, deinde triginta

eſt, Salomon initio regni urbem muro circumdedit. Huic per ſoporem aſtare Dominus viſus eſt, petendi quæ vellet, tribuens optionem. Sed ille non aliud ſibi quam ſapientiam dari popoſcit, reliqua omnia parvi æſtimans. Ita ſomno excitatus, cum ante ſacrarium Domini conſtitiſſet, indultæ ſibi à Domino ſapientiæ documentum dedit. Namque duæ mulieres, una in domo diverſantes, cum eodem tempore pueros edidiſſent, atque ex his alter, poſt diem tertium, nocte obiſſet, mater defuncti ſomno alterius inſidiata, mortuum ſuum ſuppoſuit, viventem abſtulit. Inde inter eas de puero altercatio; poſtremo res ad regem delata: difficilis judi-

cii

triginta tribus annis ſuper totum Iſraëlem. Niſi dicas hos triginta tres annos non fuiſſe integros, & defuiſſe eis ſex menſes. Sic enim præciſe regnaſſet XL. annos, mortuus anno ætatis LXX. Hebræi apud Hieron. in Tradit. dicunt Davidem regnaſſe XL. annis & ſex menſibus: ſed hos menſes non computari, quod David per eos Abſalomum fugerit, vel morbo laborarit.

Defunctus eſt.] Sepelivit eum filius Salomon Hieroſolymis magnifice, præter ſolennia illa in regnum funeribus, inlatis etiam in monumentum ejus maximis divitiis, quarum magnitudinem facile eſt conjectare ex hoc quod dicemus. Nam poſt annos CCC. Hyrcanus pontifex, oppugnatus ab Antiocho, cognomine Pio, Demetrii filio, volens pecuniam ei dare, ut abducto exercitu obſidionem ſolveret, nec valens aliunde ſumere, aperta cella Davidis, & prolatis inde tribus talentorum millibus, eorumque parte Antiocho numerata, oppugnationis periculo ſe exemit, ſicut & alibi indicavimus. Ac rurſum, poſt multos annos elapſos, Herodes rex, alia cella aperta, magnam pecuniam ſuſtulit. Ad loculos tamen qui regum cineres continent, neuter eorum pervenit. Singulari enim arte ita erant ſub terram conditi, ut ab ingredientibus monumentum inveniri nequiret.

Sapientiam.] III Reg. IV. Maxime πολιτικὴν καὶ πρακτικήν. Quanquam & in Theoretica incomparabilis. Vide librum Sapientiæ, cujus author Philo Byblius, VII, 17. & Ioſephum VIII, 2. Qui addit: ἐπῳδάς τε συνταξάμενος αἷς παρηγορεῖται τὰ νοσήματα, καὶ τρόπους ἐξορκώσεων κατέλιπεν, οἷς ἐνδούμενα τὰ δαιμόνια, ὡς μηκέτ' ἐπανελθεῖν ἐκδιώκουσι. Horum exorciſmorum meminit *Origen.* tract. XXXV. in Matth. *Iuſtin.* in Dial. *Epiphan.* in hæreſi Ebionit. Sed hæc non ſapientia, verum Magia eſt. Rabbini inſuper fabulantur, Salomonem cognoviſſe garritus avium, latratus canum, cæterarumq; beſtiarum voces & ſermocinationes intellexiſſe. Quæ deliria ſunt Iudaica.

Ante ſacrarium Domini.] Arcam federis. *Druſ.*

Duæ mulieres.] III Reg. III. LXX. γυναῖκες πόρναι. Ioſephus: ἑταῖραι τὸν βίον. Extraneæ ſcilicet, non comprehenſæ lege Deut. XXIII, 17.

Perimi

cii abſolutio inter negantes, ubi teſtis deerat. Tum Salomon divinæ ſapientiæ munere, perimi puerum, corpuſque ejus dividi inter ambigentes jubet. Cumque una earum judicio acquieviſſet, alia vero cedere potius puero, quam diſcerpi eum mallet, Salomon, ex affectu fœminæ, hanc vere matrem eſſe conjectans, puerum illi adjudicavit, non ſine circumſtantium admiratione: ſiquidem latentem veritatem prudentia protuliſſet. Ita in admirationem ingenii prudentiæque ejus, reges vicinarum gentium, amicitiam ab eo, feduſque petiere, parati imperata facere. Queis opibus confiſus, templum Do-

Perimi puerum.] Non diſſimile illud Ariopharnis regis Thracum, qui de tribus, filios ſe Cimmeriorum regis dicentibus, eum pro filio habuit, qui juſſus, cadaver patris jaculis noluerat inceſſere. quæ hiſtoria eſt apud Siculum Diodorum. Item illud Galbæ, qui cum de proprietate jumēti quærererur, levibus utrinque argumentis & reſtibus, ideoque difficili conjectura veritatis, ita decrevit, ut ad locum, ubi adaquari ſolebat, duceretur capite involuto, atque ibidem revelato, ejus eſſet ad quem ſponte ſe à potu recepiſſet, narrante Suetonio. Qui & Claudii minime ſpernēdum judicium refert, qui fœminam, non agnoſcentem filium ſuum, dubia utrimque argumentorum fide, ad confeſſionem compulit, indicto matrimonio juvenis. Hæ ſunt illæ fraudes, quibus uti magiſtratum bono ſubditorum, & medicamenti vice, vult *Plato* de Republica Quinto. Inter illa ſigna quæ *εἰκότα* vocant Rhetores, validiſſimum, eſt ad matrem indagandam, *στοργή*. *Grot.*

In admirationem ingenii.] III Reg. IV. Conſcripſit volumina de abſtruſiſſimis naturæ ſecretis. Quæ omnia Dei providentia interierunt. *Abul.* Gloſſa cenſet combuſta fuiſſe à Chaldæis; Euſebius vero, & ex eo Glycas, ab Ezechia Rege. Et in monte Sion ipſe docuit, conſtituta ibi celeberrima Academia. Prov. IX, I. ab eoque doctrinam ſuam hauſere Pythagoras, Socrates, Plato, Ariſtoteles, reſte Euſebio, Ambroſio, Clem. Alex. & aliis. Addit Pſellus, eum ſcripſiſſe libros De Gemmis, & geniis evocandis. Vide Pinedam.

Reges vicini.] Vt Tyrius, quem Eupolemus apud Euſeb. IX. *πρὸπ.* 4. Suronem vocat; & Regina Sabæ, quæ Cedreno Nicanna, Annalibus Æthiopum Makeda dicitur. Saba autem regioni Iemen particula eſt, cujus metropolis Marab, Straboni Mariaba. Hinc fuit regina quæ Salomonem viſitatum venit, quam Arabes Bulkin vocant, & palatii rudera, quod in urbe Marab incoluit, hodieque oſtenduntur. Æthiopes quoque ſibi eam vendicant; & utriſque favet, quod in Euangelio Regina Auſtri dicitur, ad quam plagam à Palæſtina vergunt ambo. Sed Arabum fuit; quia ibi thus, non in Æthiopia. *Golius.*

Templum Domino.] In monte Sion, qui tres colles complectebatur. Vnus peculiariter Sion, alter Moria, tertius Acra dictus. Ioſeph. V. *ἁλώσ.* In uno civitas David, in altero arx, in tertio templum fuit. Nihil rerum Iudaicarum pul-

Domino immenſi operis facere aggreſſus, paratis per triennium impendiis, quarto fere imperii anno, primum fundamentum jecit: à profectione Hebræorum ex Ægypto, anno fere octavo & octogeſimo &

pulcrius, magnificentiuſque fuit, nec quod magis celebratum monumentis omnium ſit, quam illud immenſæ opulentiæ templum, quod in urbe Ieroſolyma extructum, dedicatumque à Salomone eſt. Ejus deſcriptio luculenta apud Flavium Ioſephum extat in octavo Antiquitatum libro. Quare nos, quæ de magnitudine, deque arte & modo operis dici poſſunt, non exequemur. Vtique, quod hujus ædis interius ſacrarium auro magni ponderis obductum erat, quodque vaſa innumera ex puro puto auro conflata ſunt, non regis effuſa quædam liberalitas in ſumma opum affluentia videri debet, ſed juſſus edictumque numinis fuit. Templi admiranda moles urbem ex alto deſpectavit. Poſita enim in montis crepidine fuit, cujus ſpatium rex Salomo ampliavit, aggeſta in profundiſſimam vallem humo, ad altitudinem quadringentorum circiter cubitorum. Conſummata autem tanti operis conſtructio intra ſeptem annos eſt. Quod pene incredibile dixeris. Sane tardior in ædificando Græcia fuit, quæ Dianæ Epheſiæ templum ducenteſimo & viceſimo anno vix abſolverat, etſi adjuta totius Aſiæ opibus eſt. Sed cœpti difficultas ex natura loci fuit. Quippe condi eam ædem in paluſtri ſolo placuit, ne terræmotibus quateretur. Vaniſſimum eſt, & exibilari debet, quod Rabbi Eliezer in capitulis ſuis, ex communi Iudæorum opinione prodidit, montem, in quo ædes Ieroſolymitana ſtetit, hunc ipſum eſſe, in quo primus hominum parens Adamus ſacra fecit: atque ibidem mox Abelum, Cainumque munera ſua numini obtuliſſe. Rurſus vero & Noachum illic altare poſuiſſe, cum ex arca egrederetur: & Abramum cœleſtibus monitis huc profectum fuiſſe, uti filium mactaret. Ejuſdem generis eſt, quod in Bereſchit Rabba, in Paſuk ויצר, & in Thalmudis Hieroſolymitani tractatu, qui נזיר inſcriptus eſt, in capite XXIII. legitur, Adamum ex pulvere illius montis eſſe conditum, atque recte dictum à ſapientibus veteri verbo eſſe, שנברא ממקום כפרתו, *creationem ejus in illo loco contigiſſe, ubi peracta ejus expiatio eſt.* Nemo noſtrum tam bardus eſt, qui hæc credat. *Cunæus.* De monte Moria, vide Fullerum II. Miſcel. XIV.

Paratis per triennium impendiis.] III Reg. V. Maxime adjutus fuit fidiſſima Hiromi opera, qui eſt ille Eupolemi Suron. Ab eo cedros de monte Libano, ad ſtructuram, accepit. Illius autem filiam nupſiſſe, aſſerit Tatianus. A Ioſepho I contra Apionem, & VIII. Ant. 2. vocatur εἵρωμος Ἀβιβάλου υἱός.

Quarto fere imperii anno.] Salmanticenſis: *Quarto anno regni ſui cœpit ædificare templum, videlicet anno Mundi* III IↃCCC XXVIII. *in quo completi ſunt anni* CCCC LXXX. exitus ex Ægypto. Nam anno CCCC XLVIII. egreſſi ſunt.

Anno fere octavo & octogeſimo & quingenteſimo.] Apud Ioſephum Rufini, *anno quingenteſimo ſecundo.* Sed in exemplari Græco, πεντακόσια καὶ ἐνενήκοντα δύο, quingenteſimo nonageſimo ſecundo. *Druſ.* Annus jactorum fundamentorum templi, eſt annui CCCCLXXX. exactus ab exitu ex Ægypto I Reg. VI. Eſt igitur annus mundi II IↃCCC XXXIII. Cœptum opus die ſecundo menſis ſecundi. II Paral. III. 2. qui nobis incidit in ſextum diem Maji, feriam ſecundam. Noluit Salomon incipere opus die primo menſis, quia omnis

N

& quingenteſimo. Licet libro regnorum III. CCCC.XL. *fuiſſe referantur: quod nequaquam convenit. Siquidem per ſeriem ſuperius comprehenſam facilius fuerit, ut minus fortaſſis annorum, quam amplius, annotarim. Sed non dubito, librariorum potius negligentia,* *præ-*

mnis Neomenia ſacra. *Calviſius.*

CCCC XL.] III Reg. VI, I. Ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ καὶ τετρακοσιοστῷ ἔτει τῆς ἐξόδου υἱῶν Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου. Sic editio Romana. In Complutenſi eſt ἐν τῷ ὀγδοηκοστῷ, id eſt, octogeſimo. Sic veritas Ebraica. Autor Seder Olam non diſſentit. Salmanticenſis Iudæus, *Anno quarto regni ſui cœpit Salomo extruere templum, ann. mundi 3928. quo tempore finiunt ann. 480. egreſſionis ex Ægypto Nam anno 448. egreſſi ſunt.* Druſ.

Quod nequaquam convenit.] Imo convenit optime. Nam anno altero Iephthe habitaverant Iſraëlitæ in oppido Heſebon ann. 300. Ab eo anno uſque ad quartum Salomonis numerantur anni 140. His adde 40. quibus vagati ſunt per deſertum, habes annos 480. *Druſ.* Mira enimvero veterum audacia fuit, qui corrupta innixi annorum priorum ſupputatione, hæc clariſſima S. Scripturæ de CCCC LXXX. annis verba, erroris inſimulare auſi ſunt. Vnde illa inter ipſos opinionum diſcrepantia. Ioſephus numerat annos IↃ XCII. (ſic enim in eo legendum) Beda CCCC XC. Theophilus IↃC II. Cedrenus IↃCLXXII. Philaſtrius IↃCC XIII. Contra Hebræi, LXX. Complut. & Regii. Chaldæa & Latina verſio conſtanter CCCCLXXX. Nam quod LXX. Roman. habent tantum annos CCCC XL, id propterea fit, quia XL. annos in deſerto exactos, non annumeranr. Ioſephus ait fabricatum fuiſſe templum anno XII. Hirami, indeque numerat CXLIII. annos uſque ad ædificationem Carthaginis, per Didonem factam. Cæterum hic locum habet Plutarchi obſervatio in Solone: Οὔ μοι δοκῶ ἁμαρτήσεσθαι, χρονικοῖς τοῖς λεγομένοις κανόσιν. Οὓς μυρίοι διορθοῦντες ἄχρι σήμερον, εἰς οὐδὲν αὐτοῖς ὁμολογούμενον δύνανται καταστῆσαι τὰς ἀντιλογίας.

Librariorum potius negligentia.] Non extendendum Sulpicii effatum ad Hebraicos Scripturæ libros. De Latinis & Græcis loquitur. Hebraica an unquam viderit, ex hoc certe opuſculo ejus colligi nequit. Et tamen vitiari etiam Hebraici libri potuiſſent, idque contigiſſet in tanta rerum Iudaicarum confuſione, niſi Deus Maſorethas excitaſſet, ac incomparabili Iudæorum diligentia uſus eſſet. *Horn.* Quinam ſunt enim illi, qui nobis Biblica volumina ſarta tecta ſervavere, niſi Iudæi? Quot menda ſcriptionis in ſacrum codicem irrepſiſſent, ſi illius cuſtodia ſolis Lactantiis, Auguſtinis, Gregoriis, Chryſoſtomis, viris ſanctiſſimis, ſed imperitis Hebraiſmi, mandata fuiſſet? Inter Græcos omnes Latinoſque, qui veterem Eccleſiam rexere, unus Origenes cum Hieronymo Hebraice ſcivit. Et ferme nimium dixi. Cæteri nec elementa quidem didicerant. Quare, ſi quid collapſum incuria librariorum eſſet, non tali auxilio, nec defenſoribus iſtis, tempora tunc egebant. At Iudæis unum ſtudium, unaque omnibus cura fuit, libros Moſis, vatumque, & ea quæ Hagiographa appellantur, à temporum injuriis vindicare. Hæc laus eorum propria eſt. Nulla alia gens in illius gloriæ ſocietatem ſe offert. In libro Iuchaſin, quem ſcripſit Rabbi Abraham Salmanticenſis, admodum illuſtris eſt locus, ex quo diſcimus, omnia Biblica exem-

præſertim tot jam ſeculis intercedentibus, veritatem fuiſſe corruptam, quam ut propheta erraverit. Sicut in hoc ipſo noſtri opuſculo futurum credimus, ut deſcribentium incuria, quæ non incurioſe à nobis ſunt digeſta, vitientur. Igitur Salomon, cœptum templi opus, vigeſimo anno explicuit. Celebrato deinde ibidem ſacri-fi-

exemplaria fuiſſe emendata ad quendam venerandæ antiquitatis codicem, quem ſua manu olim conſcripſerat Rabbi Hillel, ſummus Iudæorum præſul, qui Babylone in Syriam venerat ſexaginta annis antequam Deus dominuſque noſter Chriſtus naſceretur. Equidem ego, quoties Maſoritarum indefeſſam diligentiam conſidero, pene obſtupeſco. Omneis enim Hebræi codicis parteis accurate recognitas & collatas, notis quibuſdam impreſſis obſignaverunt. Id factum eſt poſt templi ſecundi excidium anno plus minus quadringenteſimo triceſimo & ſexto. Obſervatum ab illis eſt, non modo quot commata & verba, ſed etiam quot literas continerent libri ſinguli. Quare, quod poſtea, cum ſumma barbaries orbi incubuiſſet, nullus apex de præſtantiſſimo illo ſcripto perierit, illorum beneficium eſt. Non ſine cauſa illud à Rabbinis eſt dictum, המסרה סיג לתורה, *Maſora eſt velut paries & ſepimentum legis.* Cunæus.

In hoc ipſo noſtro opuſculo.] Nimis verus vates Sulpicius fuit. Neque enim quicquam apud eum numeris eſt vitioſius. *Sigon.*

Templi opus.] Cujus deſcriptionem vide in Scriptura & apud Ioſeph. lib. VIII.

Vigeſimo anno.] Non videtur recte expreſſiſſe ſententiam Scripturæ Sulpicius. Nam cap. VI. III Reg. ſcriptum eſt, *Domum Domini anno quarto fundatam, undecimo perfectam eſſe:* idque opus ſeptennio conſummatum. Et cap. VIII. Salomonem domum ſuam ædificaſſe ac abſolviſſe annis tredecim. Hic vero utrumque ſpatium ad templi ædificationem accommodavit ac XX. effecit. *Sigon.* Μετὰ τὴν τοῦ ναοῦ κατασκευὴν, ἔτεσιν ἑπτὰ γενομένην, τὴν τῶν βασιλειῶν οἰκοδομίαν κατεβάλετο, ἣν ἔτεσι τρισὶ καὶ δέκα μόλις ἀπήρτισεν. *Ioſeph.*

Explicuit.] Abſolvit, ut infra, *nihil territus cœpta explicuit.* Druſ. Certum eſt in ſtructura templi nullum fabrile inſtrumentum adhibitum. 1 Reg. VI, 7. Ideo ad miracula recurrunt orientales. Muhammed Surata XXI. opera Dæmoniorum ſtructum vult. Iudæi auxilio cujuſdam vermiculi nomine Schamir, ex Paradiſo allati, quo etiam Moſen uſum volunt, cum gemmis inſculperet nomina filiorum Iſraël. Nam eum omnia, etiam duriſſima, perterebrare. Plura de his nugis vide apud Schickardum in Tarich.

Celebrato deinde ibidem ſacrificio.] III Reg. VIII. In encæniis, quæ fuerunt ſolennitas anniverſaria, in dedicatione templi adhibita. Quatuor autem templi Hieroſolymitani dedicationes, diverſis anni temporibus, obſervatæ ſunt. Prima fuit Salomonis, menſe ſeptimo. Secunda fuit templi ſecundi, menſe Adar, de qua Eſdræ VI. Tertia fuit dedicatio, non templi, ſed altaris, à Maccabæo Iuda inſtaurati, menſe nono, id eſt, Novembri. Quarta fuit dedicatio templi ab Herode conſtructi. Ioſeph. XV. *Sigon.* III Reg. Hebr. XVI. Obtulit Salomo in hac dedicatione, boum millia viginti, & ovium centum viginti millia. Nam ingens victimarum numerus in eo templo immolari

 potuit,

ficio, dictaque oratione, qua populum templumque benedixit, Dominus ad eum locutus eſt, denuncians fore, ſi quando peccaſſent, ac Dominum reliquiſſent, templum illud ſolo æquandum. Quod jampridem impletum videmus, & mox connexum rerum ordinem exponemus. Interea Salomon, florens opibus, omnium qui unquam fuerant regum ditiſſimus, quique ſemper ordo rerum eſt, ab opibus in luxum & vitia delapſus, cum adverſum interdictum Dei, ex alienigenis, conjugia ſumpſiſſet, etiam ſeptingentas uxores, & trecentas con-

potuit. Notat Ioſephus VI. ἁλώς.45. uno die Paſchatis, ducenties quinquagies quinquies millena, & ſexcenta animalia immolata fuiſſe. Durante ſacrificio cantores accinebant. Et fabulantur Rabbini, portas templi eo tempore ſponte fuiſſe clauſas; & cum cantaretur Pſalmus CXXXI. ſponte recluſas.

Dominus ad eum locutus eſt.] III Reg. cap. IX.

Florens opibus.] Quas magnam partem, duplici claſſe, ex Tharſis & Ophir attulit. Pro אופיר & LXX. & Ioſephus legerunt סופיר. Vbi vero dicemus hanc fuiſſe terram, an ad dextram egredientibus mare rubrum, id eſt, in Africa, an ad ſiniſtram, id eſt, in Aſia? In Aſiam, & quidem eam partem Indiæ, quæ aurea dicitur, nos ducunt, & Ioſephus, & Hieronymus, & Luſitani earum terrarum peritiſſimi. Cogitemus tamen an forte non in Indiam uſque iverint naves Phœniſſæ & Iudaicæ, ſed ad oppidum adſitum Arabico ſinui, qua is ad Oceanum ſpectat, quod Aphar vocat Arrianus, Plinius Saphar, Ptolemæus Sapphara, Stephanus Saphirinam, ut Indi nempe ſuas res huc tulerint; inde autem petierint longius ab India abſiti. *Grot.* Sed de Ophir & Tharſis vide Pinedam, Purchaſium, & alios. Claſſis Tharſiſia omnino per mediterraneum mare in Americam veniſſe videtur, de quo alias.

Omnium qui unquam fuerant Regum ditiſſimus.] De immenſis ejus divitiis, vide Pinedam IV. de Salomone 19. Vilalpand. Tomo II. l. V, 44. uſque ad cap. 54. ubi docet Salomonis opes majores fuiſſe, quam Imperatorum Aſſyriorum, Babyloniorum, Medorum, Græcorum, Romanorum, cæterorumque omnium.

In luxum & vitia delapſus.] Vide Syriacidem cap. XLVII. & Eccleſiaſten, ubi ipſe luxum ſuum ac vitia, graphice depingit, & lamentabiliter deplorat.

Adverſus interdictum Dei ex alienigenis.] III Reg. XI. Contra Legem Exod. XXXIV. ℣ſ. 16. Quæ tantum loquitur de Chananæis. Aliarum gentilium conjugia, ſiquidem ſponſa prius Idololatriam abjuraret, & ad verum Deum converteretur, non interdicta fuerunt. *Abul.* Præcipua uxorum, ſive Auguſta, fuit filia Pharaonis. Qui tum fuit Seſoſtris, juxta Calviſium. De cujus incredibili expeditione Herodot. II. Diod. I. Eupolemus apud Euſebium IX. προπ. Vaphren vocat, qui alius ab eo cujus meminit Ier. XLIV, 30. Porro hæc ad Iudaiſmum converſa videtur Abulenſi, Pinedæ, aliis.

Etiam ſeptingentas uxores & trecentas concubinas.] Duplex ergo crimen commiſit: primum, quod multas ingenti numero, barbarico more, contra interdictum

concubinas haberet, idola eis ritu gentium ſuarum, quibus litarent, conſtituit. Quibus rebus averſus Dominus, graviter increpito, pœnam denunciavit, fore ut regnum ex parte majore ademptum filio, ſervo illius traderetur. Idque ita accidit. Defuncto Salomone, anno imperii quadrageſimo, cum Roboam filius anno ætatis ſexto & decimo regnum patrium tenere cœpiſſet, pars populi ab eo offenſa diſcedit. Etenim cum laxari ſibi ſtipendium popoſciſſet, quod Salomon graviſſimum impoſuerat, repudiatis precibus ſupplicum favorem uni-

dictum Deut. XVII, 17. Deinde, quod Sidonias, id eſt, Cananæas, & Hethæas duxit cōtra interdictū Deut. VII, 3. *Grot.*

Idola eis, ritu gentium ſuarum, quibus litarent, conſtituit.] Annales ſacri: *depravatum eſt cor ejus per mulieres, ut ſequeretur Deos alienos.* Vnde patet non permiſſam tantum à Salomone Idololatriam, ſed etiam exercitam. *Iren.* IV, 45. *Iuſtin.* Dial. contra Tryph. *Tertull.* V. Contra Marcion. *Baſil.* Epiſt. ad Chelid. Auguſt. XIV. C. D. II. & XI. de Geneſi ad lib. 42. Idola quæ coluit, fuerunt Aſtarte Dea Sidoniorum, & Moloch Ammonitatum. עשתרות gregem ſignificat. Vnde aliqui Rabbinorum cenſent, ſimulacrum ejus fuiſſe ovis figura; alii oves illi immolatas. Fuit filia Agenoris à Iove Cretenſi rapta. Hinc in ſolatium patris, hæc ſacra inſtituta. *Lucian.* de Dea Syria. Voſſius: quem & de Moloch vide II. de Idol. V. Magiam quoque exercuit, ut præter Ioſephum, Targum, & Iudæi omnes communiter tradunt, ac Aloranus Surat. II. & alibi. Innumeræ Iudæorum & Muhammedanorum de Salomone fabulæ ſunt.

Regnum ex parte majore ademtum filio.] Tribus undecim. Facta etiam ſuperſtite adhuc Salomone, Damaſcenorum defectio. Quippe Rezon fugitivus, Damaſci regnum invaſit, quod poſtea totam Syriam complexum eſt, & grave Iſraëlitis fuit. Hadad Idumæam occupavit. *Ioſeph.*

Anno imperii quadrageſimo.] Ætatis circiter LX. *Lyra. Abulenſ.* A Templo condito XXXVII. à natali Abrahæ CIↃ-XXI. Davidis CX. Hinc ad Romam conditam CCL. regnum Alexandri Magni IↃCLXVI. Conceptum Chriſtum CIↃ. excidium Hieroſol. CIↃLXX. *Bucholc.* Ioſephus ei vitæ annos XCIV. regni LXXX. attribuit. Quod nimium eſt. Narrant Zonaras & Cedrenus, ejus ſepulcrum ſub Hadriano Imper. concidiſſe, eamque rem motus & tumultus Iudaicos portendiſſe. Sic & Dio in Hadriano LXIX. *Id eis*, inquit, *antequam bellum gereretur, fuerat denunciatum ex eo, quod monumentum Salomonis, quem illi ſumma reverentia colunt, ſua ſponte diviſum corruerat.* Figuram & formam Salomonis ex Cant. V, 10. collegit Pineda VI, 4. & ex eo Salianus.

Laxari ſibi ſtipendium.] I Reg. XII. Ioſeph. VIII, 3. Salomon immane populo tributum impoſuerat. Ejus levamentum poſcit populus ſub novo Rege, nec impetrat. Quippe ab aſſentatoribus corruptus, duriora minabatur. Tacitus: *Adulatio perpetuum malum principum, quorum opus ſæpius aſſentatio quam hoſtis evertit.*

Favorem univerſæ plebis.] Fuit Ro-

boam

univerſæ plebis averterat. Itaque conſenſu omnium, imperium ad Ieroboam defertur. Is medio genere ortus, aliquandiu Salomoni ſervitutem pependerat. Sed cum ei, reſponſo Achaiæ prophetæ, regnum Hebræorum annunciatum comperiſſet, necare eum clam deſtinaverat. Quo ille metu in Ægyptum confugit, ibique uxore accepta, ex ſtirpe regia, cognita demum Salomonis morte, in ſolum patrium regreſſus, voluntate po-

boam quale apud Romanos fuit Appii Claudii, quem perpelli nunquam quiſſe, ait Livius, ut apud populum ex conſueta aſperitate orationis aliquid leniret atque ſubmitteret. Quæritur, an damnatus Salomon? Ita cenſent Tertull. de præſcript. II. Cyprian. Epiſt. VII. Auguſtin. XVII. C. D. 8, 20. Chryſoſtom. Serm. de Pœnitentia. Bena in III Regum. Lyra. Abul. & alii. Contra ſunt Rabbini veteres, & ex iis Hieron. Gregorius Thaumaturgus, Rupertus, Pineda, & alii qui aſſerunt eum poſt lapſum ſcripſiſſe Eccleſiaſten, & reſipuiſſe. Vide Pinedam VIII. de Rebus Salomonis. I. Et hæc ſententia communis doctorum orthodoxorum hodie eſt.

Conſenſu omnium.] Πληγέντες ὑπὸ τῶν λόγων, ὡς ὑπὸ σιδήρου καὶ ἀλγήσαντες, ὡς ἐπὶ πείρᾳ, τοῖς εἰρημένοις ἠγανάκτησαν. *Ioſeph.*

Ieroboam.] Γενναῖος καὶ τολμηρὸς, φύσει θερμὸς ὢν, καὶ μεγάλων ἐπιθυμητὴς πραγμάτων. *Ioſeph.*

In Aegyptum confugit.] Vbi tum regnabat Suſakim & Semendis. Ergo *conſequens eſt, ut aut Suſakim & Semendis ſit unus itemque Rex* διώνυμος, *aut duos Reges eodem tempore in diverſis Aegypti partibus regnaſſe, quod olim ſæpe contigiſſe, patet ex priore libro Euſebii.* Scaliger. Nec enim primitus, per Ægyptum univerſum. Rex unus tenuit imperium, ſed varii fuere reguli, alii aliis majores. Ita initio imperarunt ſimul tum Thinitæ, tum Memphitæ, tum Elephantini. Multæ autem Dynaſtiæ non ſucceſſivæ fuerunt, ſed collaterales. Manetho igitur optima quidem fide deſcripſit Dynaſtias, ſed in eo peccavit quod annos implicitos & explicitos non diſtinxerit. Suſakijm LXX. eſt ille Seſak vel Soſonchis, qui ſub Roboamo templum Hieroſolymitanum ſpoliavit, & in Syria Palæſtinæ monumenta erexit, cum mulieris genitali, quæ ſe vidiſſe Herodotus teſtatur. *Voßius.* Vide Ioſephum VIII. 4.

Ibique uxore accepta.] Hoc de Hadad Idumæo Scriptura prodidit. Vide III Reg. 11, 19. *Druſ.*

In ſolum patrium regreſſus.] Μετὰ τὴν τοῦ Σολομῶνος τελευτὴν, πέμψαντες εὐθὺς εἰς τὴν Αἴγυπτον οἱ τῶν ὄχλων ἄρχοντες, ἐκάλουν τὸν Ἱεροβόαμον. *Ioſeph.*

Voluntate populi.] Gentis Hebrææ unitas, & pulcherrimi imperii contextus in duas partes diſſiluit, Hieroboami, hominis gnaviſſimi acerrimique, artibus, qui, quod apud Ariſtotelem Theſſalus ille ait, eſurire ſibi viſus fuit, ni imperitaret. Is, cum in bello tribui Ioſephi præeſſet, atque à vate adductus in ſpem regni eſſet, ratus, id quod res eſt, principatum fato dari, animum vaſtum cupidumque ad obtinendam dominationem flexit. Iam primum fidem militum ſolicitavit, eorumque ſtudia à Salomone avertere ad ſe conatus eſt. Sed

cum

populi, ut ſupra retulimus, ſumpſit imperium. Penes Roboam tamen duæ tribus, Iudæ & Benjamin, reſederant:

cum palam eſſe id conſilium intellexerat, ſupplicium ut vitaret, in Ægypto delituit. Mox defuncto Salomone, in patriam reverſus, opportunos magnis conatibus reperit tranſitus rerum. Ibi tributorum onera, exactionumque iniquitatem obtentui ſumpſit ad commovendam plebem, omniaque late turbavit, & maximarum calamitatum, quæ Palæſtinam mox invaſere, autor fuit. Enimvero, eſt hoc ita natura comparatum, nullius ut magnæ civitatis diu eodem loco ſtet fortuna. Pervenerat tunc ad ſummum felicitatis Hebræa reſpublica. Tutæ tranquillæque res omnes, adfluentia opum incredibilis, reges principeſque in vicino, atque etiam procul, amici erant. Neque jam ultra fuit, quo exurgeret ejus magnitudo. Quare, incrementis conſumptis, reſtabat uti fati lege decreſceret, iretque in pejus. Etenim, defuncto Salomone, etſi hoſtem foris non habebat, domi tamen reperit. Exortus eſt is, quem dixi, Hieroboamus, inquietiſſimus mortalis, qui tentatum ſemel infeliciter facinus, mox meliore ſucceſſu perfecit. Concione enim convocata, ſtatum publicum, temporumque conditionem, & principis acta incuſavit apud plebem, cui ineſſe ſemper malignum quiddam & querulum in imperantes ſciret. Ipſe interim libertatem, & alia id genus ſpecioſa nomina prætexuit, cum nihil, niſi alienum ſervitium, & dominationem ſibi, concupiſceret. Ibi magna populi pars, quod fieri ſolet, violentis his vocibus inflammata, deteriori acceſſit; ſeditioneſque & motus civiles extitere, quibus interire ferme aut mutari vetuſtiſſima regna, atque maximæ reſpublicæ ſolent. *Cunæus.*

Sumſit imperium.] Atque hæc illa fatalis regni Iſraëlitici in duas partes diſtractio, quæ nunquam impoſterum coaluerunt. Vnum regnum Iudæ fuit, alterum Iſraëlis, vel XI. tribuum, quod à potiore tribu, & quia de eo oriundus erat Ieroboam, Ephraimi frequenter dicitur. *Horn.* Duravit regnum Iſraël annis CCLXII. ſub XIX Regibus. Iudæ ſub XX Regibus annis CCC XCV. *Bucholc.*

Duæ tribus, Iudæ & Benjamin.] Quippe tribus Iuda eum non deſeruit propter ſanguinis conjunctionem: tribus autem Benjamin, quia ipſi tribui Iudæ juncta erat. *Sigon.* Atque hinc incipit ſceptrum Iudæ. Quorum reſpublica eſt, eorum & ſceptrum dici debet. Reſpublica autem Hebræa à Moſis ſeculo ad uſque Roboami regnum, non Iudæorum, ſed duodecim tribuum fuit. Ex quo efficitur, etiam ſceptrum per ea tempora omnium fuiſſe Iſraëlitarum. Cæterum de hoc ſceptro, quod diu commune duodecim tribuum fuit, non locutus eſt divinus Patriarcha in celeberrimo oraculo. Seros enim annos, & ventura ſpectavit ſecula, cum tribus Iudæ, ſciſſo in contrarias partes populo, ſuam ſibi rempublicam habere ſeorſim ab Iſraëlitis cœpit, quam probavit dilexitque Deus, atque appellari de ſolo Iudæ nomine Iudaicam voluit, donec is mortalium datus cœtibus eſſet, cui imperium deſtinabatur non Iudæorum modo, ſed gentium omnium. Atque hanc quidem ſceptri majeſtatem, ex quo tempore ſemel eſſe Iudæorum cœpit, manſiſſe eorundem dicimus, etſi mutatus interdum reipublicæ ſtatus ſit, ac penes optimates modo pontificeſque, modo penes reges principeſque, ſumma fuerit imperii. Nimis inepte faciunt, qui hic in arctum diſſiliunt, & nominis hujus honorem haud pertinere niſi ad reges autumant. Quicunque enim populus ſua quadam republica, ſuiſque legibus utitur, is recte gloriari de imperio, deque ſceptro poteſt. Memoriæ proditum eſt, Ieroſolymæ,

rant : ex his ad trecenta millia paravit exercitum. Qumque acies promoverentur, verbis Dei populus admonetur, prælio abſtineret, ex ſuo nutu Ieroboam regnum accepiſſe. Ita ſpreto regis imperio, exercitus dilapſus, Ieroboam imperium invaluerat. Sed cum Hieroſolymam Roboam obtineret, ubi templo a Salomone facto populus ſacrificare Domino conſueverat, veritus Hieroboam, ne ab eo plebem religio averteret, ſtatuit animos ejus ſuperſtitione occupare. Itaque vaccam au-

mæ, etiam eo tempore eum populum non principes, ſed optimates regerent, in medio magni concilii, quod Sanhedrin vocant, ſceptrum pependiſſe. quæ res fuit profecto quoddam inſigne illius majeſtatis, quam Marcus Tullius *eſſe magnitudinem quandam populi* ait *in ejus poteſtate ac jure retinendo, quæ vertitur in imperio atque omni populi dignitate.* Vide & eundem 1. de Repub. Hebræor. VIII. Non enim reſpublica, non imperium de Iudæ nomine dici cœpit, niſi poſtquam ſeceſſionem major Iſraëlitarum pars feciſſet Hieroboami auſpiciis, qui ſtatim Samariæ regnum ſibi munivit ceremoniarum atque religionum mutatione.

Ad trecenta millia paravit exercitum.] Legendum, *ad ducenta millia.* Nam erant centum octoginta millia. Quamvis in editione Romana ἑκατὸν καὶ εἴκοσι. III Reg. XII, 29. *Druſ.* Opinor Sulpicium CC. ſcripſiſſe, numero rotundo, addito *ad*, ſed ex notis CC. errorem manaſſe, & CCC. facta eſſe. *Sigon.*

Prælio abſtineret.] Delectu CLXXX. millium habito, conaturus erat reliquas decem tribus vi ad officium retrahere, niſi Deus per Prophetam interceſſiſſet, admonens nefas eſſe civile bellum movere, præſertim cum Deo volente populus ab eo defeciſſet. *Ioſeph.* Propheta ille fuit Semeja.

Veritus Hieroboam.] Philo: αἴτιον τῆς ὁμονοίας τὸ ἀνώτατον καὶ μέγιστον, ἡ περὶ τοῦ ἑνὸς θεοῦ δόξα, ἀφ' ἧς οἷα πηγῆς ἑνωτικὴ καὶ ἀδιάλυτος φιλία κέχρηται πρὸς ἀλλήλους. Tum vero potior videbatur cauſſa templum poſſidentis, & Rex ejus portionis, venientes ad ſe religionis occaſione, multis modis devincire poterat. *Grotius.*

Statuit animos ejus ſuperſtitione occupare.] Orationem ejus ad populum vide apud Ioſephum. Præcipue id egit, ut impium illud myſterium ſuis inculcaret, poſſe Deum alibi quam Hieroſolymis coli. *Horn.*

Vaccam auream.] Quam hic vaccam dicit, alii vitulum, alii bovem vocant. Vacca enim dicitur 1 Tob. 1. ℣ſ. 5. τῇ Βάαλ τῇ δαμάλει, id eſt, vaccæ. Lex. Græco-Latin. vetus δάμαλις, *bucula, juvenca, vacca.* Sed & vocem עגלות, quam nunc vitulas reddunt, interpres vetus vaccas expoſuit. Hoſ. x. 5. In LXX. quoque עגלות, δάμαλις, ibid. ℣ſ. 11. Vituli vox uſitatior eſt. Sed Hoſ. XIII, 2. עגלים vitulos, Ionathan convertit תוריא boves. Si עגל eſt bos, quis culpet Sulpicium עגלה vaccam reddentí? *Druſ.* Δαμάλεις χρυσᾶς ἐπωνύμους θεῷ. *Ioſ.* Volebat Deum coli in ea figura, quæ Ioſepho, unde ortus erat Ieroboamus, dicata olim fuerat, & quæ in Cherubinis partem faciebat præcipuam; ut vel illo aſpectu populus retinere-

auream in Bethel, alteram apud Dan conſtituit, quibus populus litaret: ſacerdoteſque, omiſſa Levi tribu, ex plebe inſtituit. Inviſum Domino flagitium expoſtulatio conſecuta. Crebra deinde inter reges prælia, dubio eventu, regnum obtinebant. Roboam ſeptimo & deci-

neretur in veneratione poſteritatis Ioſephi, faciliuſque crederet eis regnum deberi, qui orti eſſent ab eo, cujus maxima in omnes Iſraëlitas fuerant beneficia. Sic Iulia Æneæ laudes per omnes Poëtas cani voluit, ut eo lenius ferret populus imperium illud, velut fatis datum. Sic ſolent principes, etiam ſacra, ad ſuas utilitates torquere. Non debuerat autem Ieroboamus decurrere ad ejuſmodi vaframenta: ſed Deo, qui regnandi ipſi auctor erat, confidere, & facere quod fuerat officii. At ille non in eo contentus peccare, quod exſtantem imaginem erexiſſet contra legem, quodque apud eam ſacra feciſſet, plura pro uno fecit templa, & ſacerdotes, non ex familia quam Deus elegerat. *Grotius.* Hieroboam vitulos aureos fabricatus eſt, ut quod in Ægypto didicerant, Ἄπιν καὶ Μνεῦιν, qui ſub figura boum colebantur, eſſe Deos, hoc in ſua ſuperſtitione ſervarent. *Hieronymus* in Hoſ. Vide & Fullerum II Miſcell. VII. Voſſium I de Idol. III.

In Bethel, alteram in Dan.] Verba ejus fuerunt, ἄνδρες ὁμόφυλοι, γινώσκειν ὑμᾶς νομίζω τοῦτο, ὅτι πᾶς τόπος ἔχει τὸν θεὸν, καὶ οὐκ ἔστιν ἓν ἀποδεδειγμένον χωρίον ἐν ᾧ πάρεστιν, ἀλλὰ πανταχοῦ τε ἀκούει, καὶ τοὺς θρησκεύοντας ἐφορᾷ. *Ioſeph.* Poſuit igitur Idola in duobus extremis regni ſui limitibus. Bethel interdum tribui Benjamin, interdum Ephraimis aſſignatur, quod in confinio utriuſque ſita eſſet. *Adrichom.* Et credibile eſt Ieroboamum allegaſſe loci hujus ſanctitatem, quod de eo Iacob dixerit, *Vere Dominus eſt in loco iſto.* Bucholc. Videtur autem hoc oppidum tribus Benjamin, adhæſiſſe Ieroboamo. *A Lapide.*

Omiſſa Levi tribu.] Non quod nulli omnino Levitæ adhæſerint Ieroboamo, ſed quod admodum pauci, cæteris omnibus ad Roboamum migrantibus. Ezech. XLIV, ℣ſ. 10. II Paralip. XI. 15.

Ex plebe.] Ex plebe infima, pro quo III Reg. XII, 31. *de extremis populi.* & in LXX. μέρος τι ἐκ τοῦ λαοῦ, partem aliquam è populo. *Druſius.*

Expoſtulatio conſecuta.] III Reg. XIII. Per Prophetam quendam Iadon nomine. Sic Ioſephus eum appellat Origin. lib. 8. cap. 3. *Druſ.* Ab Hieronymo Iaddo: ab Hugone, Lyrano, Serario, *Addo*, qui II Paral. IX, 29. dicitur ſcripſiſſe geſta Salomonis in viſione quam habuit contra Ieroboam. Verum quia hic Propheta ſtatim initio regni Roboam occiſus, non poteſt eſſe ille Addo. Veriſimilius eſt fuiſſe Ioam, quem Theodor. & Glycas vocant Ioël. *Epiphanius* in vitis Prophet. Tertullianus eum vocat Semejam. Lib. de *Iejuniis* contra Pſychicos. Sic & Clemens Alex. I. Strom. I.

Crebra deinde inter Reges prælia.] III Reg. XIV. *Fuit bellum inter Roboam & Ieroboam cunctis diebus.*

Roboam.] Ita demum regnum conſtitutum eſt, quod Iſraëliticum dicebatur, à quo diverſum deinceps fuit Iudæorum regnum, cujus arx & caput Ieroſolyma erat. Atque hæc ipſa res omnium malorum cauſa Hebræis fuit. Defeſſi enim, exangueſque, nationibus exteris præda facti ſunt, quos antea non orbis terrarum, neque cunctæ gentes conglobatæ, movere aut contundere qui-

cimo imperii anno exacto, vita functus eſt. In hujus locum Abiud filius ejus regnum Hieroſolymæ ſex annos tenuit: quamvis in Chronicis triennio regnaſſe referatur. Huic Aſab filius ſucceſſit, à David quintus fere, quippe abnepos ejus. Fuit religioſus Domini cultor. Namque deletis aris luciſque idolorum, veſtigia pa-

quibant. Statim Suſacus Ægyptius factam urbem, templumque expilavit, &, ne contumelia deeſſet, columnas paſſim diſpoſuit, in queis, fœdum dictu, inciſa mulierum verenda erant. Nam quod Herodotus factum id à Seſoſtri eſſe prodidit, error nominis eſt, uti recte Flavius judicavit. *Cunæus.*

Septimo & decimo imperii anno.] Ἐτελεύτησε βιώσας ἔτη πεντήκοντα καὶ ἑπτὰ, βασιλεύσας δ᾽ αὐτῶν ἑπτακαίδεκα, τὸν τρόπον ἀλαζὼν ἀνὴρ καὶ ἀνόητος, καὶ διὰ τὸ μὴ προσέχειν τοῖς πατρῴοις φίλοις, τὴν ἀρχὴν ἀπολέσας. *Ioſeph.*

Abiud.] III Reg. XV. Mendum quale ſupra, ubi Abiud pro Abihu legitur. Sic hoc loco legendum Abiu, abjecta D, nempe ex Græco Ἀβιοὺ, quod in Editione Romana III Reg. 15, 1. pro quo in fonte Abiam. Sed II Paralip. XII, 16. Abia legitur & Græce ἀβιά. Par varietas in ἀβδιὰ & ἀβδιοῦ. *Druſ.* Sex annos tenuit, quamvis in Chronicis triennio. Præterit memorabile illud prælium, in quo ex Iſraëlitis quingenta millia ceciderunt. II Paralipom. XIII.

Regnaſſe.] Ad hiſtoriæ fidem emendat Sigonius, *tres annos tenuit: quamvis in Chronicis regnaſſe referatur.* Mirari ſatis non poſſum. Nam in Chronicis Euſebii, *poſt quem Abia annis tribus*, niſi legendum hoc loco, *annis ſex*. Sane ſcriptum eſt, II Paralipom. cap. XIII, 1. *tribus annis regnavit*, & in LXX. τρία ἔτη ἐβασίλευσεν. Idem numerus III Reg. XV, 2. *Druſ.*

Aſab.] Rectum eſt Aſa. Nam etiam in LXX. legitur ἀσά. III Reg. XV. Ioſepho Ἄσανος. Rariſſime autem permutantur nomina regnorum Iſraël & Iuda. Aſa & Ioſaphat ſoli ex Regibus Iudæ, vocantur Reges Iſraël II Chron. XXI, 2. Vtrumque locum LXX. tranſtulerunt, *Rex Iudæ*, ne rudiores ea permutatione offenderentur. Regnum Iſraëlis ſemel tantummodo vocatur regnum Iudæ, in Ieroboamo ſecundo, II Reg. XIV. *Broughton.*

A Davide quintus fere.] Quartus erat à Davide, ut ex ſerie regum videre licet, Salomo, Roboam, Abiam, Aſa. Sane Davidis filius Salomo erat, nepos Roboam, pronepos Abiam, abnepos vero, id eſt, filius pronepotis, Aſa. Ideo ſequitur, *quippe abnepos ejus.* Quod autem in Chronicis Euſebii, *poſt quem quintus Aſa, an.* 41. id aliter legitur in editis à Scaligero, *Hebræorum Iudæ rex quintus Aſa, ann.* 41. Druſ.

Fuit religioſus Domini cultor.] Fuit inter Reges Iudæ & Iſraël illud diſcriminis, quod Iſraëlitæ ſemper in inſtitutis Hieroboami manſerunt, perpetui Idololatræ. Ex Regibus Iudæ alii Roboami impietatem ſecuti ſunt, alii Davidis pietatem. Ex his Aſa. *Sigonius.* Τὸν τρόπον ἄριστος, καὶ πρὸς τὸ θεῖον ἀφορῶν, καὶ μηδὲν μήτε πράττων, μήτ᾽ ἐννοούμενος, ὃ μὴ πρὸς τὴν ὁσιότητα εἶχε, καὶ τὴν τῶν νομίμων φυλακὴν τὴν ἀναφορὰν. *Ioſeph.*

Deletis aris luciſque Idolorum.] Imprimis Idolum matris ſuæ Maachæ abſtulit. Quod מפלצת vocatur, id eſt, tre-

paternæ perfidiæ ſuſtulit. Fœdus cum rege Syriæ firmavit: ejus auxilio Ieroboæ regnum, quod tum à filio tenebatur, multa clade affecit: ac ſæpe victis hoſtibus, prædam ex victoria retulit. Poſt unum & quadrageſimum annum, æger pedibus, deceſſit. Huic triplex pec-

tremor. Latinus *Priapum* vertit. Colebatur in hortis, ut terrorem avibus furibuſque incuteret. Horatius:

Deus inde ego, furum, aviumque,
Maxima formido.

Ejuſmodi imagines *Terriculæ* vocantur, à terrendo. *Horn.* Fortaſſe Miphlezeth Idolum erat Aſtrates σύμβωμον. Nam Venus & Priapus non diſcordant. Græcis φαλλὸς & Ἰθυφαλλός. Vide Seldenum II. Synt. de DIs Syris. 5. Lucorum autem religio vetuſtiſſima. Claudianus:

——— *Lucoſque vetuſta*
Religione truces, & robora numinis inſtar.

Ovidius:

——— *quercus oracula prima.*

Et priſci Germani, lucos ac nemora conſecrabant, Deorumque nominibus arbores appellabant. *Tacitus.*

Veſtigia paternæ perfidiæ.] Excelſa tamen non ſuſtulit, per quæ Abulenſis intelligit templa à Salomone Idolis exſtructa, quæ manſerunt uſque ad Ioſiam, ſed clauſa, & ſine uſu. Cajetanus per במות intelligit templa in montibus & locis excelſis, Deo vero dicata. Quæ licet vetita, tamen Aſa permiſit, ne populus, ab ea conſuetudine abductus, Idololatriam amplecteretur. Interdum *melius omittere prævalida & adulta vitia, quam hoc aſſequi, ut palam fiat, quibus flagitiis impares ſimus.* Tacitus Annal. III. Quod ſicut in civilibus locum habere poteſt; ita ubi de cultu Dei agitur vitioſum eſt. Nec ab omni peccato Aſa ob hunc neglectum, excuſatur. Vnde Zeloſi reges, Ezechias & Ioſias, abſtulerunt. *Horn.*

Cum Rege Syriæ.] Benhadado. Qui fuit quartus in ſerie Regum Syriæ. Quæ ita ſe habet: Rezon, dictus Hadad, Chetzion, Tabrimmon, Benhadad I. Benhadad II. Chazael, Benhadad III. Rezin. Rezon potitus regno, nomen quoque Regum Syriæ, quod Hadad, aſſumpſit. I Reg XI.23,24,25. idque exinde commune omnium ejus ſucceſſorum fuit, teſte Damaſceno apud Ioſephum. Qui ab hoc Hadad decem ordine Reges ex eadem ſtirpe regnaſſe vult. De numero non repugnarim, quanquam in Scriptura nonniſi ſeptem, ad ſummum octo inveniantur. Sed ex eadem omnes ſtirpe fuiſſe, falſum eſt. Nam ex alia Benhadad I. ex alia Hazael, & unde Retzin, non conſtat. Ergo tres ad minimum. Poſt Rezonem regnaſſe Chetzionem videtur colligi poſſe ex I Reg. XV,19. Tabrimmonem filium ejus Regem fuiſſe certiſſimum eſt, quia Abia Rex Iudæ cum eo fœdus inivit. Ille autem cujus in Aſa mentio, Benhadad primus fuit. *Horn.*

Ieroboæ regnum, quod tum à filio tenebatur, multa clade affecit.] Hoc fedus percuſſit cum Rege Syriæ contra Baaſa tertium Regem Iſraël, & communibus armis urbes multas ejus excidit. Quare Sulpicii merito hoc loco requiri vigilantia poteſt. Non enim Baaſa filius fuit Ieroboam, verum hoſtis adeo infeſtus, ut genus ejus extinxerit, eumque in regno ſucceſſor exceperit. *Sigonius.*

Aeger pedibus deceſſit.] II Paral. XVI. *Aſa Rex Iudæ anno* XXXIX. *regni ſui, dolore pedum vehementiſſime laboravit. Inde mortuus eſt* XLI.

Huic triplex peccatum adſcribitur.] Quæ expreſſa ſunt II Paral. XVI.

Quod

peccatum adſcribitur: unum, quod ſocietate regis Syriæ nimium confiſus ſit: alterum, quod prophetam Domini, hoc ipſum increpantem, in vincula conjecit: tertium, quia in pedum dolore, remedium, non à Domino, ſed à medicis ſperaverit. Sed initio regni hujus, Hieroboam, rex decem tribuum, defunctus eſt: regnum Nadab filio reliquit. Is malis operibus, & tam ſuis, quam maternis meritis, inviſus Domino, non ultra biennium regno potitus eſt, privataque imperio indigna progenies, Banachiæ filium, ſucceſſorem habuit, æque

Quod Prophetam Domini.] Ananiam, quem appellat *videntem* Scriptura. Vnde Prophetiæ Oracula *viſiones* vocatæ, olim autem *videntes*, poſt *Prophetæ* dicti. 1 Reg. IX. *Sigon.*

Initio regni hujus.] Si Ioſepho credendum, *ſecundo jam anno regni Aſa exacto.* Scribit hoc Ioſephus Orig. Iud. lib. VIII. cap. 5. Quod tamen verum non videtur. Nam legimus 1 Reg. XV. ℣. 25. *Nadab filius Ieroboam regnavit ſuper Iſraël anno ſecundo Aſa regis Iuda.* Druſius.

Hieroboam, Rex decem tribuum.] Placuit Talmudicis, reges Iſraëlis, qui, ſeceſſione à Iudæis facta, ſedem imperii Samariam tenebant, haud delibutos illo oleo fuiſſe, quod ex edicto numinis confectum à Moſe erat. quare Eliam non niſi balſamo vulgari uſum eſſe, cum Ioſaphati filium Iehu ungeret. Sed ipſi addunt שדבר זה מסור ביר החכמים: *id modo ſic traditum à ſapientibus eſſe.* ut jam non magnopere laboremus, quam hoc verum ſit. *Cunæus.*

Defunctus eſt.] Dicitur annis plenis regnaſſe XXII. III Reg. XIV, 20. Sed ultimus tantum inchoatus fuit. Nam III Reg. XV. 18, 33. dicitur Baaſa, cum ex inſidiis ſuſtuliſſet Nadab filium Ieroboami, pro eo regnaſſe, anno tertio Aſæ Regis Iuda, id eſt, XXIII. anno ab initio Regni Ieroboami & Roboami, ut dicitur ibidem v. 9. Ergo ut vel unus integer annus dari poſſit Nadabo, debent Ieroboamo, nonniſi XXI. anni concedi. *Tirinus.*

Maternis meritis.] Legendum eſt *paternis.* Loquitur enim de Hieroboam, patre Nadab, auctore omnis ſuperſtitionis & defectionis à Deo. *Sigonius.* Aſſentior Sigonio legenti, *paternis meritis.* Nam quia Ieroboam cultum vitulorum inſtituerat, ideo progenies ejus inviſa Domino erat. Vide III Reg. XV. ℣. 30. *Druſ.* Τῷ πατρὶ, τὴν ἀσέβειαν καὶ τὴν πονηρίαν ἐμφερὴς ὤν. *Ioſeph.*

Non ultra biennium.] Regnavit anno integro. Alterum ſolum inchoavit. III Reg. XV, 25.

Privatoque imperio indigna progenies.] Στρατευσάμενος ἐπὶ Γαβαθὼ πόλιν Παλαιστίνων οὖσαν πολιορκίᾳ λαβεῖν αὐτὴν προσέμενεν. Ἐπιβουλευθεὶς δ' ἐκεῖ ὑπὸ φίλου τινὸς Βασάνου ὄνομα ἀποθνήσκει. ὃς μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ τὴν βασιλείαν παραλαβὼν ἅπαν τὸ Ἱεροβοάμου γένος διέφθειρε. *Ioſeph.* Non idem evenit in Regibus Ephraim atque in Regibus Iudæ. Nam in his regnum ſemper manſit in eadem tribu & familia. In iis vero vix pervenit ad filium aut nepotem. *Sigon.*

Banachiæ filium.] Μαχείλου. *Ioſeph.*

Vox

æque à Domino alieniſſimum. Iſque ſexto & vigeſimo imperii anno defunctus eſt: regnum ad Helam filium devolutum, nec ultra biennium retentum. Namque eum Zambri, princeps equitum, epulantem interfecit, *re-*

Vox *Bannabiæ* eſt corrupta, cum ſit legendum *Baſan*, aut *Ban Achiæ*, diremtis vocibus. *Sigon.* Olim emendavi, nec adhue pœniter, *Baaſæ Achiæ filium.* Vix dubiro quin Severus ita ſcripſerit. Vide III Reg. XV. ℣ſ.27. *Druſius.*

Aeque à Domino alieniſſimum.] Poſteaquam cognovit per Prophetam, imminentes ſibi ac ſuo generi calamitates, non hoc curavit ut correctior impoſterum, & anteactorum pœnitens, placato numine vitaret exitium: ſed velut propoſito præmio, ſi ſtrenue pergeret, ac ſi per Prophetam ampla ſpes propoſita, non calamitas denunciata eſſet, χείρων ἐγένετο, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ὥσπερ ἀθλητὴς κακίας, τοῖς περὶ αὐτὴν πόνοις προσετίθει. *Ioſeph.*

Sexto & vigeſimo imperii anno.] Legendum, quarto & vigeſimo. *Sigon.* Nam diſerte ibi verſ. 33. *regnavit Baaſa filius Abæ ſuper omnem Iſraël in Therſa* XXIV. *annis.* Nec diſſident LXX. ubi εἴκοσι καὶ τέσσαρα ἔτη. Idem numerus eſt in Euſebio, niſi quod in Latinis Scaligeri lectum XXIX. pro XXIV. Nam etiam Græcum exemplar habet ἔτη κδ'. *Druſius.* Regnavit integris annis XXIII. & inchoavit tantum XXIV. Nam III Regum XVI. ℣ſ. 8. dicitur filius ejus Ela regnaſſe ſuper Iſraël anno XXVI. Aſæ Regis Iuda. Atqui à tertio anno Aſæ, quo cœpit Baaſa regnare, uſque ad XXVI. ejuſdem excluſum, non ſunt niſi XXIII. *Tirinus.*

Ad Helam filium.] Scribendum hoc nomen abſque adſpiratione, *ad Elam filium*, niſi magis placet, *ad Ela filium.* Nam eſt אלה in textu Ebræo III Reg. XVI, 6. Græce ἠλὰ υἱὸς βαασά. Quod cum leniter ibi ſcriptum ſit, mirum cur Sulpicius aſpirarit. An exemplari uſus fuit, in quo ἠλὰ? videtur. *Druſ.*

Nec ultra biennium retentum.] Anno integro regnavit, alterum inchoavit. Nam ſub initium illius occiſus eſt.

Zambri.] Σαμάρειος Ioſepho. Antiquum eſt pro Zamri. Sic Mambre pro Mamre: Ambri pro Amri. His adde Nembrod quod nunc ſcribunt Nemrod. Cæterum in uno codice offendi, *Iambri.* Druſ.

Princeps equitum.] Τελευτᾷ, φονεύσαντος αὐτὸν ἐξ ἐπιβουλῆς Ζαμαρείου τοῦ ἱππάρχου τῆς ἡμισείας τάξεως. *Ioſeph.* Imo *curruum*, falcatorum ſcilicet. Metuendi regibus illi maxime, qui milites habent ſibi obnoxios, quales præfecti prætorio, Magiſtri militum, Magiſtri Equitum, & ſimiles. *Grot.*

Epulantem interfecit.] Apud Oſam procuratorem ſuum. Ibi immiſſa equitum turma oppreſſus, per abſentiam tam præfectorum quam militum, qui tum omnes in obſidione Gabathonis Palæſtinorum occupati fuere. *Ioſeph.* Tales præcipue occaſiones, captant regum aut principum percuſſores. Vide Dan. cap. V. 30. & Guntharidis cædem II. Vandalicorum Procopii. Hoc conſilium & Piſoni datum videbis apud Tacitum Annal. XV. Extinxit etiam totam Baaſæ ſtirpem, ex illo præcepto quod nonniſi Tyranni probant:

Νήπιος, ὃς πατέρα κτείνας υἱοὺς καταλείπει.

Excidit etiam propinquos ejus & amicos, quinque proximas domos, ut moris fuiſſe in illis locis, ait Philo, in vita Ioſephi. *Grot.*

Regnumque occupavit.] Neſcio quid Sigonio in mentem venerit, cum ſcribit:

regnumque occupavit : vir perinde in Dominum atque homines impius. Ab hoc pars populi ſeceſſit, Thamni cuidam regium nomen delatum. Sed Iambri ante hunc ſeptem annos, & cum eodem duodecim regnavit. At in

bit : *Sulpicius Euſebium ſecutus omittit Zambri, ut qui dies tantum ſeptem regnarit, & Elam ab Amri percuſſum facit, & nomina Zambri ac Ambri, credo librariorum culpa, confundit. Quare ubique apud eum* Amri *legendum.* Plane, vir doctiſſimus, Sulpicio vim facit. Quid enim? annon Zambri & Iambri apud eum diſtinguuntur? Ac ne dubitandi locus ſit, *Principem equitum* vocat, & *Regnum occupaſſe*, dicit. Et immemor ſui Sigonius, mox quæ dixerat, ſubvertit, Zambris & Amris res enarrans. *Horn.*

Vir perinde in Dominum atque in homines impius.] In homines, quia Elam occidit, & familiam Baaſi funditus extinxit. Nam *ne mingentem quidem ad parietem*, id eſt, canem, reliquit. In Dominum, quia *malum fecit coram Domino, & ambulavit in viis Ieroboam.* Sigou. Iuſto Dei judicio, omnes hi Tyranni ſibi invicem carnifices fuerunt. Baaſa enim fuit carnifex filiorum Ieroboam, Zambri Baaſæ, Zambris Amri. Sic apud Romanos Iulius Cæſar ſuſtulit Pompejum, Cæſarem Brutus & Caſſius, hos Auguſtus. Mox Neronem Senatus, Galbam Otho, Othonem Vitellius, Vitellium Veſpaſianus, Titum Domitianus, hunc Nerva & Trajanus. *Hiſtoria* Auguſta.

Ab hoc pars populi ſeceſſit.] Non à Zamri ſeceſſit, ſed poſt exceſſum ejus populus diviſus eſt in partes duas; quarum una Thebni ſecuta eum regem facere ſatagebat, altera vero Amri ſequebatur, quæ etiam prævaluit. Vide III Reg. XVI. ỳſ. 22. *Druſius.* Annales III Reg. XVI. ỳſ. 16. Sic Othonem ſibi principem fecerunt, qui in urbe erant: exercitus vero Vitellium: & cum Vitellium urbs recepiſſet, exercitus Imperatorem fecit Veſpaſianum, multaque talia ſunt in Hiſtoria Romana. Et olim exercitus deſtruxit decemvirale Imperium. Sunt enim tali tempore quaſi duæ civitates, & pars validior infirmiorem trahit. *Grot.* Zambri obſeſſus, Sardanapalum imitatur, & ſe, cum regia, incendio conſumit. *Diod. Strabo. Iuſtin.* Sic uxor Aſdrubalis, capta à Scipione incenſaque Carthagine, dextra lævaque tres filios, mortem non recuſantes, trahens, *incendio ſe flagrantis patriæ objecit*, ait Valerius Maximus. Ita Saguntini, *excitant rogum : tum deſuper ſe ſuoſque, cum omnibus opibus ſuis, ferro & igni corrumpunt.* Quod factum Numantini imitantur. *Florus.*

Thamni cuidam.] Θαμνὶ habent codices Græci, ſed in Ebræo תבני Thebni ſive Thabni, ut quidem antiqua lectio erat. Ioſephus Thamnum appellat. error natus, ut credibile eſt, ex antiquo charactere. Qualis & in σεννεχηρεὶμ. *Druſius.* Perturbatior in his Sulpicius eſt, nimiæ brevitatis ſtudio. Quanquam potius eo inclinem, aliquid heic omiſſum à librariis, & præceſſiſſe res Amri, qui Zambrin ad deſperationem adegit. *Horn.* Inter pœnas, quas Deus infligit contumacibus populis, non minima eſt diviſio. Sic ex aſſe Hebræo fecerat ſextantem & dextantem; nunc ex dextante duas quincunces. *Grot.*

Sed Iambri.] Veritas Scripturæ Amri, quod nunc legunt Omri. Amri, Ambri, ut Zamri Zambri, Simile mendum I Machab. IX. ỳſ. 37. in Ἰαμβρὶ. Nam emendant Ἀμβρὶ: recte an ſecus, viderint eruditi. *Druſ.*

Ante hunc ſeptem annos, & cum eodem duodecim regnavit.] Cum bona venia, cumque pace tua, Severe, Amri regnavit duntaxat duodecim annos, videlicet ſex in Therſa, & totidem in Samaria à ſe con-

in parte tribus Iudæ Aſab mortuo, Ioſaphat filius ejus regnare cœpit, vir religioſis virtutibus merito clarus. Is cum Iambri pacem habuit. Defunctus eſt autem, cum regnaſſet annos V. *&* XX. *Hujus imperii tempore, Achab Iambri filius, rex decem tribuum fuit, ultra omnes*

ſe condita, III Reg. XVI. ℣ſ. 23. minus certum, quod de Thamni ſcribit. Nam quamdiu regnaverit, Amri, occiſo Zambri non eſt proditum ſacris monumentis. *Druſ.* Anno XXVII. Aſæ à populo Rex proclamatus, regni æmulum habuit Thebni, cum quo colluctatus eſt per quinque annos, donec eo mortuo ſolus regnavit, quod anno XXXI. Aſæ factum. *Abul. Torniell. Salian.* Regnavit integris XI. annis, inchoato XII. Quatuor cum æmulis Zambri & Thebni; reliquis ſeptem pacifice. *Tirinus.* Emto monte Schemeris, in eo urbem Schemeron ſtruxit, & eo Thirza, quod incendio & direptione fœdata eſſet, delectatus etiam natura loci, ſedem regiam tranſtulit. I Reg. XVI. ℣ſ. 26, 30. A quo tempore regnum Iſraëlis etiam dictum fuit Samaria. Quod nomen poſtea ſemper duravit, ut ex Ioh. IV, 7. patet. *Lyra. Caſaub.* alii.

Aſab mortuo.] Aſa mortuus eſt anno regni ſui quadrageſimo primo, II Paralip. XXXVI. 13. Quamvis in editione Græca, ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ. In Chronico Euſebii, *Hebræorum Iuda rex quintus Aſa, ann.* XLII. *Druſ.* Hinc certe videre licet, quam curæ ſint Deo res hominum, & quomodo bonos diligat, malos contra funditus eradicet. Iſraëlitarum enim reges propter impietatem brevi tempore alius ab alio, cum totis familiis, ſublati ſunt. Aſanus vero Hieroſolymorum duarumque tribuum rex, ob pietatem ac juſtitiam feliciter Dei favore vivens, ad extremam pervenit ſenectam, & poſt unum & quadraginta regni annos bona morte deceſſit. *Ioſephus.*

Ioſaphat filius ejus.] II Paralipomen. cap. XVIII. Ioſephus VIII, 7. Τοῦτον μιμητὴν Δαβίδου τοῦ προπάππου κατά τε ἀνδρείαν καὶ εὐσέβειαν ἅπαντες ἐν τοῖς ἔργοις ὑπέλαβον.

Religioſis virtutibus.] Malim *religionis.* Sigonius. Εἶχεν εὐμενές τε καὶ συνεργὸν τὸ θεῖον, δίκαιος ὢν καὶ εὐσεβὴς, καὶ τι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἡδὺ ποιήσειν καὶ προσηνὲς τῷ θεῷ ζητῶν. *Ioſeph.*

Cum Iambri pacem habuit.] Poteſtne hoc ita eſſe? Nam Amri ante Ioſaphatum fato functus eſt. Id liquet ex III Reg. XVI, 29. Achab autem filius Amri ſive Omri regnavit ſuper Iſraël anno trigeſimo octavo Aſa regis Iuda, ut habetur III Reg. cap. XVI, ℣ſ. 29. *Druſius.*

Cum regnaſſet annos V. *&* XX.] Sic II Paralip. XX, 31. & in Chronicis Euſebii, *Hebræorum Iuda rex ſextus Ioſaphat religioſus ann.* 25. Druſ. Solus non regnavit niſi annis XXII. Nam tres ultimi ipſius anni adſcribuntur filio ejus Ioramo, qui IV Reg. VIII. 16. dicitur cœpiſſe regnare anno quinto Iorami filii Achab. Hic vero Ioram Rex Iſraël cœpit regnare finiente anno XVIII. Ioſaphat Regis Iuda. IV Reg. III, 1. Et his XVIII. annis, ſi ſuperaddas quinque, invenies XXIII. annum regni Ioſaphat, eſſe primum Iorami ejus filii. Ergo ſoli Ioſaphat non cedunt niſi XXII. anni. *Tirinus.*

Vltra omnes.] Id eſt, ſupra omnes. Sic alibi, *ultra modum, ultra famam.* & *ædem ſacratam ultra omnia mortalia illuſtrem.* In vita Martini: *ultra humanum modum.* Druſ.

In De-

omnes in Dominum impius. Namque Iezabel, filia Baſæ regis ex Sidone, in matrimonio accepta, Bahali idolo aram

In Dominum impius.] III Reg. XV. Quia non exemplo tantum, ſed & legibus homines ſibi ſubditos coëgit ad malos cultus. Mich. VI, 16. Sulpicius pii Regis multa memorabilia, imo univerſa omiſit. Quippe affinitatem cum Achab impio Rege junxit, Athalia filia ejus in matrimonium Ioram filio collocata, eumque ad Syriacum bellum ſecutus, divina ope ſervatus eſt. Vatem Iehu affinitatem illam increpantem, benigne audivit. Iterum Rempublicam conſtituit. Bello finitimorum petitus, jejunio & precibus victoriam retinuit. Inde cum Ochozia & Ioto, ipſius Achab ſucceſſoribus, ſocietates renovavit, & cum Moabitis congreſſus victor deceſſit. In *Regum* & *Paral.* libris. *Sigon.*

Iezabel.] Fœminam & imperioſam & crudelem. Vide Apoc. II, 20. Talis Tullia Tarquinii uxor, Fulvia Antonii, Eudoxia Arcadii. *Grot.* Ἦν δὲ τὸ γύναιον δραςήριόν τε καὶ τολμηρόν. *Ioſeph.*

Filia Baſæ.] Mirum cur Baſam vocet, qui Ethbaal dicebatur. *Sigon.* Aut Baſæ delendum, aut Ethbaal pro eo reponendum. Sic enim vocatur III Reg. XVI. 31. Quanquam in libris Græcorum ἰεθεβάαλ. Ioſephus Iethebalem vocat, lib. 8. cap. 7. Apud Menandrum Epheſ. εἰθώβαλος ὁ τῆς ἀστάρτης ἱερεύς. *Druſius.* Hi Iethebaal πόλιν βότρυν ἔκτισε τὴν ἐπὶ φοινίκῃ, καὶ Αὔζαν τὴν ἐν λιβύῃ. *Ioſeph.* De Regibus his, Phœnicum Annales apud Ioſephum VIII. Ant. Dius in Hiſt. Phœnicia & Menander Epheſius, I. contra Apion. Theophilum Antioch. III. ad Autolycum. Tertullian. Apolog. cap. XIX. Alexander Polyhiſtor, Menander Pergamenus, & Lætus in Phœniciis apud Clem. Strom. I. Theodoretus, Hypſicrates & Mochus à Læto tranſlati, apud Tatianum, ubi pro χαῖτος legendum eſt λαῖτος, monente Grotio. Series Regum hæc eſt: Abibalus, Hiram, Baaleſer, Abdeſtartus, * Aſtartus, Aſerymus, Pheles ſive Phelletes, Ithobaal, Badezorus, Matgenus, Pygmalion, Elulæus. Poſt quem Reges Tyrii deficiunt per annos CCXXXVI. Vnde patet regnum ſub Aſſyriorum Imperio fuiſſe. *Horn.*

Regis ex Sidone.] Sidonem Iuſtinus à piſcium copia dictam vult, ignarus ſcilicet, à primogenito Chananæi filio, cui hoc nomen, conditam. Strabo XVI. Μετὰ δὲ Σιδὼνα, μεγίστη τῶν φοινίκων καὶ ἀρχαιοτάτη πόλις Τύρος ἐστὶν, ἡ ἐνάμιλλος αὐτῇ κατά τε μέγεθος, καὶ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ τὴν ἀρχαιότητα ἐκ πολλῶν μυθῶν παραδεδομένη. Οἱ μὲν οὖν ποιηταὶ, τὴν Σιδόνα τεθρυλλήκασι μᾶλλον. Ὅμηρος δὲ οὐδὲ μέμνηται τῆς Τύρου. Αἱ δὲ εἰς Λιβύην καὶ τὴν Ἰβηρίαν ἀποικίαι, μέχρι καὶ ἔξω στηλῶν τὴν Τύρον πλέον ἐξυμνοῦσι μᾶλλον· ἀμφότεραι δ᾽ οὖν ἔνδοξοι καὶ λαμπραὶ, καὶ πάλαι καὶ νῦν· ὁποτέραν δ᾽ ἄν τις εἴποι μητρόπολιν φοινίκων, ἔρις ἐν ἀμφοτέραις ἐστίν. Clarum autem ex hiſtotiis eſt, interdum παρβλείαν penes Sidonem, frequentius apud Tyrios fuiſſe. Nonnunquam utrobique regnatum eſt. *Horn.*

In matrimonio accepta.] III Reg. XVI. 7. *Nec ſuffecit ei ut ambularet in peccatis Ieroboam filii Nebat, inſuper duxit uxorem Iezabel filiam Ethbaal Regis Sidoniorum.* Hoc peccatum propterea adeo exaggerat Scriptuta, quia Iezabelem, non ejurata patria religione, rem hactenus inauditam in Iſraële, uxorem duxerat. Nam Davidis, Salomonis, & aliorum Regum gentiles uxores, profitebantur Iudaiſmum. II Reg. XXI. 9. III Reg. I, 1. *Tirinus.*

Helias

aram lucoſque conſtituit, & prophetas Domini interemit. Quo tempore Helias propheta, oratione cœlum concluſit, ne pluviam terræ daret: idque regi denunciavit, ut ſe impius cauſam mali eſſe cognoſceret. Igitur ſuſpenſis cœlo aquis, cum loca omnia, aduſta ſolis ardoribus, non victum hominibus, non pabulum jumen-

Helias.] III Reg. XVII. Leniter ſcribendum Elias. Nam eſt Aleph in ſcriptura Ebraica. *Druſ.* Fuit Thesbites, ex tribu Gad, non ex Thebe tribus Ephraim, ubi Abimelech occubuit, ut volunt Abul. Hugo, Lyra. Gregorius Nyſſenus: *Cum Achab ille, mulieris mancipium, à religione ad Idola defeciſſet, & in eundem errorem populum Iſraël attraxiſſet, Deus Eliam oſtendit, virum qui morbi magnitudini parem haberet curandi facultatem.* Vide & Syracidem XLVIII. vir fuit excelſi animi, & acer legum vindex, cui (ſalvo pietatis & Prophetiæ privilegio) inter Græcos Timoleontem conferam, inter Romanos Scipionem Naſicam. *Grotius.* Pleríque Rabbinorum ſtatuunt, Phinees, per metempſychoſin Pythagoricam, ſive aliter, ipſum fuiſſe Eliam prophetam. De ea re obiter David Kimchius ad I Paral. IX, 20. Et de Elia, Samuel Schullam ad *Sepher Iuchaſin*, כל ישראל נהגו לומר שהוא פנחס וחרבו נשאר בתיקו והוא יבא במהרה ויגיד לנו, *Solenne eſt univerſis Iſraëlitis affirmare, ipſum fuiſſe Phinees. Sed ipſe optime novit. Cito igitur veniat ut rem explicet nobis.* Scilicet dubiorum inexplicabilium ſolutionem ab Elia ſe expectare dicere ſolent. Rationes, quibus in hanc adducti ſunt ſententiam aperit Levi Gerſomides ad I Regum XVII, I. Etiam Saidus Batricides, Patriarcha Alexandrinus. *Seld.* Qui & tradit Arabes etiam vocare Cheter. وهو الخضر. Qua de voce differentem vide Seldenum I. de Succeſſ. in Pontif. II.

Oratione cœlum concluſit.] Triennium & ſex menſes. Iac. V, 17. Hujus ingentis ἀνομβρίας memoria extitit apud Menandrum in Phœniciis, teſte Ioſepho. Verba ejus ſunt: *Ithobaale regnante etiam pluviarum defectus fuit, ab Hyperberetæo menſe uſque ad inſequentis anni Hyperberetæum continuus, qui cum ſupplicationes indixiſſet, ſequuta eſt magna vis tonitruum.* His verbis dubio procul ſiccitatem innuit, factam ſub Achabo, cujus tempore Ithobalus apud Tyrum regnavit, ut Menander in ſuos commentarios retulit. *Hæc ille.*

Cum loca omnia aduſta.] Et talis temporis deſcriptio in declamatione Quintiliani, quæ inſcribitur, Paſti cadaveribus: *Nullus imber ſitientis ſoli pulverem terſit, nulla ſupra arentes campos ſaltem umbra nubium pependit, calidi ſpiravere venti.* Videtur ſiccitas, & quæ eam ſecuta fames eſt, tantum in Iſraële fuiſſe: ejus enim Idololatriam Elias puniebat. Quare quod Lucæ IV, 25. Dicitur, eam fuiſſe ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, accipiendum eſt pro omni terra Achab Regi ſubjecta.

Cum eremum petiiſſet.] Secus Torrentem Carith, qui deſcendit de montibus Ephraim juxta urbem Phaſelum, unde juxta eum multæ erant cavernæ & ſpeluncæ in quas ſe abdere poterat Elias. Hic ergo latuit per triennium ſiccitatis, paſtus à corvis. Vnde in ejus memoriam S. Helena ibidem eccleſiam extruxit, teſte Niceph. lib. 8. cap. 30. Speluncam illam Adrichonius collocat cis Iordanem, prope urbem Phaſelum, Hieronymus trans Iordanem. Deſertum eſſe locum oportuit & invium, ut ibi illū latere ſuſpicari nemo poſſet. *Menoch.*

mentus darent, ipſe ſe intra periculum famis propheta concluſerat. Ea tempeſtate, cum eremum petiiſſet, corvis cibum miniſtrantibus, vixit. Aquam torrens proximus, donec aruit, dedit. Inde admonitus à Domino, Sareptæ oppidum petiit: ad mulierem viduam divertit. Cumque ab ea, eſuriens, cibum peteret, illa cauſari, non eſſe ſibi niſi puſillum farris, & puſillum olei: quo abſumpto, una cum filiis mortem expectaret. Sed cum Helias, verbis Dei, polliceretur, nec hydriam farre, nec vas oleo eſſe minuendum, mulier poſcenti fi-

Corvis cibum miniſtrantibus.] Rapaci imprimis volucri. Ita ſolet Deus oſtendere, ſe naturæ, ut artificem, ita mutatorem. Paulo eremitæ idem eveniſſe, narrat Hieronymus. Quos lupæ, equæ, cervæ, vulpes, aluerint, exempla ſunt apud Poëtas & Ælianum. Ægyſtum à capra educatum, quo magis credamus, facit hiſtoria pueri quem ſic educatum vidit Procopius, narratque Gotthicorum ſecundo. *Grot.* Cibi illi ex culina Achabi fuerunt optimi, & optime cocti, inquit Abulenſis. Fuit autem Ioannes Baptiſta, omni vita ſua, Eliæ ſimillimus. Qui & ipſe in deſerto vixit. Ἡ δὲ τροφὴ αὐτοῦ ἦν ἀκρίδες. De quo cibo vide diſſerentem ſeculi noſtri Varronem Voſſium, IV. de Idolol. LXXVIII.

Torrens proximus.] Carith. De cujus origine & ſitu dictum.

Sareptæ oppidum.] Locutio eſt ut, *urbs Romæ*: alioqui dixiſſet, *Sareptam oppidum*. Sed eſt cur malim *Saraphtham*, haud neſcius in Bibliis Græcis eſſe σαρεπτὰ τῆς σιδωνίας. *Druſ.* Hujus oppidi etiam Plinius meminit. Ioſephus: εἰς σαρεφθὰ πόλιν οὐκ ἄπωθεν τῆς Σιδῶνος καὶ Τύρου, μεταξὺ γὰρ κεῖται.

Niſi puſillum farris.] Eo labor ut credam Severum ſcripſiſſe, *pugillum farris*: tamen non adſevero. Movet me primum, quod in editione τῶν LXX. δρὰξ ἀλεύρου ἐν τῇ ὑδρίᾳ: deinde quod apud Hieronymum, *quantum pugillus capere poteſt*, δρὰξ enim eſt pugillus, quantum videlicet pugno comprehendi poteſt. Mirum autem cur pro farina, far poſuerit. *Druſ.*

Vna cum filiis.] Καὶ τοῖς τέκνοις μου. eſt in LXX. qui לבני legerunt pro לבני, id eſt, filio meo. Sic apud Hoſeam iidem legerunt *filios meos*, ubi nunc in Ebræo, *ex Aegypto vocavi filium meum.* Druſius.

Poſcenti fidem non cunctata.] Eucherius: *Erat illo tempore ſpectaculum Angelis hominibuſque gratiſſimum, quod inter gentes, in terra profana, vidua mulier, jam tunc eſſet filia Abrahæ, multo hoſpitalior ipſo parente.*

Nec hydriam farre.] Videtur farris vocabulum pro farina uſurpare. Hoc primum: deinde hydriam appellat quem Ebræi cadum indigitant, quia videlicet in Bibliis Græcis legerat, καὶ ἡ ὑδρία τοῦ ἀλεύρου, & hydria farinæ. *Druſ.*

Nec vas oleo eſſe minuendum.] Hoc vas Ebræis dicitur צפחת, Græcis interpretibus καθάκης, quæ & κάψα, id eſt, capſa. In Hieronym. eſt lecythus. *Druſius.*

Divinis

fidem, non cunctata prophetæ credere, promiſſorum fidem conſecuta eſt. Siquidem divinis incrementis tantum accreſceret, quantum quotidie detrahebat. Eodem tempore, ejuſdem viduæ filium mortuum, Helias in vitam reduxit. Tum juſſu Domini regem adiit, exprobratoque ei ſacrilegio, popoſcit ad ſe omnem populum congregari. Qui cum propere conveniſſet, accitis idolorum ac lucorum ſacerdotibus CCCC. *fere &* L. *inter eos inde orta eſt altercatio. Helia Dominum prædicante, illi ſuperſtitiones ſuas aſſerebant. Poſtremo, placuit fieri periculum, ut ſi cujus cæſam hoſtiam miſſus*

Divinis incrementis.] Auguſtinus: *Laguncula olei facta eſt fons olei: farina parva uberrimas ſegetes ſuperavit.* Idque factum non per rarefactionem, ſed additionem novæ farinæ & olei continuam. *Abulenſ.* Deo adjiciente incrementum latens, ut Matth. XIV, 19. XV. 36. *Grotius.* Similia memorant de Maſyma Anachoreta, qui inſtar Eliæ, in duobus doliis pro pauperibus multiplicavit frumentum. Theodor. in Hiſtor. Religioſa cap. XIV. *Dicitur habuiſſe duo dolia, unum quidem frumenti, alterum vero olei. Ex his ſemper quidem ſuppeditabat omnibus egentibus, habebat autem ea ſemper plena benedictione, quæ data eſt viduæ Saraphtanæ.* Eadem fere de S. Euthymio Baronius A.C. Iↄ LXIV. refert.

Ejuſdem viduæ filium.] Liber eſt inter opera B. Auguſtini, cui titulus, *De mirabilibus Scripturæ.* In eo ſcriptum lectum, *Ebræi cenſent Ionam fuiſſe filium illius viduæ, quem Elias è mortuis ſuſcitavit.* Quod verum an falſum ſit, aliis expendendum relinquo. *Druſ.* Sic & Hieronymus præf. in Ionam. Sed hoc probari non poteſt. Ionas enim Hebræus erat: hic vero filius Sidonius.

Mortuum.] Miraculum hoc elevant qui vere mortuum fuiſſe negant. In qua opinione videtur fuiſſe Moſes Cordubenſis, cognomento Ægyptius. Nam quod in textu, *& anima ejus non relicta in eo*, tale quid legimus in Daniele, cujus hæc verba ſunt, *& anima non relicta fuit in me.* Id certis in morbis accidere, certius eſt quam ut probari debeat. Adito ſis ad More part. I. c. XLII. & lege quæ interpres Sem Tob annotavit ad illud caput. *Druſ.*

In vitam reduxit.] Hæc eſt prima reſuſcitatio mortui hominis in Scripturis recitata. *Cajet.* Auguſtinus & alii, recenſent octo reſuſcitationes: filii viduæ, Sunamitidis, filiæ Iairi, filii viduæ in Nain, Lazari, Ieſu Chriſti, Thabitæ, Eutychi. *Bucholc.* Cœnaculum ſive locus, in quo Elias hunc puerum ſuſcitavit, etiamnum oſtenditur. *Adrichom.*

Regem adiit.] III Reg. XVIII. Ioſeph. VIII, 7.

Lucorum Sacerdotibus.] Deorum qui in ſilvis & lucis colebantur. *A Lapide.*

CCCC. *fere & L.*] Suo more addidit *fere*, quod hic plane redundat. Nam prophetæ Baal erant numero quadringenti & quinquaginta. Præterea non optima fide hæc refert cum ait, *accitis idolorum & lucorum ſacerdotibus* CCCC. *& L.* Nam præter idoli Baal ſacerdotes CCCC. & L. erant etiam luci ſive lucorum ſacerdotes CCCC. Vide III Reg. XVIII. ℣. 19. *Druſius.*

ſus cœlo ignis abſumeret, rata eſſet religio, quæ virtutem edidiſſet. Ita ſacerdotes, occiſo vitulo, Baal idolum invocare cœperunt: fruſtraque conſumptis invocationibus, imbecillitatem domini ſui, tacite fatebantur. Tum vero Helias irridens eos: Ne forte, inquit, dormiat, clamate vehementius, ut ſomno, quo tenetur, evigilet. Enim vero miſeri trepidantes, muſſare, & tamen, quidnam Helias facturus eſſet, expectare. At ille, cæſum vitulum impoſuit: quum prius ſacrarium aqua

Miſſus cœlo ignis.] Solebat enim Deus per ignem è cœlo miſſum abſumere ſacrificia ſibi oblata, uti fecit in ſacrificio Abelis Gen. IV, 4. Aaronis Lev. IX. ℣ſ. 24. Salomonis II Paral. VII, 1. Davidis I Par. XXI, 20. Gedeonis Iud. VI. ℣ſ. 11. Manue Iud. XIII. ℣ſ. 20. & aliorum.

Occiſo vitulo.] Bovem, ut eſt in noſtra vulgata, & הפר in Codice Ebræo, id eſt, juvencum. Quas ætates ſub uno nomine μόσχȣ Græci comprehendunt. *Druſius.* Fabulantur Rabbini bovem hunc fugiſſe à Baalitis ad Eliam, quaſi qui dedignaretur immolari Baal, velletque ab Elia immolari Deo vero. *Lyra. Abul.*

Baal Idolum.] De quo ſupra.

Tum vero.] Editiones Giſelini, Sigon. Druſii: *Tum forte.* Quod mendoſum vel ſuperfluum eſſe Sigonius agnovit, ac non niſi abſurdum ſenſum parit. Ergo ſecuti ſumus edit. Elzev. *Tum vero.* Horn.

Ne forte, inquit, dormiat.] Cumque eſſet jam meridies, illudebat illis Elias, dicens: Clamate voce majore, Deus enim eſt, & forſitan loquitur, aut in diverſorio eſt, aut in itinere, aut certe dormit ut excitetur. Clamabant ergo voce magna, & incidebant ſe cultris ac lanceolis. *Annales* ſacri. Διασυρμὸς, non iniquus in homines veræ pietatis hoſtes, populi corruptores. *Grot.*

Sacrarium aqua oppleſſet.] Aquæductum, qui circum altare. Vocat autem ſacrarium, quia locus erat ſacratus Deo. Cæterum aquam effudit ſuper holocauſtum, tanta copia, ut circũ aram redundaret, ipſamque ſcrobem (aquæductum alii vocant) quæ circum altare, repleret. *Druſ.* Textus: *Fecitque aquaductum quaſi per duas aratiunculas, in circuitu altaris.* Idque eo conſilio, ne putaretur ignem ſub altari abſconditum. Chryſoſt. apud Metaphr. & Surium, Hom. de Petro & Elia: *In Idolorum altaribus foramina quædam ſunt ex inferiore parte altaris, & fovea quædam obſcura: deſcendunt autem erroris Artifices in foveam illam, & ex foraminibus ignem ſufflant ad ſacrificium conficiendum, ita ut multi decepti ignem illum cœleſtem eſſe putent. Ne igitur & Elias in eam ſuſpicionem veniret, aquam effudit, ut aqua illa, nulla eſſe infra altare foramina oſtenderet. Vbi enim aqua foramina invenerit, illic aqua non conſiſtit, ſed per ipſa defluat, neceſſe eſt.* Fabulatur R. Salomon, Eliam, cum tantum alveum, aqua in hydria allata implere non poſſet, feciſſe ut pars aquæ ex hydria à ſe effuſa manus ſuas attingeret. Itaque novo miraculo ex Eliæ manibus, quaſi è duobus fontibus aquas largiſſimas emanaſſe, quæ totum alveum implerent; ideoque IV Reg. III. ℣ſ. 11. dici ab Eliſæo in Eliæ manus aquam effuſam.

Ignis

aqua oppleſſet : invocatoque Domino , expectantibus cunctis , ignis cælo delapſus , aquam cum hoſtia abſumpſit. Tum vero populus ſolo ſtratus , Dominum fateri, idola execrari : poſtremo , Heliæ juſſu , prophani ſacerdotes comprehenſi , deductique ad torrentem , necati ſunt. Redeuntem inde regem propheta proſecutus eſt. Sed cum ei Ieſabel regis uxor , vitæ periculum pararet, ad remotiora ſeceſſit. Ibi eum Dominus allocutus eſt, ſeptem millia virorum eſſe adhuc pronuncians , qui ſe idolis non dediſſent. Mirum id Heliæ fuit , qui ſolum ſe à ſacrilegio immunem eſſe crediderat. Ea tempeſtate Achab, rex Samariæ , vineam Nabuthæi , adhærentem ſibi,

Ignis cælo delapſus.] Diſtat hæc inflammatio victimarum Eliæ annis centum à dedicatione templi Salomonis, ubi etiam victimæ incendebantur igne cœleſti. Hinc annis CIↃ ad excidium Hieroſolymorum. *Bucholc.* Ἄφνω πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τὸν βωμὸν ἔπεσε, καὶ τὴν θυσίαν ἐδαπάνησεν, ὡς ἀναχθῆναι τὸ ὕδωρ καὶ ψαφορὸν γενέσθαι τὸν τόπον. *Ioſeph.* πῦρ γὰρ, φησὶν οὐ κάτεισιν, ὥσπερ, ἐπὶ Μωσέως τὰς θυσίας ἀναλίσκων ἅπαξ τοῦτο ἐπὶ Μωσέως ἐγένετο, καὶ ἐπὶ Ἠλίου τοῦ Θεσβίτου πάλιν μετὰ πολλοὺς χρόνους. *Iulianus.*

Deductique ad torrentem.] Ciſon, Galilææ inferioris, ad radices montis Thabor, ubi Barac cecîdit Siſeram. Iud. IV, 7. Ibi eos necavit , ne terra ſancta eorum ſceleſto ſanguine pollueretur. *A Lapide.* Putatur quoſdam ſua manu confeciſſe, ut Samuel Agagum. *Eſtius.* Συλλαβόντες δ' αὐτῶν καὶ τοὺς προφήτας, ἀπέκτειναν, Ἠλία τοῦτο παρεγγυήσαντος. *Ioſeph.*

Redeuntem inde Regem.] Promiſſa pluvia , quam & precibus ſuis à Deo mox impetravit.

Sed cum ei Ieſabel.] III Reg. XIX.

Ad remotiora.] Deſertum Berſabe. Hinc quadraginta dierum itinere ad montem Horeb venit, & ibi in ſpelunca ſe abdidit. Ioſephus : *Elias territus, fugit in urbem Berſabe , quæ eſt in extremis tribus Iudæ finibus , Idumææ contermina , relictoque ibi famulo , ipſe in deſertum abiit. Cumque precatus eſſet mortem, quod non eſſet cæteris melior , ſub arbore quadam obdormiit : & excitatus à quodam , ſurgens invenit aquam ac cibum appoſitum. Et cum comediſſet , collectis ex hoc cibo viribus, ad Sinaum uſque montem pervenit , ubi nactus amplam quandam ſpecum , ingreſſus , habitare illic decrevit.*

Septem millia.] Id eſt, multa millia. *Menoch.*

Qui ſe Idolis non dediſſent.] *Pro* dedidiſſent. *Druſius.* Quorum genu non ſunt curvata ante Baal. *Textus* Sacer.

A ſacrilegio.] Ab Idololatria.

Vineam Nabuthæi.] III Reg. XXI. Suſpicor initio ſcriptum fuiſſe , Nabuthæ. Nam in edit. Græca ναβουθαί. Solet autem nomina Ebraica indeclinata relinquere. Apud Ioſephum invenio Nabuthus , ut in noſtra vulgata , Naboth. Nabuthæus aliud eſt, Sane Na-

 buthæ

ſibi, concupivit. Quam cum ille ei vendere noluiſſet, dolis Iezabel interfectus eſt. Ita Achab vineâ potitus eſt, cum tamen Nabuthæi mortem doluiſſe referatur. Mox per Heliam, verbo Domini increpitus, agnitoque crimine, cilicio indutus, egiſſe pœnitentiam traditur. Quo facto, imminentem pœnam avertit. Namque rex Syriæ, magno cum exercitu, duobus & triginta re-

gi-

buthæi Arabes appellantur, quos Ναβαταίους Græci vocant, I Mach. IX. 35. *Druſius.* Fuit autem γένους ἐπιφανοῦς. *Ioſeph.*

Adhærentem ſibi.] Id eſt, palatio ſuo. Tale eſt, *ivit ad Pompeium*, pro ad domum Pompeii. *Druſ.*

Vendere noluiſſet.] Neque lex id permittebat, niſi inopia gravi preſſo. Deut. XV, 25. Deinde naturaliter amamus res avitas. *Grot.*

Dolis Iezabel interfectus.] Falſis ſubornatis teſtibus, qui dicebant eum Deo ac regi male dixiſſe, lapidibus obrutus eſt. *Druſ.* Additur IV Reg. IX. ℣ſ. 26. filios quoque ejus fuiſſe interfectos. Simili modo Eudoxia, uxor Arcadii Imp. ambiens vineam Callytropes viduæ, Chryſoſtomum, qui viduæ cauſam agebat, in exilium egit, & per mille calamitates extinxit.

Nabuthæi mortem doluiſſe referatur.] III Reg. XXI, 16. καὶ ἐγένετο ὡς ἤκουσεν Ἀχαὰβ ὅτι τέθνηκεν Ναβουθαὶ ὁ Ἰεζραηλίτης, καὶ διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ καὶ περιεβάλετο σάκκον. Hæc non habentur in Ebræo, nec apud Hieronymum. Sumpta autem videntur ex verſ. 27. ejuſdem capitis, ubi Græci, καὶ περιεβάλετο σάκκον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ᾗ ἐπάταξεν τὸν Ναβουθαί. Aliter Ioſephus, qui narrat ipſum exiluiſſe gaudio, & ad viſendum id prædium ſe confeſtim contuliſſe, lib. VIII. cap. 7. *Druſius.*

Increpitus.] Turpe ratus objurgari, prior faſſus erratum, ad ſatisfaciendum ipſius arbitratu ſe obtulit. Tum vates prædicit, eo loco ubi Nabuthi cadaver à canibus abſumtum eſt, fundendum & regis & reginæ ſanguinem, & totum eorum genus delendum, propter tam crudele ſcelus, quo civem, contra jus, per calumniam, oppreſſerat. *Ioſeph.*

Cilicio indutus.] Σάκκον ἐνδυσάμενος, γυμνὸς τοῖς ποσὶ διῆγεν, οὐχ ἁπτόμενος τροφῆς. *Ioſephus.* Scidit quoque veſtimenta ſua, ac ambulavit demiſſo capite. Quæ ſigna magni doloris ſunt. *Horn.*

Egiſſe pœnitentiam traditur.] Quæ non vera & ſeria fuit, ut volunt Abul. Hugo, Vatabl. ſed ſimulata & evanida. *Lyra. Cajetan. Calvin.*

Quo facto imminentem pœnam avertit.] Aliquid de commerita pœna ob hoc detractum eſt. *Grotius.* Eaque in filium tranſlata. *Lyra.* Ζῶντος μὲν αὐτοῦ ὑπερβαλεῖσθαι τὴν τοῦ γένους τιμωρίαν. Τελέσειν δὲ τὴν ἀπειλὴν ἐπὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ Ἀχάβου. *Ioſeph.*

Rex Syriæ.] III Reg. XX. Ioſeph. VIII, 8. Benhadad. ὁ τοῦ Ἀδάδου υἱὸς, βασιλεύων τῶν Σύρων καὶ Δαμασκοῦ. In titulo capitis Ἄδερ dicitur. Adores apud Iuſtinum ex Trogo. Hunc Adadi, rebellis Idumæi, cujus mentio ſupra cap. XI. III Reg. filium fuiſſe vult *A Lapide*; ſed tempora repugnant. Nam potius fuit filius vel nepos alterius Benadad, qui ante annos XXXIX. ut computat

gibus in ſocietatem belli aſcitis, fines Samariæ ingreſſus, cum rege urbem obſidere cœpit. Actis deinde obſeſſorum rebus, dat belli conditiones, ſi aurum & argentum & fœminas tradidiſſent, fore uti vitæ eorum parceret. Sed tam injuſtis conditionibus extrema perpeti ſatius viſum. Et cum jam omnium deſperata eſſet ſalus, propheta à Domino miſſus, regem adit, hortatur ut in prælium exeat: cunctantem, multis confirmat. Ita eruptione facta, fuſi hoſtes, copioſaque præda reperta. Sed poſt annum, reparatis viribus, Syrus in

putat Salianus, pugnavit contra Iſraëlem, III Reg. XV. ℣ſ.20. *Menoch.* Cauſa belli fuit, quod Achab tributum recuſaret pendere. *Salianus.*

Duobus, & triginta regibus.] Qui in clientela ipſius erant. Συμμάχους τοὺς πέραν Εὐφράτου βασιλέας ποιησάμενος τριάκοντα καὶ δύο. *Ioſephus.* Sed per hos non tam bene bellum geritur quam per ſubditos. Norunt enim illi non ſuam rem agi.

Armenioſne movet Romana potentia cujus
Sit Ducis?

Ait apud Lucanum Cæſar. Erant autem hi urbium & Provinciarum rectores, qui in Oriente, Reges, Principes, Sultani, Amiræ, Scha, Saheb, vocantur. Talium plurimi uni magno Regi ſubjiciuntur. *Horn.*

Actis deinde obſeſſorum rebus.] Sigonius reponit *fractis.* Quid ſi *arctis*, ut infra, *arctis ſuorum rebus?* niſi ſane reſpexit ad illud Terentii, *actum eſt.* Druſius.

Et fœminas.] Vxores & filios. Hæc hiſtoria refertur in libris Ebræorum cap. XX. & in libris Græcorum cap. XXI. poſt occiſum Naboth. Hos, ut ſolet, ſecutus eſt Sulpicius. Nam ſecundum Ebræos, Samaria obſeſſa fuit antequam Naboth occideretur. *Idem.*

Tam injuſtis conditionibus.] Reclamavit tota concio contemnendum eſſe cum ſuis mandatis inſolentem barbarum, & bellum alacriter gerendum. *Ioſeph.* Simile illud apud Tacitum Annal. XV. *Conſuluit inter primores civitatis Nero, bellum anceps an pax inhoneſta placeret, nec dubitatum de bello.*

Deſperata eſſet ſalus.] Ἦν δ' Ἄχαβος ἐν ἀγωνίᾳ δεινῇ σὺν παντὶ τῷ λαῷ. *Ioſeph.*

Eruptione facta fuſi hoſtes.] Per CCXXXII. Principum filios, ſive pediſſequos, qui cum excubitoribus congreſſi, turbatis caſtris, victoriæ viam aperuerunt. Nam inſecutus cum toto exercitu Achabus, magnam ſtragem edidit, & Rex ipſe præceleri equo vix evaſit. *Ioſeph.*

Copioſaque præda reperta.] Πλοῦτος δ' ἦν οὐκ ὀλίγος, ἀλλὰ καὶ χρυσοῦ πλῆθος καὶ ἀργύρου, τά τε ἅρματα τοῦ Ἀδάδου καὶ τοὺς ἵππους λαβὼν, ἀνέστρεψεν εἰς τὴν πόλιν. *Ioſeph.*

Syrus in Samariam regreſſus.] Adadus ſervatus ex clade cum reliquiis exercitus, advocatis amicis, cõſultabat quomodo cum Iſraëlitis bellum gereret. Illi ſuaſerunt, non eſſe poſthac cum eis in montanis confligendum. Deum enim illorum in talibus locis pollere, & ideo ſe nunc ab eis victos. Sed ſi in campeſtribus committatur prælium, facile

in Samariam regreſſus, acceptam cladem ultum ire cupiens, rurſum victus eſt. Eo prælio CXX. *millia Syrorum interiere: Regi venia data, regnum ei & priſtinus ſtatus conceſſus. Tum Achab verbis Dei à propheta increpitus, cur abuſus divino munere, hoſti ſibi traditio peperciſſet. Igitur Syrus poſt triennium, bellum Hebræis intulit. Adverſum hunc Achab, Pſeudo-prophetarum impulſu, in prælium deſcendit: ſpreto Michæa propheta, & in vincula conjecto, quod ei exitia-*

facile ſe ſuperiores fore. Præterea conſuluerunt, ut demiſſis regibus quos ſecum in expeditionem duxerat, copias eorum retineret, & ſatrapas illis præficeret. Placuit Regi conſilium. Mox ubi primum veris ſignum ſe protulit, exercitum in Hebræos duxit, & cum perveniſſet prope oppidum Apheca, in magno campo caſtra poſuit. *Ioſeph.*

CXX. *mellia.*] In fonte eſt centum millia duntaxat. Quem numerum etiam Græca editio agnoſcit. III Reg. XXI. ℣ſ. 29. Sed & Ioſephus lib. VIII. cap. 8. Eodem tempore fuerunt ruina muri oppreſſa in Aphec viginti ſeptem millia, ut fortaſſe Sulpicius ediderit CXVII. millia. *Druſ.*

Regi venia data.] Adadus aliquot fidiſſimis famulis cōcomitatus, in quandam ſubterraneam cellam ſe abdidit, quibus clementiam Iſraëlitici Regis prædicantibus, & ſpem veniæ facientibus, ſi conſueto ſupplicum habitu ad eum mitterentur, permiſſi ſunt hoc facere. Illi induti ſaccos, & reſtibus capita redimiti, qui tum priſcus apud Syros ſupplicandi mos fuit, Achabum adeunt, & gratiam impetrant. Federe deinde icto, & jurejurando firmato, Adadus egregie donatus, in ſuum regnum remiſſus eſt. *Ioſeph.*

A Propheta.] A propheta quodam, qui & unus de filiis prophetarum dicitur, III Reg. 20, 35. Quod noto ut diſcas filios prophetarum etiam prophetas vocari. *Druſ.* Ioſephus cenſet hunc fuiſſe Michæam. Idem tradit Glycas & Hebræi in Seder Olam. Verum hæc res incerta eſt. Serarius & alii cenſent hunc diverſum à Michæa fuiſſe, ideoque non nominari.

Cur abuſus divino munere.] Achabus victoriam non ſervitute, ſed ſingulari Dei dono nactus, non debuerat de Adado aliquid ſtatuere, niſi Deo conſulto per Vrim & Prophetas. Confer I Sam. XV. *Grot.*

Poſt biennium.] III Reg. XXII. Ioſeph. VIII, 9, 10. Tribus annis, ſed non integris, pax Iſraëlem inter & Syriam duravit II Paral. XVIII, 1.

Bellum Hebræis intulit.] Atque non Syrus belli author, ſed Achabus fuit, *ἵνα τὴν γαλααδικὴ πόλιν ἀφαιρεθεῖσαν ἀφέλῃ*). *Ioſeph.* Nec credibile, poſt tantam cladem, auſum denuo invadere Iſraëlitas. *Horn.*

Pſeudo-prophetarum impulſu.] Qui numero erant circiter CCCC viri. III Reg. XXII, 6.

Spreto Michæa.] Eſt cur prætulerim Michaia. Nam in *μιχαία*, unde vulgatum Michæas, non eſt diphthongus Græca, ut vulgus exiſtimat. Quod etiam Ebræi ſcribunt מִיכָיְהוּ, in qua Scriptura prius Iod quieſcit, poſterius legitur & eſt j. conſonans. Ex quo liquet ſonandum eſſe Michaja per j. conſonam, & non Michæas per diphthongum. *Druſ.*

tiabilem fore pugnam denunciaſſet. Ita eo prælio Achab interfectus, Ochoziæ filio imperium reliquit. Is æger corpore, cum ex miniſtris, qui idolum pro ſalute ejus conſulerent, miſiſſet: Helias à Deo monitus, obviam ſe eis obtulit, increpitoſque renunciare regi jubet, mortem ejus conſequuturam. Tum rex comprehendi eum, ac deduci ad ſe jubet: ſed miſſi, cæleſti igne abſumpti. Rex, ut propheta prædixerat, obiit. Succeſſit autem Ioram ei frater ejus: iſque duodecim an-

Druſ. Eſt hic alius & diverſus à Michea, qui inter minores Prophetas ſextus. Hic autem eum præceſſit CL. annis, ut ex legum & temporum collatione patet. *A Lapide.*

Achab interfectus.] Παῖς δέ τις βασιλικὸς τοῦ Ἀχάβου Ἄμανος ὄνομα, τοξεύσας εἰς τοὺς πολεμίους, τιτρώσκει τὸν βασιλέα διὰ τοῦ θώρακος, κατὰ τοῦ πνεύμονος. *Ioſephus.* Regnavit cum patre duobus annis, ſolus XX. Nam primus Achabi annus cum XXXVIII. Aſæ Regis Iuda cōvenit, & Achabo mortuo ſucceſſit ejus filius Ochozias ann. XVII. Ioſaphati. Aſa vero regnavit XLI. annis: Ergo non niſi quatuor annis cum Achabo. Quibus ſi addas XVI. annos Ioſaphati, reperies annos XX. *Tirinus.*

Ochoziæ filio.] IV Reg. I. III Reg. cap. XXII. ℣. 40. καὶ ἐβασίλευσεν Ὀχοζίας υἱὸς αὐτοῦ ἀντ' αὐτοῦ. Critici Ebræorum legerunt Achazias. *Druſius.*

Aeger corpore.] Ex caſu quodam, de quo IV Reg. cap. I.

Idolum pro ſalute.] Θεὸν μυῖαν. *Ioſephus.* Numen Accaronitarum, Beelſebub dictum ſive Baalzebub: quod Latine ſonat, ut ſi dicas, *Iupiter muſca.* Nam Baal, Iupiter, & Zebub, muſca, id eſt, μυῖα. Græci certe hic legunt ἐν τῷ Βάαλ μυῖαν θεὸν Ἀκκαρών. *Druſius.* Iudæorum ſapientes ſolenniter præceperunt contumelioſas appellationes in fictorum numinum ignominiam. Ita pro Beelzebub dicebant Beelzebul, quaſi dicas, Iupiter ſtercoreus. Vide Seldenum, de DIs Syris II, 6. Veriſimilis mihi ſemper viſa eſt conjectura Scaligeri, qui בעלזבוב per contemtum factum putabat ex בעלזבחים, quod ſignificat ſacrificiorum ſeu victimarum Dominum. Nempe ſimili ratione ac Bethel, quod eſt domus Dei, prinſquam Idololatria iſtic ad lapidem, ubi recubuerat Iacob, exerceri cœpit, fecere Bethaven, id eſt, domus vanitatis. *Voſſius.* Sed mihi perſuaſiſſimum eſt, *inquit* Seldenus, Accaronitis ipſis *Beelzebub* dictum ex II Reg. 1, 1, 2. ubi Achazias honorificentiſſime id nominans, Baalzebub vocat. Sic Arcades ſolenni ſacrificio τὸν μυιαγρὸν quotannis propitiabant, ut & Elei. Veriſimilius eſt vocatum hunc Deum à Palæſtinis בעל שמין, ab Hebræis vero, ridiculi cauſa בעלזבוב. *Grotius.*

A Deo monitus.] Per Angelum.

Sed miſſi.] Duo πεντηκόνταρχοι, hoc eſt, quinquagenarii, ſive ſemicenturiones cum militibus ipſorum. *Druſius.*

Obiit.] Sine prole, ſive, ut cum Tertulliano loquar, improlis aut illiberis. Itaque in regnum ei ſucceſſit Ioram frater ejus, anno ſecundo Ioram filii Ioſaphat regis Iudæ. *Druſ.* Regnavit biennio. III Reg. XXII, 52.

annis imperio potitus eſt. At in parte duarum tribuum, Ioſaphat rege defuncto, Ioram filius regnum tenuit, annos duodeviginti. Is Achab filiam uxorem habuit, ſocero, quam patri, propior. Poſt hunc, Ochozias filius, imperium adeptus eſt. Hoc regnante, Helias tranſla-

Duodecim annis imperio potitus eſt.] IV Reg. III, I. Καὶ Ἰωρὰμ υἱὸς Ἀχαὰβ ἐβασίλευσεν ἐν Ἰσραὴλ ἐν ἔτει ὀκτὼ καὶ δεκάτῳ Ἰωσαφὰτ βασιλέως Ἰούδα, καὶ ἐβασίλευσε δώδεκα ἔτη. *Druſ.* Regnavit à fine XVIII. anni Ioſaphati uſque ad Ochoziæ Regis Iuda vitæ finem. Nam una cum illo occiſus eſt à Iehu. IV Regum cap. IX, 24, 27.

Ioram.] Hujus tempore Idumæi jugum excuſſerunt, & à dominatu Iudæorum, per IↃ CCC. annos, liberi manſerunt, uſque ad Hyrcanum, qui eos rurſum ſubegit. Deinde Herodes, Antipatri Idumæi filius, regnum adeptus fuit & tenuit, Idumæique obſidioni & expugnationi Hieroſolymæ interfuerunt. *Horn.*

Annis duodeviginti.] Id eſt, octodecim, cum octo tantum regnaverit, II Paralip. XXI, 5. *triginta duorum annorum erat Ioram cum regnare cœpiſſet, & octo annis regnavit in Ieruſalem.* Si fides habenda Davidi Camio, Ioram iſte una cum patre regnavit annis ſeptem. Siquidem Ioram, rex decem tribuum, cœpit regnare anno ſecundo hujus Iorami, IV Reg. I, 17. qui erat decimus octavus Ioſaphati, IV Reg. III, I. Ioſaphat autem regnavit annis XXV. Adito ſis ad commentarium ejus in hunc locum. *Druſ.*

Poſt hunc Ochozias.] Qui Achazias Hieronymo. Sic etiam Hebræi hoc nomen legunt & ſcribunt. *Idem.*

Hoc regnante Helias.] De tempore quo tranſlatus fuit Elias, nihil mihi lectum, præter quod Iudæus Salmaticenſis obſervaverit in libro Iohaſin, cujus verba non pigrabor Latina facere: *Aſcenſio Eliæ fuit anno mundi 3047. anno decimo octavo regni Ioſaphat, quando regnabat Ioram filius Achab. Videtur autem quod Elizeus tunc acceperit patrum traditiones ab Elia. Cæterum ex libris præteritorum apparet, quod venerit epiſtola ab Elia ad Ioram filium Ioſaphat circa annum 3062. mundi conditi, tranſlato jam ante Eliâ. Ioſaphat pater ejus & Ioram filius Achab, venerunt ad Eliſeum Prophetam. Sed in Seder Olam relatum, allatam fuiſſe illam epiſtolam in principio regni filii Ioſaphat, ſeptem videlicet annis poſtquam raptus eſt.* Et aliquanto poſt: *Videtur ex textu quod Eliſeus mortuus ſit anno triceſimo ſeptimo regni Ioas regis Iuda, qui eſt annus mundi 98. ſecundum æram minorem. Quod ſi eſt, vixit Eliſeus annum unum ſupra quinquaginta poſt aſcenſionem Eliæ.* Et iterum: *Ex Seder Olam diſcimus, anno decimo Ioas regis Iſraël, qui fuit ſeptimus poſt obitum Ioas regis Iuda, vita functum Eliſeum. Quod ſi verum, vixit Eliſeus 61. annis poſt raptum Eliæ.* Et rurſum: *Autor Seder Olam ait, Eliam revelandum quum venerit Meſſias, qui mox iterum abſcindetur, & poſtea revelabitur, ubi venerint Gog & Magog.* Hactenus Salmanticenſis. De ipſo Elia variant quoque ſententiæ doctorum. Alii ſacerdotem fuiſſe tradunt, & quidem R. Levi contendit eum Phinees fuiſſe, quem ſequitur univerſus Iſraël, ait idem, nobis modo nominatus Salmanticenſis. Alii ſcribunt oriundum ex Gad tribu, in qua Galaad. Certum autem fuiſſe ex inquilinis Galaad. Patrem habuit, ut alii volunt, ex eadem tribu, matrem ex Benjamin: unde alibi de ſeipſo, *Ego*, inquit, *ſum ex filiis filiorum ipſius Rachel.* Quicquid

latus refertur. Eodem tempore Eliſeus diſcipulus ejus, multis ſignis potens, extitit: quæ omnia notiora ſunt, quam ut noſtro ſtylo egeant. Ab eo eſt viduæ filius reſuſcitatus, Syrus lepra purgatus. Famis tempore, omnium

quid horum verius, inquit Iudæus ille, cum venerit, ipſe indicabit nobis. *Idem.*

Tranſlatus fuit.] Iudæorum vulgus & ſapientes, credunt eum tranſlatum in hortum Eden, hoc eſt, in Paradiſum, ibique vivere cum anima & corpore: à quibus diverſi abeunt recentiores Rabbini, & in his R. David, qui ſcribit eum turbine raptum è terra in aërem uſque ad ſphæram ignis, ibique conſumptum corpus ejus, ſpiritum autem rediiſſe ad Deum, qui dedit ipſum. *Idem.* Ex hoc Eliæ raptu in cœlum, poëtas accepiſſe fabulas de Solis quadriga, aſſerit Beda Quæſt. XXXVI. Chryſoſtomus Homilia prima de Elia.

Heliſeus.] Scribo Eliſeus; quod factum putarim ex Ebræo Eliſe, Latina declinatione. Nam ex Græco ἐλισσαῖος eſſet Eliſæus cum diphthongo. Quanquam in edit. Romana eſſet ἐλισαιέ. אלישע Eliſa, & ἀρχαϊκῶς Eliſe, ut תרח Thare. *Idem.*

Multis ſignis potens.] Apud Nicolaum de Lyra recenſentur miracula ſedecim edita ab Eliſeo, cum Elias tantum octo ediderit. Quo accommodant duplum, quo præditus fuit, ſpiritum Eliſei. Quem tamen locum alii aliter enarrant. Habetur autem, IV Reg. II, 9. *Idem.*

Ab eo viduæ filius reſuſcitatus.] Sunamitidis. Enumerat nunc aliquot ſigna ſive miracula Eliſei, ſed plura Scholaſtici recenſent ex libris Ebræorum. Sedecim Eliſei miracula. I. Iordanis diviſio. II. Aquarum ſanatio. III. Puerorũ laceratio. IV. Aquæ impetratio pro tribus Regibus. V. Olei multiplicatio. VI. Sunamitidis fœcundatio. VII. Filii ejus ſuſcitatio. VIII. Pulmenti dulcoratio. IX. Panum multiplicatio. X. Naaman leproſi curatio. XI. Giezi infectio. XII. Ferri natatio. XIII. Oculorũ pueri ſui apertio ad vincendum equos & currus igneos, &c. XIV. Adverſariorum excæcatio. XV. Abundantia commeatus inopinata in porta Samariæ. XVI. Suſcitatio mortui ad tactum oſſium ejus. *Idem.* Porro exempla reſuſcitatorum à mortuis extant apud gentiles, *Eris* Armenius de quo Plato X Reipubl. quem locum tranſſcripſit Euſebius IX. πραπ. 35. Val. Max. I, I. Clemens V. Strom. Orig. II. contra Celſ. Plut. IX. Sym. 5. Macrob. in ſomnium Scip. *Fœmina* quædam, de qua Heraclides Ponticus librum ſcripſit, teſte Diog. Laërt. Galeno VI. de locis affectis, Plin. VII, 52. *Ariſtæus.* Herodot. Melpom. Plin. VII. 52. Plut. Romulo. *Theſpeſius.* Plut. I. de ſera Dei vindicta. *Antyllus.* Plut. I. De anima apud Euſebium IX. πραπ. 36. Theodoret. Serm. XI. Ac haudquaquam dubito, quin Eris Armenius, ſit ille miles Syrus, qui contactu oſſium Eliſæ ſuſcitatus. Quis enim dubitet famam de eo longe lateque ſparſam, ad Græcos perveniſſe? Quia autem Syria *Aram*, hinc ipſi eum fecere Armenium. *Horn.* Sunamitidem hanc R. Salomo fabulatur ſororem fuiſſe Abiſag, quæ Davidi ſeni uxor data. Quod ſi verum, debuiſſet annos amplius centum nata eſſe. Nam à morte Davidis ad Eliſeum fluxere anni pluſquam LXXX. *A Lapide.*

Syrus.] Naaman, princeps exercitus Regis Syriæ: qui à Græcis vocatur ναιμὰν ὁ ἄρχων τῆς δυνάμεως συρίας, aut variantibus Libris ὁ ἀρχιστράτηγος βασιλέως συρίας. *Idem.*

Famis tempore.] IV Reg. VII, VIII. Ioſeph. IX, 2. Samaria à Benhadado obſeſſa, & ad immanem famem deducta

nium rerum copia, fugatis hoſtibus, invecta, in uſum trium exercituum aquæ præbitæ: de exiguo olei, immodicis incrementis, ſolutum mulieris debitum, & ipſi ſufficiens vivendi ſubſtantia data. Hujus temporibus, ut diximus, Ochozias duarum tribuum erat rex: decem vero Ioram, ut ſupra retulimus, imperabat. Interque eos fedus ictum. Nam & adverſus Syros junctis

cta erat, adeo ut caput aſini venderetur octoginta argenteis, & quarta pars ſtercoris columbarum quinque argenteis. Ea de re anxio Rege Ioram, cum jam ad humanas carnes ventum, Heliſeus prædixit ingentem copiam mox affuturam. Ac paulo poſt exercitus Syriæ panico terrore copiarum Iſraëlitarum perculſus, obſidione ſoluta diſceſſit, & tabernacula cibariorum opumque plena reliquit, prædaque opima potiti ſunt Iſraëlitæ. *Sigon.* Quatuor autem illos leproſos, qui primi fugam detexerunt, fuiſſe Giezin & tres filios ejus, putant Hebræi. Quod ego nec affirmem nec refellam. *Grot.*

In uſum trium exercituum.] Iſraël, Iuda & Edom. IV Reg. III. Tres hi Reges ducebant exercitus adverſus Moabitarum Regem Meſam, per ſolitudinem Idumææ. Laborantes autem penuria aquarum, Rex Iſraël Eliſeum conſuluit, qui ita dixit: *Facite alveum torrentis hujus foſſas & foſſas. Non videbitis ventum, neque pluviam, & alveus iſte replebitur aquis.* Sigon. Rex Moabiticus obſeſſus, præ deſperatione filium ſuum, τὸν υἱὸν πρεσβύτερον, ὃς μετ' αὐτὸν βασιλεύειν ἔμελλεν, ſacrificavit. *Ioſeph.* Suum ergo, non Idumæi Regis filium, ut male quidam ex Amoſo II, I. colligunt, immolavit. *Grot.*

De exiguo olei.] Quærente muliere vidua, quod non haberet unde ſolveret debitum mariti mortui, Eliſeus modicum olei, quod illa habebat, in tantam magnitudinem auxit, ut abunde habuerit unde æs alienum diſſolveret. *Sigon.*

Mulieris.] Ioſephus: Ὠβεδίου, τοῦ Ἀχάβου οἰκονόμου γυνή. Eum ſequuntur Hebræi, Theodor. Lyra, Abul. & alii, & volunt hoc beneficium viduam ejus conſecutam, ob centum Prophetas, in perſecutione Ieſabelis abſconditos & altos.

Ochozias.] Filius Ioram. Præclarius fuerat dictu, Heliam tranſlatum eſſe, & Eliſeum prodigia edidiſſe ſub Ioram Rege Iſraël & Ioram Rege Iudæ, quam ſub Ochoſia Rege Iudæ. Nam Ioram Rex Iſraël, imperium tenuit annos XII. Ioram Iudæ annos VIII. eodem tempore. Ochozias vero annum unum, qui fuit duodecimus Ioræ Iſraëlitici. Sic enim omnia in unum conjiciuntur, cum in multos ſint digerenda. Adde quod Helias & Eliſeus inter decem tribus vaticinium exercuerunt, non inter duas. *Sigon.*

Inter eos fedus ictum.] IV Reg. VIII. Anno duodecimo Ioram Iſraëlitici, Ochozias fedus icit cum eo contra Hazaël Regem Syrorum. In eo bello Ioram vulnus accepit, & curandi ſui cauſa in Ieſreel receſſit. Elias interim, juſſu Dei, unxit Iehu, ut ulciſceretur domum impii Achab. Ille ad Ieſreel contra Ioram profectus eſt, qui in lecto cubabat ægrotus, aſſiſtente ſibi Ochozia Rege Iuda, & cum ambo ſibi obviam proceſſiſſent, adortus eos disjecit, ac poſt necavit. *Sigon.*

Adverſus Syros.] Azaëlem.

Iehu.

ctis viribus bellatum: & adverſum Iehu, qui per Prophetam in regem decem tribuum unctus fuerat, pariter in prælium egreſſi, eadem pugna interiere. Sed regnum Ioram Iehu tenuit, poſito Ochozia in Iudæa rege. Qui uno anno regnavit: mater ejus Gotholia imperium poſt occupavit, adempto nepoti imperio, etiam tum parvo puero, cui Ioas nomen fuit. Sed huic ab avia prærep-tum

Iehu.] Annis viginti octo. *Druſ.*

Per Prophetam in Regem decem tribuum unctus fuerat.] Bis videtur unctus fuiſſe. Semel ab Elia, III Reg. XIX. 15. deinde ab Eliſeo. *Cajetanus. Hiſtoria Scholaſt.*

Eadem pugna interiere.] IV Reg. IX. Ioſeph. IX,5. Non eodem loco & tempore. Nam cæſo Ioram Rege Iſraël, Ochozias fugit & latuit Samariæ. II Paral. XXII,9. Ibidem poſtea deprehenſus, & ad Iehu in Gaber deductus, accepto vulnere, in Mageddo fugit & obiit. *Lyra.* Ieſabel quoque κεκοσμημένη, malignum ſpiritum, de feneſtra præcipitata, inter equorum ungulas curruumque rotas, exhalavit, ac tota Achabi domus deleta eſt. *Ioſeph.* IX,6.

Poſito Ochozia.] Male hæc librarii interpunxerant. Tu igitur ſic diſtingue: *Sed regnum Ioram Iehu tenuit. Poſito Ochozia in Iudæa Rege, qui uno anno regnavit, mater ejus Gotholia imperium occupavit.* Poſito, videtur ſcriptum, pro depoſito, id eſt, ſepulto. *Sigon.* Sepultus autem fuit cum patribus ſuis in civitate David. Vide IV Reg. cap. IX, ℣ſ. 24. Aut *poſito*, id eſt, mortuo, quod in Euangelio, *animam ponere.* Druſ.

Gotholia.] IV Reg. XI: Ioſeph. XI,7. Athalia pro Gotholia ſcribitur, ſed Gotholiæ nomen eſt in Paral. *Sigon.* Nam γ interdum omitti, interdum per γ reddi ſolet. *Grot.* Γοθολία. Sic Græci olim legerunt, ut Hieronymus Athalia. Quomodo & critici Ebræorum Maſoritæ. Hujus Athaliæ furorem evaſit Ioas à Ioſaba ſorore Ochoziæ occultatus. IV Reg. 11, 2. *Druſ.* Fuit filia Achabi & Iezabelis, nupta Ioram filio Ioſaphat Regi Iuda, ex eoque genuit Ochoziam. Quo occiſo invaſit regnum, & omnes filios Regis, quorum ipſa erat avia, interfecit, velut altera Medea. Ἐσπούδαζε μηδένα τῶν ἐκ τοῦ Δαβίδου καταλιπεῖν οἴκου, πᾶν δ᾽ ἐξαφανίσαι τὸ γένος, ὡς ἂν μηδὲ εἷς ἐξ αὐτοῦ βασιλεὺς ἔτι γένοιτο. *Ioſeph. Theodor. Procop.* Ei ſimile fuit Drachomira impia & Idololatra mater S. Venceſlai, Regis Bohemiæ & martyris, quæ fratrem ejus Boleſlaum in necem ejus impulit: ſed eam terra vivam abſorpſit. *Aeneas Sylvius.* Fœmina violenta & dominationis cupida, qualem nobis Agrippinam Neronis matrem deſcribit Tacitus. *Grot.*

Ademptoque nepoti imperio.] Quem ſurripuit Ioſaba amita, uxor Ioiadæ Pontificis. *Ioſeph.* Sic Electra fratrem Oreſtem. *Seneca* Agamemn. Sic domus Davidis ſervata in uno puero, ut olim Gedeonis. Iud. IX. Errat ergo Pſeudo-Philo, & qui eum ſequuntur, defeciſſe ſtirpem Salomonis in Ochoſia, aſſerentes, & quotquot eum ſequantur, ex Nathan, non Salomone, deſcendere. Nam diſerte Ioas hic vocatur filius Ochoziæ, qui ex Salomone, non Nathan deſcendit. Frivolum ergo eſt quod iidem addunt, iccirco Ioan, Amaſiam & Ochoſiam omitti in genealogia Chriſti Matth. I. quod in Ochozia defecerit ſtirps Salomonis. *A Lapide.* Sed de hoc vide Spanh. Dub. Euang.

Ab avia præreptum imperium.] Vi

ergo,

ptum imperium, poſt octo fere annos, per ſacerdotem & populum, depulſa avia, redditum. Hic initio regni obſervantiſſimus divini cultus fuit, magniſque ſumptibus templum exornavit. Poſt, adulatione principum

ergo, nullo jure, regnavit. Nam Hebræi fratres ſuos habebant reges, non ſorores Deut. XVII, 15. *Grot.*

Poſt octo fere annos.] Imo ſeptem tantum. Sic Ioſeph. ἦν δὲ Γοάζος, ὅτε τὴν βασιλείαν παρέλαβεν, ἐτῶν ἑπτά. *Horn.* Ioſaba filia Ioram habuit occulte Ioas annos ſex IV Reg. 11, 3. Septimo reſtitutum fuit regnum per Iojada Pontificem. Quomodo igitur verum eſſe poteſt, quod ait, *poſt octo fere annos?* An ſcripſit, *poſt ſex fere annos?* Nam *fere* utplurimum redundat. *Druſ.*

Per ſacerdotem.] Per Iojada Pontificem, qui uxorem habebat Ioſaba, id eſt, יהושבע, quæ II Paral. XXII, 11. Ioſabeth vocatur, id eſt, יהושבעת, cum Thau in fine. Hujus Pontificis meminit Euſebius in Chronico, per hæc verba, *Iojadas apud Hebræos inſigniſſimus erat Pontifex, qui ſolus, poſt Moyſen, vixit annos centum triginta.* Vide II Paral. XXIV, 15. *Druſius.* Mirandum non eſt, ſi Iojada, & civis bonus, & in magno Magiſtratu conſtitutus (nam in illo populo etiam Pontificium erat Magiſtratus) ac per affinitatem obſtrictus ad curam regis pupilli, cujus ſororem in matrimonio habebat, vi regnantem, vi depulit. Fuit is vir magni animi, φιλόπατρις, quales duo Bruti. *Grot.*

Et populum.] Major pars ex Levitis fuit, ut conjuratio eſſet ſecretior. Quinque autem Centuriones Levitæ fuerunt, cum quibus hoc magnum conſilium Iojada communicavit. II Paralip. XXIII, 1. *Ioſeph.*

Depulſa avia.] Et interfecta. Ἰδοῦσα δὲ Γοθολία τὸν παῖδα ἐπὶ τῆς σκηνῆς (Grotius emendat στήλης) ἑστῶτα, καὶ τὸν βασιλικὸν περικείμενον στέφανον, περιῤῥηξαμένη καὶ δεινὸν ἀνακράζουσα, φονεύειν ἐκέλευε τὸν ἐπιβουλεύσαντα αὐτῇ, καὶ τὴν ἀρχὴν ἀφελέσθαι σπουδάσαντα. Ioadus contra accitis centurionibus, jubet mulierem arripi, ducique in torrentem Cedronis, atque illic pœnas luere. Neque enim fas eſſe, templum, veneficæ ſupplicio pollui. Mandavit etiam, ſi quis ei conetur ferre ſuppetias, & ipſum pariter interimi. Illi igitur, quibus hoc demandatum, eductam extra portam mulorum regis, ibi interficiunt. *Ioſeph.* Sed Annales Sacri occiſam in domo Regis dicunt. Ergo verum non eſt, quod Ioſephus ait, pertractam fuiſſe ad torrentem Cedron, ibique occiſam. Fieri tamen potuit, ut cadaver occiſæ, in torrentem Cedron projiceretur. *A Lapide.* Huic Athaliæ ſimilis ſcelere & pœna fuit Brunichildis, multorum regum Franciæ mater & avia, quæ decem Reges exſtinxit, tandemque à Clothario capta & interfecta fuit. *Aimonius. Baronius.* A.C. DCXIV.

Initio regni obſervantiſſimus divini cultus fuit.] Quamdiu vixit Iojada IV Reg. XII. Sic bonus Nero quamdiu Seneca uſus eſt magiſtro. *Grot.*

Magnis ſumtibus.] Triplici pecunia. Primum genus erat, quod pii alienigenæ dabant, qui Deum in ambitu templi adoraturi venerant. I Reg. VIII, 41. Alterum fuit capitatio, quam pendere Iſraëlitæ ſinguli debebant in uſus templi, id eſt, δίδραχμον. Matth. XVII, 24. Exod. XXX, 13. Tertium, quod ſponte conferebant qui vellent. Exod. cap. XXV, ℣. 1. XXXV, ℣. 5. XXXVI, 5, 6. *Grotius.*

Adulatione principum depravatus.] I Paral. XXIV. ubi & dicitur quod Zachariam Iojadæ filium interfici curarit.

Hic

pum depravatus, adoratuſque ab eis, Dei iram meruit. Namque ei Azahel, rex Syriæ, bellum intulit: inclinatiſque rebus ſuis, auro templi pacem redemit. Nec tamen ea potitus eſt, facti invidia à ſuis interfectus, an-

Hic eſt ille qui periit inter altare & ædem, interprete Hieronymo. *Sigon.*

Azahel Rex Syriæ.] Scribendum aſpirate Hazaël. Nam in fonte חזאל. Hiſtoria hæc habetur, IV Reg. XII, 17, 18. *Druſ.* Ioſeph. IX, 2. Hic regnum invaſit, Benadado ſtrangulato. Injecit enim faciei ægrotantis στρῶμα, vel ut Ioſephus ait, δίκτυον διάβροχον. Tacitus in exitu Tiberii: *Macro intrepidus, opprimi ſenem injectu multæ veſtis jubet, diſcedique ab limine. Sic Tiberius finivit.* Quanta autem utriuſque, tum Azaëlis, tum, qui anteceſſit, Benhadadi, apud Syros veneratio fuerit, Ioſephus docet: Μέχρι νῦν αὐτός τε ὁ Ἄδερ καὶ Ἀζάηλος ὁ μετ' αὐτὸν ἄρξας, ὡς θεοὶ τιμῶνται, διὰ τὰς εὐεργεσίας, καὶ τῶν ναῶν τὰς οἰκοδομίας, οἷς ἐκόσμησαν τὴν τῶν Δαμασκηνῶν πόλιν. Πέμπουσι δ' αὐτοὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπί τε τιμῇ τῶν βασιλέων καὶ σεμνυνόμενοι τὴν τούτων ἀρχαιότητα, οὐκ εἰδότες ὅτι νεώτεροί εἰσι, καὶ οὐκ ἔχουσιν αὐτοὶ οἱ βασιλεῖς ἔτη χίλια καὶ ἑκατόν. Quæ verba Ioſephi lucem faciunt illis Macrobii I Saturn. XXIII. *Aſſyrii Deo, quem ſummum maximumque venerantur, Adad nomen dederunt. Ejus nominis interpretatio ſignificat* VNVS. Variæ hactenus eruditorum de hoc numine & nomine opiniones. Quas omnes apud Voſſium I. de Idol. XXII. & II. VI. videre licet. Nemini tamen in mentem venit, ab Adado Damaſci Rege, qui Ioſepho teſte pro Deo cultus, hoc nomen fluxiſſe. Ac ne quis dubitet, en Sanchoniatho aperte; Ἄδωδος βασιλεὺς θεῶν; qui cum Aſtarte & Iove Demaraonte regnaſſe dicitur in Phœnicia. Nihil clarius. Adad Rex Phœnices, vel Syriæ, ἀποθεωθείς. Hinc nomen. Significatio unde? *Vnus* enim Syris חד, Hebræis אחד. Mihi haud dubium eſt Macrobium ſimilitudine harum vocum fuiſſe deceptum, & Adad nihil minus, quam *unum*, ſignificare. *Horn.*

Bellum intulit.] IV Reg. XII, XIII. Ioſeph. IX, 8. Primo quidem regiones trans Iordanem, nec non Galaditicam & Bataneam miſere vaſtavit. Deinde, Gitta primum direpta atque everſa, Hieroſolymam adortus eſt.

Auro templi pacem redemit.] Ioas conterritus, omnes theſauros Dei piorumque Regum exhauſit, & detracta templo donaria miſit ad Syrum, pacem redimere & ſecuritatem, ne oppugnatus in extremum rerum ſuarum diſcrimen adduceretur. Ille tam ingenti pecunia corruptus, vim exercitus à regia urbe abſtinuit. *Ioſeph.*

Facti invidia.] Exiſtimat Sulpicius, ob donaria ex templo ablata, interfectum. Sed Scriptura in ultionem Zachariæ, filii Iojadæ, cæſum aſſerit. II Paralip. XXIV. 25. Sic Sigon. Druſ. *Ioſephus:* Νόσῳ μὲν τοι χαλεπῇ περιπεσὼν ὁ Ἰώασος, ἐπιθέμενοι αὐτῷ τῶν φίλων τοῦ Ζαχαρίου, οἱ τὸν θάνατον ἐκδικοῦντες Ἰωάδου παιδὸς, ἐπιβουλεύουσι τῷ βασιλεῖ, καὶ διεφθάρει πρὸς αὐτόν. Sed facilis conciliatio. Nam utraque cauſa ad necem impii Regis multum contulit; quoniam & in ſuos crudelis, & contra hoſtem imbellis erat. *Horn.*

A ſuis.] Servis ſive aulicis, in queis Ioſachar filius Samaath, & Iozabad filius Somer. IV Reg. XII, 21. Vide quoque II Paral. XXIV, 26. ubi pro Iozachar legitur Zabad, & pro Somer, Samarith

anno imperii quadrageſimo. Huic Amaſſia filius ſucceſſit. At in parte decem tribuum, defuncto Iehu, Ioachas filius ejus regnavit, inviſus Deo, malis operibus, ob quæ regnum ejus Syris prædæ fuit, donec Dei miſericordia depulſis hoſtibus, priſtinum habere ſtatum cœperunt. Ioachas diem functus, Iohæ filio reliquit regnum. Is Amaſſiæ, regi duarum tribuum civile bellum intulit, victoriaque potitus, multam prædam in re-

marith Moabitidis. *Druſ.*

Interfectus.] Et ſepultus in civitate David, non in Regum ſepulcris, quod ex Paralipomenis notat Ioſephus. Aliquis ergo illi honos habitus, non ſummus, quia ſuprema pars vitæ à recto declinaverat. *Grot.*

Amaſsia.] Prope eſt ut credam Sulpicium edidiſſe Ameſſia ſive Ameſſias. Nam ita eſt in editione τῶν ο: ut etiam apud Euſebium in libris veteribus. Quanquam in aliis *Amaſias*, ut in Latina noſtra vulgata. *Druſ.*

Ioachas.] Prætulerim Ioachaz. Nam ſic eſt in Bibliis Græcis, ἰωάχαζ cum z in ultima. Ioachas ſe tuetur conſuetudine illa qua poſtrema nominis barbari in σ mutatur, ut Annibal, Ἀννίβας. *Druſ.* Hæc autem eſt quarta familia quæ tenuit regnum Iſrael. Regnarunt autem ex familia Iehu, quatuor hi Ioachas, Ioas, Hieroboam, & Zacharias quem Sellum occidit. *Sigon.*

Inviſus Deo, malis operibus.] IV Regum cap. XIII. Ioſephus lib. IX, 9. Τοῦ μὲν πατρὸς οὐδ᾽ αὐτὸς μιμητὴς γενόμενος, ἀσεβήσας τε ὡς οἱ πρῶτοι τοῦ Θεοῦ καταφρονήσαντες. Ita enim locus ille Ioſephi corruptus, legendus eſt. Senſus eſt: Iehu adhuc aliquam Dei reverentiam, ſaltem primo regni anno, præ ſe tulit. At hic ſtatim ſecutus eſt Ieroboamum filium Nebat. *Horn.*

Regnum ejus Syris prædæ fuit.] Hujus copias Rex Syriæ tantopere attrivit, ut ex numeroſo exercitu, non plus quam decem millia peditum, equites quingenti ſupereſſent: qua expeditione multas magnas urbes illi ademit. *Ioſeph.*

Dei miſericordia.] In hac temporum difficultate Ioazas ad preces & ſupplicationes confugit, orans Deum, ut ſe è manibus Azaëlis liberet, nec ab eo ſubigi patiatur. Deus autem exoratus, eripuit eum è belli periculis, & regio pacem nacta, ad priſtinum felicitatis ſtatum, brevi rediit. *Idem.*

Ioachas diem functus.] XVII regni anno IV Reg. XIII. I. anno XXXIX. quo regnabat Ioas Rex Iudæ, cui Amaſias ſucceſſit. *Sigon.*

Amaſiæ Regi duarum tribuum civile bellum intulit.] Ioſeph. IX, 10. Hoc facere potuit, quia Amaſias iniit regnum Iudæ, anno ſecundo ipſius Ioæ regis Iſraël, bellum inferentis. Quamvis Sulpicius ante meminit regis Amaſiæ, quam Ioæ ineuntis. De hoc bello IV Reg. XIV, II. Ex quo patet Regem Iſraël non bellum intuliſſe, ut inquit Sulpicius, Amaſiæ, ſed excepiſſe *Sigonius.* Hebræi cenſent cauſam belli fuiſſe, quod Amaſias conductos à ſe milites ex Iſraël contra Idumæos, juſſu Prophetæ dimiſerit, qui indignantes ſpoliarint regnum Iudæ. Spolia hæc à Ioas & Iſraelitis bello per Amaſiam repetita. *Vatablus.* Sed ſcriptura ſolam ſuperbiam Amaziæ, ob victoriam Idumæam, hujus belli cauſam facit. Sic & Ioſeph. Abul. Hiſtor. Scholaſt. Salianus & alii.

Victo-

regnum ſuum convertit. Idque ob Amaſſiæ delictum accidiſſe traditur. Siquidem Idumæorum fines victor ingreſſus, idola gentis ejus aſſumpſerat. Hic novem annos regnaſſe ſcribitur, quantum in libris Regnorum reperi. Sed in Paralipomenis, atque etiam in Chronicis, novem & viginti annos imperium tenuiſſe, annotatum eſt. Et nimirum id perſuadente ratione, quæ in his Regnorum libris facile perſpici poteſt. Ioram enim, rex decem tribuum, octavo anno imperii Amaſſiæ traditur regnare cœpiſſe, unumque & quadraginta annos imperium tenuiſſe. Regnante demum Ozia Amaſſiæ filio,

Victoriaque potitus.] Ipſo Amaſia capto.

Multam prædam in regnum ſuum convertit.] Amaſiæ Regi captivo mortem interminatus eſt, niſi efficeret, ut Hieroſolymæ, apertis portis, ſe cum victore exercitu admitterent. Ea neceſſitate & vitæ amore adactus, perſuaſit civibus ut hoſtem reciperent. At ille, dirutis ad trecentorum cubitorum ſpatium mœnibus, curru per id interſtitium triumphabundus invectus eſt, captivum præ ſe agens Amaſiam: & hoc modo factus urbis Dominus, Dei theſauros abſtulit, & quidquid auri vel argenti in regia repertum eſt, totum aſportavit: ac tum demum, dimiſſo Rege, reverſus eſt Samariam. *Ioſeph.*

Ob Amaſiæ delictum.] Quod Idumæorum fines victor ingreſſus, idola gentis ejus aſſumſerat. II Paralip. cap. XXV.

Novem annos.] Viginti novem, εἴκοσι ϗ ἐννέα II Reg. XIV. Errat ergo Sulpicius. *Druſ.*

In Paralipomenis.] II Paralip. XXV. Sic Græcis vocantur libri דברי הימים. Nam cum diurnorum mos ſit multa λεπτομερέστερον narrare quam fert Annalium ratio, eo factū eſt, ut his non pauca debeamus, quæ in Annalibus, quos Hebræi Samuelis & Regum libros vocant, non inveniuntur: eaque ipſa cauſa fuit, cur hos libros Græce appellaverint παραλιπομένων nomine, ex parte ſcilicet maxime neceſſaria, cum alioquin multa hic ſint eadem quæ in Annalibus, verborum mutatione modo nulla, modo exigua. *Grot.*

Ioram enim Rex decem tribuum.] In libris Regum dicitur *Hieroboam*, qui in Paralipomenis *Ioram.* Sigon. Adhuc quæro ubi Ieroboam in Paralipomenis Ioram vocetur. Affirmat hoc quidem Sigonius, ſed affirmat tantum, non probat. *Druſ.* Omnino exiſtimarim, ex contracta Scriptura nominis Ieroboam, errore ſcribarum, factum Ioram. *Horn.*

Octavo anno.] Quintodecimo. IV Regum XIV. 23.

Unumque & quadraginta annos imperium tenuiſſe.] Ab anno XV finiente Amaſiæ Regis Iuda, IV Reg. XIV, 23. uſque ad XXVII. Oziæ. *Richard. Lyra. Abul.* Nempe ſolus. Nam cum parente ſuo Ioas videtur aliis XII. annis ante regnaſſe, & ita IV Reg. XV. I. dicitur, anno XXVII. Ieroboami regnaſſe Azarias filius Amaſiæ, Regis Iudæ. *Tirinus.*

Ozia Amaſia filio.] Ozia vocatur

P II Pa-

filio, quarto imperii ejus anno defunctus eſt. Qua ratione viginti & novem annos regi Amaſſiæ effecit. Itaque nos hoc ipſum ſecuti, quia rationem temporum perſequi placet, Chronicorum authoritati acceſſimus. Igitur Amaſſiæ Ozia filius ſucceſſit. Nam in parte decem

cem

1 Paral. xxvi. 1. qui vi Reg. xxiv, 2. & xv, 8. Azarias dicitur. Fuit ergo διώνυμος, id eſt, binominis. *Druſ.*

Quarto imperii ejus anno.] Quid ſibi velit illud *quarto*, non video. Siquidem Ioram ſive Hieroboam defunctus eſt anno xxxviii. Oziæ. Nam eo anno Zacharias filius ei ſucceſſit. Ex *Libris* Regum. *Sigon.* Reponunt, *trigeſimo octavo imperii ejus anno.* Recte an ſecus, ubi plus otii erit, videro. *Druſius.* Res ita ſe habet. Poſt mortem Ieroboami vel interregnum fuit, vel per tutorem adminiſtratum fuit regnum, vel rebellio continua fuit per annos xi. Nam ex iv Reg. xv. 8. conſtat, anno demum xxxviii. Azariæ ſeu Oziæ Regis Iuda, Zachariam filium Ieroboami ii. Sceptrum tenuiſſe, id eſt, poſt undecim annos à morte patris ſui. *Lyra. Abul.*

Viginti & novem annos regi Amaſiæ effecit.] Euſebium intelligit, qui in Chronicis ita ſcribit, *Ebræorum Iudæ Amaſias ann. XXIX.* Druſius. Si etiam ea quæ ſcribit Sulpicius vera eſſent, tamen hunc numerum xxix. annorum non efficerent. Nam ſi ſumas annos Amaſiæ, qui ſunt ab octo ad viginti novem, efficiunt xxi. ſi addas quatuor Oziæ, erunt xxv. non xxix. Vt igitur hic numerus conficeretur, ita legendum eſſet: *Ioram enim Rex decem tribuum, quintodecimo anno imperii Amaſiæ traditur regnare cœpiſſe, unumque & quadraginta annos imperium tenuiſſe, regnante demum Ozia Amaſiæ filio,* xxxviii. *ejus imperii anno, &c.* Sigon.

Amaziæ Ozias filius ſucceſſit.] iv Regum xv. Ioſeph. ix, 11. Rex hic in Hebræo vocatur עזריה, in Græco Ἀζαρίας. At in Paralipomenis עזיהו, in verſione lxx. Ὀζίας, quomodo & Ioſepho ſemper vocatur. Crediderim verum ejus nomen fuiſſe עזיה per Dageſch. Olim antequam id compendium dictionis inventum eſt, ſcriptum עזייה. Litera autem י facile in ר mutari potuit, ob formæ vicinitatem. Eſtque id eo credibilius, quod Ioſephus, qui utroſque libros legit, ſemper eum vocat Ὀζίαν, Pontificem autem qui eodem vixit tempore Ἀζαρίαν, quomodo & lxx. qui in Hebræo Paralipomenon cum pari adjectitio ו ea עזריהו. *Grotius.* Hoc regnante Hoſea Propheta vaticinium ſuum iniit, ut ipſe ſcripſit. Item Amos. *Sigon.* Quomodo vero dicatur Matth. 1, 8. Ioram genuiſſe Oziam, cum conſtet ex ii Reg. viii, 24. ii Reg. xi. ṽſ. 2. 1 Chron. iii, 11, 12. Ioramum genuiſſe Achaſiam, Achaſiam Ioaſum, Ioaſum Amaſiam, Amaſiam denique Oziam, ii Par. xxvi, 1. qui & Azarias vocatur ii Reg. xv, 1. diſputat Fr. Spanhemius parte 1. Dub. Evang. iv. qui omnino videndus. Ribera cenſet inter Amaſiam & Azariam fuiſſe interregnum xiii. annorum eo quod Azarias trimulus eſſet moriente patre Amaſia. Sed hanc ſententiam refutant Cajetan. & Salianus. Fugienda enim ſunt interregna, ne Chronologiæ ſeries continua turbetur. Vnde Euſeb. Ioſeph. & alii paſſim regno & annis Amaſiæ immediate ſubjiciunt & connectunt regnum & annos Azariæ. *A Lapide.* Hujus Oziæ anno quinto, cum ſolſtitio æſtivo, cœpit initium Olympiadum in Græcia: & ejuſdem anno nono per Phul Belochum ſuperatus eſt Sardanapalus, & Monarchia Aſſyriis erepta. *Chronol.*

Nam

cem tribuum Ioas diem functus, Ioram filio locum fecerat: poſtque hunc Zacharias ejus filius regnavit. Horum nos regum, omniumque qui in parte decem tribuum Samariæ præfuerunt, annotanda eſſe tempora non putavimus: quia brevitati ſtudentes, ſuperflua omiſimus, & ad cognitionem temporum, cjus potiſſimum partis annos credimus perſequendos, quæ in captivitatem poſterius abducta, prolixius tempus in regno habuit. Igitur Ozias regnum Iudæ adeptus, præcipuam curam Domini cognoſcendi habuit, Zacharia propheta plurimum uſus. Eſaias etiam ſub hoc primum prophetaſſe traditur, quo merito proſperis eventibus adverſus finitimos bella geſſit. Arabas etiam devicit. Iam-

Nam in parte decem tribuum Ioas diem functus.] Hoc ſignificavit ſupra cum dixit: *Ioram enim Rex decem tribuum octavo anno imperii Amaſiæ traditur regnare cœpiſſe.* Sigon.

Ioram filio locum fecerat.] Ieroboam ſub quo Amos prophetavit. Amos I, I. Supra, *Ioram enim rex* 10. *tribuum unum & quadraginta annos imperium tenuiſſe traditur.* Quod firmatur autoritate Scripturæ. Vide IV Reg XIV, 23. In Euſebio tamen, *Hebræorum Iſraël* XII. *Ieroboam ann.* XLII. Nec aliter eſt in exemplari Græco. *Druſius.* Ioſephus; Πεντεκαιδεκάτῳ δὲ ἔτει τῆς Ἀμασίου βασιλείας ἐβασίλευσε τῶν Ἰσραηλιτῶν Ἰωάσου υἱὸς Ἱεροβόαμος ἐν Σαμαρείᾳ ἔτη τεσσαράκοντα.

Zacharias ejus filius.] II Reg. XIV, 29. Ioſeph. IX, 11.

Horum nos Regum.] Duplex Sulpicium ratio impulit omittendi Chronologiam Regum Iſraëlis. Tum vitandæ prolixitatis: tum quia ſeries Regum Iudæ longius producitur. *Sigon.*

Præcipuam curam Domini cognoſcendi habuit.] Ἀγαθός τε ἦν καὶ δίκαιος τὴν φύσιν, καὶ μεγαλόφρων, καὶ προνοῆσαι τῶν πραγμάτων φιλοπονώτατος. *Ioſeph.* Clarum fuit pietatis exẽplum. Sic in libris Regum: *Fecit quod placitum erat Domino, juxta omnia quæ fecit Amazia pater ejus.* Sigon.

Zacharia Propheta.] Secutus eſt eos qui II Paralip. XXVI, 5. legunt *intelligens in viſionibus Dei.* Nam diverſa lectio alium ſenſum continet. Vide Obſervation. lib. XIV. cap. 20. & cap. 22. *Druſius.*

Eſaias etiam ſub hoc primum prophetaſſe dicitur.] Eſai. I, I. Hic præter cæteros adeo aperte de Chriſto vaticinatus eſt, ut Euangeliſta potius, quam propheta, cenſendus ſit. *Hieronym.*

Proſperis eventibus adverſus finitimos bella geſſit.] Suſcepta expeditione in Palæſtinos, prælio victor, urbes eorum vi cepit, Gittam & Iamniam, & earum mœnia vi diruit. *Ioſeph.*

Arabas etiam devicit.] Qui Homero ἐρεμβοί. Nam certo certius eſt, qui Homero vocantur ἐρεμβοὶ, eſſe ipſiſſimos eos, quos poſterior Græcorum ætas Ἄραβας vocavit. Rufus vetus poë-

Iamque Ægyptum terrore nominis ſui concuſſerat, elatuſque ſecundis rebus, illicita præſumens, incenſum Deo obtulit: quod ſolis facere ſacerdotibus fas erat. Itaque cum per Azariam ſacerdotem increpitus, eo loco decedere cogeretur, atque in iram exarſiſſet, lepra opple-

ta apud Galenum, Ladanum ἐν χαίᾳ ἐρεμβῶν naſci tradit, qui ſunt Arabes. Celebre quippe eſt Ladanum Arabicum. *Salmaſius.* Idem Strabo in I. habet, qui & Poſſidonium in hac fuiſſe ſententia tradit extremo libro XVI. Dionyſio quoque ἐν περιηγήσ. pars ſunt Arabiæ. Sed ſi ſic Arabes dicti, tanquam *Occidentales*, à quibus nomen hoc acceperunt? Num à Perſis? Sed lingua horum alia. An à Syris vel Babyloniis? At hi ſunt circa meridiem. Num ab Ægyptiis? Atqui iſtis ſunt ab ortu. Quare potius cenſeo, primo Arabas dictos qui Arabiæ deſertum incolunt: hinc nomen etiam aliis tributum. Quanquam non abſurde dixeris, ſic vocari Arabiam, quaſi colluviem hominum. Quippe etiam ערב, *miſtio*, *mixtura*. Voſſius. Illi autem Arabes quos Vzias devicit, in Gurbaal habitabant. *Ioſephus:* Μετὰ δὲ ταύτην τὴν στρατείαν, ἐπῆλθε τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ γειτνιῶσιν Ἄραψι, καὶ πόλιν κτίσας ἐπὶ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης, καθίστησιν αὐτῇ φρουράν.

Aegyptum terrore nominis ſui concuſſerat.] Sic Florus: *urbem terror regius afflavit.* Ioſephus: Ἔπειτα τοὺς Ἀμμανίτας καταστρεψάμενος, καὶ φόρους αὐτοῖς ὁρίσας τελεῖν, καὶ πάντα μέχρι τῶν Αἰγυπτίων ὅρων χειρωσάμενος. In ſacris: *Et divulgatum eſt nomen ejus uſque ad introitum Aegypti, propter crebras victorias.* Sed Rex ad ornandam urbem curas ſuas contulit, mœniis inſtauratis, quibus turres, altitudine centum quinquaginta cubitorum, addidit. Vide plura apud Ioſephum.

Elatuſque ſecundis rebus.] Διεφθάρη τὴν διάνοιαν ὑπὸ τοῦ τύφου, καὶ χαυνωθεὶς θνητῇ περιουσίᾳ. *Ioſeph.*

Incenſum Deo obtulit.] Offerre voluit. Nam quo minus offerret impeditus fuit à ſacerdotibus. Sic alibi, *pugnavit*, exponitur pugnare cogitavit. Nam verba quandoque conatum duntaxat deſignant. *Druſius.* Cum veniſſet ſolennis feſti celebritas, ſumto ſacerdotali habitu, ingreſſus templum, ad aureum altare Deo ſuffitum facturus, aſtitit. *Ioſeph.*

Quod ſolis facere ſacerdotibus fas erat.] Nam ipſi, ne intrare quidem baſilicam templi, in qua erat altare ſuffitus, licuit. Num. cap. III. & XVIII, 1, 2, 5, 7.

Per Azariam ſacerdotem.] Comitatum aliis LXXX. ſacerdotibus. Azariam autem eundem faciunt recentiorum aliqui cum Iothamo Ioëlis filio in ſerie Ioſephi, & Chronici Hebræorum. *Seldenus.*

Increpitus.] His verbis: *Non eſt tui officii, Ozia, ut adoleas incenſum Domino, ſed Sacerdotum, hoc eſt, filiorum Aaron, qui conſecrati ſunt ad hoc miniſterium: egredere de ſanctuario, ne contemſeris: quia non reputabitur hoc tibi in gloriam à Domino Deo.* II Paral. XXVI. 18.

Atque in iram exarſiſſet.] Ὀργισθεὶς, ἠπείλησεν αὐτοῖς θάνατον, εἰ μὴ τὴν ἡσυχίαν ἄξουσι. *Ioſeph.*

Lepra oppletus.] Quæ maledicentiæ & ſuperbiæ pœna. Addit Ioſephus: *Et ecce, terra vehementer concutitur, fiſſoque ſuperne templo, radius Solis os regis ferit, quod è veſtigio lepra contactum eſt. Acceſſit & aliud prodigium, quod ante urbem in lo-*

pletus deceſſit. Quo morbo affectus, vita functus eſt, quum regnaſſet annos duos & quinquaginta. Regnum inde Ioathæ filio datum: iſque admodum ſanctus fuiſſe traditur, proſpereque imperium adminiſtravit: gentem Ammonitarum bello victam, ſtipendium præſtare coëgit. Regnavit autem annis XVI. *Eidemque Achaz filius ſucceſſit. Celebris circa hæc tempora Ninivitarum*

in loco qui dicitur Eroge, dimidium montis ad occidentem vergentis revulſum, per quatuor ſtadia volutum, objectu demum Orientalis montis conſtitit, obſtructa via publica, & oppreſſis ruina hortis regiis. Addunt Hieronymus, Cyrill. Origen. & Chryſoſtomus ob peccatum hoc Oziæ, cui nonnulli primores conſenſerint, Prophetiæ ſpiritu uſque ad obitum Regis, Iudæos privatos. Fuit autem lepra oppletus, non anno regni ſui XXVII. ut Seder Olam vult, ſed vel anno XLIX, ut Salianus, vel LII. ut Hieronymus vult.

Deceſſit.] Non è vita, ſed è templo. Quia ſequitur: *quo morbo affectus, vita functus eſt.* Sigon.

Quo morbo affectus, vita functus eſt.] Καὶ χρόνον μέν τινα διῆγεν ἔξω τῆς πόλεως, ἰδιώτην ἀποζῶν βίον, τοῦ παιδὸς αὐτοῦ Ἰωθάμου τὴν ἀρχὴν παραλαβόντος. ἔπειτα ὑπὸ λύπης καὶ ἀθυμίας ἀπέθανεν ἔτη μὲν βιώσας ὀκτὼ καὶ ἑξήκοντα, τούτων δὲ βασιλεύσας πεντήκοντα δύο. *Ioſeph.*

Ioathæ filio.] II Reg. XV. II Chron. XXVII. Ioſeph. IX. II. Fuit initio vicarius Regis, per tres quatuorve annos. Deinde mortuo ex aſſe ſucceſſit.

Admodum ſanctus fuiſſe traditur.] Οὗτος ὁ βασιλεὺς οὐδὲ μιᾶς ἀρετῆς ἀπελείπετο, ἀλλ' εὐσεβὴς μὲν τὰ πρὸς τὸν θεὸν, δίκαιος δὲ τὰ πρὸς ἀνθρώπους ὑπῆρχεν, ἐπιμελητὴς δὲ τῆς κατὰ τὴν πόλιν. *Ioſeph.*

Gentem Ammonitarum bello victam.] בני עמון. II Paral. XXVII, 5. At Ioſephus cum authore noſtro Ammonitas vocat: στρατευσάμενος δὲ καὶ ἐπὶ τοὺς Ἀμμανίτας καὶ κρατήσας αὐτῶν ἐν τῇ μάχῃ.

Stipendium præſtare coëgit.] Ἑκατὸν τάλαντα, καὶ σίτου κόρους μυρίους, τοὺς αὐτοὺς δὲ καὶ κριθῆς. *Ioſeph.*

Regnavit autem annis XVI.] Vixit annos XLI. Ante ejus obitum Rerzin Syriæ Rex, & Pekah Rex Iſraëlis, Iudæam invaſerunt. Anno XI. ejus Romulus urbis Romæ fundamenta jecit XXI. Aprilis, ipſis Palilibus. Sed quoniam controvertunt Chronologi de aliquibus annis, videatur Calviſ. Petitus, Petavius, Torniellus, Salianus, & alii.

Achaz filius ſucceſſit.] II Reg. XV. 38. II Par. XXVII, 9. Eſa. VII, I. Matth. I, 9. Ἀσεβέστατος εἰς τὸν θεὸν γενόμενος, καὶ τοὺς πατρίους παραβὰς νόμους, τοὺς Ἰσραηλιτῶν βασιλέας ἐμιμήσατο, βωμοὺς ἐν Ἱεροσολύμοις ἀναστήσας, καὶ θύων ἐπ' αὐτῶν τοῖς εἰδώλοις, οἷς καὶ ἴδιον ὁλοκαύτωσε παῖδα κατὰ τὰ Χαναναίων ἔθη. *Ioſeph.*

Circa hæc tempora.] Quartus liber Regum oſtendit Ionam ſub Ieroboam Ioas filio vixiſſe, IV Reg. XVI, 25. Atque ita expoſuit quoque Ioſephus, & poſt eum S. Hieronymus. A quibus non diſſidet Funccius, qui miſſum fuiſſe ſcribit Ionam ad Ninivitas circa tempora Vziæ ſive Oziæ. Nam Ozias & Ieroboam filius Ioas, qui ſecundus

rum fides traditur. 'Id oppidum olim ab Aſſur, Seon filio conditum, caput regni Aſſyriorum fuit: frequens tum incolentium multitudine, 'alens virorum millia C. *&* X X. *atque, ut in magno populo, abundans vitiis.*

& junior dicitur, una regnaverunt. Vide Ioſephum I X, II.

Ninivitarum.] Vrbs vocatur in ſacris נינוה, & ſic quoque Ammiano Marcellino & aliis. Plerique Græcorum Νῖνον vocant, ut *Strabo* X V I. *Plinius* V I. 13. *Lucan.* I I I. *Ptolemæus* in Aſſyria, & alii. Strabonis verba ſunt: Ὁ μὲν Νῖνος τὴν Νῖνον ἐν τῇ Ατουρίᾳ κτίσας, πολὺ δὲ μείζων ἦν τῆς Βαβυλῶνος. Ingens igitur. Audi Diodorum: *Ninus ad Euphratem urbem præclare munitam figura altrinſecus oblonga poſuit. Nam latus utrimque longius ad* C L. *ſtadia excurrit; reliqua duo minora* X C. *obtinent. Ambitus igitur totus ſtadiis* C C C X X C. *conſtat. Murus ad centum pedum altitudinem exurgebat, & ad trium latitudinem curruum, junctim agitandorum, porrectus erat. Turres in eo* CIↃ IↃ. *ducentos pedes altæ. Aſſyriis habitandam urbem dedit, ex aliis tamen nationibus, qui vellent, aggregati. His magnum agri vicini tractum aſſignavit.* Hæc urbs à Cyaxare & Nebucadnezare aliquandiu poſt exciſa, nunquam refloruit. Quanquam urbs iterum ejus nominis, & ea adhuc Ammiani ævo, ingens. Sic enim ille: *Ninive Adiabenæ ingenti civitate tranſmiſſa.* Lib. X V I I. De cujus vero ſitu accuratiſſime Fullerus I I I Miſcell. V I. Non enim ad Tigrim, ſed ad Lycum amnem ſita fuit. Hodie adeo ex hominum memoria evanuit, ut ne ſitus quidem ejus notus ſit. Geographus Nubienſis tradit Moſul ad Occidentalem Tigridis ripam, è regione vetuſtiſſimæ Vrbis Lino, quæ in Orientali jacet, ſitam. Vocat لينو, quæ indubie Ninos urbs. Chaldæi enim & Arabes ſæpe L pro N ponunt, & contra. Qui vero Νῖνον, quæ & Νινευὶ volunt eandem cum Mauſel eſſe, falluntur. Non ſolum quia in adverſis ripis: ſed & quia gradu ferme integro Ninus Ptolemæi ſeptentrionalior, quam Μωσὴλ Chryſococcæ. *Salmaſ.*

Ab Aſſur.] Gen. I V. Vbi tamen magna diſceptatio, אשור regionis, an hominis nomen. Vide Druſium. Maxime probabilis ſententia, Aſſurem Chami filium, qui totius Aſſyriæ conditor, etiam regiæ urbis Ninives conditorem. Nec Moſes repugnat. Non enim dicit יצא אשור, vel אשורה, quod fieri debuiſſet, ſi de Nimrodo ſermo. Is igitur, dejecto Nimrodo, Monarchiam ad Aſſyrios tranſtulit. Aſſur autem hic eſt quem Chronicon Alexandrinum Θούρραν vocat. Verba ſunt: Μετὰ δὲ Νίνον ἐβασίλευσεν Ἀσσυρίων Θούρρας. Vide & Suidam in Θούρρας. Hic eſt ipſiſſimus Aſſur, qui Dialecto gentica Athur: unde Ἀθουρία quæ eadem cum Ἀσσυρία. Hinc abjecto capite Thur, & Θούρρας. *Horn.*

Seon filio.] Nihil etiam dubitans lego *Sem filio.* Nam Aſſur filius Sem Gen. x. 22. Hic Niniven primus condidit, Gen. x. 11. Eucherius: *Aſſur Aſſyrii, ab Aſſur filio Sem. Hi urbem Ninum ex nomine Nini regis condiderunt, quæ nunc Ninive vocatur.* Druſ. Alii legunt, *Semiramidis filio.*

Frequens tum incolentium multitudine.] Fuit enim urbs גדלה לאלהים, admirandæ magnitudinis, in circuitum patens itinere tridui, Babylone multo major. Quod ex priſcis Fullerus oſtendit I I I Miſcell V I.

Virorum millia C *&* XX.] Imo hominum qui non poterant diſcernere inter

tiis. Queis Deus motus, Ionam prophetam ex Iudæa ire præcepit, ac denunciare urbi excidium, ſicut olim Sodoma & Gomorrha divinis ignibus conflagraſſent. Verum propheta prædicationis iſtius miniſterium detrectans, non contumacia, ſed præſcientia, qua videbat Dominum pœnitentia populi placandum, navim, quæ longe diverſa regione Tharſos petebat, conſcendit. Sed ubi in altum proceſſum, nautæ ſævitia maris compulſi, quiſnam eſſet mali cauſa, ſorte exploravere. Cum ſuper Ionam ſors decidiſſet, tanquam piaculum tempeſtatis, in profundum projectus eſt: exceptuſque à ceto, mari-

inter dexteram & ſiniſtram, hoc eſt, puerorum. Si verum hoc, ut eſt veriſſimum, quantus, putes, erat numerus aliorum, qui diſcernere poterant inter utramque manum. *Druſ.*

Sicut olim Sodoma & Gomorrha.] Hoc de ſuo adjecit & ex ingenio promſit: aut ex commentario aliquo ſumſit. Sane in ſcholiis Camii Ebræi, *evertetur quemadmodum everſæ fuerunt Sodoma & Gomorrha. Nam opera eorum ſimilia operibus Sodomitarum.* Druſ.

Qua videbat.] Alibi eſt, *quia.* Vide Ion. IV, 2.

Navim.] Ioppenſem. Ioppe autem eſt יפו, urbs Palæſtinæ antiquiſſima, & ante diluvium condita. Strabo: *Locus ſatis editus eſt, ita quidem, ut inde tradant Hieroſolymam conſpici Iudæorum metropolim: quin & Iudæi portu hoc utuntur, uſque ad mare digreſſi.*

Longe diverſa regione Tharſos petebat.] Πλοῖον εὑρὼν ἐμβὰς, εἰς Ταρσὸν πόλιν τῆς Κιλικίας. Sed vide an legendum ſit Tharſis. Nam ſic eſt Ion. I. in editione Græca, καὶ ἀνέστη Ἰωνᾶς τοῦ φυγεῖν εἰς θαρσίς. Adhibe Lectiones meas. *Druſ.* Auguſtinus Tharſeis Ciliciam, Tharſum metropolin tradit. Idem Carthaginem potius innui putat in Pſalm. XLVII. Ammianus XIV. *Ciliciam Tarſus nobilitat, urbs perſpicabilis. Hanc condidiſſe Perſeus memoratur; vel certe ex Aethiopia profectus Sandan quidam nomine, vir opulentus & nobilis.* Vbi per *Sandan*, Sardanapalum intelligi, tum ex nominis affinitate patet: tum quia veteres tradunt eum vna die Tarſum & Anchialum condidiſſe. Ex Æthiopia profectus dicitur, quia Chus vicina Aſſyriæ & Babyloniæ. *Horn.*

Exceptuſque à ceto.] A magno aliquo piſce, quem lamiam fuiſſe nonnulli putant. Nam balena, quod fauces anguſtiores habeat, hominem integrum vorare nequit. *Druſ.* Imprimis ore vaſto terribilis eſt λάμνης, quæ *Lamia* Latinis. Tanto enim oris eſt rictu, ut totum deglutiat hominem. Sane Nicæenſes teſtati ſunt Petro Gillio, ſe lamiam cœpiſſe ad quatuor librarum millia accedentem, inque ejus ventre reperiſſe hominem ſolidum. Item Maſſilienſes ei retulerunt, inveniſſe ſe in ea hominem loricatum. Vt lamia poſſit videri id ceti genus, in cujus ventre divinitus conſervatus Ionas Propheta fuit. Pene extra omnem controverſiam ponimus, fabulam de Hercule, in balenæ ventre commorante, fuiſſe confictam ex Prophetica Ionæ noſtri Hiſtoria. Nam & tridui meminerunt, & ob id à Lyco-

marino monſtro, ac devoratus, poſt triduum fere Ninivitarum littoribus ejectus, juſſa prædicat, urbem ſcilicet ob peccata populi triduo perituram. Igitur non diſſimulanter, ut olim Sodomis, audita eſt vox Prophetæ: ac ſtatim, juſſu regis, exemploque, populus univerſus, quin & recens nati, cibo potuque abſtinere ju-

phrone in Caſſandra Hercules τριέσπερος vocatur, διὰ τὸ ἀφόντιστον καὶ σκοτεινὴν εἶναι τὴν γαστέρα τοῦ θηρίου. Iſacius Tzetzes in Lycophr. Plenius B. Cyrillus in Ionam, & Theophylactus. Qui dicunt, *Herculem deglutitum quidem à ceto, redditum tamen, ab inſito ceti calore capite ſolum depilato.* Voſſius. Atque exiſtimarim fabulam Andromedes ab eadem origine derivatam. Quis enim dubitet, Ioppenſibus innotuiſſe, Ionam è mari, &, ut narrabat, ex ceti ventre, in lucem reverſum. Ac quia ipſorum navi vectus, placandis numinibus ſuis, virginem ibi alligatam, & balænis objectam. Vide Solinum XXXIX. Plinium V. XIII. & XXXI. *Horn.*

Poſt triduum fere.] Redundat *fere.* Nam Ion. II, I. *fuit Ionas in viſceribus piſcis tres dies & tres noctes.* Druſ.

Ninivitarum littoribus ejectus.] Hiſtoria narrat illum in aridam ejectum, nulla mentione facta littorum in quæ ejectus fuerit. *Druſius.* Non minus ridiculum ſe Geographis Sulpicius præbet, atque Diotymus Strombychi filius, qui è Cilicia, per Cydnum in Choaſpen fluvium, qui Suſas præterfluit, ſe navigaſſe ſcripſit. *Strabo* I. Τὸν δὲ λόγον, ὑπὸ τοῦ κήτους καταποθέντα τρεῖς ἡμέρας καὶ τοσαύτας νύκτας, εἰς τὸν Εὔξεινον ἐκβρασθῆναι πόντον, ζῶντα, καὶ μηδὲν τοῦ σώματος λελωβημένον. *Ioſephus.* Sed longius ab Aſſyria diſtat Euxinus Pontus. Quid obſtat quo minus eum ad eadem, unde digreſſus, Syriæ littora, ejectum ſtatuamus, vel Ciliciæ, unde recta in Aſſyriam & brevis via? *Horn.*

Triduo perituram.] Expreſſit lectionem Græcam ἔτη τρεῖς, quam corruptam eſſe indicat Theodoretus, legendumque τεσσαράκοντα, *adhuc quadraginta dies:* cui aſſentior. Licet eam excuſare conetur Auguſtinus de Civitate Dei lib. XVIII. cap. 44. Proſper Aquitanus:

Sic Ninive, monitis Ionæ, ſub tempore cladis,
Credidit, & tribus in luctu jejuna diebus,
Promeruit morum excidio conſiſtere regno.

Druſius. Ioſephus præter neceſſitatem, & velut diffiſus veritati hiſtoriæ, concionem Ionæ pervertit. Verba ejus ſunt: Σταθεὶς ἐπήκοον ἐκήρυσσεν, ὡς μετ' ὀλίγον πάλιν ἀποβαλοῦσι τὴν ἀρχὴν τῆς Ἀσίας. καὶ ταῦτα δηλώσας ὑπέστρεψε. Atqui nihil hujùs Propheta dixit, & deſtructa etiam urbe regia, regnum nihilominus ſalvum eſſe poterat. *Horn.*

Non diſſimulanter, ut olim Sodomis.] Innuit, auditam cum fructu Ionæ concionem, apud Ninivitas. Contra quam Sodomis accidit, qui riſu & contemtu, prænuncios cladis ſuæ exceperunt. *Horn.*

Iuſſu Regis.] Ionæ III. Quis ille? Sardanapali anteceſſor, ut quidam volunt. Sed tempora maxime ſuadent, fuiſſe ipſum Sardanapalum. *Calviſius.*

Cibo potuque.] Tria ſunt quæ in luctu & dolore magno, aut in peccati pœnitentia, antiquitus fecere Hebræi, atque Hebræorum exemplo cæteri, qui aliquam Dei notionem habuerunt. Veſtimenta ſua ſciderunt, atque iis abjectis, ſaccum induerunt, jejunio ſe maceraverunt, & capita ſua cinere & pulvere conſper-

jubentur: jumenta itidem, & diverſi generis animalia, compulſa fame ac ſiti, lamentantium ſpeciem, cum hominibus præbebant. Ita imminens malum averſum. Ionæ apud Deum conquerenti, quod fides dictis non affuiſſet, reſponſum: pœnitentibus veniam negari non poſſe. At in Samaria, Zachariam regem admodum impium, quem ſuperius regnaſſe memoravimus, Sella quidam interemit, regnumque occupavit: idemque Manæ inſidiis, exemplo facti ſui, periit. Mane ereptum Sellæ imperium tenuit, filioque Pache reliquit.

conſperſerunt, ut Gen. XXXVIII. Levit. XXI. Num. XIV. I Reg. I. II Paral. XX. *Sigonius.*

Imminens malum averſum.] Ad tempus. Nam everſio Ninives ſub alio Rege accidit. *Idem.*

Ionæ apud Deum conquerenti.] Ionæ IV.

Sella quidam.] II Reg. XV. Sellum filius Iabes, qui in Græcis Bibliis σελλοὺμ vocatur, IV Reg. XV, 10. Hic regnavit in Samaria μῆνα ἡμερῶν, hoc eſt, interprete Hieronymo, *menſem unum.* Cæterum in Euſebio eſt *dies tres.* Druſ. Zacharias autem regni ſui menſe ſexto periit II Reg. XV, 8.

Manæ inſidiis.] Legendum videtur pro *Manæ* inſidiis, *Manehem.* Extremæ ſyllabæ locum errori dederunt. *Sigon.* Alibi, Manes. Manem, Manes; ut Ioſeph, Ioſes, & eſt contractum ex Manahem. Aut Mane, ut Ioſe, in quo abjecta ultima ex Ioſeph. Manem, Mane, ut Ioſeph, Ioſe. Sic Goliath, Golia, Mariam, Maria. Paulo ante, *Manæ inſidiis*, qui eſt obliquus à Mane, niſi legendum, Mane inſidiis Porro in contractione Manem pro Manahem nullum eſt mendum, ut quidam cenſent. Nam ſimilis contractio in Manaim pro Mahanaim, id eſt, caſtra. *Druſ.*

Exemplo facti ſui periit.] Quod evenit olim Zambri ut regnum Elæ per vim ereptum, ſeptem tantum dies tenuerit, idem quoque Sellæ contigit, qui uno menſe regnavit. *Sigon.* Nam Manahem nomine Regis ſui Zachariæ Thirzam obſidens, audita cæde ejus, Sellumum quoque ſuſtulit, & imperium rapuit. *Ioſeph.*

Imperium tenuit.] II Reg. XV, 22. Vir immani crudelitate, qui ne prægnantibus quidem fœminis pepercit. Quod ante eum & Hazaël fecit, Rex Syriæ; & poſt exercita hæc crudelitas tum alibi, tum in veſperis Siculis. Tales Manahemi, infeliciſſimo ſeculo noſtro, Germaniam omni immanitatis genere exhauriunt. *Horn.*

Filioque Pache reliquit.] Cum regnaſſet annos X. uſque ad L. annum Azariæ. Hic primus Aſſyriis viam in Iſraëlitidem oſtendit, vocato contra Thirſenſes Phul Belocho. Qui videtur Beleſes Diodori eſſe, ſocius Arbacis in bello contra Sardanapalum geſto. Eo ad vivicomburium adacto, in quo urbs Ninive in cineres ſubſedit, ſolus quidem Arbaces in Monarchia ſucceſſit, Beleſes tamen præfecturam Babyloniæ & Aſſyriæ obtinuit, ac paulo poſt titulum regium, vel ſponte Arbacis, vel per rebellionem, ſumſiſſe videtur. Vide Petavium IX. de Doct. Temporum 35. & X, 3. Paches Paceia eſt IV Reg. XV, 25. Pacea in Chronico Euſebii. *Druſ.*

quit. Eundem vero Pache quidam ejuſdem nominis interemit, regnumque occupavit. Mox ab Oſee peremptus, eodem ſcelere quo aſſumpſerat, imperium amiſit. Hic ultra omnes reges ſuperiores impius, pœnam ſibi, perpetuamque genti captivitatem, à Deo meruit. Namque ei Salmanaſſer rex Aſſyriorum intulit bellum,

Ὃς τῇ τοῦ πατρὸς κατακολουθήσας ὠμότητι, δυσὶν ἔτεσι μόνοις ἦρξεν. *Ioſeph.*

Pache quidam ejuſdem nominis.] Hic in fonte Phacee dicitur, nomine quidem affini & cognato, ſed tamen alio diverſoque. Græci quoque in his nominibus variant. Nam Phaceia in eorum libris vocatur *Φακεσίας*, alter autem *Φακεὲ* υἱὸς ῥομελίου. Sic edit. Roman. quam nunc ſolam conſului. Hic Phacee regnavit ann. xx. Sub hoc Theglath Phalaſſar rex Aſſyrius magnam partem populi tranſtulit in Aſſyriam. IV Reg. 15, 29. *Druſ.*

Interemit.] Δολοφονηθεὶς ἐν συμποσίῳ μετὰ φίλων ἀπέθανε, Φακέου τινὸς, ὃς ἦν χιλίαρχος ἐπιβουλεύσαντος αὐτῷ. *Ioſeph.*

Regnumque occupavit.] Et cum Retzin Rege Syriæ Hieroſolymis obſeſſis, Iudæorum cxx. occidit in prælio, cc. millia abduxit. Achaz Rex Iudæ, poſt hanc cladem, evocato Tiglat Pilleſſere Aſſyriorum Rege, Damaſcum capit; qui Syros, & ex Iſraële quinque tribus, Rubenitas, Gaditas, dimidium tribuum Manaſſe, Zabulonitas, & Nephtalitas, in captivitatem abduxit. IV Reg. XVI. Ioſeph. IX, 13. Et ſub eodem Tiglat Pilleſſere, Babyloniis ab Aſſyriorum dominatu deficientibus, Nabonaſſar novum regnum Babylonicum erexit. De quo vide Scaligerum v. De Emendatione Temporum, & alios Chronologos.

Ab Oſee peremtus.] Vocatur Hoſee filius Ela διαχειρίσεως ἕνεκα. Nam alius erat filius Beeri, cujus Prophetia etiamnum extat. *Druſ.* Ἀπέθανε δ' ὑπὸ τὸν αὐτὸν καιρὸν καὶ ὁ τῶν Ἰσραηλιτῶν βασιλεὺς Φακέας, ἐπιβουλεύσαντος αὐτῷ φίλου τινὸς Ὠσήου. *Ioſephus.*

Hic ultra omnes Reges ſuperiores impius.] Aliud colligas ex IV Reg. XVII, 2. *Druſius.* Πονηρός τε ὢν, καὶ τοῦ πρὸς θεὸν ὀλίγωρος. *Ioſephus.* Fuit autem poſt mortem Phacee, interregnum annorum VIII. Nam regnum Oſeæ vel interruptum fuit annis Syrorum, vel æmulum familiæ Phacee. *Abul.* Certe verum non eſt quod Sulpicius dicit: *ultra omnes hunc fuiſſe impium.* Quia etiamſi Oſee ipſe coleret vitulos aureos, tamen permiſit ſuis, qui vellent, ire in Ieruſalem, ibique adorare Deum Iudæorum in templo, quod cæteri Reges Iſraëlis, diſpoſitis cuſtodibus, non permiſerunt. Hinc Oſeæ permiſſu, Iſraëlitæ ab Ezechia invitati, Ieroſolymam ad celebrandum Paſcha venerunt. II Par. XXX, 11, 18. *Seder Olam.*

Salmanaſſer.] Hunc Euſebius perperam cum Sennacheribo confundit. Sane in Hiſtoria Ebraica Tobiæ Salmanaſſar, quem Græca Enemeſſarum appellat, pater eſt Sennacheribi, qui filio imperium reliquit. Sub hoc Tobias in captivitatem ductus fuit. *Druſ.* Hujus nomen in Tyriorum extitiſſe Annalibus, docet Ioſephus IX, 14. Verba ejus ſunt: *Aſſyriorum Rex cum armis totam Syriam & Phœnicen peragravit, & nomen ejus in Tyriorum Annalibus ſcriptum invenitur. Bellavit enim contra Tyrum, regnante ibidem Eluleo, atteſtante etiam*

Menan-

lum, victumque tributarium ſibi effecit. Sed cum occultis conſiliis rebellionem pararet, regemque Æthiopum, qui tum Ægyptum obtinebat, in auxilium accerſeret, idque Salmanaſſer comperiſſet, perpetuis eum vinculis in carcerem conjecit, urbemque excidit, populum

Menandro in ſuis Chronicis Regum Aſſyriorum nomina alia ſunt ſimplicia, ut Phul, Aſar, Teglat: alia compoſita, ut Teglar-Phalaſar, ex tribus, Teglat, Phul, Aſar. Salmanaſſar ex Salmam & Aſar. Aſarhaddon, ex Aſar & Haddon. Nabuchodonoſor ex Nabo qui erat Deus Babyloniorum, Chad & Netzer. *Selden.* Cedrenus Salmanaſſarem falſo vocat Nabopalaſſarem. Quæ nomina, & tempus utriuſque, nimis differunt. Vide Calviſium in Iſagoge.

Rex Aſſyriorum.] Idem regem Chaldæorum eundem appellat: quam recte, viderint qui harum rerum intelligentiam habent. *Druſ.* Imo non recte. Quia tum tēporis aliud regnum Chaldææ, aliud Aſſyriæ. Tempore Salmanaſſaris regnabat in Babylonia Mardokempad ſive Merodach, quartus à Nabopalaſſare. Ac imprimis hic regnum Babylonium ab Aſſyriorum jugo, quod ſub obſcuris illis regibus, Naſſio, Chinzere, Poro, ac Dulilæo, recepiſſe videntur, liberavit. Eſa. XXXIX. II Reg. XX, 12. *Horn.* Cæterum hos Aſſyriorum Reges Perſæ Reges Aderbigian ab ignis cultu vocant. آذر enim vel آزر ignis eſt. *Golius.*

Victumque tributarium ſibi effecit.] Qui ſtatus per quinque vel ſex annos duravit. Incepit autem anno primo Oſeæ. *Horn.*

Occultis conſiliis rebellionem pararet.] Ioſephus IX, 14. IV Reg. XVII.

Regemque Aethiopum, qui tum Aegyptum obtinebat.] Quærendum unde hoc habeat. Nam IV Reg. XVII, 4. vocatur rex Ægypti. Nomen ei in codicibus Ebræis סוא, So, quod Orientales Iudæi legunt סיא, Si. Quanquam in Hieronymo Sua: & in editione Romana, Σηγὼρ βασιλεὺς Αἰγύπτȣ. Ioſephus habet, *Soam Aegyptiorum Regem.* Chryſoſtomus Hom. XXX. in Iohannem: *Huic* (Salmanaſſari) *Oſee primum paruit: inde defectione facta Aethiopibus confederatus eſt. Quod cum Aſſyrius intelligeret, gentem illam obſeſſam cepit, neque amplius illic habitare permiſit.* Ecce nihil diſſidet à noſtro Sulpicio. Mirum unde hauſerint. Porro Ægyptum tunc obtinebat (Euſcbius mihi autor) Bocchoris, cujus annus XXXIII. aut XXXIV. incidit in nonum Hoſee. Regnavit autem ann. XLIV. quem Scalon Æthiops devicit, ejuſque regnum occupavit. Hæc indigent diligentiore inquiſitione. *Druſ.* Origo hujus opinionis, ex Hiſtoria Ezechiæ fluxit, ubi mentio fit Tirhakæ Æthiopum Regis, qui tum quoque Ægypto potiius. Nec erravit Sulpicius, niſi errantem Manethonem ſecutus ſit. Nam is tradit, Sabaconem Æthiopiæ Regem, victo Bocchore, Ægyptum cum Æthiopia junxiſſe. A quo Dynaſtia Æthiopum, qui in Ægypto regnarunt, fluit. Sabaconi ſucceſſere Sevech, qui & Sebich ſive Sethon deinde Tarach ſive Tirhaka. Sebich ſive Sethon eſt ille So, ad quem Hoſea miſit. Fuerunt autem Ægyptii Reges Aſſyriorum æmuli & hoſtes fere. *Horn.*

Perpetuis eum vinculis in carcerem conjecit.] Anno VII. Hoſeæ obſedit Salmanaſſar Samariam, & triennio poſt eam cepit. Hic finis fuit regni Iſraëlis, cum ſtetiſſet annos CCLVI. *Chronolog.*

Vrbemque excidit.] Nempe Samariam. Melius erat dictu, *cepit.* Neque enim Scriptura exciſam memorat, & recte,

lum univerſum in regnum ſuum abduxit, Aſſyriis in hoſtili ſolo ad cuſtodiam poſitis. Exinde ea pars Samaria ap-

recte, cum tradita ſit ad habitandum Aſſyriis. *Sigon.*

Populumque univerſum in regnum ſuum abduxit.] Πάντα τὸν λαὸν μετῴκισεν εἰς τὴν Μηδίαν καὶ Περσίδα. *Ioſeph.* In Aſſyriam, IV Reg. XVII, 6. in Halach & Chabor, flumine Gozan & urbibus Mediæ, ibid. Chalach de opinione quorundam ſunt Colchi, & Chabor Iberi. *Druſius.* חלח eſt Calacina pars Aſſyriæ, Adiabenen tangens apud Ptolemæum. Habor חבור, eſt Chabora apud Euphratem, eidem Ptolemæo. Alii vero per חלח Colchos, per חבור Iberos intelligunt; & qui eo deducti ſunt, putant eos eſſe quos Colchos è Syris ortos & circumciſos fuiſſe narrat Herodotus, Ponticos illos in Actis & Petri epiſtola memoratos. Certe Ponti oram poſt hæc tempora ſub regibus Chaldæis fuiſſe diſcimus ex Abydeni loco de Nabuchodonoſoro. Fluvius Gozan eſt, unde Gauzanitis regio, apud Ptolemæum in Meſopotamiæ deſcriptione. *Grotius.* Quia autem Salmanaſſar captivos in urbibus Mediæ locavit, pater, eum vel totam Mediam, vel partem ejus aliquam, Aſſyriis paruiſſe. *Horn.* Quemadmodum mos regibus ferme eſt, gentes pro libidine huc illuc transferre, pecudum in morem, quas paſtores nunc in hibernos, nunc in æſtivos ſaltus trajiciunt. Ita enim ingenia populorum emolliuntur, mutanturque; &, qui in ſuo ſolo quidlibet audent, placidi quietique in alieno ſunt. Nunquam deinde Iſraëlitis in patriam remeare, aut deletam perditamque inſtaurare rempublicam contigit. Vſque adeo enim ſeſe nefario impietatis crimine obſtrinxerant, uti placare numinis iram longa dies, revolutuſque ſeculorum ordo nequiverit. *Cunæus.* Μετῴκησαν οὖν αἱ δέκα φυλαὶ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἐκ τῆς Ἰουδαίας μετὰ ἐτῶν ἀριθμὸν ἐνακοσίων τεσσαράκοντα ἑπτὰ, ἀφ' οὗ χρόνου τὴν Αἴγυπτον ἐξελθόντες αὐτῶν οἱ πρόγονοι τὴν δὲ κατέσχον τὴν χώραν. ἀπὸ δὲ στρατηγοῦ Ἰησοῦ ἐτῶν ὀκτακοσίων. ἀφ' οὗ δὲ ἀποστάντες ἀπὸ Ῥοβοάμου τὴν βασιλείαν Ἰεροβοάμῳ παρέδοσαν, ἔτη ἐστὶ διακόσια τεσσαράκοντα, μῆνες ἑπτὰ, ἡμέραι ἑπτά. *Ioſeph.*

Aſſyriis in hoſtili ſolo ad cuſtodiam poſitis.] Ioſephus ait fuiſſe gentem Perſicam ex eo tractu, qui ab amne Chutho denominatus eſt. Orig. Iud. lib. IX. cap. XIV. Forſan Aſſyrios appellat, quia ſubditi erant regi Aſſyriorum. Siquidem coloni erant ex Chutha & Babylonia: item ex Ava, Hemath & Sepharvaim, IV Reg. XVII. ℣. 24. *Druſius.* Incondita fuit illa colonorum multitudo, quam ex Chuthæorum, Babyloniensiumq;, & Chamathæorum, ac Sepharvaimitarum, Chavæorumque ſedibus collectam, rex Aſſyriæ in Samariam tranſvexerat, poſtquam Iſraëlitæ omnes, qui ſeceſſionem à Iudæis fecerant, abducti in longa exilia, diſperſique per Colchos, Parthos, atque Æthiopes ſunt, nunquam ut ex illa tempeſtate in Palæſtinam redierint. Quare jam Samaritani, qui in vacuam eorum regionem miſſi ſunt, nihil niſi tetrimenta hominum & mendicabula fuere, plane ut ſunt illi apud Siculum vatem

—— οὔτε λόγου τινὸς ἄξιοι, οὔτ' ἀριθμητοὶ,
Δύστανοι, μεγαρῆες, ἀτιμοτάτῃ ἐνὶ μοίρᾳ.

Sane quanti pretii fuerint, monet nos vetus Iudæorum verbum, quod Rabbi Elias refert, למה היה דוד המלך דומה לכותי דמחזיר על הפתחים: *Cui rex David ſimilis fuit? Chutæo oſtiatim ſtipem petenti.* Cunæus. Cuthæi autem illi ex Suſiana fuerunt. Quippe tractus ille, ut ſupra monitum à Cuſcho dictus, qui Aſſy-

riis

appellata: quod lingua Aſſyriorum cuſtodes Samaritas vocant. Ex quibus plerique divinas ceremonias receperunt, reliquis in errore gentilitatis perſeverantibus.

Hoc

riis Cuth, ſicut pro Aſſur Athur dicunt. Vnde Cuſiſtan hodie. *Horn.*

Exinde ea pars Samaria appellata.]Non exinde,ſed ab urbe ejus nominis; quæ à monte vocitata, ut & mons, à quodam Semer. Res eſt certa. Tamen Iſidorus Orig. l. xv. *Samariam Sennacharib rex conſtruxit vocavitque Samariam, id eſt, cuſtodiam, quia quando Iſrael tranſtulit in Medos, ibi cuſtodes conſtituit.* Druſius.

Quod lingua Aſſyriorum cuſtodes Samaritas vocant.] Euſebius in Chronicis, *Sennacharib rex Chaldæorum ad cuſtodiendam regionem Iudææ accolas miſit Aſſyrios, qui æmulatores Iudææ legis facti Samaritæ nuncupati ſunt: quod in Latina lingua exprimitur cuſtodes.* Epiphanius contra Hæreſes I. *Interpretari poſſes Samaritas cuſtodes, propterea quod cuſtodum locum in terra obtinebant: aut quod cuſtodes eſſent conſtituti ſecundum legem Moſi.* Eucherius: *Samaritæ cuſtodes, eo quod à Babyloniis illic ad cuſtodiam collocati eſſent Iudæorum.* Cæterum Samar verbum eſt Ebraicum, non Aſſyrium. Aſſyrii & Chaldæi pro eo Natar uſurpant. Vnde in ea lingua cuſtodes potius Nataritæ dicerentur. *Druſ.*

Plerique divinas ceremonias receperunt, reliquis.] Hæc ita reſtitui poſſent ad veritatem hiſtoriæ, *qui divinas cæremonias receperunt, & ſimul in errore gentilitatis perſeverarunt.* IV Reg. XVII. ℣ſ.33. *Druſ.* Cuthæi à leonibus devorari cœperunt. Cum autem didiciſſent id evenire quod in ea terra non cultui unius Dei operam darent, Rex Aſſyriorum remiſit ad eos unum ſacerdotem, qui eos jura regionis doceret. Ita unaquæque gens fabricavit Deum ſuum & nihilominus colebant Dominum. IV Reg. XVII. *Sigon.* Fuit igitur religio ipſorum mixta ex gentili & Iudaica. Errores ipſorum varios recenſent Epiphanius & Philaſtrius. Solum Moſis Pentateuchum admittunt literis peculiaribus, quas Moſaicas eſſe volunt, ſcriptum, & in plurimis à Iudaico diſcrepantem. Vide Petitum II Ecl. Chron. IV. Tandẽ autem, ſero quidem admodum, ſed aliquandiu tamen ante Sanaballetæ tempora, penitus omnem idolorum cultum abdicavere, ſecutique religiones ſunt, quas divinus Moſes præſcripſerat. *Cunæus.*

In errore gentilitatis.] Multa in odium Samaritarum Iudæi confixerunt. Vt quod columbam coluerint, & ejus nomine circumciſi ſint. Quod ignota idola in monte Garizim inventa coluerint. Et hoc eſt illud crimen, quod Iudæi duabus literis ים notant, & tanquam cauterio Samaritanis imprimunt. *Heinſius.* Perperam profecto, ſi loquantur de publico Samaritanorum cultu, ex quo Manaſſen, Iaddi fratrem, habuere Pontificem Maximum. Sed fieri poſſit ut fuerit ex cultu aliquorum privato ac domeſtico, vel etiam ex publico Cuthæorum, antequam legem didiciſſent Moſaicam. Saltẽ id credibilius, quam quod Iudæi quidam, ut ex Gedaliæ catena Cabaliſtica conſtat, crediderunt, fuiſſe illud ſimulachrum quod Iacob ex Aſſyria veniens, poſt urbem Sichem, ſub terebintho defodit, ut Gen. XXXV. legere eſt. *Voſſius.* Negaſſe eos animæ ἀθανασίαν, & ἀνάστασιν τῶν νεκρῶν, Epiphanius & Philaſtrius authores ſunt. Sed & hæc odio confiсta. Vt & illud, quod Benjamin Tudelenſis tradit, tribus his caruiſſe literis ה ח ע. Vide *Scalig.* in Trihæreſio, cap. XVI. Seldenum de DIs Syris. Illud verum eſt quod Ioſephus obſervat: ὅταν μὲν εὖ πράττοντας βλέπωσι τοὺς Ἰουδαίους συγγενεῖς ἀποκαλοῦσιν, ὡς ἐξ Ἰωσήπου φύντες, ὅταν δὲ πταίοντας ἴδωσιν, οὐδαμόθεν αὐτοῖς προσήκειν λέγουσιν.

Hoc

Hoc bello Tobias in captivitatem ductus eſt. At in parte duarum tribuum, rex Achas, ob impietatem inviſus Deo, cum finitimorum bellis ſæpe premeretur, deos gentium colere decrevit, nimirum quia eorum illæ auxilio victores frequentibus præliis extitiſſent. Ita in hoc nefariæ mentis piaculo diem functus eſt, cum XVI. *annis in regno fuiſſet. Huic Ezechias filius ſucceſſit, multum paterni diſſimilis ingenii. Namque initio regni, populum ſacerdoteſque ad Dei cultum cohortatus, multis diſſeruit, ut frequenter caſtigati à Do-*

Hoc bello Tobias in captivitatem ductus eſt.] Vide Librum Tobiæ. Qui Tobit Chaldæis. Binæ ejus libri editiones Hebraicæ, Pauli Fagii altera, altera Oſvaldi Schrekenfuchſii, ſatis invicem, uti & Græca & Latina, diverſæ. *Selden.*

Achas.] Cum in libris Græcorum ſit ἄχαζ, putarim Sulpicium ſcripſiſſe Achaz : tamen non adſevero. *Druſ.*

Finitimorum bellis.] Primo Syrorum & Iſraëlitarum. Deinde Idumæorum & Palæſtinorum. *Sigon.*

Deos gentium colere decrevit.] Moloch IV Reg. XVI. ℣ſ. 3. Baalim II Paralip. XXVIII. ℣ſ. 2. & Deos Damaſci ſive Darmaſci, IV Reg. XXVIII. ℣ſ. 23. *Druſ.* Filium ſuum Moloch conſecravit, vel comburendo eum, ut Ioſeph. & Abul. cenſent, vel traducendo per ignem, ut Theodoret. & Salianus, vel unum è filiis cremando, alios traducendo. *Lyra.* De hoc Molochi cultu vide Voſſium, & Seldenum.

Quia eorum illæ auxilio victores.] Non hoc de ſuo adjecit Sulpicius, ut quidam cenſent; ſed ea facti ipſius ratio adducitur II Paralip. XXVIII. Sic Romani Deos hoſtium ſuorum evocabant, ut ex hoſtico Romam migrarent, ac Romanis victoriam de hoſtibus darent. *Auguſt.* IV. Civ. Dei.

Piaculo.] Id eſt, crimine. Proprie crimen ob quod expiatio fieri debet. *Druſ.*

Ezechias.] Rectius ſcribitur Ezecias. Primum, quia Græci ſic ſcribunt ἐζεκίας: deinde, quia eſt Coph in Ebræo charactere, quam conſonantem antiqui expreſſerunt ſemper per C. ſimplex. *Druſ.* IV Reg. XVI. II Chron. XXVIII. Ioſeph. IX, 13. cap. X, 1. Fuit vir ſane bonus, ſed ingenio timidiore, qualis apud Romanos Fabius ille, aliis cunctator, aliis Ovicula dictus, cui de Græcis Periclem confert Plutarchus. *Grot.* Φύσις δ' ἦν αὐτῷ χρηστὴ, καὶ δικαία, καὶ θεοσεβής. *Ioſeph.*

Filius.] A. M. 3136. Ezechias naſcitur, cum Achaz nondum eſſet decem annorum puer. Ideo privignus ipſius, vel frater vel adoptivus filius, potius quam naturalis creditur. *Calviſ.* Sed hæc ſolutio, etſi in ſpeciem egregia, repugnat Scripturæ, quæ utique Ezechiam ut filium naturalem Achazi proponit. Mirum autem non eſt Achazum illa ætate genuiſſe, cum ſimilia exempla alibi occurrant. Ætatem undecim annorum quandoque fœturæ habilem fuiſſe, probat Scaliger in *El. Orat.* Chronol. Vide & *Hieron.* Epiſt. ad Vital. & imprimis Spanhemium I Dub. Euang. IV. qui ibidem plura δύσπορα Chronologiæ Sacræ, in Regum Hebræorum annis, feliciſſime expedit.

Vt

Domino, ſæpius eſſent miſericordiam conſequuti, ut poſtremum decem tribus, in captivitatem nuper abductæ, ſacrilegii pœnas diſſolverent: curandum eis ſedulo, ne eadem pati mereantur. Ita converſis ad religionem omnium animis, Levitas Sacerdoteſque omnes ad celebranda ſecundum legem ſacrificia ordinavit: celebrarique Paſcha inſtituit, quod jam pridem fuerat omiſſum. Cumque dies feſtus adeſſet, dimiſſis per omnem terram nunciis, conventus diem edixit: ut ſi qui poſt abductionem decem tribuum in Samaria reſediſſent, ad ſolemne ſacrum convenirent. Ita frequentiſſimo conventu dies ſacer publica lætitia exactus, longo poſt intervallo religione legitima per Ezechiam reſtituta.

Ut poſtremum decem tribus in captivitatem nuper abductæ.] Hoc non ſolum Ezechias initio regni non dixit, ut apparet ex libris Sacris, ſed nec dicere potuit. Nam anno quarto Ezechiæ Salmanaſſar bellum intulit Regi Oſeæ, anno vero ſeptimo eundem cum decem tribubus in Aſſyriam abduxit. Ipſe vero hanc orationem habuit primo menſe anni primi. *Sigon. Druſ.*

Levitas ſacerdoteſque.] Perſpicue diſcriminat Sacerdotes à Levitis, quos antehac aliquoties confuderat. *Horn.* De ſummo ejus temporis Sacerdote, vide Seld. 1. de Succeſſion. in Pont. v.

Paſcha.] פסח. Patres deducebant à πάσχω. *Tertullianus. Lactant. Ambroſ.* Sed Hieronymus monet eſſe à פסח, addito א פסחא. *Voſſius.*

Quod jam pridem fuerat omiſſum.] Διὰ τὰς τῶν προειρημένων βασιλέων παρανομίας. *Ioſeph.*

Si quis poſt abductionem decem tribuum.] Ab eodem errore hoc edictum finxit Sulpicius, quo illa verba ſuperiora, de abductione decem tribuum, protulit. Neque enim miſit ad eos qui remanſerant ex decem tribubus, (nam nemo remanſerat) ſed ad ipſas tribus nondum abductas. *Sigonius.* Ita & Ioſephus. Cujus verba ſunt: *Iſraëlitæ audito quid legati à ſuo rege afferrent, adeo mentem non adhibuerunt, ut eos ludibrio habuerint, & Prophetas quoque eodem cohortantes & præmonentes quantæ calamitates inſtarent, reſpuerint: quos poſtremo comprehenſos necaverunt. Multi tamen Zabulonis atque Iſacharis, Prophetarum monitis parentes, ad pietatem ſunt converſi, atque hi omnes Hieroſolyma ad Ezeciam confluxerunt, ut Deum adorarent.*

Dies ſacer.] Ezèchias Paſcha celebravit, antequam vaſtities Iſraëlis veniret. Venit autem anno quarto Ezechiæ ineunte. Ergo ante annum Imperii ſui quartum hoc Paſcha celebravit Ezechias. Rurſum anno primo Ezechiam non potuiſſe celebrare tam ſolenne Paſcha, nemo dubitabit, qui attentius ſacram Hiſtoriam expendet. Quare exiſtimamus hoc Paſcha celebratum fuiſſe anno ſecundo, qui eſt IↃCCC LXXI. ab Exodo. Eſt ergo annus ſeptimus Octaëteridis, & Paſcha celebratum eſt nono Aprilis die. *Petitus.*

Religione legitima per Ezechiam reſtituta.]

tuta. Pari deinde induſtria, qua divina curaverat, rem bellicam adminiſtravit, Allophyloſque frequentibus prœliis contudit: donec ei Sennacherib rex Aſſyriorum bellum intulit, magno cum exercitu fines ejus ingreſſus: lateque agris vaſtatis, nullo obſiſtente, urbis obſidionem urgebat. Ezechias enim, multitudine inferior, non auſus manum conſerere, muris ſe tuebatur. Rex Aſſyrius portis aſſultans, minitari excidium, dedi-

tuta.] II Paral. XXXI. IV Reg. XVIII. Duo imprimis maxima opera pro religione fecit. Quod lucis exciſis, excelſa, rem prioribus regibus fere intactam, ſuſtulit; & ipſum ſerpentem æneum, à Moſe factum, comminuit.

Allophylos frequentibus prœliis contudit.] Rex Palæſtinis bellum intulit, & parta victoria omnes eorum urbes, à Gitta uſque Gazam, ſuæ ditioni adjecit. *Ioſeph.*

Sennacherib.] Hujus Aſſyriorum regis meminiſſe Beroſum teſtatur Ioſephus, in quo delenda illa: λέγων οὕτως; nam quæ poſt id ſequuntur, manifeſtum non Beroſi eſſe ſed Ioſephi. Meminit Sennacheribi & Herodotus Euterpe. Miror autem ab Ioſepho erroris notari Herodotum, quod Sennacheribum dixerit non Aſſyriorum, ut Beroſus & ſacræ literæ, ſed Arabum regem; cum Herodoti codices, quibus utimur, habeant: Σαναχάριβον βασιλέα Ἀραβίων τε καὶ Ἀσσυρίων. Etiam illa verba apud Ioſephum: Ὡς οὗτος ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὴν τῶν Αἰγυπτίων βασιλείαν ἐλθὼν ἱερέα ὄντα τοῦ Ἡφαίστου, cum ſuperioribus non cohærent, & in marginali annotatione aliqua in textum irrepſere. Tota hæc Hiſtoria iiſdem prope verbis eſt apud Eſaiam XXVXI. *Grotius.*

Bellum intulit.] Prætextus ejus, negatum tributum, quod Achas pater Ezechiæ, Aſſyriorum Regibus pendere ſolitus erat. *Ioſephus.* Sed prætextum hunc, non veram belli cauſam fuiſſe, ex eo patet, quod acceptis ab Ezechia CCC. talentis argenti, XXX. auri, nihilominus urbem obſedit. Ergo inſatiabilis Aſſyriorum ambitio vera cauſa fuit. *Horn.* Ὁ δὲ Ἀσσύριος λαβὼν ταῦτα τῶν μὲν ὁμολογουμένων οὐδὲν ἐφρόντισε. *Ioſeph.*

Vrbis obſidionem urgebat.] Hieroſolymarum. Eſa. XXXVI. IV Reg. XVIII. II Paralipomen. cap. XXXI. Ioſephus X, I.

Rex Aſſyrius portis aſſultans.] Non ipſe Rex, qui contra Æthiopes & Ægyptios profectus, ſed duces ejus, Rabſace cum duobus aliis. *Ioſeph.* Fabulantur autem Hebræi, hunc Rabſacen fuiſſe filium Iſaiæ, eo quod locutus ſit Hebraice, & quia alter Iſaiæ filius relictus vocatus eſt Iaſchub, quaſi alius ad Aſſyrios transfugiſſet. Hanc fabellam refert Hieronymus, & auctor de Mirabilibus Scripturæ apud Auguſtinum II, 27. Iſraëlitam fuiſſe, ſed legis & populi ſui deſertorem, vix dubium eſt. Credibile id facit tum lingua Hebræa, tum quod ad verba ejus maledica proceres & Ezechias veſtem ſuam conſciderunt, quod fieri non ſolebat niſi quoties talia verba ab Iſraëlitarum aliquo pronuntiata fuiſſent. *Grot.*

Minitari excidium, deditionem imperare.] Orationem ejus acerrimis blaſphemiis, minis & faſtu pleniſſimam, vide apud Scriptores Sacros.

Arma

ditionem imperare, Ezechiam fruſtra Deo confidere, ſe Dei nutu potius arma ſuppreſſiſſe: victorem omnium gentium, everſorem Samariæ, effugi non poſſe, ni matura deditione ſibimet conſuluiſſent. In hoc rerum ſtatu, Ezechias Deo fretus, Eſaiam prophetam conſulit: ejuſque reſponſo edocetur, nihil ex hoſte periculi fore, divinum autem auxilium non defuturum. Nec multo poſt, Tirhac rex Æthiopum, regnum Aſſyriorum inva-

Arma ſuppreſſiſſe.] Ex verbis illis: *Dominus dixit mihi, aſcende ad terram hanc, & demolire eam*, conjicio legendum eſſe apud Sulpicium, *ſe Dei nutu potius arma ſumſiſſe*, non *ſuppreſſiſſe*. Ita vero quoque intellexit Ioſephus. *Sigonius.* Et ſententia mirabiliter confirmat. *Druſ.*

Eſaiam.] Antiquum eſt pro Ieſaiam, Sic Ezeciel dicebant pro Iezeciel, prima nominis prorſus abjecta. *Druſius.* Eſaiæ xxxvii. Ezechias audita Oratione Rabſacis, ſcidit veſtimenta ſua, & indutus ſacco in templum ſe contulit, ac Eſaiæ ſententiam rogavit. Huic ego Græcorum Demoſthenem comparo. Puritas Hebraiſmi in Eſaia, Atticiſmi in Demoſthene: magnificus utrique dicendi character: frequentia ſchemata maxime vero illa qua Demoſthenem excelluiſſe ait Quintilianus δείνωσις, rebus indignis, aſperis, invidioſis vim addens. Sed Eſaiam etiam natalium dignitas & regia affinitas ornabant. *Grotius.*

Nihil ex hoſte periculi fore.] Eſaias retulit, non eſſe ea tempeſtate oppugnationem metuendam ab Aſſyrio. Inſtare enim felicia tempora, quibus ſecuri poſſint agros ſuos in pace colere, & poſſeſſionum ſuarum curam habere, timentes neminem. *Ioſeph.*

Tirhac.] Tharaca eſt in editione Latina, & in Græca Θαρακά. Ieſ. xxxvii, 9. & iv Reg. xix, 9. Sed in Hebræo Tharhaca, quod nunc legunt Thirhaca. Ioſephus autor regem hunc, quem Tharſicem nominat, ſuppetias tuliſſe Ægyptiis contra Sennacheribum qui tunc Peluſium obſidebat. Sennacheribum autem, cum ab Ægyptiaco bello ſoluta obſidione reverteretur, in itinere comperiſſe exercitum ſuum, quem in Iudæa ſub Rabſacis imperio reliquerat, peſtilentia divinitus immiſſa deletum prima nocte poſteaquam urbem oppugnare occœperat. Hæc Ioſephus lib. x. cap. 2. Vide Sigonium. *Druſius.* Hunc Strabo Tearconem appellat. Verba ejus ſunt: Σέσωςρον τὸν Αἰγύπτιον καὶ Τεάρκωνα τὸν Αἰθίοπα ἕως Εὐρώπης προελθεῖν, Ναβοκοδρόσορον δὲ τὸν παρὰ Χαλδαίοις εὐδοκιμήσαντα Ἡρακλέους μᾶλλον, καὶ ἕως Στηλῶν ἐλάσαι. μέχρι μὲν δὴ δεῦρο καὶ Τεάρκωνα ἀφικέσθαι. Lib. 1. & xv. Quæ de columnis Herculeis referuntur, fabuloſa ſunt. Non enim ea ætate Æthiopum, vel Ægyptiorum, vel Aſſyriorum arma tam longe in Occidente peregrinata ſunt, Oriente plerumque occupata. Videtur autem Herodotus hiſtoriam Tirhakæ in rebus Sethonis Ægypti Regis, quas Libro ii. refert, expoſuiſſe. Omnia enim pariant. *Horn.*

Rex Aethiopum.] Et Ægypti quoque, ut ſupra dictum. Eo enim tempore Dynaſtia Æthiopum in Ægypto regnabat. Æthiopum nomen in antiquiſſima Geographia latiſſime ſumtum, complectitur omnes auſtrales populos, ut

vadit. Quo nuncio Sennacherib ad ſua tuenda converſus, fremens & clamitans, victori ſibi victoriam eripi, bellum omiſit: miſſis ad Ezechiam literis, cum verborum contumeliis denuncians, ſe paulo poſt rebus do-

ut Scytharum, quidquid in Septentrione genrium. Si Græca vox, nt volunt, ab aduſto vultu eſt. Quanquam & videri queat expreſſa ex Copt, unde Agopht, Ægyptus, & facili μελάγχιος Æthiops. Ei fere nomen כוש reſpondet. Cush ſive Æthiopia duplex. Africana ὑπὲρ Αἰγύπτου, & Aſiatica. Hanc diſtinctionem Herodotus tradit, deſcribens expeditionem Xerxis, ubi eos diſtinguit in Orientales & Lybicos. Et ſic in Scriptura Cush denotat Æthiopiam Aſiaticam, quæ complectitur majorem Arabiæ partem inter ſinum Perſicum & Erythræum. Ex hac Æthiopia fuit Zarah II Chron. XIV. Vbi non poſſunt intelligi Æthiopes ſub Ægypto. Quia Rex Ægypti non paſſurus fuiſſet tantum exercitum per regnum ſuum tranſire. Deinde quia civitates Zeræ fuerunt ad Auſtrum Iudææ, & Aſa eas deſtruxit uſque ad Geram, quam conſtat eſſe in Arabia Petræa. Et cum Ezechielis XXIX. dicatur, quod Ægyptus vaſtari debeat à turri Sienes uſque ad limites Æthiopiæ, quis non videt Æthiopiam ibi Arabicam intelligi. Nam alias abſurdus ſenſus. Velut ſi quis dicat, Anglos ſubegiſſe omnem Franciam inter Caletum & Dubrin. At indubie Tirhaka Æthiopum horum Arabum Rex fuit, non Africanorum, de quorum longinquis expeditionibus nihil conſtat. *Horn.* Æthiopes autem, حبشة Abyſſini, ita dicti Arabibus ſunt, quaſi ἐπίμικτοι, حبش enim eſt *promiſcue congregare*, vel ab Ægyptia voce Αὐάσεις, qua Æthiopum habitationes denotant teſte Strabone. Eorum Imperator hodie dicitur Presbyter Iohannes. Origo vocis inde, quia à Perſis vocatur برستار خان, Præſtar Chan, id eſt, *Mancipiorum Rex.* Siquidem hujus gentis mancipia toto Oriente notiſſima. *Golius.*

Regnum Aſſyriorum invadit.] Ioſephus aliter: θαρσικὴν πολλὴν ἄγοντα δύναμιν ἐπὶ συμμαχίᾳ τοῖς Αἰγυπτίοις ἥκειν, διεγνωκότα ποιήσασθαι τὴν πορείαν διὰ τῆς ἐρήμου καὶ ἐξαίφνης εἰς τὴν τῶν Ἀσυρίων ἐμβαλεῖν. Sententia ejus fuit, non ipſum regnum Aſſyriæ, ſed Aſſyrios Peluſium obſidentes petiiſſe Tirhakam. *Horn.*

Quo nuncio Sennacherib ad ſua tuenda.] Ταραχθεὶς οὖν ὑπὸ τούτων ὁ βασιλεὺς, propere cum ſuis abiit. *Ioſeph.* Herodotus aliam ſolutæ obſidionis Peluſii cauſam refert. *Vna*, inquit, *nocte murium tanta vis extitit, ut hoſtium arcus & reliqua arma corroderent: quo factum eſt, ut exarmatus Rex, à Peluſio ſuum exercitum abduceret.* Quod miraculum vel illud eſt ad Hieroſolyma factum, & ab Ægyptiis ad ſuam gloriam detortum, vel omnino confictum. Vide apud eundem Græcum, quæ de ſtatua Sennacharibi & inſcriptione ejus, ἐμέ τις ὁρέων, εὐσεβὴς ἔστω, referat.

Miſſis ad Ezechiam literis.] Nullas literas ſcripſiſſe traditur Sennacherib ab obſidione diſcedens, ſed tum cum obſidione urbem premebat. Sic enim XXII Paralip. *Sigon.* Male. Nam conferendus Sigonio fuiſſet cum libris Paralip. Iſaias. Qui exertim, ſoluta obſidione Libnæ, metu adventantis Tirhakæ, ſcriptas literas memorat. cap. XXXVII. *Horn.*

Se paulo poſt.] Ex Eſaiæ XXXVII, 9. & 30. colligitur Sennacheribum, audito adventu Tirhakæ obſidionem, Ieroſolymita-

domi compoſitis ad excidium Iudææ mature reditu- rum. Sed nihil his Ezechias motus, oraſſe Dominum traditur, ne hanc tantam hominis inſolentiam inultam ſineret. Ita eadem nocte angelus caſtra Aſſyriorum aggreſſus, multa hominum millia letho dedit. Rex trepidus in oppidum Niniven confugit, ibique à filiis interfectus, dignum ſe exitium tulit. Per idem tem-

mitanam, vaſtatis agris, deſeruiſſe. Tertio demum anno, contuſa Æthiopia & Arabia, obſidionem repetiit, & tum clades illa exercitui ejus immiſſa. *Abulenſis, Cajetanus, Torniellus.* Integrum ergo biennium interceſſit inter promiſſam Aſſyriorum cladem, & ejus complementum: ac male tempora illa multi confundunt, exiſtimantes tum ſtatim, antequam obſidio ſoluta eſſet, innumeram illam multitudinem ab Angelo cæſam. *Horn.*

Eadem nocte.] Κατὰ τὴν πρώτην πολιορκίας νύκτα. *Ioſeph.*

Angelus.] IV Reg. XIX. Tob. I,I. Eccleſiaſt. XLVIII, 24. I Macc. VII, 41. Alii eum accipiunt pro Angelo bono, velut Gabriele vel Michaele. *Abulenſis.* Alii pro malo Dæmone, qui percuſſit primogenita Ægyptiorum. *A Lapide.*

Multa hominum millia.] Μυριάδες ὀκτωκαίδεκα καὶ πεντακισχίλιοι σὺν ἡγεμόσι καὶ ταξιάρχαις. Beroſus apud Ioſephum x. 2. Non dubium in hac clade ab Angelo cæſum, & magis excruciatum fuiſſe Rabſacen, in Deum blaſphemum, in Ezechiam maledicum. *Salianus.*

Letho dedit.] Ioſephus ex Beroſo λοιμικὴν τοῦ στρατοῦ νόσον immiſſum ſcribit. Hebræi, ex iis Abulenſis & Cajetanus, tradunt, Aſſyrios ab Angelo igne percuſſos. Quod pro peſte etiam accipi poteſt. Vnde & in Tophet ac valle Ioſaphat eoſdem cæſos aſſerunt.

In oppidum Niniven confugit.] Ὑπὸ ταύτης τῆς συμφορᾶς εἰς φόβον καὶ δεινὴν ἀγωνίαν καταστὰς καὶ δείσας περὶ τῷ στρατῷ παντὶ φεύγει μετὰ τῆς λοιπῆς δυνάμεως εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν, εἰς τὴν Νίνου προσαγορευθεῖσαν. *Ioſephus* ex Beroſo. Male autem Sulpicius Niniven oppidum vocat, quæ, ut dictum, maxima priſci orbis civitas fuit, & Aſiæ miraculum. *Horn.* Eo reverſus, crudeliter in Iſraëlitas ſæviit, multis cæſis. Tob. I, 21.

Ibique à filiis interfectus.] In templo Neſroch. LXX. μεσοράχ. Ioſephus: τῷ ἰδίῳ ναῷ Ἀράσκῃ λεγομένῳ. Filii illi fuerunt duo: Adramelech & Saraſar, maximi natu. Cauſa parricidii, quod pater, cum in periculo eſſet, voto ſe obſtrinxiſſet illos immolandi. *R. Salomo. Hieron.* in Tradit. Aliam affert Lyra & Abul. quoniam pater, poſtpoſitis duobus natu majoribus filiis, Aſarhaddonem minorem natu ſucceſſorem regni conſtituerit. Cujus electionis cauſam Hiſtoria Scholaſtica refert in amorem, quo Senacherib matrem Aſarhaddonis proſequebatur. Parricidæ hi, in Armeniam profugi, regno exciderunt, quod Aſarhaddon ſuſcepit. *Ioſephus:* Διαδέχεται δὲ τὴν βασιλείαν Σεναχηρείβου Ἀσαραχόδδας. Quem Genebrardus, Arias Montanus, Serarius, cenſent eſſe Sardanapalum. Quia uterque ultimus Rex Aſſyriorum. Deinde, quia Sardanapali nomen videtur conflatum ex Aſar & Don, vel Haddon, ad- dito

tempus Ezechias, æger corpore, morbo incubuerat. Cumque Eſaias ei verbum Domini annunciaſſet, vitæ ejus finem adeſſe, fleſſe rex traditur. Ita XV. *annos pro-*

dito nomine Phul. Tertio, quia quæ de everſione Ninives, per eluvionem Tigris, prædicunt Ionas & Nahum, ea ſub Sardanapalo contigiſſe teſtatur Diodorus. Verum Euſebius, Torniellus, Salianus, & cæteri Chronologi, Sardanapalum ſub Azaria Rege Iudæ collocant. Prior tamen ſententia potior videtur. *Horn.*

Dignum ſe exitium tulit.] Pharao quoque in decem ſervatur plagis, ut noviſſimus pereat: quod & iſte paſſus eſt. *Hieron.* in Eſa. XXXVIII. Contigit hoc forte ſecundo vel tertio menſe à reditu in Niniven, ut patet ex Tobiæ primo. Notandum: ſine cauſa à Ioſepho reprehendi Herodotum, quod Senacheribi, tanquam Arabum Regis, meminerit. Nam addit, Aſſyriorum quoque Regem fuiſſe. Porro Aſſyria Imperio ſuo complectebatur totam Syriam, Meſopotamiam, Babyloniam quoque (ut videtur) & Arabiæ partem Septentrionalem; id eſt, utramque Iracam, Aghemicam & Arabicam, ſicut hodie diſtingui ſolent. *Horn.*

Per idem tempus.] IV Reg. XX. Eſa. XXXVIII. Ioſeph. X, III. Anno regni Ezechiæ XIV. quo Sennacherib ab Ieruſalem contra Æthiopes profectus eſt. Id ita eſſe, patet ex eo, quod poſt Ezechias vixerit & regnarit annos XV. Conſtat autem ex IV Reg. XVIII, 2. eum regnaſſe XXIX annis, jam deme XV. à XXIX. reſtabunt XIV. Anno ergo ejus XIV. hæc contigerunt, ante plenam Hieroſolymæ liberationem, & cladem Aſſyriorum. Fallitur ergo Ioſephus X Antiqu. III. qui poſt cladem hanc ea contigiſſe ſcribit. Nam Deus cum ſigno regreſſus Solis, promittit pariter liberationem ab Aſſyriis Ezechiæ. Ergo nec dum ab iis liberatus erat. *A Lapide.*

Morbo incubuerat.] Νόσῳ χαλεπῇ, περιπεσὼν, ἀπεγνωσμένος ὑπὸ τῶν ἰατρῶν. *Ioſeph.* Fuit ei morbus hic immiſſus, ne ob victoriam, paulo poſt obtinendam, inſoleſceret. *Hieronym. Cyrillus, Theodoret.*

Vitæ ejus finem adeſſe.] Iuſſus eſt ultima verba & mandata ſuis dare. Qualium mandatorum egregium exemplum habes apud Stobæum titulo de Prudentia, ex Erechtheo Euripidis. Vide & Plutarchum de Homeri Poëſi. *Grot.* Auguſtin. VI. de Geneſ. ad Liter. 17. *Secundum aliquas cauſas inferiores jam vitam finierat Rex: ſecundum illas autem quæ ſunt in voluntate Dei & præſcientia, qui ex æternitate norat quid illo tempore facturus erat, & hoc vere futurum erat, tum finiturus erat vitam quando vitam finivit.*

Fleſſe Rex traditur.] Tum quia juvenis XXXIX. annorum, tum quia ἄτεκνος. Nam Manaſſes nec dum genitus, ſed demum anno ab hinc tertio. *Hieronymus, Ioſephus, Abul. Cajetanus.* Grotius: *Minus clare revelata ſpe vitæ æternæ, mors etiam magis timebatur.* Quæ verba, ex Socini lacunis hauſta, neutiquam toleranda ſunt. *Horn.*

Ita XV. *annos.*] Grotius putat hos annos iis additos, quos Ezechias vixiſſet ſecundum conſtitutum in natura ordinem. Male. Sic enim amplius LXXX. annos vixiſſet. Clarum ex Textu, & Sacra Chronologia, ab eo tempore quo in morbum incidit, illos annos vitæ ejus additos. Hieron. ad Marcellam Epiſt. XIX. *Ezechias vicina morte terretur, & fuſus in lacrymas, quindecim annorum ſpatio protelatur.*

Proro,

prorogari ſibi ad vitam meruit. Quibus peractis, nono &

Prorogari ſibi.] Cujus ſignum fuit umbra retrograda in Horologio Achas. Erat autem illud gnomon conſtans, ut ait Eliahou Chomer, ex ſemicirculo, in cujus cavo erat globus, in quem cadens umbra, reſpondebat cæſuris, factis in ſemicirculo ad numerum, ut ajunt XXVIII. Ex cæſuræ hic vocantur מעלות, id eſt, gradus. Per eorum decem retroacta eſt umbra. Eam umbram Solem vocat Eſaias XXXVIII. 8. quia à Sole fieri ſolebat. Nihil autem opus erat univerſi curſum imμutari tantum ſigni cauſa. Simili figura feneſtræ Solis nomine appellantur Ierem. XV, 9. *Grot.* Non ita facile eſt dicere, cur Sol Τριπλάσιος ſit vocatus, & quid rei fuerit, in cujus memoriam ſacra hæc fierent. Duorum Dionyſii interpretum Græcorum, Pachymerii, ac Maximi, ea eſt ſententia; Perſas, viſo in cœlis grandi Solis miraculo, quod contigit temporibus *Ezechiæ Regis*, & cognomen, & ſacra hæc inſtituiſſe. Ac Τριπλασίου nomen Mithræ ſive Soli datum, quia dies fere fuerit triplicatus: quod adſtruere conantur ex hiſtoria ipſa, quam legere eſt II ſive IV Reg. cap. XX. & Ieſa. XXXVIII. Ex hac hiſtoria ſic colligunt, horam jam diei decimam fuiſſe, cum regredi inciperet Sol: decem igitur horis opus fuiſſe, priuſquam ad ortum perveniret: horas totidem requiſitas, priuſquam rediret, unde abierat: reſiduas fuiſſe horas diei duas, undecimam, & duodecimam: ac proinde diem illam fuiſſe horarum duarum & triginta: eoque complexam eſſe lucem bidui, hoc eſt, bis duodecim horarum æquinoctialium: ac decem horas reliquas, quia ſolum duæ deſiderentur horæ, quo minus integrum diem conficiant, κατὰ συνεκδοχὴν haberi pro integro die. Diem igitur fuiſſe triplicatam: ac propter tam grande miraculum jure Μίθραν, qui Sol eſt, dici Τριπλάσιον, ſive Triplicem. Verum ut ſpecioſe ea dicantur, multa tamen ſunt, quæ ſententiam hanc reddant ſuſpectam. Primum, nec in Regum libris, nec in propheta Ieſaia, legere eſt, Solem retroceſſiſſe, ſed umbram: potuit autem Deus, Sole curſum ſuum peragente, ſive per ſe, vel angelorum miniſterio, impeditis Solis radiis, lucem temperare, ut, eâ aliter, atque aliter admiſſâ, non projiceretur umbra, niſi ubi prædixiſſet propheta. Atque hanc ſententiam amplexi ſunt Burgenſis, Vatablus, Montanus. Eique mirifice favet argumentum illud, quod ſi dies iſta fuiſſet quaſi tridui: majus fuiſſet miraculum, quam temporibus Ioſuæ, cum bidui ſpatium pro die foret. Nam Ioſuæ X, 13. eſt: *Stetit itaque in medio cœli, & non feſtinavit occumbere ſpatio unius diei.* Atqui proxime ſubjungitur: *Non fuit antea, & poſtea, tam longa dies.* Præterea legati Babylonii, ut eſt Paralip. lib. II. cap. XXXII. *interrogarunt de portento, quod acciderat ſuper terram.* Vbi, quia *ſuper terram* dicitur, longe veriſimilius eſt, miraculum hoc non in cœlo ab iis obſervatum, ſed ex Iudæa ad eorum aures perveniſſe. Patres etſi de ſpatio diei diſſentiant, in eo tamen convenire videntur, Solem ipſum mutaſſe curſum ſuum. Sic enim è Græcis Theodoretus in illud Pſalm. XXIX. *Audivi Dominum, & miſertus eſt mei.* Item Cyrillus, & Elias Cretenſis in Nazianzenum. Imo Hippolytum idem ſenſiſſe, legas apud Glycam in ſecundo Annalium. E Latinis ſimiliter Auguſtinus de mirabilibus Scripturæ lib. II, cap. XLVIII. item Hieronymus, Haymo, alii. Neque vero, ſi lineis decem ſit umbra regreſſa, eo Soli decem fuerit horis opus in recedendo, ac alteris decem in remeando: quia fortaſſe lineæ illæ, ut optime Toſtato obſervatum, non horarum fuerint, ſed ſemihorarum. Proinde non viginti horis dies illa longior ſolito, ſed denis duntaxat. Imo quid ſi & quadrantes lineis fuerint ſignati? Sic quinque ſolum

& vigeſimo imperii anno deceſſit: regnum Manaſſe filio reliquit. Is à patre multum degenerans, relicto Domino, culturas impias exercuit: ob quod in poteſtatem Aſſyriorum traditus, malo coactus, agnovit errorem,

horis exceſſerit. Verum nec tantum opus largiri. Potuit & Sol decem eſſe lineis regreſſus, & dies tamen par ſpatio fuiſſe cæteris. Vt ſi, Dei juſſu, Sol celerrime ad ortum, atque à prima linea mox ad decimam reciprocarit. Quam infirmo igitur tibicine nituntur, qui cum Procopio ſtatuunt *διπλασίαν ἡμέραν γενομένην*, ſive, ut apud B. Hieronymum legas, *pene duplicem factum diem:* cui & ſententiæ, ut Vatablo monitum, favet R. Kimchi. Quid igitur de illis putabimus, qui etiam triplicatam lucem volunt? Quærat aliquis, ſi ſacrum illud Perſicum in memoriam Triplicis Mithræ non ſit ab illuſtri illa die: unde igitur nomen hoc ſortitum credamus. Dixero, facilius eſſe, quid ſit falſum, videre, quam verum perſpicere. *Voſſius.* Hujus miraculi cauſa miſſi à Rege Babyloniorum ad Ezechiam legati. Eſa. XXXIX. Nomen illi Merodach Baladan. Qui fuit Mardokempad, Nabonaſſari filius. *Scaliger.*

Meruit.] Mereri apud veteres Latinos Patres, ſignificat aliquid impetrare & obtinere, etiam ſine merito noſtro. Exempla paſſim extant apud Cyprianum, Ambroſium, Hieronymum, Auguſtinum. Et celebre illud Gregorii; *O felix culpa, quæ tantum meruit habere redemtorem.* Perkinſ.

Nono & vigeſimo imperii anno.] Verum id IV Reg. XVIII, 2. ſi biennium illud quo cum patre Achazo regnavit, includas. Solus nonniſi XXVII. annos. Nam cœpit regnare anno tertio regni Hoſeæ, non liberi vel uſurpati, ſed tributarii & confirmati. Vnde tametſi illius initium incidat in quartum Achazi, iſtius tamen incidit in duodecimum ſaltem Achazi. Sic annus tertius Hoſeæ eſt quidem ſeptimus Achazi, ſed annus tertius regni liberi non tributarii. Ezechias vero regnare cœpit anno tertio Hoſeæ tributarii, non liberi. *Spanhemius.*

Manaſſe.] Qui duodecim annorum. IV Reg. XXI. II Paral. XXXIII. Ioſeph. X, 3. Sanguinarium ingenium, Caii Caligulæ & Neronis non diſſimile. *Grot.* Vide & Autorem Imperf. Homil. I. in Matth. Fuit Iudæis, quod Achas Iſraëlitis fuerat. *Sigon.*

Culturas impias exercuit.] Inſtauravit excelſa, quæ demolitus fuerat Ezechias pater ejus: conſtruxitque aras Baalim, & fecit lucos, & adoravit omnem militiam cœli, & coluit eam. Ædificavit quoque altaria in domo Domini cuncto exercitui cœli, tranſireque fecit filios ſuos per ignem: obſervabat ſomnia, auguria ſectabatur, maleficis artibus inſerviebat, ſculptile quoque & conflatile ſignum poſuit in domo Domini. II Par. XXXI.

In poteſtatem Aſſyriorum traditus.] II Par. XXXIV, II. *Τῶν Βαβυλωνίων καὶ Χαλδαίων βασιλέως. Ioſeph.* Abductus tamen fuit Babylonem. Ergo vel Aſſyrii ſub Babyloniis, vel Babylonii ſub Aſſyriis. Quæ mutatio paulo ante facta: cum Merodach Baladan Ezechiæ ultimis annis regnarit. Quoniam vero exertim vocatur Aſſyriorum Rex, vix dubito quin alius fuerit à Merodach Baladan, ſive Mardokempade. Nam Scriptura accurate regnum Aſſyrium & Babylonicum diſtinguit. Deinde in Ptolemæi Canone per XII. annos nulli Babyloniorum reges. Ex quo apparet deſtructum iterum ab Aſſyriis fuiſſe, ſive Aſerhaddon Rex, ſive alius fuerit. *Horn.*

Malo coactus.] Manaſſi in carcere parvus

rem, populumque adhortatus eſt, uti relictis idolis, Dominum colerent. Nihil ſane dignum memoria geſſit, regnavit autem annos V. *&* L. *Amon deinde filius ejus regnum adeptus eſt, nec ultra biennium eo potitus eſt, paternæ impietatis hæres, Domini negligens, ſuorum inſidiis circumventus periit. Ad Ioſiam filium imperium devolutum. Is admodum religioſus fuiſſe tradi-*

dabatur parvus panis ex furfuribus, parvo & pondere & parva menſura aquæ cum aceto, ut viveret, ajunt quidam Codices Græci II Paral. XXXIII. & Autor Imperfecti operis in Matthæum Homilia 1. Clemens II. Conſtit. c. 22.

Agnovit errorem.] Ἔδειτο τοῦ Θεοῦ παρασχεῖν αὐτῷ φιλάνθρωπον καὶ ἐλεήμονα τὸν πολέμιον. χαρίζεται δὲ τούτῳ τῆς ἱκεσίας ἐπακούσας ὁ Θεὸς αὐτοῦ. Καὶ πάλιν εἰς τὴν οἰκίαν ὁ Μανασσῆς ἀπολυθεὶς ὑπὸ τοῦ Βαβυλωνίων βασιλέως ἀνασώζεται. *Ioſephus.* Oratio ejus exſtat pia & proba, ſed non habens authoritatem Canonicæ Scripturæ. *Eſtius.*

Relictis idolis dominum colerent.] Dedit operam ſi poſſet abolere priorum peccatorum etiam memoriam, mutatis moribus totus converſus ad Religionis ſtudia. Nam & urbem luſtravit, & templum conſecravit denuo, & in reliquum totus fuit in eo, ut gratitudinem Deo poſſet approbare, ejuſque retinere benevolentiam. Idem facere populum quoque docuit, memor in quale inci-diſſet infortunium, ob perperam adminiſtratam Rempublicam. Ἀμέλει δὲ τῇ πρὸς ταῦτα μεταβολῇ χρησάμενος, οὕτω τὸν μεταξὺ διῆγε βίον, ὡς μακάριος εἶναι, καὶ ζηλωτὸς ἐκείνου τοῦ χρόνου λογιζόμενος, ἀφ' οὗ τὸν Θεὸν εὐσεβεῖν ἤρξατο. *Ioſeph.*

Nihil ſane dignum memoria geſſit.] Frigide. Vix ullus Regum adeo & projecte impius & ſincere converſus fuit. Recenſet autem Ioſephus opera ejus pro Republica geſta, cum in regnum poſtliminio reſtitutus fuiſſet. Nam mœnia reparavit, & altiſſimis exornavit ac communivit turribus. *Horn.* Sepeliri voluit in horto, quod malis factis meritus eſſet extra Regum ſepulchra poni. *Grotius.* Vel quod ibi Mauſoleum ſtruxiſſet. *A Lapide.*

Amon deinde.] IV Regum cap. XXI. II Chronic. cap. XXXIII. Ioſephus X, 4.

Paternæ impietatis hæres.] Μιμησάμενος τὰ τοῦ πατρὸς ἔργα, ἃ νέος ὢν ἐκεῖνος ἐτόλμησεν. *Ioſeph.* Addit Glycas eum dixiſſe: *Pater meus à puero multa ſcelera fecit, ac in ſenecta pœnitentiam egit. Quare & ego, in hac ætate, pro animi libidine me geram, ac deinceps ad Dominum me convertam.* Sic & apud Pſeudo-Clementem II Conſtitut. Apoſtol. 23.

Suorum inſidiis circumventus periit.] Ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ τῶν ἰδίων οἰκετῶν ἀπέθανεν, βιώσας ἔτη τέσσαρα καὶ εἴκοσι, βασιλεύσας δ' ἐξ αὐτῶν, ἔτη δύο. *Ioſephus.*

Ad Ioſiam filium.] II Reg. XXI, XXII, XXIII. II Chron. XXXIII, XXXIV, XXXV. Ioſephus. X, 5. φύσιν ἄριστος, καὶ πρὸς ἀρετὴν εὐγεγονώς, ac Davidis tota vita æmulus. Talis apud Græcos videtur fuiſſe Epaminondas, infelix tamen & ipſe, non minus quam Ioſias, populi

ditur, ſummaque cura divina adminiſtraſſe, Helchia ſacerdote uſus bene. Is cum in templo librum verbi Dei ſcriptum, repertum à ſacerdote legiſſet, quo continebatur, Hebræam gentem ob crebras impietates & ſacrilegia delendam, piis ad Deum precibus, fletuque jugi, imminentem cladem avertit. Quod ubi indultum ſibi per Ollam prophetiſſam comperit, majore cura, utpote obligatus divinis beneficiis, cultum Dei exercuit. Igitur vaſa omnia, anteriorum regum ſuperſtitionibus idolis conſecrata, cremavit. Namque eo prophani ritus invaluerant, ut Soli ac Lunæ divinos honores darent, eiſ-

magis meritis quam ſuis. *Grot.* Fuit autem ei hoc nomen impoſitum per prophetam ante CCCXXVII. annos. III Reg. XIII, 2. *Tertius Ioſias eſt, cujus nomen prædictum eſt priuſquam naſceretur. Hi tres ſunt, Samſon, Ioſias, Iohannes.* Chryſoſt.

Helchia Sacerdote.] Scribo Helcia. Nam in fonte חלקיה. Rurſum hic ſacerdotis nomen uſurpat pro ſacerdote ſummo, quem Pontificem appellant. *Druſ.* Fuit Pontifex XXV. ab Aaron. *Ioſephus.*

Librum verbi Dei.] Id eſt, legis. Nam lex & verbum Dei ſe invicem explicant. Aliter alibi: *cumque Eſaias ei verbum Domini annuntiaſſet.* Druſ. Deuteronomium. *Chryſoſtom.* Homil. IX. in II Matth. *Athanaſ.* Epiſt. ad Marcell. *Abul.* Totum Pentareuchum. *Ioſeph.* ἐντυγχάνει ταῖς ἱεραῖς βίβλοις τοῦ Μωυσέως ἐν τῷ ναῷ κειμένοις. Tempore impii Manaſſis adeo neglecta fuit lex, ut liber ejus, tanquam res noviter inventa ſcribatur. *Cajetanus.* Impius Achaz combuſſit libros legis, ne ex iis Idololatriæ argueretur. Quare Sacerdotes clam in muro templi legem abſconderunt, & ibi poſtea repertus. *Lyra* ex R. Salomone. Fuit αὐτόγραφον Moſis, ut ex Paral. XXXIV. 14. patet. *Grotius.* Vel ejus ævo ſcriptum, & in Sanctuario ante annos IↃCCC. poſitum. *Genebrard.*

Hebræam gentem.] Locus eſt Deut. XXVIII, 36. in quem, Deo ita diſponente, incidit. *Grot.*

Per Ollam prophetiſſam.] Emendo, *per Oldam prophetiſſam*, quam LXX. τὴν προφῆτιν. Hieronym. *prophetidem* appellat. Scribi autem debet Holda, cum aſpiratione. Græce Ὀλδά. IV Reg. XXII, 14. *Druſius.* Fuit uxor Sellum. Quem Hebræi tradunt fuiſſe avunculum patris Ieremiæ. Cur non iverunr ad Ieremiam vel alios qui tum prophetabant? Forte quia ab urbe aberant, & occupati in aliis rebus ad reformationem ſpectantibus. *Interpr.* Holda vero vicina erat, & ejuſdem urbis incola. Habitabat enim במשנה, *in ſecunda.* Quod Chaldæus interpretatur, בית אולפנא, ἐν τῷ διδασκαλείῳ. Nam משנה Hebræis eſt traditio legis interpres. *Grot.* Alii accipiunt pro *ſecunda civitate*, ſive *media.* Hieronymus, Vilalpandus, & alii.

Quod ubi indultum.] IV Regum cap. XXIII.

Soli ac Lunæ divinos honores darent.] Τῷ

eiſdemque etiam ex metallis ſacraria ædificarent. Quibus Ioſias in pulverem redactis, ſacerdotes quoque profanarum ædium interfecit. Sed ne ſepulchris quidem impiorum pepercit: quod olim prædictum à propheta, im-

Τῷ ἡλίῳ καὶ τῇ σελήνῃ καὶ τοῖς μαζουρὼθ καὶ πάσῃ τῇ δυνάμει τοῦ οὐρανοῦ. In Latina vetere, *& Soli & Lunæ & duodecem ſignis & omni militiæ cœli.* IV Reg. XXIII. 5. *Druſ.* Quæ Idololatria ſiderum antiquiſſima. Deut. IV. 19. Iob. XXXI, 26, 27. & à Syris ad Iudæos derivata. Vide Voſſium II de Idol. II, III, IV, V. & ſequentia. Seldenum de DIs Syris. Colebatur autem ſub variis, Beli, Molochi, Adonei, Chamos, nominibus. Et hinc mos fluxit, ad orientem adorare. Herodot. I. Virgil. XII. Iſraëlitæ autem contra occidentem verſi, ubi ſanctuarium erat: atque ita oſtendebant *precantes adorare non Solem Orientem, ſed Solis Dominum,* ut ait Anaſtaſius Nicænus Quæſt. XVIII. in Scripturam. Chriſtiani veteres in hoc maluere gentilium, quam Iudæorum ritum ſequi. Cl. Alex. VII. Strom. πρὸς τὴν ἑωθινὴν ἀνατολὴν αἱ εὐχαί. Hinc & viſi Solem adorare. *Tertull.* Apol. Vide Maimonidem III More Neb. XLV. *Voſſius.*

Ex metallis ſacraria.] Quod à Zabiis ſive Chaldæis fluxit. Qui imagines ſtellis erexerunt, Soli quidem aureas, Lunæ argenteas, atque ita metalla & climata terræ inter ſtellas partiri ſunt. Dixerunt enim climatis N. Deum eſſe ſtellam N. Deinde ſacella ædificaverunt, imagineſque in illis collocarunt, arbitrantes, vires ſtellarum influere in illas & hominibus Prophetiæ donum largiri. *Maimonides* III More Neb. XXIX. Hæc autem ſacraria videntur fuiſſe חמנים, πυραθεῖα vel πυρεῖα, in quibus ſacri ignes facti. Deſcriptionem talis πυρείου luculentam vide apud Procop. I. Perſic. & Benjaminem, ubi Chenaraſam deſcribit. Ac talia fere in excelſis montibus. Nam mos illarum gentium fuit ſacrificare ἐπὶ ὑψηλοτάτων ὀρέων. *Herodot.* Clio. De illis excelſis vide Sigonium II de Republ. Hebr. IV. Fuit etiam currus, haud dubie Soli conſecratus, qui ab equis trahebatur. Nam per omnem Orientem ſacrum Soli id animal, ut docet Xenophon lib. VIII. Κυροπαιδ. & IV. ἀναβασ. Pauſan. in Laconic. Iuſtin. I. Herodot. I. Porro equos hos non fuiſſe pictos vel ſculptos, ut Abul. vult, ſed vivos, exinde patet, quia Ioſias currum dicitur combuſſiſſe, equos tantum abſtuliſſe.

Quibus in pulverem redactis.] Quomodo in pulverem redacta, ſi ex metallis? & quænam hæc ſacraria? An fana & delubra? Sed ea ex metallis non fiunt. An potius altaria excelſave? IV Reg. XXIII, 4. legimus, *Et præcepit rex Helciæ pontifici & ſacerdotibus ſecundi ordinis & janitoribus, ut projicerent de templo Domini vaſa omnia, quæ facta fuerant Baali & luco, & univerſæ militiæ cœli: & combuſſit ea foris Ieruſalem in convalle Cedron, & tulit pulverem eorum in Bethel.* Quem locum ſi non habuit in mente, tum certe reſpexit ad eum qui habetur in eodem capite ℣. 15. *Inſuper & altare quod erat in Bethel & excelſum quod fecerat Ieroboam filius Nabat, qui peccare fecit Iſraël: & altare illud excelſumque deſtruxit atque combuſſit & comminuit in pulverem, ſuccenditque etiam lucum.* Druſ.

Ne ſepulchris quidem.] Quæ in monte, apud Bethelam, erant. IV Reg. XXIII, 16. Porro ſepulchra violare, ſummum apud veteres nefas; & illorum tantum oſſa turbata, qui immane ſcelus admiſerant. Quales Idololatræ. *Horn.*

Quod olim prædictum à propheta.]

ſe acies concurrerent, ſagitta ictus eſt. Exque eo vulnere in urbem relatus, deceſſit, cum regnaſſet annos I. *&* X X. *Ioachas inde filius ejus regnum adeptus, tribus*

raone, minime paruerit. Τῆς πεπρωμένης ἀλαζωνίας οἶμαι εἰς τοῦτ' αὐτὸν παρορμησάσης, ἵνα λάβῃ πρόφασιν κατ' αὐτοῦ. *Ioſeph.*

Priuſquam inter ſe acies concurrerent, ſagitta ictus.] Dum enim aciem inſtruens, curru ab uno cornu ad alterum vehitur, Ægyptius quidam ſagitta icto bellandi ſtudium exemit. *Ioſeph.* Campus prœliaris in Mageddo fuit. Quem locum Herodotus Μάγδολον vocat, corrupta nonnihil pronunciatione. Idem locus, quia in monte poſitus, Ἀρμαγεδών. *Grot.*

Exque eo vulnere in urbem relatus, deceſſit.] Sic & Ioſephus: τῷ τραύματι δὲ χαλεπῶς ὤν, ἐκέλευσεν ἀνακληθῆναι τὸ στράτευμα, καὶ ὑπέστρεψεν εἰς Ἱεροσόλυμα, τελευτᾷ δὲ ἐκ τῆς πληγῆς ἐκεῖ τὸν βίον. Nec contrarium apparet ex Paralipomenis. At VI Reg. XXXIII. exertim: *Occiſus eſt in Mageddo.* Horn.

Cum regnaſſet annis I. *&* XX.] Modo monui legendum eſſe, I. & XXX. Quod ita eſſe, diſces ex IV Reg. XXII, I. *Druſ.* Cum hoc Rege extincta fuit omnis regni Iudæ gloria ac majeſtas. Vnde & obitum ejus immenſo luctu proſecuti omnes ſunt etiam ſequenti ævo. Ac lugubre carmen Ieremias in obitum ejus condidit, quod ſub finem Threnorum ejus exſtare putant Chald. Ioſeph. Hebræi apud Hieron. Lyra. Abul. & alii. Sed verius eſt carmen illud, à Threnis aliud fuiſſe, & injuria temporis deperditum. Tradunt etiam Talmudici Ioſiam unguentum ſacrum quo Reges & Pontifices hactenus ungebantur, in templo recondidiſſe ſub humum in loco abdito ſecretoque, quem diu ante ſumma cura Rex Salomo paraverat, cum ex vatum reſponſis didiciſſet futurum olim uti templum ab Aſſyriis ſolo æquaretur. In eodem ſpecu Talmudici arcam quoque icti fœderis teſtem, & Aaronis baculum, tum lapides Vrim & Tummim cum reſiduo Mannæ poſuiſſe Ioſiam tradunt, eorumque omnium nihil quidquam Iudæis reſtitutum eſſe, cum reverſi Babylone in patrias ſedes templum ſecundum extruerent. Quare ex illa tempeſtate regibus, pontificibuſque haud fuit ex initiationum myſteriis eadem majeſtas. Sed nec ceremoniis pleriſq; ac ſacris tam præſens adfuit numen, ut ante ſolebat. Iactant illa vulgo Iudæi, quæ in Libro Iuchaſin refert Rabbi Zacuth: אש על המזבח רובץ ככלב כי בטל כחו שחסרו חמשה דברים בבית שני ובבית ראשון היה כאריה: *Ignis ſuper altare cubabat, tanquam canis, quia vis ejus extincta erat, poſtquam quinque res defecere in poſteriore templo. At in priore erat ignis iſte velut leo.* Enimvero ait eruditiſſimus ſcriptor, illa quinque defeciſſe, quæ jam diximus ſic occultata à rege Ioſia eſſe, nunquam ut poſtea reperta à nepotibus ſint. *Cunæus.*

Ioachas.] Vt ſupra Achas pro Achaz, ſic hoc loco eſt Ioachas pro Ioachaz. *Druſ.* Ioſepho Ἰώαζος. Fuit autem filius natu minor Ioſiæ, alio nomine Sellum. Ier. XXII, II. *Grot.*

Regnum adeptus eſt.] Opera populi. IV Reg. XXIII, 30. Sive id per tumultum factum: ſive quod Ioakin, metu Ægyptii Regis, onus Imperii detrectaret. Verba ſunt: *Tulit populus terræ Ioachaz filium Ioſiæ, & unxerunt eum.* Nimirum balſamo. Nam non ſolum, ut uno tradunt Ebræi ore, oleum ſanctum atque uſus unctionis in Templo ſecundo omnimodo defuere, verum etiam tritum eſt illud & aliquoties in locis è Gemara Hieroſolymitana ſupra citatis repetitum, אין מושחים מלכים כהנים, *non ungebant in Reges eos qui fuere Sacerdotes.*

Quo

bus menſibus tenuit, captivitati ob impietatem deſtinatus. Namque eum Nechao rex Ægypti vinctum, captumque duxit. Nec multo poſt in vinculis diem functus eſt. Iudæis ſtipendium annuum imperatum, rex eis Eliachim arbitrio victoris datus, qui poſtea immuta-

Quo dicto etiam Haſmonæos ſignatius negatur unctos fuiſſe. Quod vero attinet ad Vnctionem Regiam, eam non neceſſario oleo illo Sancto à Moſe primum confecto fieri debere conſentiunt. Nam & à Ioſia Rege abſconditum illud ajunt nec poſtea repertum; unde Iehojakim Regem unctum fuiſſe balſamo. Sic Gemara Hieroſolymitana in locis ſupra de unctione citatis. At vero Pontifices alio ungi oleo, præter ipſum quod Moſes confecit, ex ipſo præſcripto ſacro non omnino debuiſſe volunt. Nec ſane aut Regiæ aut Pontificiæ ſub Templo ſecundo Vnctionis veſtigium aliquod exhibent. Quemadmodum autem ſub Templo ſecundo Vnctio Pontificalis nulla erat, ita etiam nec ſub primo fuit perpetua. Nam 1. aut circiter ante primi excidium annis abſconditum fuiſſe oleum Sanctum (ſub Ioſia ſcilicet) nec poſtea repertum volunt. Gloſſa Talmudica ad tit Megilla cap. 1. fol. 9. b. מרובה בגדים כהנים ששימשו בבית שני ואף בבית ראשון מימות יאשיהו ואילך שגנזו צלוחית של שמן המשחה, *Veſtitu inſignes ſunt Pontifices ſecundi Templi, etiam & primi à tempore Ioſiæ & deinceps. Quoniam Vaſculum Olei Sancti abſconditum eſt.* Selden.

Ob impietatem.] Erat enim ἀσεβὴς καὶ μιαρὸς τὸν τρόπον. *Ioſeph.*

Vinctum captumque duxit.] Cum vix tres menſes decemque dies regnaſſet. Ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς, ὑποστρέψας ἀπὸ τῆς μάχης, μεταπέμπεται τὸν Ἰάασον πρὸς αὐτὸν εἰς σαμαθὰ καλουμένην πόλιν, ἥτις ἐστὶ τῆς Συρίας καὶ τὸν ἐλθόντα ἔδησε. *Ioſephus.* Duplex hic error. Primo, quod Samathæ hoc factum vult, cum Scriptura dicat, vinctum *in Rebla quæ eſt in terra Emath.* Rebla igitur urbs ubi vinctus, id eſt, Apamea, ut vult Hieroſolymitanus Num. XXXIV, 11. Emath σαμαθὰ corrupte regio eſt. Deinde, quod ſola Neconis reverentia & metu, ſubactum Ioazum putat. Atqui vix cruento bello, in quo multi Ægyptiorum perierunt, domari potuit, ut indicat Ezechiel XIX, 4. Ier. XXII. 10. & ſeq. Grotius in eo errat, quod ante expeditionem Cercuſiacam remotum putat. Verba ejus ſunt: *Ne quid, ſe ad Cercuſſum abſente, novaretur.* Sed & tempus, & alia oſtendunt, confecto bello Aſſyrio id contigiſſe. *Horn.*

Nec multo poſt in vinculis diem functus eſt.] Apud Ægyptios. Quod autem dicit, *nec multo poſt*, ex conjectura, ac de ſuo addit. Nam ſacri Annales nihil hujus referunt: ſed tantum, *obiiſſe in Aegypto*, narrant. *Horn.*

Stipendium annuum imperatum.] Ἑκατὸν ἀργυρίου τάλαντα ἓν δὲ χρυσίου. *Ioſeph.*

Eliachim.] אליקים Eliacim potius, qui erat frater major natu Ioachazi, & filius Ioſiæ. *Druſ.* Τὴν φύσιν ἄδικος καὶ κακοῦργος, καὶ μήτε πρὸς τὸν θεὸν ὅσιος, μήτε πρὸς ἀνθρώπους ἐπιεικής. *Ioſeph.*

Arbitrio victoris datus.] Vt haberet inſtrumenta ſervitutis & Reges. Idque in Oriente Regibus aſſueto, receptum olim, & poſtea ſub Saracenis fuit, donec Turcæ & Tartari, quibus adſtrictior ſervitus placet, morem illum, exciſis undique Regum priſcorum familiis, abolerent. Quod imprimis ſagaciſſimus

tato nomine Ioachis vocitatus eſt. Hic Ioachæ fratris Ioſiæ F. fuit, fratri quam patri proprior, ſacrilegio inviſus Deo. Igitur cum regi Ægyptio pareret, quippe cui tributum penderet, Nabuchodonoſor rex Babylonius Iu-

ſimus pariter & crudeliſſimus Timur præſtitit. *Horn.*

Immutato nomine Ioachis vocatus eſt.] Idque pro more Ægypti & Syriæ Regum. Quibus ſolenne aliud privatum, aliud regium nomen habere. Et hinc illa diverſitas in Labonitus & Nabochodonoſor, Laboroſardach & Belrſchatzar, Darius Medus & Nabonnidus, Bal-adan & Nabonaſſar. Quorum unum nomen privatum, alterum publicum eſt. Vide Scal. VI. de Emendat. Temp. Eadem ſignificatio eſt in Eliakim & Ioakim. Sed quia Syris Saturnus אל vocabatur, ideo nomen Dei Iudæorum, quam ſui Dei, ponere in victi principis nomine, voluit. *Grot.* Debet autem ſcribi Ioacis per c ſimplex. Nam in Ebræo Ioacim. *Druſ.*

Hic Ioachæ fratris Ioſiæ filius fuit.] II Reg. XXIII. II Chron. XXXVI. Ioſeph. X, 6, 7. Legendum eſt: *Hic Ioachæ filii Ioſiæ frater fuit.* Sic enim in Regibus: *Conſtituit Eliacim filium Ioſiæ, pro patre ſuo.* Sigon. Ioſias enim quatuor filios habuit, Iohannem, qui à nonnullis Ioachaz eſſe creditur, Ioacim, Sedeciam, & Sellum. Doctores Ebræi ſcribunt Ioacim & Eliacim, duobus circiter annis majorem fuiſſe Ioachazo. Quod ſic probant. Textus ait: *filius viginti trium annorum erat Ioachaz cum regnare inciperet.* Et alibi: *Filius viginti quinque annorum erat Ioacim cum regnare inciperet.* Idem ait, Ioachaz tribus tantum menſibus regnaſſe II Paralip. XXXVI, 2. Hæc manifeſta ſunt. Aliud argumentum IV Reg. XXIII, 30. *Tulit populus terræ Ioachaz filium Ioſiæ & unxerunt eum.* Cur unxerunt? Nam filii regum non ungebantur, niſi ob certam cauſam. Reſpondent Ebræi, quia Ioacim natu major erat. Addunt doctores, quia implebat locum patrum ſuorum, quod non faciebat Ioacim. Dixi Ioachaz à nonnullis credi eundem eſſe cum eo qui in Paralipomenis Iohannes vocatur. Obſtare videtur quod Iohannes iſte nominetur primogenitus. Reſpondent ideo fieri quod adoptione primogenitus eſſet. Nam in regno prælatus fuit ipſi Ioacim. Abenezra cenſet Iohannem primogenitum non regnaſſe, Sellum autem eſſe Ioachaz. Secus R. David, qui Sellum opinatur eſſe Ioachin, nepotem Ioſiæ. Moris enim eſſe ut nepotes filiorum nomine cenſeantur. Sic in primo librorum Moſis, *quæ fecerat ei filius ejus minimus*, id eſt, nepos Chanaan. Idem ſcribit, quum diem ſuum obiret Ioſias, Ioachaz egiſſe annum 23. & Sedeciam 24. & Ioacim 25. Addit Sedeciam à patre regem conſtitutum fuiſſe, poſt à populo Ioachaz ei prælatum. *Druſ.* Hic Iojakim Matth. I, 11. dicitur Iechonias, fuitque vel binominis, quod non infrequens in Sacra hiſtoria, vel nomen יהויקים à Matthæo per *διφωνίαν* redditum eſt Ἰεχονίας. In hac ſententia ſunt Epiphanius, I. Hæreſ. 6. Ambroſ. in Luc. III. *Spanhemius.* Quem de hac intricatiſſima Quæſtione differentem vide I. Dub. Euan. VI.

Fratri quam patri propior.] Hinc patet veriſſimam Sigonii correctionem. Error autem ex litera *F* ortus. Nam cum in codicibus Sulpicianis exaratum eſſet priſco more: *Ioachæ Fr. Ioſiæ F. fuit*, librariorum imperitia id ſic accepit quaſi ſcriptum: *Ioachæ fratris Ioſiæ filius.* Horn.

Sacrilegio.] Idololatria. Frequens hoc ſenſu vox illa apud Sulpicium. *Druſ.*

Nabuchodonoſor.] Ναβουχοδονόσορος Beroſo,

Iudæam terram occupavit armis, & per triennium jure belli victor poſſedit. Etenim, cedente jam rege Ægypti, determinatiſque inter eos imperii finibus, convene-

Beroſo, & in Actis Tyriorum. Ναβουχοδρόσορος Abydeno. Ναβοκοδρόσορος Straboni ex Megaſthene. In Scripturis Nebucadnezar & Nebucadrezar. Frequens enim litterarum ɜ & ד permutatio. *L'Empereur.* Fuit filius Nabupalaſſaris Babyloniorum & Chaldæorum Regis. Quod regnum, hi duo, toto Oriente clariſſimum reddiderunt victoriis ſuis, Monarchia condita, quæ omnes alias longe excelleret. Regum horum Hiſtoriam ſcripſerunt *Beroſus* in Chaldaicis apud Ioſeph. x. Ant. & I. contra Apionem. *Abydenus* in Aſſyriacis apud Euſeb. in Chronico & IX. πρ. *Megaſthenes* IV Indicorum apud Ioſephum x. & Strabonem XV. *Diocles* II. Perſicorum, *Philoſtratus* in Indicis & Phœniciis apud Ioſephum. Quibus Hecatæum adde. Solebant autem Reges Chaldæi Deorum nomina, Majeſtatis ergo, aſſumere. Sic à *Nebo* Idolo, dicti Nebucadnezar, Nebuzardan, Nabonito, Nabonaſſar, Nabonabo, à *Merodach*, Evilmarodach, Mardokempad. *Seldenus.*

Rex Babylonius.] Imo Regis filius. Nam pater Nabupalaſſar adhuc in vivis. *Beroſus.* Niſi dicas eum ſimul cum patre regnaſſe.

Iudæam terram occupavit armis.] Bellum inter potentiſſimos Ægypti Syriæque, ac Babylonis Reges, Neconem & Nabupalaſſarem exarſit. Prælio ad Cercuſium ſecus Euphratem commiſſo, vincitur Necos. Babylonius ſubacta omni, ad Peluſium uſque, Syria, præter Iudæam, triumphat. Quarto regni Nabuchodonoſori anno, Ioacimi octavo, Babylonii Iudæam quoq; bello petunr, dira minantes ni tributum pendant quemadmodum reliqui Syriæ habitatores. Rex pacem mercatus pecuniis, integro triennio imperata tributa perſolvit. *Ioſephus* x, 7. At Beroſus paulo aliter: Satrapam Ægypti Syriæque & Phœnices rebellem eo bello ſubactum. Apud Ioſephum x. Antiquitatum. Male. Nam Necos non Satrapa Babylonii Regis, ſed æmulus & æqualis fuit. *Horn.* Hæc fuit prima captivitas Iudæorum. Nam Ioacim cum Daniele ejuſque tribus ſociis abductus tum Babylonem fuit. IV Regum XXIII. II Paral. XXXVI. Dan. I. III Eſdr. I. *Rex tamen ſub conditione tributi annui, domum remiſſus fuit.* Ac tunc horrenda illa Moabitarum clades atque excidium contigit, quod eis prænuntiavit Ieremias cap. XLVIII. Nam quicquid Ægyptum inter & Euphratem gentium, una ruina Babylonius involvit. In memoriam tantæ cædis condita χαράκμωβα, πολίχνη Μωαβίτιδος, Stephano, collocata ibi Babyloniorum colonia. *Horn.*

Iure belli.] De quo vide Grotium in nunquam ſatis laudato opere de jure pacis ac belli.

Cedente jam Rege Ægypti.] De hoc bello vide Ieremiam XLVI. Necos, poſt tantam cladem, in Ægyptum fugit, regnumque filio Pſammi vel Pſammiticho reliquit. Herod. II. Cæterum fatalis ille locus, ubi pro Syriæ imperio, plerumque inter Ægyptios & Aſſyrios certatum, Carcemis fuit, Cercuſium Ammiano XXIII. Cercifium Euagrio V Hiſt. Eccl. 9. in confluente Euphratis & Aboræ ſitum.

Determinatiſque inter eos imperii finibus convenerat.] Merum commentum. Nam hujus tranſactionis nec ulla memoria extat, & ſatis clare ex ſacris refutari poteſt. Quippe Nabuchodonoſor victoria ſua uſus, in ipſam Ægyptum penetravit, & totam Syriam Neconi, non ulla tranſactione, ſed armis ademit, ac jure belli, ut ipſe Sulpicius loqui-

nerat Iudæos ad Babylonem pertinere. Ita cum Ioachis exactis in regno annis undecim, filio ejuſdem nominis locum feciſſet, iſque regis Babylonii in ſe iram concitaſſet, Deo nimirum agente, cui conſtitutum erat Iudæam gentem captivitati & internecioni dare, Nabuchodonoſor Hieroſolymam cum exercitu ingreſſus, urbem muroſque ac templum ſolo ſtravit: auri immenſum modum

loquitur, tenuit. *Horn.*

Iudæos ad Babylonem pertinere.] Idem huic Provinciæ quod Armeniis accidit. In limite duorum ſibi ſemper adverſantium poſiti, ambiguos plerumque Dominos habuere, & victoriæ acceſſio fuerunt. Quod & poſtea ſub Macedonum, Romanorum, & Saracenorum imperio duravit. *Horn.*

Ioachis exactis in regno annis undecim.] Cum eſſet inquieto ingenio, noviſque rebus, Ægyptiorum fiducia ſtuderet, Nebucadnezar rebellem cum exercitu petit, receptuſq; intra urbem τοὺς ἀκμαιοτάτους, καὶ κάλλει διαφέροντας τῶν Ἱεροσολυμιτῶν ἀπέκτεινε μετὰ τοῦ βασιλέως Ἰωακίμου, ὃν ἄταφον ἐκέλευσε ῥιφῆναι πρὸ τῶν τειχῶν. Eorum vero qui in aliqua dignitate fuerunt, in captivitatem abduxit Babylonem tria millia, in quibus etiam tum puer Hezekiel. Hic finis fuit Ioacimi Regis, qui vixit annos XXXVI. regnavit XI. *Ioſeph.*

Filio ejuſdem nominis locum feciſſet.] IV Reg. XXIV. II Paral. XXXVI. Non plane ejuſdem nominis. Nam vel in Græca editione pater Ἰωακεὶμ vocatur, filius Ἰωαχεὶμ ſive Ἰωαχίμ. Ecce diſcrimen in una littera. Quale & apud Ebræos, qui ultimam inſuper efferunt per N. Scribunt enim Ioachin: unde Ioachis, ut ex Ioacim factum Ioacis. Sulpicius autem qui hæc confundit, non eſt audiendus. *Druſius.* Nebucadnezar τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἰωάχιμον καθίστησι βασιλέα καὶ τῆς χώρας, καὶ τῆς πόλεως. *Ioſephus.* Qui etiam dicit, eum fuiſſe φύσει χρηστὸν καὶ δίκαιον. At Scriptura impium vocat.

Regis Babylonii in ſe iram concitaſſet.] Suſpicio fuit imperantibus familiaris. Metuebat enim Babylonius, μὴ μνησικακήσας αὐτῷ τῆς τοῦ πατρὸς ἀναιρέσεως, ἀποστήσῃ τὴν χώραν αὐτοῦ. *Ioſeph.*

Hieroſolymam cum exercitu.] IV Reg. XXIV. II Paral. XXXVI. Ierem. XXII. Prius ſervi Nabuchodonoſoris expeditionem fecerant contra Ieroſolymam, cumque urbs in obſidionem veniſſet, & ipſe Nabuchodonoſor ad urbem à ſuis obſeſſam veniſſet, egreſſus Ioachim ad eum cum matre, & dedidit ſe ei anno octavo regni Nabuchodonoſoris, qui erat menſis tertius à quo regnare cœperat Ioachin Ieroſolymæ. Habentur iſta IV Reg. XVI. 11, 12. *Druſ.*

Ingreſſus.] Hoc admodum credibile eſt, licet Scriptura diſerte non exprimat. Quid enim vetat Ioachin primum egreſſum eſſe ad Nabuchodonoſor in caſtra extra urbem, & ipſum Nabuchodonoſor poſtea ingreſſum eſſe urbem? Simul hæc vera eſſe poſſunt, & ſunt profecto, ſi non fallitur aut fallir nos noſter Sulpicius. *Druſ.*

Vrbem muroſque ac templum ſolo ſtravit.] Falſum hoc. *Druſ.* Nihil de his. Sulpicius ea de ſuo addidit. *Sigon.*

Auri immenſum modum.] Abſtulit inde omnes cum templi, tum regiæ theſauros: adhæc confregit vaſa aurea omnia,

dum & ſacra ornamenta vel publica vel privata, pubereſque omnes virilis ac muliebris ſexus tranſtulit: relictis, quorum imbecillitas aut ætas faſtidio victoribus fuit. Quæ turba inutilis ſervitio, exercendis colendiſque agris, ne incultum eſſet ſolum, deputata. Eiſdemque rex Sedechias præpoſitus: ademptis viribus, inani tantum umbra regii nominis conceſſa. Sed Ioachis tribus menſibus tempus imperii habuit. Is cum populo Babylo-

mnia, quæ Salomo rex fecerat ad templum Domini, IV Reg. XIII. *Druſius.*

Pubereſque omnes.] Omnem juventutem ex urbe captivam duxit. *Ioſephus.* Totam Ieroſolymam, omnes milites numero XCIↃ. omneſque fabros & artifices. IV Reg. XXIV, 14. *Druſius.* Τὰς αἰχμαλώτους Ἰουδαίων. *Beroſus.* Meminit hujus & inſequentis deportationis Hecatæus apud Ioſephum, & Demetrius apud Clem. Alexandrinum.

Quorum imbecillitas aut ætas faſtidio.] Hæc ex ingenio Sulpicii manarunt, non ex ſacris libris. *Sigon.* Imo ex ſacris libris, Sigoni. Verba ſunt IV Reg. XXIV, 14. *nihilque relictum eſt, exceptis pauperibus populi terræ.* דלה עם autem, ut notum Hebraice peritis, includit & virium & opum, & ætatis imbecillitatem. *Horn.*

Rex Sedecias.] IV Reg. XXIV. II Paral. XXXVI. Ioſeph. X. 10. Melius, *Sedecias.* Hic patruus erat Ioachin, & prius Mathanias dicebatur, quod nomen ipſe Nabuchodonoſor poſtea mutavit, impoſito ei Sedeciæ nomine. Vide IV Reg. XXIV, 17.

Inani tantum umbra regii nominis.] De umbra regii nominis nullum verbum in Scriptura. *Sigon.* Manavitque hoc ex ingenio Sulpicii. *Druſius.* Nimis frigide. Quid enim majeſtatis in illo, qui tenui plebeculæ præfectus, potentiſſimo Regi, velut mancipium, ſervire cogebatur? *Horn.*

Ioachis tribus menſibus.] Sic IV Reg. XXIV. ℣ſ. 8. Quomodo ergo II Paralip. XXXVI, 10. dicitur poſt annum abductus à Nabuchodonoſor? Quia aliquot menſes interregnum inter Ioakim & Ioachim. *Cajetan.* Quia cœpit regnare tribus menſibus ante finem anni, & captivitas ejus incidit in menſem Niſan. *Interpr.*

Cum populo Babyloniam tranſlatus.] Μετὰ τῆς μητρὸς καὶ τῶν φίλων. *Ioſeph.* Hæc fuit μετοικησία ſecunda, à qua LXX. annorum captivitatis initium ducunt Scaliger, Calviſius & alii. De quo poſtea. Cæterum Nabuchodonoſor Babylonem magnificentiſſime, ſpoliis devictarum gentium exornavit, velut Timurus Semirkandam ſuam. *Superſunt veneranda antiquitatis monumenta ex Beroſi annalibus, in queis ſcriptum eſt, Nabuchodonozorem ex ſpoliis, quæ inde reportavit, templum Belo extruxiſſe, urbemque Babylonem pro majeſtate imperii auctam coctilibus cinxiſſe muris, ad hoc, hortos aërios, & nemora penſilia feciſſe, in gratiam uxoris, quæ in montanis Mediæ educata, ſylvas ſpectare, in edito quæ eſſent, amabat. Ex quo fit, uti vanum & nihili ſit, quod magno conſenſu Græci tradiderunt, admiranda ea opera extructa à Semiramide fuiſſe. Confutat enim eos apud Flavium autor omni exceptione major, Beroſus Chaldæus, quem & antiquiſſimum eſſe, & ſumma religione ac fide res popularium ſuorum ad æternitatem conſecraſſe, creditum ab omnibus eſt.* Cunæus.

Trige-

loniam tranſlatus, & in carcerem conjectus eſt: trigeſimum poſt annum emiſſus, atque à rege in amicitiam receptus, menſaque & conſiliis participatus, non ſine ſolatio depulſæ calamitatis deceſſit. Interea Sedechias rex turbæ inutilis, quanquam ſine viribus, infido ingenio, & Dei immemor, qui non intelligeret captivitatem ob delicta gentis illatam, poſtremis denique malis debitus, regis animum offendit. Ita ei poſt novem annos Nabuchodonoſor bellum intulit, compulſumque intra muros confugere, triennio obſedit. Qua tempeſta-

Trigeſimum poſt annum.] IV Reg. XXV. Legendum: *trigeſimum ſeptimum* IV Reg. XXV. Nam poſt abductionem Ioachin regnavit Sedecias annos XI. & poſt abductionem Sedeciæ Nabuchodonoſor annos XXVI. Evilmerodach vero, qui Nabuchodonoſori ſucceſſit, ipſum anno ſuo primo dimiſit, atque honore affecit. *Sigon.*

A rege.] Evilmerodach, qui Εὐιλμαράδουχος Beroſo, Εὐιλμαλουρούχος Abydeno; in Ptolemæi libris corruptius Ἰλουαροδάμος, Ioſepho Ἀβιλαμαρώδαχος, LXX. Εὐιαλμαρωδέκ.

Sedechias.] IV Reg. XXV. Ioſeph. X, 4. Hierem. XVII, 10. Sedecias confertur cum perdice; quia ut alteri hæc avis ſubducit ova, iiſque incubat; ſed excluſi pulli, ſimulac poſſunt, ad veros avolant parentes: ſic Sedechias cum omnibus impiis, qui in divitiis confidunt, ubi ad medium perveniſſent dierum ſuorum, amiſſuri eſſent opes male partas. Eo pacto hunc locum accepiſſe etiam videtur Chaldæus Paraphraſtes: ut Hugonem, Lyranum, Thomam, Dionyſium prætercam. *Voſſius.*

Turba inutilis.] Tenuis plebeculæ. Supra: *quæ turba inutilis ſervitio, exercendis colendiſque agris, ne incultum eſſet ſolum, deputata.* Alio ſenſu Homerus dixit, ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης: & alius, *inutilia pondera terræ.* Druſ.

Poſtremis malis debitus.] Qui debebat extrema mala pati. Sic, *mors naturæ debita:* &, *cælo debita progenies.* Druſius.

Regis animum offendit.] Cum per octo annos ſocius Babyloniorum fuiſſet, Διέλυσε τὰς πρὸς αὐτοὺς πίστεις, καὶ τοῖς Αἰγυπτίοις προσέθετο καταλύσειν τοὺς Βαβυλωνίους ἐλπίσας, ἃ μετ' ἐκεῖνον ἐγένοντο. *Ioſeph.*

Poſt novem annos Nabuchodonoſor bellum intulit.] Anno nono regni ejus, menſe decimo, decimo die menſis, IV Reg. XXV, 1. *Druſius.* Hæc eſt quarta & ultima clades Iudæorum, quam urbis deſolationem Philo vocat. Meminit ejus I Ierem. XXXIV. XXXVII. & LII. Ezech. XVII. *Sigon.*

Compulſumque intra muros.] Τὴν χώραν κακώσας αὐτοῦ καὶ τὰ φρούρια λαβών. *Ioſeph.*

Triennio obſedit.] Reſcribendum ex hiſtoria, *biennio fere.* Nam biennium integrum nondum exactum erat. Siquidem obſeſſa fuit menſe decimo anni noni, capta autem menſe quarto anni undecimi, nona die menſis. *Druſ.*

ſtate Ieremiam Prophetam, qui jam ſæpius imminere urbi captivitatem pronunciaverat, conſulit, ſi quid ſpei forſitan ſupereſſet. Sed ille, cœleſtis iræ non ignarus, eadem ſæpius interrogatus, reſpondit, ipſi regi ſpecialem pœnam denuncians. Tum vero Sedechias in iram excitatus, trudi Prophetam in carcerem jubet, moxque eum crudelis facti piguit. Sed obſiſtentibus Iudæorum principibus, quibus jam inde à principio moris fuerat bonos premere, abſolvere innocentem non eſt auſus. Iiſdem cogentibus, in lacum immenſi profundi, cœno-

que

Ieremiam Prophetam.] Qui anno XIII. Ioſiæ Prophetare cœpit, & ſub quinque Regibus, ſacro illo munere functus eſt. Multa ſcripſit, præter Prophetiam & Threnos, III, & IV Regum, ut docent Procopius Gazenſis, Iſidorus, Kimchi. Addit Abulenſis etiam I. & II Reg. ab eo ſcriptum. In Bibliotheca Vaticana extant Paralipomena Ieremiæ Græco ſermone, & in iis literæ Baruch & Abdemelech ad Ieremiam, & hujus ad illas reſponſa. Sed hæc ſuppoſititia eſſe nemo dubitat. *Horn.*

Ipſi Regi ſpecialem pœnam denunciat.] Ierem. XXXVII, ℣ſ. 16. Quod Ezechiel quoque fecit. Sed in eo diſcrepare videbatur Ezechiel, quod negaret Sedeciam viſurum Babylonem, cum Hieremias aſſeveraret, omnino futurum ut captivum eum Rex Babylonius abduceret. Quare cum hic diverſa eos dicere videret, ne illa quidem vera putavit in quibus conſentirent; *καί τοι πάντα αὐτῷ κατὰ τὰς προφητείας ἀπήντησε. Ioſeph.*

Tum vero Sedechias.] Ierem. XXXIV. & XXXVII. Hæc paullo aliter narrantur Ierem. XXXVII, 16. Nam conjectus fuit in carcerem, ante obſeſſam urbem, non à rege, ſed à proceribus; cum eum Ierias quidam in porta Benjaminica comprehendiſſet, objecto crimine quod ad Chaldæos transfugeret. Sed pro Sulpicio faciunt quæ habentur Ier. XXXII, 2. *Druſius.* Factum eſt medio tempore quo Babylonius, deſerta obſidione urbis, contra Ægyptium copias duxit. Nam Ægypti Rex, audito ſocii Zedeciæ obſidio, cum valido exercitu in Iudæam, ſuppetias laturus, contendit. Sed eum Babylonius uno prælio victum, tota Syria expulit. *Ioſeph.*

Cogentibus.] Sæpe Reges imperio procerum ſuorum & aulicorum ſubſunt. Sicut Zedekias. Nam cum dixiſſent principes, *Rogamus ut occidatur homo iſte*, reſpondit: *Ecce in manibus veſtris eſt. Nec enim fas eſt Regem vobis quiſquam negare.* De tali Rege Tacitus inquit; *jubere jam poterat ſcelus, prohibere non auſus.* Ioſephus: Ὁ βασιλεὺς αὐτὸς μὲν ὑπὸ χρηστότητος καὶ δικαιοσύνης οὐδὲν ἰδίᾳ παροξυνθῇ, ἵνα δὲ μὴ τοῖς ἡγεμόσιν ἀπεχθάνεσθαι παρὰ τοιοῦτον καιρὸν ἀντιπράττων τῇ προαιρέσει, τὸν προφήτην ἐφῆκεν αὐτοῖς ποιεῖν ὅτι ἂν θέλωσιν.

In lacum immenſi profundi.] Ierem. XXXVIII. Erat in veſtibulo carceris. Lacum autem dicit λάκκον, qui Ebræis eſt בור, id eſt, locus ſubterraneus in carcere. *Druſius.* Ioſephus: Παραλαβόντες αὐτὸν εἰς τινα λάκκον βορβόρου πλήρη καθιμήσαντο, ὅπως ἰδίῳ θανάτῳ

que ac ſordibus, atque ex eo exitiabili fœtore horridum, demiſſus eſt, ut ne ſimplici quidem morte expiraret. Sed rex, licet impius, aliquanto tamen ſacerdotibus mitior, educi Prophetam de lacu, & carceris cuſtodiæ reddi jubet. Interea obſeſſos vis hoſtium & penuria urgebat: conſumptiſque omnibus quæ mandi poterant, fames invaluerat. Ita defeſſis inedia defenſoribus, oppidum captum, incenſumque. Rex, ut Propheta dixerat,

νάτῳ πηγῆς ἀποθάνῃ. ὁ δὲ περὶ τοῦ αὐχένος ὑπὸ τοῦ πλήθους περιχυθεὶς ἐν τούτοις ἦν. Atque hanc miſeriam ſuam flebiliter deſcribit Thren. III. & prædixerat eam Eſaias. Tales putei in Oriente frequentes, primo ad aquationem, deinde ad veram cuſtodiam, ut ibi in profundo cœno miſere perirent. Talis illa vetus ciſterna fuit in quam Ioſeph à fratribus dimiſſus eſt. Gen. XXXVII. Eſt autem inſignis apud Sulpicium ejuſmodi lacus deſcriptio.

Sacerdotibus.] Principes vocantur. Nec tamen aberrat Sulpicius. Nam Synedrium intelligitur, cujus magna pars Sacerdotes erant. *Horn.*

Educi Prophetam de lacu.] Hujus conſilii author Abdemelech Æthiops, cujus magna apud Regem potentia. Οἰκετῶν εἷς τοῦ βασιλέως, ἐν τιμῇ τυγχάνων. *Ioſeph.*

Carceris cuſtodia.] Quæ in regia erat. Ierem. XXXII, 2. Ibi manſit vinctus manibus pedibuſq; uſque ad excidium urbis. cap. XL, 4.

Obſeſſos vis hoſtium & penuria urgebat.] Ioſephus X, 11. *Interea Babylonius pergebat in oppugnandis acriter Hieroſolymis, exſtructis aggeribus, erectis turribus, è quibus arcebat propugnatores ſtantes in mœnibus; multos enim aggeres circumquaque excitaverat urbis muro altitudine pares. Nec ſegniter interim defendebatur urbs, civibus nec fami, nec peſti ſuccumbentibus, ſed obduratis animis omnia mala perferentibus, ac ne machinis quidem hoſtium territi, alias contra machinas excogitabant, ut inter ſe non viribus ſolum certarent, verum etiam artibus.*

Ita defeſſis inedia defenſoribus.] Ioſeph. *Atque id certamen duravit per menſes decem & octo, donec tandem ſuccubuere, partim inedia victi, partim ſuperne è turribus, telorum multitudine oppreſſi.*

Oppidum.] Eadem ἀκυρολογία, qua & ſupra Niniven oppidum vocavit. *Horn.*

Captum incenſumque.] Ierem. XXXIX. Ioſeph. X, 11. Incenſa eſt urbs cum templo menſe quinto, ſeptima die menſis. IV Reg. XXV, 8. Menſem enim quartum impenderunt Babylonii in expilanda urbe & perſcrutandis Iudæis. Dicitur autem urbs הבקעה *rupta eſſe*, nimirum crebris arietum ictibus, ut Ioſeph. Abul. & Vatabl. volunt. Contra Cajetanus vult murum ab ipſo Zedecia & civibus, ut viam fugæ ſibi aperirent, ruptum. Sed hoc incredibile videtur. Accidit hoc incendium poſt CCCXXIV. ann. quam templum dedicarat Salomo.

Effoſſis oculis.] Urbe circa medium noctis capta, Sedecias fugam arripuit διὰ τῆς καρτερᾶς φάραγγος, καὶ διὰ τῆς ἐρήμου. At in via à Chaldæis interceptus, & ad Regem Reblatham Syriæ deductus eſt. Qui graviſſime prius increpitum, cædem filiorum & amicorum ſpectare juſſit. Deinde τοὺς ὀφθαλ-

rat, effoſsis oculis, Babyloniam tranſlatus: Hieremias miſericordia hoſtili carcere exemptus. Cum eum Nebuzardan princeps regius, captivum cum cæteris duceret, delata ſibi optione ab eo, utrum in ſolo patrio deſerto deſolatoque ſubſiſtere, an ſecum abire in ſummis honoribus vellet, reſidere in patria maluit. Nabuchodonoſor abducto populo, reſiduis quos belli conditio vel præ-

θαλμοὺς ἐκκόψας τοῦ Σεδεκίου, δήσας ἤγαγεν εἰς Βαβυλῶνα. Ita Ezechielis & Ieremiæ Prophetiæ eventu comprobatæ ſunt. Nam & adductus ad Babylonium fuit eumque vidit. Τυφλωθεὶς δὲ καὶ ἀχθεὶς εἰς Βαβυλῶνα, ταύτην οὐκ εἶδε. *Ioſeph.* Fabulatur R. Salomo, Sedeciam ſubterranea quadam via, quæ in proximos urbi campos duceret, fugiſſe. Cæterum ſilveſtrem capram à Deo excitatam, ſupra cryptam curſum ſuum ita tenuiſſe, ut perſequentes Chaldæorum venatores in Regem ex terra emergentem inciderent. Hæc fuſe refellunt Lyra & Abul. Excæcare æmulos regni vel ſuſpectos, Regum Orientis mos. Idque imprimis apud Byzantinos Imperatores poſteriores, id eſt, corruptiſſimi ævi, obtinuit, & hodie frequens in Mauritania ac Numidia eſt. Turcæ & Tatari, quia ex horrido Septentrione, cædibus ſæviunt in agnatos, vel hoſtes. *Horn.* Atque hic fuit Davidici generis Regum exitus, quorum unus & viginti ordine regnaverunt per ID. & XV. annos, VI. menſes, X. dies, annumeratis XX. annis Sauli, qui fuit tribus alterius. Iudæi jejunium illa die qua excæcatus Sedecias, indixerunt, die VI. menſis VIII. Interfectus Reblatæ fuit etiam Sareas ultimus Pontifex primi templi & filius ejus Ioſadec Babylonem abductus. *Ioſeph.* Vide Selden. de Succeſſ. in Pontif.

Babyloniam tranſlatus.] Detentuſque in carcere uſque ad mortem. Sepultus tamen βασιλικῶς. *Ioſeph.*

Hieremias.] Iuſſu Nabuchodonoſoris exemtus carcere fuit. Nam è perfugis edoctus fuit, eum ſemper monitorem fuiſſe, ut Chaldæis urbs traderetur, & ob id à popularibus ſuis tractatum peſſime. *Grot.*

Nebuzardan.] Nam Nebucadnezar, intellecta patris Nabopalaſſaris morte, cum paucis per deſertum Babylonem properavit, commendata amicis captivorum Iudæorum, Syrorum, Phœnicum, Ægyptiorum cura. Ita *Beroſus* apud Ioſephum X, 11.

Princeps regius.] רב טבחים, magiſter lanionum. Id interpretantur quidam *præfectus ſatellitum*: alii, *magiſter equitum.* Hieron. *magiſter militiæ.* Ierem. XL, 1. *Druſ.*

Delata ſibi optione ab eo.] Ierem. XL. Primo quidem ἔπειθε εἰς Βαβυλῶνα σὺν αὐτῷ παραγενέσθαι. *Ioſeph.* Id cum fruſtra eſſet, optionem dedit.

In ſummis honoribus.] Magnum Ieremiæ apud Babylonios æſtimium fuit. Quod ex muneribus patet. *Ioſephus*: δωρησάμενος αὐτὸν δωρεαῖς πολυτελέσι.

Abducto populo.] Hæc ultima Iudæorum captivitas. Intervallum inter αἰχμαλωσίαν Iudæorum & Iſraëlitarum eſt annorum CXXX. menſium VI. dierum X. *Ioſephus.* Collocati autem ſunt in agro Babylonio, & ad flumina Tigrim, Euphratem, Chaboram ſive Neharmalcam. Pſalm. CXXXVII, 1. De fluvio כבר, vide Fullerum IV. Miſcell. Sacr. 11.

Reli-

prædæ faſtidium reliqui à victoribus fecerat, Godoliam ejuſdem gentis præpoſuit, abſque ullo inſigni regio, aut imperii nomine. Quia præeſſe paucis, & calamitoſis, nulla dignitas erat.

LIBER SECVNDVS.

CAptivitatis tempora Prophetarum vaticiniis atque actibus illuſtrata ſunt. Maxime itaque Danielis egregiam ad conſervandam legem perſeverantiam, & in abſolutionem Suſannæ divino conſilio, cæteraque ab eo geſta, ordine per-

Reliqui à victoribus fecerat.] Videtur ſolœciſmus eſſe, pro *reliquos fecerat:* quales nonnulli ſunt in Cicerone. Sigonius tamen conjicit legendum, *relinqui fecerat*, & Victor Giſelinus, *reliquias fecerat.* Iudicium eſto penes eruditos. Ego in ſolœciſmum eo magis inclino, quod ſciam vitium hoc orationis in Sulpicio novum aut inſolens non eſſe. *Ego* inquit præfat. in vitam B. Martini, *cum primum animum ad ſcribendum appuli, quia nefas putarem tanti viri latere virtutes, apud me ipſe didici ut ſolœciſmis non erubeſcerem: quia nec magnam iſtarum unquam rerum ſcientiam contigiſſem: & ſi quid ex his ſtudiis olim fortaſſe libaſſem, totum id deſuctudine tanti temporis perdidiſſem.* Druſ. Vult idem dicere quod dixit ſuperius: *relictis, quorum imbecillitas aut ætas faſtidio victoribus fuit.* Giſel.

Godoliam.] Iudæus hic prudens potenſque erat, qui ſecutus Ieremiæ oracula, ad Chaldæos transfugerat. Quocirca reliquiis gentis ſuæ præfectus eſt. Ita *Hebræi* & *Lyra.* Vir ingenii placidi & ad præſentem Fortunam bene ſe aptans; ſed nimium credulus, id quod ei exitio fuit. *Grot.*

Abſque ullo inſigni regio.] Hoc de ſuo addit Sulpicius. *Sigon.* Et recte quidem. Nam ex ſacris Libris certiſſimum eſt quod dicit. *Horn.*

LIBER SECVNDVS.] Hujus diviſionis authorem eſſe ipſum Sulpicium, ex præfatione ejus patet, ubi dicit: *quæ permultis voluminibus perſcripta continebantur, duobus libellis concluderem.* Horn.

Captivitatis tempora.] Cur Matthæus cap. 1, 11. de *μετοικεσίᾳ* in numero ſingulari loquatur, cum tamen plures fuerint, vide ſeculi noſtri miraculum, Fr. Spanh. 1. Dub. IX.

Prophetarum vaticiniis.] Ieremiæ, Ezechielis, Danielis.

Danielis.] Quem tamen Hebræi non accenſent Prophetis. Cauſa eſt, quod vitam egerit non Propheticam ſed Satrapicam, ut David regalem. Quare eos ajunt ſcripſiſſe quidem per Spiritum Sanctum, ſed Prophetas non fuiſſe. Attamen & Chriſtus, & Ioſephus, Danielem vocant Prophetam, & ſic eum dici poſſe generaliori ſignificatu affirmat

perſequemur. Hic ſub rege Ioachim captus deductuſque Babyloniam, parvus admodum puer: poſtea ob elegantiam vultus, inter miniſtros regios aſſumptus, unaque cum eo Ananias, Miſaël, & Azarias. Sed cum eos rex delicatioribus cibis curari præcepiſſet, idque Aſphanæ eunucho negotii dediſſet, Daniel paternarum traditionum memor, ne ex menſa regis gentilium cibis par-

Maimonides II. More Neb. Fuit ex tribu Iuda, & regia ſtirpe. Patria illi Bethoron ſuperior. Captus eſt cum Ioakim. Mortuus eſt anno ætatis CXXXVIII. *Perer.* Vel potius centeſimo aut circiter. *A Lapide.* Dicunt eum ſub Attalo, cum tribus pueris, capite plexum. Et ſic narrat Codex Baſilii Porphyrogonneti, qui in Vaticana Bibliotheca aſſervatur. Sed hoc incertum. Obiit Babylone & ibi in Regum monumentis conditus eſt. Multa fabuloſa de ipſo Dorotheus & Pſeudo-Epiphanius referunt.

Sub rege Ioachim captus.] Errat ergo Ioſephus qui Danielem demum ſub Zedekia abductum putat. *Horn.*

Parvus admodum puer.] X annorum, ut Pererius, XX ut Maldonatus vult. Quæ ſententia verior.

Ob elegantiam vultus.] Οἱ καὶ ταῖς ἀκμαῖς τῶν σωμάτων καὶ ταῖς εὐμορφίαις τῶν ὄψεων προέχοντες. *Ioſeph.*

Ananias, Miſael & Azarias.] Qui vulgo tres pueri vocantur, etiam adulta & declinante ætate. Quia נער apud Hebræos tam late ſe extendit. Impoſuerunt autem iis Chaldæi alia nomina, ita ut Ananias *Sidrach*, Miſaël *Miſach*, Azarias *Abdenago* diceretur. Quæ nomina ſi Idololatrica fuerunt, non exiſtimandum eſt iis ipſos uſos: ſed tantum ita appellatos à Chaldæis. *Horn.* Sidrach eſt *Dæmon nocens*. Abdenago *Servus Luciferi*. Grot. Alii aliter explicant; & ad munia aulæ, quibus hi deſtinati, applicant. Sic Scholia Syriaca, quæ Romæ extant in Bibl. Vaticana & Medicæa, exponunt *Sidrach* miſſilem, qui huc illuc diſcurrit negotiorum cauſa. *Miſach*, menſorem agrorum. *Abdenago*, qui Regi à cubiculo, vel poculis eſt.

Aſphanæ Eunucho.] Hinc orta opinio, caſtratos fuiſſe, Danielem cum tribus ſociis. In qua ſunt Ioſephus, Origines, Homil. IV. ſuper Ezech. Zonaras Tom. I. Hieron. I. contra Iovin. Et hoc comminatum Ezechiæ putant Eſaiam cap. XXXIX. 7. eandemque cauſam, cur Daniel paſſim in vetuſtiſſimis monumentis, imberbis pingatur. Contra Lyranus, Maldonatus, Dorotheus & Epiphanius, exiſtimant eum non fuiſſe caſtratum; ſed Eunuchum vocari poſſe, pro ſenſu Orientis, quemvis aulicum. Verba Ioſephi ſunt: ποιήσας τινὰς αὐτῶν ἐκτομίας. Igitur cum plures ſub diſciplina Aſphanæ fuerint, nihil à Daniele vel ſociis ejus, certi aſſerit. *Horn.*

Paternarum traditionum memor.] Sic loquendo, ſignificat traditiones patrum, id eſt, majorum: quæ à Græcis dicuntur πατροπαράδοτοι ἐντολαί, & Galat. I, XIV. *æmulator exiſtens* τῶν πατρικῶν μου παραδόσεων. Pro *paternarum*, malim *patriarum*: ſed tamen nihil muto. Nam & infra ſic locutus eſt, *qui paternæ urbis ſtatus eſſet*. Et alibi, *admonita ne paternarum traditionum immemor*. Sic apud interpretem noſtrum I Petr. I, 18. *paternæ traditionis*. Druſius.

Gentilium cibis participaret.] Cauſa cur

participaret, popoſcit ab eunucho, ut leguminibus tantum uterentur. Cauſante Aſphane, ne diſſimulatum imperium regis, conſecutura macies proderet, Daniel Domino fretus, pollicetur majoris decoris ſibi vultus ex leguminibus, quam ex cibis regiis fore. Fideſque dictis affuit, ita ut minime eorum vultus comparabiles haberentur, qui Imperialibus impendiis procurabantur. Igitur à rege in honore & gratia adhibiti, prudentia & diſciplina, brevi omnibus regis proximus antelati. Per idem tempus, Suſanna quæ-

cur Daniel pane vinoque regio abſtinuerit, non alia eſt, quam quod moris erat illis gentibus, partem de pane & vino injicere in aram, aut in focum, atque eo modo, diis ſuis conſecrare totum illud, quod erant comeſturi. Id vero, ſicut ſtulta eorum opinione erat ſanctitas: ita Hebræis melius inſtitutis, & certis talia dedicata eſſe falſis numinibus, erat pollutio. Sic Iacchiades & Theodoretus. *Grot.*

Vt leguminibus tantum.] Τῶν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς τραπέζης ἐδεσμάτων ἀπέχεσθαι, καὶ καθόλως πάντων τῶν ἐμψύχων, παρέχειν δὲ αὐτοῖς ὄσπρια καὶ φοίνικας εἰς διατροφὴν, καὶ εἴτι τῶν ἀψύχων ἕτερον βούλοιτο. *Ioſeph.*

Cauſante Aſphane.] Id faciebat per Malaſar, quem Danieli præpoſuerat. Daniel. cap. 1, 11. *Druſ.* Theodotion ר pro ל legit. Ejus enim verſio habet Ἀμελσάδ, alii codices Μυλσάδ.

Prudentia & diſciplina.] Facile omnem perdidicerunt doctrinam, tam Hebraicam, quam Chaldaicam, ſed præcipue Daniel, peritus talium artium, περὶ κρίσεις ὀνείρων ἐσπουδάκει, καὶ τὸ θεῖον αὐτῷ φανερὸν ἐγίνετο. *Ioſeph.*

Per idem tempus.] Quidam putarunt Hiſtoriam Suſannæ contigiſſe tempore captivitatis Babylonicæ, regnantibus Aſtyage & Cyro. Quia nimirum illa his verbis concluditur: *Et Rex Aſtyages appoſitus eſt ad patres ſuos, & ſuſcepit Cyrus Perſa regnum ejus.* Verum Lyra, Hugo, Torniellus & alii, ea verba ad ſequentem hiſtoriam de Belo & Dracone retulerunt, ut etiam Græca Caraffæ, & verſiones Arabicæ, Antiochena atque Alexandrina oſtendunt. Itaque ad tempora Ioakim, & annum ejus tertium quartumve referunt. Sed cum fabuloſa ſit, quid mirum tempora diſcrepare?

Suſanna quædam.] Mentio hujus hiſtoriæ in Iohaſin per hæc verba: *Sedeciæ regis ævo condita fuit Marſilia, eodemque tempore fuit Suſanna filia Helciæ uxor Ioacim. Cum hac voluerunt duo ſenes judices concumbere. Sed cum nollet, accuſarunt eam adulterii. Nam teſtabantur ſe vidiſſe concumbentem cum juvene quodam. Daniel autem ſapientia ſua eam liberavit.* Eſt autem tota Suſannæ hiſtoria apocrypha, nec in Hebræa exſtat, ſed ex Theodotione ab Hieronymo tranſlata eſt. In Græcis Codicibus interdum vocatur διάκρισις Δανιὴλ, interdum *Suſanna*. De Daniele Hieronymus: *Apud Hebræos nec Suſannæ habet hiſtoriam, nec hymnum trium puerorum, nec Belis Draconiſque fabulas.* Ex alluſione

quædam Ioachim nupta, ſpectatæ fœmina pulchritudinis, à duobus presbyteris appetita, cum impudicis non acquieviſſet, falſo crimine inceſſitur, iiſdem presbyteris deferentibus, in remotis locis adoleſcentem cum ea deprehenſum, ſed illum, juvenili alacritate, ſenum manus effugiſſe. Ita presbyteris fides habita, judicio po-

vocum σχῖνος σχίσαι, πρῖνος πρίσαι patet Græce ſcriptam fuiſſe. Olim ita immixta erant reliquo textui illa additamenta, ut Suſannæ hiſtoria initium eſſet totius libri, Canticum trium puerorum eſſet in III. capite, Belis & Draconis fabulæ librum clauderent. Multa continent ἀσύστατα & falſa. De quibus vide Theologos. Africanus, ſcriptor antiquus, Origenis coætaneus, eam octo argumentis impugnavit.

Ioachim nupta.] Et hic ſcribo *Ioacim.* Nam eſt Ἰωακεὶμ, in textu Græco, & יויקים apud Salmanticenſem. *Druſius.* Dicitur fuiſſe dives, & ſplendidam Babylone domum habuiſſe. Quod inter argumenta eſt, commentitiam eſſe Suſannæ fabulam. Quis enim credat inter annos tres, eum qui captivus abductus eſt à patria, ſubito evaſiſſe in magnas divitias? *Chamierus.*

A duobus presbyteris appetita.] A duobus ſenioribus, quos Ebræi זקני appellant, & eſt nomen dignitatis. Nam ſic vocabantur magiſtratus, quos nunc ſeniores aut conſules dicimus. Habebant enim in Babylonia magiſtratum ex Iudæis. Quod mirum videri nemini debet, cum etiam Alexandriæ olim habuerint. Diſerte Strabo, citante Ioſepho Antiquit. lib. XIV. cap. 12. *Per Ægyptum ſane etiam coloniæ ſunt ejus gentis, abſque eo quod Alexandrinæ urbis magna pars eis aſſignata eſt. Habent enim proprium magiſtratum, qui ſuæ gentis res adminiſtret & controverſias ex jure dirimat, & contractus atque pacta rata habeat, non aliter quam ſit in abſoluta republica.* Rei firmandæ eſt Thalmud Babylonicum, quo continentur leges & jura in Babylonia uſurpari ſolita à Iudæis: infirmandæ vero eſt dictum illud, *ubi non eſt ſacerdos, non eſt judicium*: &, *Iudicia non exercentur extra terram.* Sed vide Moſem Gerundenſem in Numeros. *Druſ.* Ex hoc loco Africanus Hiſtoriam Suſannæ impugnavit. Quomodo enim Babylone Iudæi habuiſſent ſuos judices, cum captivi eſſent, & omnino Babyloniis ſubditi? Dici quidem poteſt, αὐτονομίαν in quibuſdam indulgentia regum, Iudæis permiſſam. Sed quod judicia capitis ſpectat, nemo perſuaſerit. Nam quod poſtea ſub Romanis ea habuerunt, Ioh. XVIII, 31. longe aliud eſt. Non enim tum captivi erant, ſed in ſuo ſolo dedititii, ſuam adhuc rempublicam, quanquam ſub præfectis Romanis, habentes. *Horn.* Forte hi ſenes erant Achab filius Coniæ, & Sedecias filius Maaſiæ. *Iohaſim.* Idem ex Hebræis Origenes & Hieronymus tradunt, huc referentes cap. XXIX. Ieremiæ ℣ſ. 22. Pererius tamen, Maldonatus & alii, hoc negant.

In remotis locis.] Eſt cur malim, *in occultis locis*, intelligit autem loca horti ſive pomarii. Dan. XIII, 37. in editione Theodotionis, quam Eccleſia priſca recepit, καὶ ἦλθε πρὸς αὐτὴν νεανίσκος, ὃς ἦν κεκρυμμένος, καὶ ἀνέπεσε μετ' αὐτῆς, *venitque ad eam adoleſcens, qui erat abſconditus, & concubuit cum ea.* Druſ.

Ita presbyteris fides adhibita.] Tanquam teſtibus. Ideo pro more Iudæorum manus ſuas capiti Suſannæ impoſuerunt. Lev. XXIV. 14. *Horn.*

Iudi-

populi Suſanna damnatur. Quæ cum ſecundum legem ad ſupplicium duceretur, Daniel tum annos natus XII. *increpitis Iudæis, quod innocentem morti dediſſent, reducere eam in judicium, cauſamque denuo audiri poſtulat. Enimvero multitudo Iudæorum, quæ tum aderat, non ſine Domino exiſtimans, puerum contemptæ ætatulæ, in hanc conſtantiam prorupiſſe, favore accommodato, in conſilium revertitur. Initur denuo judicium. Danieli, ut inter majores natu reſideret, delatum. Igitur ſeparari accuſatores jubet: unumque ex eis interrogat, ſub cujus generis arbore adulteram deprehendiſſet. Ex varietate reſponſi falſitas deprehenſa, Suſanna abſoluta; presbyteri, qui innocenti periculum creaverant,*

ca-

Iudicio populi.] Textus: *Credidit eis multitudo, quaſi judicibus & ſenibus populi, & condemnaverunt eam ad mortem.*

Secundum legem.] De adulterio. Deut. XXII. Ita & ſecundum leges civiles, adulterium morte punitur. *Sacrilegos nuptiarum, tanquam manifeſtos parricidas, inſuere culeo vivos, vel exurere, judicantem oportet.* Conſtantinus Imp. ad Catullinum, IV. *Quorum appell.* C. Theodoſ.

Annos natus XII.] Quotum annum egerit hiſtoria non prodidit: tantum dicit fuiſſe παιδάριον νεώτερον, id eſt, puerulum juniorem. Quærendum igitur unde hæc habeat Severus. *Druſius.* Vetus ea opinio fuit, quam & Ignatius Epiſt. ad Magneſianos, Theodoretus in cap. I. Ezech. ac Torniellus ſequuntur. Contra alii volunt eum fuiſſe XXIV. annorum, ut *A Lapide.* Sed omnia incerta ſunt, & fabuloſa.

Morti dediſſent.] Ad mortem damnaſſent, morti adjudicaſſent. *Druſ.*

Vt inter majores natu reſideret.] Præclare. Dixerunt enim ei ſenes: *Veni & ſede in medio noſtrum, quia Deus dedit tibi honorem ſenectutis.* Sigon.

Vnumque ex eis.] *Vnum atque alterum ex eis*, legendum conjicit Sigonius. Quid ſi, *unumque ex eis & poſt alterum interrogat?* Certe aliquid abeſſe videtur: niſi legamus, *utrumque ex eis.* Quod mihi ſe valde probat. *Druſ.*

Ex varietate reſponſi.] Vnus reſpondit ὑπὸ σχῖνον, ſub lentiſco: alter ὑπὸ πρῖνον, ſub ilice. Vide Ælium Antonium Nebriſſenſem, Annot. cap. x. apud Salmaticenſem, *Daniel ſapientia ſua liberavit eam per ſcrutinium, quo deprehendit non concordare teſtimonia ipſorum.* Druſ. Σχῖνος autem lentiſcus eſt Hippocrati. *Ruellius.* Πρῖνος non eſt *prunus*, ut cenſuit Auguſtinus Serm. CCLII. de Temp. ſed genus ilicis. Arabs & Syrus variant. Pro ὑπὸ σχῖνον ille habet *ſub arbore terebinthi*, hic, *ſub piſtacio.* Pro ὑπὸ πρῖνον ille *ſub arbore mali, vel amygdali*, hic *ſub malogranato.* Hoc eſt alterum argumentum Africani contra veritatem hujus hiſtoriæ; quia in Hebræo vel Chaldæo tales alluſiones fieri non poſſunt.

Capite damnati.] Pœna talionis, juxta legem Deut. XIX, 16. legitur lapida-

R 5 tione

capite damnati. Ea tempeſtate Nabuchodonoſor ſomnium vidit, myſterio futurorum mirabile. Cujus interpretationem, quum per ſe non poſſet evolvere, adſcitis ad interpretandum Chaldæis, qui magicis artibus, extiſque hoſtiarum, ſcire occulta, & futura præci-

tione. Hoc enim adulteræ ſupplicium. Ezech. XVI. ꝟſ. 40. Levit. XX, ꝟſ. 10, & 27.

Ea tempeſtate.] Μετὰ ἔτος δεύτερον τῆς Αἰγύπτου πορθήσεως. *Ioſeph.* X, 11. *Dan.* II. Cum regnum in Iudæa, Syria, Ammonitide, Moabitide & Ægypti magna parte conſtituiſſet. *Hebræi* apud Hieronymum.

Chaldæis.] Strabo XVI. Ἀφώριστο δ' ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ κατοικία τοῖς ἐπιχωρίοις φιλοσόφοις, τοῖς Χαλδαίοις προσαγορευομένοις, οἳ περὶ Ἀστρονομίαν εἰσὶ τὸ πλέον. Προσποιοῦνται δὲ τινες καὶ γενεθλιαλογεῖν, οὓς οὐ καταδέχονται οἱ ἕτεροι. Ἔστι δὲ καὶ φῦλόν τι τῶν Χαλδαίων, καὶ χώρα τῆς Βαβυλωνίας ὑπ' ἐκείνων οἰκουμένη. ἔστι δὲ καὶ τῶν Χαλδαίων τῶν Ἀστρονομικῶν γένη πλείω. Καὶ γὰρ Ὀρχηνοί τινες προσαγορεύονται, καὶ Βορσιππηνοί, καὶ ἄλλοι πλείους. Μέμνηνται δὲ καὶ τῶν ἀνδρῶν ἐνίων οἱ Μαθηματικοί, καθάπερ Κιδήνα τε καὶ Ναβουριανοῦ, καὶ Σουδίνου. Cicero I. de Divin. *Chaldæi non ex artis, ſed ex gentis vocabulo nominati, diuturna obſervatione ſiderum, putantur effeciſſe, ut prædici poſſet, quid cuique eventurum, & quo quiſque fato natus eſſet.* Kimchi: כשף הכשדים הם חכמי המזלות. Hieron. in II. Daniel. *In Chaldæis* γενεθλιαλόγους *ſignificari puto, quos vulgus Mathematicos vocat.* Gellius XIV, I. *Chaldæi ſeu genethliaci, de motu deque poſitu ſtellarum dicere poſſe quæ futura ſint, profitentur.* Quales hodie ſunt Ephemeridum fabri, quorum libellos *Almanah* vocamus. Ea vox Arabica eſt, quaſi donum dicas. Quia illi libelli initio anni offerebantur. Sicut hodieque fieri ſolet. *Horn.* Vide Fullerum I Miſcell. XVI.

Qui magicis artibus.] Mirum, ni ſcripſit, *quique magicis artibus*, ut magos innuat, quos à Chaldæis diſtinguit interpres vetus Dan. IV, 5. & V, 7. *Magi, Chaldæi, & aruſpices.* Græca ſunt, μάγοι, χαλδαῖοι, καὶ γαζαρηνοί. Infra, *Magos & Chaldæos advocat. Druſ.* De Magis, eorum etymo & diſciplina, vide ſummum Theologum, Fr. Spanhemium, parte II. Dub. XVIII, XIX, XX, XXI, XXII, XXIII, XXIV. Autorem Perſicæ ſive Magicæ ſuperſtitionis & Philoſ. qui Zarduſt زردوشت ipſis Perſis vocatus eſt, id eſt, amicus ignis, Græci vetuſtiores Ζωροάστρην corrupte nominarunt, recentiores propius verum nomen expreſſerunt Ζαράδης, Ζαράδας, atque etiam Ζάρατος. Idem vocatur proprio nomine Perſico Mog مغ. Vnde Græcis Μάγος. At ex eo *Mog*, iidem Græci fecerunt Μῶχον, quem Sophum volunt fuiſſe Iliacis temporibus antiquiorem. *Salmaſius.*

Extiſque hoſtiarum.] Qui extis hoſtiarum futura prædicunt, vocātur à Græcis θύται ἢ ἡπατοσκόποι, à Latinis haruſpices & extiſpices. Priore vocabulo uſus eſt Theodotio, Dan. 2. poſteriore Symmachus, itemque Herodianus. *Druſ.* In Hebræo eſt חרטמים, quod Hieronymus interpretatur τοὺς νεκρομάντεις, ut & Iacchiades. Eſt & גזרין Theo-

cinere videbantur: mox veritus, ne more hominum, non vera, ſed placita regi, ex ſomnio conjectarent, viſa ſupprimit, popoſcitq; ab eis, ut ſi vera in his divinatio eſſet, ſomnium ipſum ſibi dicerent: tum demum interpretationi eorum crediturum, ſi prius enunciando ſomnium, artis periculum feciſſent. Illi vero, tantam molem abnuentes, non eſſe id humanæ opis, confitebantur. Rex motus, quod falſa divinandi profeſſione homines erroribus illuderent, cum aſtricti præſenti negocio, nihil ſcire ſe confiterentur. Ita edicto regis in eos animadverſum, palamque omnes hujus artis interficiebantur. Quod ubi Danieli compertum, regis proximum appellat:

Theodotioni γαζαρηνοὶ, Symmacho θυταὶ, Hieronymo ἡπατοσκόποι.

Præcinere.] Prædicere, aut præcinere, quia vates etiam canunt, dum verſus rhythmica ratione compoſitos cantando pronuntiant. Similiter poëtæ canere dicuntur eadem de cauſſa: ex quo illud, *Arma virumque cano.* Druſ. Vnde & ἐπαοιδοὶ dicti, *incantatores.*

Viſa ſupprimit.] Non aſſecurus eſt mentem vel Danielis, vel Ioſephi, Sulpicius. Nam uterque tradit, *ſomnium Regi excidiſſe.* Nulla ergo fraus ab eo commiſſa, ſed quærebat quod amiſerat. *Horn.*

Si vera in his divinatio eſſet.] Somniis videlicet. Videtur hoc velle, ſi vera ex ſomniis divinare poſſent: aut, ſi vere divini eſſent. *Druſ.*

Rex motus.] Si nihil deeſt, debet ſubaudiri *fuit:* & *motus,* id eſt, commotus iracundia. *Druſ.*

Falſa divinandi profeſſione.] Rex iracundus videri volebat eos eſſe impoſtores, qui cum abdiriſſima quæque ſibi nota eſſe dicerent, id tamen non oſtenderent in hoc facto. *Grot.*

Interficiebantur.] Iam interficiendi erant, & interfecti proculbubio fuiſſent, niſi Daniel interceſſiſſet. Quod colligitur ex parricipio מתקטלין, quo uſus eſt Daniel cap. 2. com. 13. Id enim licet ſit præſentis temporis, tamen aliquando ſignificat paullo poſt fututum tempus, ut Ion. 1, 3. *invenit navem euntem Tharſis*, id eſt, mox ituram. *Druſ.* Sed indubie multi eorum jam interfecti erant.

Vbi Danieli compertum.] Δανιῆλος δ' ἀκούσας ὅτι προσέταξε πάντας τοὺς σοφοὺς ὁ βασιλεὺς ἀποθανεῖν, ἐν τούτοις δὲ καὶ αὐτὸν μετὰ τῶν συγγενῶν κινδυνεύειν. *Ioſephus.* Nam & ipſi ad necem quærebantur, iniquiſſimo decreto, ut in partem pœnæ venirent, qui in præmiorum partem veniſſent, contemti à cæteris ob juventutem. *Grot.*

Regis proximum.] Maluiſſem *regis præfectum.* Nam præfectus erat rerum capitalium, quem Theodotio ἀρχιμάγειρον appellat. An proximus regis fuerit neſcio. Hoc ſcio in fonte haberi רב טבחיא *magiſtrum mactatorum*, id eſt, ſatellitum, aut carnificum. Nomen ei Arioch, Dan. 11, 14. Forte proximum vocat, quia ſemper in aula prope regem erat. Sic enim certe loquendo aulicos innuere

lat: enunciationem ſomnii, interpretationemque ejus pollicetur. Res ad regem defertur: Daniel accerſitur. Iam revelato ſibi per Dominum myſterio, viſio regis refertur, ſolutioque. Sed res poſtulat, ut regis ſomnium, & interpretationem prophetæ, & conſequentium fidem exponamus. Viderat rex per ſoporem, imaginem capite aureo, brachiiſque argenteis, ventre & femoribus æreis, cruribus ferreis, quæ in pedes partim ferreos, partim fictiles, deſinebat. Sed ferrum atque teſtum, inter confuſum, coire non poterat. Ad extremum, imaginem lapis ſine manibus abſciſſus proterebat, redactaque omnia in pulverem, vento ablata. Igitur ſecundum prophetæ interpretationem, imago viſa, figuram mundi gerit. Caput aureum, Chaldæorum im-

innuere videtur ſupra, *prudentia & diſciplina brevi omnibus regis proximis antelati*. Druſ. Cauſa appellationis hujus ex Ioſepho. Quia Arioch erat præfectus τῶν σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως, cui promptus ſemper ad Regem acceſſus. *Horn.*

Myſterio.] Arcano, ſecreto. Sane quod propheta Daniel רזא appellat, ejus interpres Theodotio μυστήριον vocat. Innuit autem ſomnium cum interpretatione. Hoc ſomnium, quia erat occultum & abſconditum, recte myſterium vocatur, cujus origo vocis Ebræa eſt, videlicet παρὰ τὸ סתר: unde in tertia conjugatione præteritum הסתיר, *abſcondit*, & participium generis paſſivi מסותר, quod legunt muſthar ſive myſthar. Hinc myſterium, quia res abſcondita, & quæ homines vulgo latet. *Druſius.* Τὸ ἀγνοούμενον interpretatur Chryſoſtomus.

Imaginem.] Galeſinius repoſuit, *ſtatuam*. Id excuderunt Pariſienſes, Colonienſes, & Druſius. Nam in editione Plantiniana, *imaginem*, ut etiam in Græca Theodotionis εἰκὼν μία, id eſt, imago una. Quod etiã in editione LXX. Nam ſolus Symmachus edidit *ſtatuam*. Teſtis Hieron. *Pro ſtatua, id eſt, ἀνδριάντα, quod ſolus interpretatus eſt Symmachus, cæteri imaginem tranſtulerunt, volentes hoc nomine ſimilitudinem oſtendere futurorum.* Druſ.

Brachiiſque.] Et humeris ac pectore. Ita Daniel, Ioſephus.

Teſtum.] Teſtum dixit, quod alii teſtam, rem fictilem. *Sigon.*

Inter confuſum.] Aut uniendæ ſunt hæ dictiones, aut inferendum reciprocum, *ſe*. Giſelin. Hæc autem non ſunt apud Danielem. *Sigon.*

Figuram mundi.] Maximæ & nobiliſſimæ ejus partis, quam οἰκουμένην vocant. Nam ab Indis ad Scythas, columnas Herculis, Garamantes & Æthiopes, hæc quatuor imperia, omnem terram complexa ſunt. *Horn.* Porro ſciendum eſt omnia magna imperia à Semi & Iapheti poſteris condita, redacto in ſervilem fere ſtatum Chamo. Quinam enim ampliſſima & potentiſſima

imperium eſt: ſiquidem id primum, & opulentiſsimum fuiſſe accepimus. Pectus & brachia argentea, ſecundum regnum annunciant. Cyrus enim, victis Chaldæis atque Medis, imperium ad Perſas contulit. In ven-

ſima Orbis regna & imperia tenuerunt diutiſſime,& adhuc tenent? Nonne Aſſyrii, Chaldæi, Perſæ, Macedones, Romani, Turci, Saraceni, Moſchovitæ, aliique, ad unum omnes, aut Semo,aut Iapheto prognati? Quod autem Nimrodus, Chami nepos, ipſo ſtatim initio Tyrannidem occupavit, nihil ſane eſt. Iſtius enim principatum, nullo modo comparandum eſſe cum illorum Imperiis, vel populorum multitudine, vel terrarum amplitudine, vel temporis diuturnitate, notum eſt cuilibet. Idem quoque cenſendum de regno Ægyptiorum. Res autem à Tearcone Æthiope & Seſoſtre Ægyptio (quorum meminit Strabo) in Aſia & Europa geſtæ, fabuloſæ ſunt admodum. Nec Imperia aut Regna fuerunt, ſed tumultuoſæ potius peregrinationes dicendæ ſunt: Quippe quum celerrime, inanis fulgetri inſtar, perierint penitus & in auras evanuerint. De Æthiopum vero Abyſſenorum Imperio, dictum eſt ſupra, eos prima generis ſui origine, Chaldæos & Aſſyrios eſſe, non Æthiopas. *Fullerus.* Ex hac ſtatua vulgo traducunt quatuor Monarchias, quas univerſalem hiſtoriam conſtituere putant; ſed cõtra mentem Danielis. Non enim latius ſe extendit vaticinium hoc, quam ad ſucceſſores in Imperio Babylonico. Poëtæ quoque ſuâ quatuor ſecula inde duxerunt. *Horn.*

Caput aureum, Chaldæorum imperium.] Ἡ μὲν χρυσῆ κεφαλὴ σέ τε ἐδήλου καὶ τοὺς πρὸ σοῦ βασιλεῖς Βαβυλωνίους ὄντας. *Ioſeph.* Male. Nec enim de prioribus Regibus quærebar, quorum ipſi non incognitæ res, ſed ſucceſſorum cura angebatur. Deinde nullus Regum Chaldæorum ad tantam potentiam pervenit atque Nebucadnezar. Ergo ipſe cum ſucceſſoribus, caput aureum. Vnde falſo huc referunt Ninum, Semiramidem, & antiquos longi Ordinis Reges. *Horn.*

Primum & opulentiſsimum.] Iuſtin. 1. *Primus omnium Ninus Rex Aſſyriorum, veterem & quaſi avitum gentibus morem, nova imperii cupiditate mutavit.* Auro igitur comparatur, tum ob antiquitatem: tum ob opulentiam. Quanquam de opulentia, ob immenſos Perſarum theſauros, dubitari poſſit. De potentia non item. Quia Cyrus & ſucceſſores ejus Africam non tenuerunt.

Secundum Regnum.] Ex Medis & Perſis coalitum, quæ duo brachia. De tranſlatione regni ab Aſſyriis ad Perſas, vide Dan. VII. 5. VIII, 3, 20. X, 20. XI, 2. Ierem. LI, 20, 30, 31, 32. Et idem prædixit Nebucadnezar, de quo Abydenus apud Euſeb. XI. περ π.

Cyrus.] De quo Ierem. XXXVII, XXXVIII, XXXIX. LII. & Eupolemus apud Euſeb. IX, 39. In Tarich Muſulmanico dicitur كيخسرو. Et ſane nomen ejus expreſſum videtur ex Perſico Koſra, quod Imperatorem ſignificat,& communis omnium Regum Perſarum titulus eſt. Vnde & Cæſar Latinorum, & Germanorum, ab eadem origine. Quæ Græci de etymo Cyri tradunt, fabulæ videntur. *Horn.* Fuit autem Cyrus ipſe Medo-Perſa. Medus à matre, Perſa à patre, unde dictus ἡμίονος. *Grotius.*

Ad Perſas.] Sive Parthos. Nam Perſæ & Parthi eadem gens. Græci, qui diſtinxere Πάρθους & Perſas, more ſuo fecerunt, dum omnia turbant & confundunt, quæ diſcriminanda ſunt, aut

ventre æreo, tertium regnum portendi pronunciatur: idque impletum videmus. Siquidem Alexander, ereptum Perſis imperium, Macedoniæ vindicavit. Crura ferrea, imperium quartum, idque Romanum intelligitur, omnibus ante regnis validiſſimum. Pedes vero par-

aut non diſtinguenda dividunt. Idem nomen πάρθος & πέρσης ex proprio فرس, unde & πάρθοι. Hinc Πασαργάδαι urbs, tranſpoſitis literis, pro περσαγάδαι vel παρσαγάδαι. Quod ſignificat περσῶν στρατόπεδον, ut interpretatur apud Stephanum Anaximenes. Nec obſtat quod Perſas & Parthos Græci regionibus diſtinguunt. Nam Parthos collocant ubi nunc eſt *Iſpahan*, Perſas ubi *Iſtachar*. Sic enim & Ἀθυρίαν & Ἀσσυρίαν diſtinxerunt, cum idem ſit vocabulum Atur & Aſſur. *Salmaſius*. Sciendum etiam Arabes non diſtinguere inter Reges Aderbigjanæ & Faras, ſed una ſerie utroſque conjungere, ut ex Tarich patet.

Tertium regnum.] Græcorum, non Carthaginenſium, ut Oroſius, & ex eo Proſper 11. de prædict. promiſſ. 33. voluit. De tranſlatione Imperii Babylonici ad Græcos, Daniel. VII, ỹſ. 5. XI 11, 5, 6, 7, 8, 21. X, 3, 4.

Macedoniæ vindicavit.] Quod ideo regnum Macedonum dicitur, aut Græcorum. Qui autem poſt ipſum regnarunt in Aſia, Syro-Macedones appellati ſunt, eorumque ditio Iavan dicta, id eſt, Græcia. Vnde lux primo Maccabæorum, cap. 1. com. 1. *regnavit pro eo primus in Græcia.* Siquidem de Alexandro loquitur, qui primus regnavit pro Dario in Græcia, hoc eſt, in Syro-Macedonia. Id regnum Græcorum idem hiſtoricus appellat. *Druſ.* Hæc Monarchia non recte Macedonica vocatur; ſed Græca dicenda eſt. Quia Alexander M. quanquam Macedoniæ Rex, totius tamen Græciæ, ſi Lacedæmonios excipias, Imperator contra Perſas conſtitutus eſt. Deinde Macedonia nunquam ὑπεροχὴν & πρωτείαν ſuper cætera regna habuit, nec in ea ſedes Imperii. Macedones autem antiqui ex Septentrione, unde & Thraces & aliæ Græcorum gentes, profecti, diutiſſime barbaram linguam retinuerunt, & pro talibus à cæteris Græcis habiti ſunt. Nomen arguit à Getis, vel ex eorum vicinia, ortos. De quo alias. *Horn.*

Imperium quartum, idque Romanum.] Sic Hieronymus & plerique interpretum. Eſtque hæc communis opinio. Cui repugnat, tum quod Romani nunquam Imperio Babylonico integre potiti ſunt, cum fatalis Imperii illius terminus fuerit Euphrates: tum quod Parthici Reges, veri haud dubie Nebucadnezaris ſucceſſores, Orbem quaſi ex æquo cum Romanis tenuerunt. Non ergo in Romanos quadrat quod dicitur: *Comminuet & conteret omnia hæc.* Ideo alii, ut Iunius, Brughton, Grotius, Seleucidas & Lagidas, Alexandri ſucceſſores, intelligunt. *Horn.*

Omnibus ante regnis validiſſimum.] Meliùs & Latinius, *omnium ante regnorum validiſſimum.* Martialis:

Terrarum Dea gentiumque Roma,
Cui par eſt nihil & nihil ſecundum.]

Claudianus:

Qua nihil in terris complectitur altius æther,
Armorum legumque parens, quæ fundit in omnes
Imperium.

Pedes vero partim ferrei.] Hier. *Pedes ejus & digiti ex parte ferrei ex parte ſunt fictiles: quod hoc tempore manifeſtiſſime comprobatur. Sicut enim in principio nihil imperio*

partim ferrei, partim fictiles, dividendum eſſe Romanum regnum, ita ut nunquam inter ſe coëat, præfigurant: quod æque impletum eſt. Siquidem jam non ab uno imperatore, ſed etiam à pluribus, ſemperque inter ſe armis aut ſtudiis diſſentientibus, res Romana adminiſtratur. Denique commiſceri teſtum atque ferrum nunquam inter ſe coëuntem materiam: commiſtiones humani generis, futuræ à ſe invicem diſſidentes, ſignificantur. Siquidem Romanum ſolum ab exteris gentibus, aut rebellibus occupatum, aut dedentibus ſemper pacis ſpecie traditum conſtat: exercitibuſque noſtris, ur-

imperio Romano fortius & durius fuit, ita in fine rerum nihil imbecillius: quando & in bellis civilibus & adverſum diverſas nationes aliarum gentium barbararum indigemus auxilio.

A pluribus.] Sulpicius ſcripſit imperante Honorio. Quare cognovit Imperatores Conſtantinum & Conſtantem, Magnentium & Conſtantium, Maximum & Valentinianum, Eugenium & Theodoſium, armis inter ſe diſſidentes. Conſtantium vero & Conſtantem, & Valentinianum & Valentem, Gratianum & Valentinianum minorem, ſtudiis Religionis, ſæviente Arrianiſmo, inter ſe diſcordantes. Nam Arcadius & Honorius, neque armis neque ſtudiis inter ſe decertarunt, ſed concitatores odiorum non defuerunt. *Sigon.*

Commiſceri teſtum atque ferrum.] Locus ſatis obſcurus, & qui hac explicatione Danielis eget: *Quod autem vidiſti ferrum mixtum teſtæ ex luto, commiſcebuntur quidem humano ſemine, ſed non adhærebunt ſibi, ſicut ferrum miſceri non poteſt teſtæ.*

Nunquam inter ſe coëuntem materiam.] Sunt enim ἀσύγχλωστα.

Commiſtiones humani generis.] Id ad conjugia inter Lagidas & Seleucidas referunt illius ſententiæ ſectatores. Antiochus enim Θεὸς, Laodicen & Berenicen, Philadelphi filias, Ptolomæus Epiphanes Cleopatram Antiochi M. filiam duxit. *Grot.* Contra Sulpicius noſter pro commixtione gentium externarum cum Romanis, accipit.

Ab exteris gentibus.] Vandalis, Suevis, Francis, Burgundionibus, qui Rhenum tranſierunt, & Galliam ac Hiſpaniam tenuerunt. *Sigon.*

Dedentibus.] Gotthis, qui ſe pacis ſpecie dederunt Valenti Imp. cum Danubio trajecto, arma in eum ceperunt, atque in tugurio combuſſerunt, exercituque deleto, Illyricum & Pannoniam & Græciam invaſerunt, ac demum ſe in Italiam, Galliam, Hiſpaniam intulerunt. *Sigon.* Quem & vide in libris *de Occidentali Imperio.*

Semper pacis ſpecie.] Perperam. Reponendum: *dedentibus ſe per pacis ſpeciem.* Sigon.

Exercitibuſque noſtris, urbibus atque provinciis.] Theodoſius Major, primus Gotthos, alioſque barbaros, in urbes, legiones, & partem Reipublicæ Romanæ admiſit, teſte Synæſio in Oratione ad Arcadium, qui eam rem reprehendit, ut Reipublicæ Romanæ exitiabilem. *Sigon.*

Præci-

urbibus atque provinciis permixtas barbaras nationes, & præcipue Iudæos, inter nos degere, nec tamen in mores noſtros tranſire videamus. Atque hæc eſſe poſtrema tempora, prophetæ annunciant. In lapide vero ſine manibus abſciſſo, qui aurum, argentum, & ferrum teſtumque comminuit, Chriſti figuram eſſe. Is enim non conditione humana editus (ſiquidem non ex voluntate viri, ſed ex Deo natus eſt) mundum iſtum, in quo ſunt regna terrarum, in nihilum rediget, regnumque aliud incorruptum atque perpetuum, id eſt, futurum ſe-

Præcipue Iudæos.] Qui ex ultima diſperſione in omnes provincias diviſi ſunt. Claudius Imperator tumultuantes Roma expulit. Procopius dicit, Neapoli tam multos fuiſſe Iudæos, ut urbis defenſionem adverſus Beliſarium ſibi depopoſcerint. In exercitu Honorii contra Gotthos Ducem Iudæum fuiſſe proditum eſt. *Sigon.* Vide Sueton. in Claudio xxv. *Rutilius.* 1. Itinerar.

Atque utinam nunquam Iudæa victa fuiſſet,
Pompei bellis imperiove Titi
Latius exciſæ gentis contagio ſerpit
Victoreſque ſuos natio victa premit.

Quæ de Iudæis, non Chriſtianis, accipienda docet Seldenus.

Nec tamen in mores noſtros tranſire.] Gerebant enim barbari inter Romanos habitum patrium, & religionem patriam colebant, & moribus patriis vivebant. Quod dolet Synæſius in Oratione ad Arcadium.

Videamus.] Giſelin. *Videmus.* Sic & Sigon.

Poſtrema.] Hæc Sulpicii ſunt ex Carminibus aliorum Prophetarum ſumta. *Sigon.*

In lapide vero ſine manibus abſciſſo.] Hieronymus in commentario ſuper Danielem: *Abſciſſus eſt lapis, Dominus atque ſalvator, ſine manibus, id eſt, abſque coitu humano, de utero virginali, & contritis omnibus regnis, factus eſt mons magnus & implevit univerſam terram: quod Iudæi & impius Porphyrius male ad populum referunt Iſraël, quem in fine ſeculorum volunt eſſe fortiſſimum & omnia regna conterere & regnare.* Druſ. Grotius miro commento, per lapidem hunc Romanos intelligit, ſed nulla vel probabili ratione. Itaque ea quæ ſequuntur, omnia ad Imperium Romanum trahit.

Chriſti figuram eſſe.] Ita Interpretes tum priſci, Auguſtin. Hieron. Theodor. tum recentiores, Lyra, & alii fere omnes, excepto Grotio.

Non conditione humana editus.] Quod ex Ioh. 1. ℣ſ. 13. probat, ſed non bene. Ibi enim de regeneratis ſermo eſt. *Druſius.* Et ita verba illa; *de monte abſciſſus*, acceperunt Ambroſius Serm. LXX. *Hieron.* Epiſt. ad Euſtachium. *Iren.* III. 28. *Iuſtin.* contra Tryph. *Auguſt.* Tract. IX. in Ioh. & alii.

Regnumque aliud.] Quod factum eſt, deſtructo per religionem Chriſtianam gentiliſmo, maxime Conſtantini Magni tempore. *Depoſuit pharetras Armenius, Hunni diſcunt Pſalterium, Scythiæ frigora fervent calore fidei, Getarum rutilus & flavus exercitus Eccleſiarum circumfert tentoria.* Hieron. ad Lætam.

Futurum ſeculum.] Poſt reſurrectionem.

ſeculum, quod ſanctis paratum eſt, confirmabit. De quo uno adhuc quorundam fides in ambiguo eſt: Non credendum de futuris, cum de præteritis convincantur. Igitur Daniel, multis à rege muneribus donatur, præfectus Babyloniæ, atque omni imperio, in ſummis honoribus habebatur. Ejus ſuffragio Ananias, Azarias, & Miſael, ad ſummam æque dignitatem & poteſtatem provecti. Eodem fere tempore, præclara Ezechielis prophetia extitit, revelato ei futurorum & reſurrectionis myſterio. Extat liber magni operis, & cum cura le-

gen-

nem. Nam eſt aliud poſt hanc vitam. Vocatur etiam futurum ſeculum tempus Meſſiæ, ut dictum eſt. De his Don Iſahac Abarbenel in libro qui poſſeſſio patrum inſcribitur. *Druſ.* Et ita quoque locum Danielis intellexerunt Theodoret. Tertull. & alii, ex locis Euangelii de die judicii, Matth. XXIV. Luc. XXI. Marc. XIII.

In ambiguo eſt.] Sed ſine ratione, cum convincantur ex eo quod extera, quæ prædicta erant, omnia evenerunt. *Sigonius.*

Multis à Rege muneribus donatur.] Qui & ei juſſit offerri מנחה, ſacrificium, ſed non id ſivit Daniel, quod Idololatria eſſet. *Iacchiades* & alii Hebræi. *Lyra.*

Præfectus Babyloniæ atque omni imperio.] In Chaldæo eſt: על כל מדינת בבל. *Ioſeph.* ἀπάσης ἐπίτροπον τῆς βασιλείας ἐποίησε.

Ejus ſuffragio.] *Rogatu* potius. Nam ſuffragium aliud eſt. Vide Dan. II, 49. *Druſius.*

Ad ſummam æque dignitatem.] Babyloniæ præfecturam. Hinc illa invidia, & exinde periculum. *Ioſeph.*

Ezechielis prophetia.] Qui fuit Sacerdos. Valuit eruditione & ingenio, ita ut ſepoſito Prophetiæ dono, quod incomparabile eſt, non immerito Homero eum compares, ob pulchras εἰκόνας, comparationes illuſtres, magnam rerum multarum, præſertim architecturæ, cognitionem. *Grot.* Poteſt etiam Heraclito, qui σκοτεινὸς dictus, comparari. *Horn.* Vide Epiphanium, Iſidorum, Doroth. in vita ejus, qui tamen multa fabuloſa de eo narrant. Vt quod Iudæos per fluvium Chobar, ſicco pede duxerit, Chaldæis inſequentibus in eo ſubmerſis. Occiſum à Duce Iudæorum apud Babylonem, ac in ſepulchro Sem & Arphaxad conditum tradunt. Nonnulli veterum putarunt eum fuiſſe Pythagoram. Sed falſo. *Clem.* I. Strom. Vixit fere apud fluvium כבר, qui Χαβόρας Ptolemæo, Straboni Ἀβόρας, à Cobare præfecto, cujus opere deductus ex Euphrate. Plin. V, 25.

Reſurrectionis myſterio.] An reſpexit ad caput trigeſimum ſeptimum Ezechielis, quod nonnulli de generali reſurrectione intelligunt? cum potius ibi agat de reſtitutione captivitatis Babylonicæ, quæ quaſi mors quædam civilis eſt. *Druſ. Ezechiel Scripturarum & Oceanus, & myſteriorum Dei labyrinthus.* Hieronymus in cap. XLVII. Ezech.

Liber magni operis & cum cura legendus.] Hieronymus apud Hebræos vetitum aſſerit, ne quis Ezechielis principium & finem, Cantica Canticorum & initium Geneſeos legat ante ætatem ſa-

gendus. At in Iudæa, cui poſt excidium Ieroſolymæ Godoliam propoſitum, ſupra memoravimus, ægre ferentes Iudæi, principem ſibi ex ſtirpe non regia, arbitrio victoris datum, Iſmael quodam duce & concitatore nefandæ conjurationis, diſpoſitis eum in convivio inſidiis peremerunt. At hi qui extra noxiam fuerant, ultum ire facinus cupientes, propere adverſum Iſmael arma capiunt. Sed ille, quia cognovit exitium ſibi imminere, relicto exercitu, quem contraxerat, non amplius quam octo comitantibus, ad Ammonitas confugit. Igitur populum univerſum metus pervaſerat, ne paucorum ſcelus, omnium exitio, rex Babylonius ultum iret. Nam præter Godoliam, multos ex Chaldæis cum eo interfecerant. Itaque conſilium ineunt fugiendi in Aegyptum. Sed prius Hieremiam frequentes adeunt, ſci-

ſci-

cerdotalem, id eſt, annum trigeſimum. Negant iidem fas eſſe Ezechielem ſcriptis commentariis explicare, niſi ſumma tantum ejus capita attingendo. Vide & Cunæum I. de Rep. Ebr. XVII. P. Pradus & Vilalpandus maximis cum Commentariis illuſtrarunt.

At in Iudæa.] IV Reg. XXV. Ierem. XL, XLI. Ioſeph. x, II.

Iudæi.] Quidam. Conſpirationis initium fuit à rege Ammonitarum Baali. *Ioſeph.*

Iſmael quodam duce.] Qui de ſemine regio erat, ac propterea ægre ferebat alium ſibi à Chaldæis prælatum. *Druſ.* Hinc, adjutus opera regis Ammonitarum, ſpem regni concepit, ὅπως αὐτὸς ἄρχῃ τῶν Ἰσραηλιτῶν. *Ioſeph.* Seneca in Thebaide:

Simul iſta mundi conditor poſuit Deus,
Odium atque regnum.

In convivio.] Inter hoſpitales epulas, dum ſe comiter poculis invitant, βεβαπτισμένον εἰς ἀναισθησίαν καὶ ὕπνον ὑπὸ τῆς μέθης, ἀναπηδήσας μετ' ἀνδρῶν δέκα ὁ Ἰσμάηλος ἀποσφάττει τὸν Γοδολίαν, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ κατακειμένους ἐν συμποσίῳ. *Ioſeph.*

Qui extra noxiam fuerant.] Iohannes Caree filius & alii. Ierem. cap. XLI, ℣ſ. 12.

Metus pervaſerat.] Non carebat ratione ille metus, ne Chaldæi ex ſuſpicione Iudæos omnes in idem crimen traherent, quaſi qui principem ſibi deſideraſſent ex ſtirpe Davidis. *Grotius.*

Fugiendi in Aegyptum.] Cujus tum Rex חפרע. Ieremiæ cap. XLIV. ℣ſ. 30. Οὐαφρὴς LXX. & Clem. Alex. Ἀπρίης Herodoto II. Diodor. I. Porro tum temporis metus Babyloniorum Ægyptios & Iudæos conciliarat, de quorum alias odio propter diverſa vitæ inſtituta, Cunæus I. de Republica v. diſſerit.

Prius Hieremiam frequentes adeunt.] Ierem. XLII.

ſcitantes divinum reſponſum. At ille verbis Dei univerſos hortari, in ſolo patrio manerent: ſi id feciſſent, Dei præſidio tuendos, nullumque à Babyloniis periculum fore. Sin Aegyptum peterent, omnes ibi ferro ac fame, diverſoque mortis genere perituros. Sed plebs aſſueto malo inſolens parendi ſalubribus conſiliis, & divino imperio, profecta eſt in Aegyptum. Quid de ea poſtea actum, ſacris literis ſiletur: nobis nihil compertum. Hoc tractu temporum, Nabuchodonoſor elatus rebus

Sin Aegyptum peterent.] Quod vetitum Deut. XVII, 16. ob multas cauſas, maxime ob idololatriæ ſtudium. Sed expulſi ex Iudæa, tam in Ægypto, quam alibi, habitare poterant. Cauſſa autem cur jam vetitum fuit, hæc eſt, quod Deus eos non Ægyptio ſed Babylonio Regi parere vellet. *Grot.*

Perituros.] Ier. XLIII. Qua occaſione & imminens Ægypto à Babyloniis exitium prædicitur.

Siletur.] Non plane ſiletur. Nam pars in Ægypto periit, pars rediit in terram Iuda, Ierem. XLIV, 27. pars Babylonem ducta fuit. *Druſ.* Ioſephus: *Quinto poſt excidium Hieroſolymitanum anno, qui fuit regni Nebucadnezaris XXIII. cum magnis copiis invaſit Cœlo-Syriam. Qua ſubacta, bellum geßit contra Ammanitas & Moabitas, & his quoque perdomitis, Aegyptum ingreſſus,* τὸ μὲν τότε βασιλέα κτείνει, καταστήσας ἕτερον, τοὺς ἐν αὐτῇ Ἰουδαίους αἰχμαλωτίσας ἤγαγεν εἰς Βαβυλῶνα. Veteres tradunt Ieremiam paulo ante hanc Ægyptiorum cladem Taphniſiæ à Iudæis lapidatum. Ita Hieron. Tertull. & alii. Sepulchrum ejus ibidem, miraculis clarum, & ab Alexandro M. oſſa Alexandriam tranſlata, fingunt quidam. R. Salomo ex cap. XLIV, 28. falſo opinatur eum cum Baruch ex Ægypto in Iudæam reverſum.

Hoc tractu temporum.] Dan. III. Ioſeph. X, 11. Paulo poſt ſomnium, anno Nebucadnezaris XXXVII. Quod in ann. XXXVII. vel XXXIX. hæc rejici non poſſint, ex eo patet, quia tum Rex ejectus eſt. Dan. IV.

Elatus rebus ſecundis.] Victoriis quas obtinuerat de Syria, Iudæa & Ægypto. *Druſius.* De victoriis ejus Megaſthenes apud Euſebium IX. πρæπ. Ex quo ſic Abydenus: Μεγασθένης δέ φησι, Ναβουχοδρόσορον Ἡρακλέως ἀλκιμώτερον γεγονότα, ἐπί τε Λιβύην καὶ Ἰβηρίαν στρατεῦσαι. Ταύτας δὲ χειρωσάμενον, ἀπόδασμον αὐτέων εἰς τὰ δεξιὰ τοῦ πόντου κατοικίσαι. Eadem Ioſephus habet X, 11. De bello ejus adverſus Ægyptios ex ſacris literis ſcimus. Et fortaſſe tum ulterius in Libyam eſt progreſſus. Sed de Hiſpania tentata ac devicta, figmentum eſt Megaſthenis, qui, Poëtarum more, ex vocabulo ambiguo occaſionem arripuit fabulæ. Devicerat vicinos ſibi Iberes: Hinc commentus, viciſſe eum Iberos, hoc eſt, Hiſpanos. *Voſſius.* Babylonem quoque auxit & exornavit: veteri addidit novam urbem: ſingulis terna circumjecit mœnia, portas magnificas. Vide Beroſum. Ac tanta tum Babylonis amplitudo fuit, ut urbe ab hoſtibus capta, per triduum incolæ alterius partis urbem eſſe captam non ſenſerint. *Ariſtot.* III. Polit. 2.

bus ſecundis, ſtatuam ſibi auream, immenſæ magnitudinis, poſuit: adorarique eam, ut ſacram effigiem, præcepit. Quod cum certatim ab omnibus, depravatis adulatione omnium animis, fieret, Ananias, Azarias & Miſael pro-

Statuam.] Quæ non fuit Beli, ſed vel Nabopalaſſatis, ut Grotius, vel ipſius Nabuchodonoſoris, ut Voſſius vult. Quippe Reges vel defunctos, vel ſuperſtites adhuc, adorare, Babyloniorum & Perſarum fuit. Puduit mandare ut ſibi ſacrificarent ſuperſtiti: juſſit igitur ſacra fieri ſtatuæ ſuæ. Defunctis hæ ſtatui ſolent. Sed ambitio eo impulit, ut vivo idem ſibi fieri vellet, quemadmodum res clamat, & Iſidorus Pluſiota ait II. Epiſt. CLXXVII. quæ ad Theodotum presbyterum. *Voſſius.* Occaſionem arripuit ex ſtatua in ſomnio viſa. *Thodoret.* Suggeſtu Chaldæorum, qui Danieli & ſociis ejus præfecturas invidebant. *Maldonat.*

Auream.] Cava erat, non ſolida, alioqui enim immenſi fuiſſet pretii, quippe LX. cubitorum. *A Lapide.* Plinius XXXIII, 4. *Aurea ſtatua prima omnium nulla inanitate, & antequam ex ære aliqua illo modo fieret, quam vocant Holoſpyton, in templo Anaitidis poſita dicitur.*

Immenſæ magnitudinis.] Altitudine cubirorum ſexaginta, latitudine ſex. Ergo facies hujus ſtatuæ lata erat ſex cubitos, naſus duos cubitos, pectus decem cubitos, pedes decem cubitos, manus ſex cubitos. Quanquam miniſtri regii non ſervarint proportionum ſymmetriam. Nam altitudo LX. cubitorum, exigebat latitudinis cubitos X. *Pererius* ex Vitruvio & Cardano.

Poſuit] In campo Duta provinciæ Babylonis. Sic vulgatus interpres Dan. III. ℣ſ. I. Sed moneo verba Ebtæa verti etiam poſſe, *in campo Dura, in urbe Babylonis.* Nam *Medina* tam urbem quam provinciam denotat. Hieron. ad hunc locum. *Pro Dura, Theodotio Deira, Symmachus Doraum* (Dora ἴσως) LXX. περίβολον *tranſtulerunt: quod nos vivarium vel concluſum locum dicere poſſumus.* Druſius. Eſt Δούραβα Ptolemæo in Babylonia, non πεδίον Δείρα Suſianæ. *Grot.*

Adorarique.] Apollonius apud Philoſtratum: Ἀσσύριοι καὶ Μῆδοι τὰς τυραννίδας προσκυνοῦσι. *Ioſephus:* Τότε πεσόντας προσκυνεῖν τὸν ἀνδριάντα. Τοὺς δὲ μὴ ποιήσαντας, ἠπείλησεν εἰς τὴν τοῦ πυρὸς ἐμβληθήσεσθαι κάμινον. Ex hoc mandato Nabuchodonoſoris ortum videtur, quod ſcribit Philoſtratus I. Vitæ Apoll. XIX. Satrapam portæ Babylonis præſidentem, neminem intromiſiſſe, niſi prius adoraſſet ſtatuam regis.

Vt ſacram effigiem.] Hoc adjecit, quoniam adoratio quædam in oriente civilis erat, quæ ſine ſacrilegio, aut, ut alibi loquitur, nefariæ mentis piaculo fiebat. Hoc modo Abraham patriarcha adoravit olim populum terræ. *Druſius.*

Ananias, Azarias & Miſael.] Nazianz. Orat. XLVII. ſi tamen ejus illa eſt: *Feruntur tres pueri, in fornacem conjecti, Ezechiæ filii fuiſſe.* Filii, id eſt, nepotes. Nam fuerunt ex ſemine regio & Ezechias jam ante CXXX. annos obierat. Codex Vaticanus Baſilii Porphyrogenneti Imp. tradit eos tandem martytium ſubiiſſe. Sed nihil tale habet Epiphan. Dorotheus, & alii. Corpora eorum apud Babylonem ſub quodam ſpecu condita, poſtea Romam tranſlata dicuntur. Romæ Iudæi ſunt qui ſe à tribus his prognatos jactant; ideoque ab iis nomen *Ananiæ*, cognomen *Sforno*, à furno in quem conjecti, aſſumunt. Sed hæc fabuloſa ſunt. *A Lapide.*

Pia-

prophano officio abſtinuerunt, non ignorantes honorem hunc ſoli Deo debitum. Igitur rei ex edicto regis conſtituuntur, propoſitaque eis conditio pœnarum, ardens caminus, ut præſenti metu adorare ſtatuam cogerentur. Verum illi devorari ignibus, quam piaculum committere, maluerunt. Itaque, vincti pedibus, in medias flammas conjiciuntur. Sed miniſtros infandi operis, dum promptius damnatos in ignem propellunt, flamma abſorbuit: Hebræos (mirum dictu, & incredibile, non viſentibus) ignis non attigit, quum aſpectantibus deambulantes in camino pſalmum Deo dicere cernerentur. Viſuſque cum his inter ignem quartus, ſpecie angeli, quem Nabuchodonoſor propius intuitus, filium Dei ſe vidiſſe confeſſus eſt. Tum rex haud dubius, divinam in re præſenti fuiſſe virtutem, miſſis per omne re-

Piaculum committere.] Statuam adorare. Sic alibi cultum idolorum *nefariæ mentis piaculum* vocat. Alio ſenſu dixit *non auſi piacula profiteri.* Druſius.

Vincti pedibus.] Satis erat *vincti* ſimpliciter, id eſt, מכפתין. Nam כפת vincio, ligo. Sed expreſſit participium Græcum πεδημένοι, cujus rhema πεδάω, compedio. Sic Hieronymus, *juſſit ut legatis pedibus mitterent eos.* Ego imbibi non ſolum pedes vinctos fuiſſe, ſed etiam manus: fuitque aliquando tempus cum legendum putarem, *vincti compedibus.* Quod Græcum πεπεδημένοι proprie ſignificat. *Druſ.*

Pſalmum.] Quem Azarias dixit. Non extat in Hebræo, ſed ex Theodotione eum tranſtulit Hieronymus.

Ignis non attigit.] Tum quia angelus ignem ad latera & extra fornacem amovit: tum quia auram loco ignis induxit, ad refrigerium & reſpirationem. Ambroſius lib. VI. in Lucam cap. II. *Cantaverunt Hebræi, cum veſtigia eorum tactu flammæ rorantis humeſcerent, & intus extraque ardentibus omnibus, ſolos innoxius ignis lamberet, non attingeret.* Ioſephus: οὐ γὰρ ἥψατο πῦρ αὐτῶν, ſed quaſi ſentiens injuſte in fornacem conjectos, pepercit, & non exercuit vim ſuam in juvenes, Deo invicta flammis faciente horum corpora.

Specie Angeli.] Imo viri, qui ſimilis erat filio Dei, quem paullo poſt angelum vocat, cum ait, *miſit angelum ſuum.* Verba ſunt Nabuchodonoſoris verſ. 95. *Druſ.* Tertullianus, Iuſtinus, Hilarius & alii putant Chriſtum fuiſſe, qui ſimilitudinem naturæ humanæ induerit. Arabs interpres, LXX. Hieron. Angelum fuiſſe volunt.

Filium Dei.] Similem filio Dei. Sic enim certe Theodot. ὅρασις τοῦ τετάρτου ὁμοία υἱοῦ θεοῦ. Prius erat in LXX. ὁμοία ἀγγέλου θεοῦ, id eſt, ſimilis angelo Dei. Notatum hoc in editione Romana. *Druſ.*

regnum ſuum edictis, facti miraculum provulgavit: confeſſus, ſoli Deo honorem deferendum. Nec multo poſt, rex objecto ſibi ſomnio, mox voce etiam cælo emiſſa admonitus, poteſtate regia abjecta, atque ab omni converſatione humana remotus, herbis tantum vitam ſuſtinens, egiſſe pœnitentiam traditur: ſervatum ei nutu

Provulgavit.] Druſius, *Promulgavit.*

Soli Deo honorem deferendum.] Non præcipit coli Deum Iudæorum, ſed maledici ei vetat. Dan. III, 96.

Nec multo poſt.] Dan. IV. Ioſeph. x, 11. Eodem anno regni ſui XXXVII. *A Lapide.* XXXI. *Funcius.*

Poteſtate regia abjecta.] Non ipſe abjecit poteſtatem regiam, ſed, cum ex hominibus depelleretur, ſimul amiſit dignitatem illam. *Druſ.* Theodoretus: *Expulſus primo eſt propter furorem, ne noceret, deinde propter odium, quod clam gerebant in eum homines.* Cenſent Hebræi & Hieronymus, quos auctor noſter ſequi videtur, Regem admonitu Danielis, pœnitentiam egiſſe. Ideo dilatas pœnas uſque in duodecimum menſem. Deinde, cum ad inſolentiam priorem rediret, inflictas.

Ab omni converſatione humana remotus.] Epiphanius & Dorotheus cenſent eum fuiſſe mutatum in bovem anterius, leonem poſterius. Alii melancholiam fuiſſe, ut Valeſius ſacræ Philoſ. XXXX. Mercurial. VI. Variar. Lectio. XX. Daniel narrat, *à filiis hominum abjectum, cor ejus cum beſtiis poſitum, & cum onagris habitaſſe, herbam tanquam bovem comediſſe, rore cæli corpus ejus tinctum, donec corpus illius pilis, ſicut aquila plumis, veſtiretur; ungues etiam eſſent, ſicut avium.* Sed non tam hæc ſignificant, feram factum; quam ita efferatum, ut in figura humana feræ eſſet ſimilis, temperamento immutato, corrupta imaginativa, ſic ut morbo, eoque lycanthropiæ non abſimili, quadrupes ſibi videretur, atque, ejus inſtar, humani fugiens conſortii, manibus, & pedibus inter feras diu noctuque ſub dio reptaret, gramine etiam veſceretur, pilis & unguibus inhorreſceret, non loqueretur, ſed potius incondito ſtrideret ſono. Quomodo Rupertus Tuicenſis propheten interpretatus in ſexto de victoria Verbi Dei cap. poſtremo. Ac ſententiam hanc etiam admittunt, quæ de eo legas apud Gregorium Magnum in Iobum lib. V. cap. VI. Vbi prius inquit, *In irrationale animal verſus eſt.* Subjicit autem, *Quem communem cum hominibus habuit, ſenſum hominis amiſit.* Planeque repudianda eſt ſententia, quam Flavio Ioſepho, ſed perperam, tribuunt Nicolaus Lyranus, & Dionyſius Carthuſianus. Item, quæ de ipſo legere eſt apud Dorotheum Tyrium ſed ſuppoſititium ſcriptorem, judicio etiam Molani, Bellarmini, Poſſevini: fortaſſe Dorotheum, abbatem Romanum, ut viſum Baronio. Scio idem legi apud Epiphanium in vita Danielis. Sed nec opuſculum illud de prophetarum vita, & interitu, magno illi Salaminis apud Cyprios epiſcopo ſatis dignum exiſtimo. Multa adeo ex Thalmudiſtis hauſit incerta, imo falſa. Nec ejus libelli meminit Theologorum veterum quiſquam. *Voſſius.* Meminit hujus metamorphoſeos Alphæus apud Euſeb. IX. πρ. ubi narrat *Nabuchodonoſorum in furorem raptum, prædixiſſe everſionem Chaldæorum, moxque evanuiſſe è conſortio hominum.*

Egiſſe pœnitentiam traditur.] Dum adhuc mente valeret. Quod etiam Hieron. opinatus videtur. Herbam autem come-

tu Dei imperium, donec impleto tempore, agnito demum Deo, poſt ſeptem annos, & regno, & ſtatui priſtino reſtitutus eſt. Hic poſt devictum, ut ſupra diximus, Sedechiam, quem captivum Babylonem tranſtulit, regnaſſe traditur annos VI. *&* XX. *quanquam id non in Sacra hiſtoria ſcriptum invenerim. Sed forte accidit, ut dum multa evolverem, annotationem hanc jam interpolato per ætatem libello, ſine authoris nomine reperirem, in quo regum Babyloniorum tempora continebantur, quam prætereundam non putavi. Siquidem & Chronicis conſentirent, & ita illius nobis ratio quadraret,*

comedit ut bos, cum jam furore cœcatus eſſet. Ira Thodoret. opinatur. *Druſ.*

Servatum ei nutu Dei imperium.] Διατρίψας ἐπὶ τῆς ἐρημίας τὸν προειρημένον χρόνον, οὐδενὸς τολμήσαντος ἐπιθέσθαι τοῖς πράγμασιν παρὰ τὴν ἑπταετίαν, δεηθεὶς τοῦ θεοῦ τὴν βασιλείαν ἀπολαβεῖν, πάλιν εἰς αὐτὴν ἐπανέρχεται. *Ioſeph.*

Agnito demum Deo.] Putatur vere converſus & proſelyta factus. Sic Epiph. Doroth. Theodor. Auguſtinus, Lyra, alii. Sed dubitari poteſt: quia non legitur Idola abjeciſſe, Iudæos demiſiſſe, occupata reſtituiſſe. *A Lapide.*

Poſt ſeptem annos.] In Daniele, *poſt finem annorum:* & paullo ante, *ſeptem tempora.* Vbi per rempora R. Saadia menſes intelligit, Abenezra vero annos: alii dies, alii hebdomadas. Sed tam brevi ſpatio non poſſunt pili & ungues adeo increſcere. Vide Dan. IV. ℣ſ. 30. Tempus autem pro anno ſumitur & in illo, *tempus & tempora & dimidium temporis.* Druſ.

Regnaſſe traditur annos VI. *&* XX.] Sedecias devictus fuit anno undecimo regni ſui, qui fuit Nabuchodonoſoris (ita quidam opinantur) decimus nonus. Regnavit ergo Nabuchodonoſor ante devictum Sedeciam annos XIX. Quibus ſi addideris hos viginti ſex, ſimul efficiunt ann. XLV. quos Nabuchodonoſoro tribuit Megaſthenes Perſa, ut Sigonius obſervat: in quo male pro Megaſthenes Metaſthenes legitur. Alii, Nabuchodonoſoro tribuunt tantum ann. XLIII. in quem numerum veniunt anni tredecim quibus cum patre Nabopallaſſaro regnavit. Solus enim duntaxat cum imperio fuit ann. XXX. *Druſ.*

Iam interpolato.] Puto loqui auctorem de Chronico quodam anonymo, ſive id annale fuerit ſive ſeculare, eoque per genealogias digeſto & temporum ſucceſſu à diverſis aucto. Cujuſmodi eo tempore fuiſſe plurima ex uno hoc compendio videre eſt. Scribi itaque hic fortaſſe commodius poſſit, *in interpolato per ætates libello.* Giſelin.

Regum Babyloniorum tempora.] Quæ ſic quidam digerunt ex Megaſthene & Beroſo. Nabopollaſſarus ann. XXIX. Nabochodonoſorus ann. XXX. poſt patrem Evilmeradochus ann. II. Nerigliſſoorus affinis Evilmaradochi ann. IV. Baltaſar, qui & Laboroſoarchodos, Nabuchodonoſoris ex filia nepos, menſ. IX. *Druſius.*

Chronicis.] Si Euſebii chronica intelli-

ret, ut per ordinem regum, quorum tempora continebat, uſque in primum Cyri regis annum, LXX. *annos, (tot enim per Sacram hiſtoriam, à captivitate uſque ad Cyrum, fuiſſe referuntur) impleret. Poſt Nabuchodonoſor, filius ejus, regnum eſt adeptus, quem in Chronicis Evilmarodach fuiſſe vocitatum, reperi. Hic duodecimo imperii anno diem functus, fratri minori, qui Balthaſar*

telligit, non video qui hoc verum eſſe poſſit. Nam Euſebius longe aliter ſupputat annos captivitatis. *Idem.*

Vſque in primum Cyri regis annum LXX. *annos.*] Hos annos alii dinumerant à capto Iechonia. Euſebius qui à captivitate Sedeciæ incipit, eos deſinere ſcribit in annum ſecundum Darii. Funccius hoc modo eos putat: Nabuchodonoſorus poſt captum Sedeciam regnavit ann. XXVI. Evilmerodach XXX. Regaſar III. Laboſardach VI. Balſaſar IV. ecce LXIX. Nam ſeptuageſimo anno redierunt in terram patriam, qui fuit primus annus Cyri. *Druſ.* Sigonius ſic: Nabucdonoſor annos XXVI. Evilmerodach XII. Balthaſar XIV. Darius XVIII. Sed vide Calviſium, Petavium, Tirinum & alios Chronographos. Nam controverſia hæc tam intricata eſt ut paucis expediri non poſſit. Illud certiſſimum eſt LXX. annos primo Cyri Monarchæ anno finitos. Falſiſſimum contra, Nabopalaſſarem eſſe eundem cum Nebucadneſare, Nabonaſſarem cum Salmanaſſare. Quam opinionem Funccii Scaliger ſolide expugnavit. *Horn.*

Evilmarodach.] Imo ſic vocatur, Ierem. LII. ỳſ. 31. & IV Reg. XXV. ỳſ 27. *Druſius.* Ptolemæo Ilvarodamus vocatur. David Evilmeraduchi & Nerigliſſaris tempora tranſilit, quod per ea nihil contigiſſet ad Iudæos pertinens. *Grotius.*

Duodecimo imperii anno.] Diſſentit à Ioſepho, qui ſcribit eum præfuiſſe ann. XVIII. Megaſthenes vero & Beroſus Babylonius ac Ioſephus ei tribuunt duntaxat ann. II. *Druſ.*

Fratri minori.] Sic & Euſebius. Quæ ſententia omnium optima. Nam Ioſephus & alii in ſerie ac annis horum Regum graviſſime errant. Pererius vult eum fuiſſe filium Evilmerodachi, ex Ier. XXVII. ỳſ. 7. Alii, nec filium, nec fratrem, ſed eundem cum Evilmerodacho. Quia Daniel eum ſtatim Nebucadnezari ſubjungat. Deinde, quia ſemper eum vocat filium Nebucadnezaris. Denique, quia Ieremias L. 2. eum vocat Merodach, quod idem ac Evilmerodach. Ac juxta hanc ſententiam dandi ſunt Balthaſari anni regni XXXIV. Sed ex omnibus nulla probabilior quam Sulpicii noſtri, fratrem Evilmerodachi minorem fuiſſe. *Horn.* Alii ſcribunt Balthaſarem non fuiſſe fratrem Evilmarodachi, ſed ſororis filium. Sane à Beroſo & Megaſthene vocatur Λαβοροσοαρχόδος Ναβουχοδονοσόρου θυγατριδοῦς, id eſt, ex filia nepos. Is eſt Balthaſar. *Druſ.*

Balthaſar dictus eſt.] Hic Balthaſar non poteſt alius eſſe quam Laboroſarchodus, ut ſcribit Beroſus, ſive Laboroſſoaraſcus, ut ſcribit Abydenus, qui ambo eum interfectum memorant. Breve oportet regnum habuerit quia omittit ejus nomen Ptolemæus. *Grot.* Nabonidum, quem poſtremum in Beroſi catalogo recenſuimus, Ioſephus X. Art. 12. Baltaſarem eſſe putat, cujus in Danielis libro mentio eſt. Hic vero Ioſephi mira eſt oſcitantia; qui illos ipſos, unde hanc hiſtoriam deſcripſit, aucto-

ſar dictus eſt, locum fecit. Is cum quarto & decimo anno, publicum epulum principibus ac præfectis ſuis daret, ſacra vaſa, quæ per Nabuchodonoſor de templo Hieroſolymæ ablata, ac in regales uſus uſurpata, ſed recondita in theſauris habebantur, proferri imperavit. Cum his per luxum ac licentiam regalis convivii promiſcue o-

mnis

auctores, incurioſe legit. Teſtis eſt enim Megaſthenes Nabonidum nullo propinquitatis jute cum Laboroſoarchodo fuiſſe conjunctum. At Baltaſar ille Danielis non alienis utique ſucceſſit: ſed paternum, & avitum ſortitus eſt regnum. Veiba Beroſi, ἀπολομένου δὲ τούτου, συνελθόντες οἱ ἐπιβουλεύσαντες αὐτῷ κοινῇ τὴν βασιλείαν περιέθηκαν Ναβοννίδῳ τινὶ τῶν ἐκ Βαβυλῶνος ὄντι ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπισυστάσεως. Non poſſunt hæc de legitimo ejus, qui mottuus erat, hærede, ac ſucceſſore dicta videri: ſed de peregtino, & adſcititio; cujuſmodi Baltaſat non fuit. Non eſt igitur idem cum Nabonedo Baltaſar, ſed potius cum Labotoſſatchodo Nabuchodonoſoti nepote, ex ejus filia, quæ Neriglissaro nupſit, ut ſcribit Beroſus. Nerigliſſarus vero, quaſi tutorio nomine, pto filio Laboroſſatchodo, ſeu Baltaſate regnum adminiſtravit. Hinc eſt, quod Baltaſati tertius annus tribuitur à Daniele. Quod autem Hieremias prædixerit, Deum Nabuchodonoſoro, ejuſque filio, ac filii filio regnum eſſe daturum; *filii* nomen pro genero ſumi poteſt. Ita Davidem filium appellat Saul. Hieronymus quoque, ubi Nabuchodonoſor pater Baltaſaris vocatur, Proavum ſignificari aſſerit; ut mirum non ſit, ſi, ut *patris* appellatio, ita *filii*, à propria notione ad minus proptiam aliquando transferatur. Nam & II Paralipom. cap. XXII. ℣ſ. 2. Athalia Amri filia dicitur, quæ neptis eſſet. *Petavius.*

Quarto & decimo anno.] Ioſephus autor hæc accidiſſe anno regni ejus decimo ſeptimo: à quo diſſentiunt non parum, qui ei tantum annos quinque aſſignant. Qui Laboroſoarchodum eundem faciunt cum Baltaſare, tribuunt imperio ejus menſes IX duntaxat: quod Ioſephus prodidit de Laboſardacho (ſic eum appellat) quem diverſum facit à Balraſare, *qui Babyloniis*, inquit, *Naboandel nominatur.* Alibi eſt Nabonidus ſive Labonidus pro eodem. *Druſius.*

Publicum epulum.] Dan. V. Ioſeph. X. 11. Solebant id interdum facere Orientis Reges, ut ex Herodoto I. & Xenophonte VII. appatet. Multi putant Balthaſatum obſeſſum à Perſis & Medis, ut oſtenderet ſe hoſtes ſuos deſpicere, hoc convivio ſuos excepiſſe. Id quod in ſimili caſu Epaminondas egit. *Diod.* XII. & Viriatus. *Florus.* Sed obſidio illa à Ioſepho oſcitanter vel Iudæos ſuos ſecuto, vel authores profanos legente, conficta eſt, & ab eruditis exploſa. Nondum enim eo tempore Cyrus arma ſua in Babylonios verterat, occupatus adhuc bello Lydio.

Recondita in theſauris.] Imo in Beli templo, ut notat Hieronymus.

Proferri juſſit.] Quandiu vaſa fuerunt in Idolio Babylonis non eſt iratus dominus (videbantur enim rem Dei ſecundum pravam quidem opinionem, tamen divino cultui conſecraſſe) poſtquam autem humanis uſibus divina contaminant, ſtatim pœna ſequitur poſt ſactilegium. Hieron. ad VI. Daniel.

Omnis virilis & muliebris ſexus.] Sigonius mavult, *Omnes virilis ac muliebris ſexus uxores.* Quod ut non impro-

 bo

mnis virilis ac muliebris ſexus, uxores concubinæque ejus uterentur, ſubito rex in pariete conſpicit digitos ſcribentes, cernebanturque in verſum ducta literæ. Sed qui poſſet ſcripta legere, non reperiebatur. Igitur rex perterritus, magos & Chaldæos advocat. Quibus muſſitantibus nec quicquam reſpondentibus, regina regem admonet, eſſe quendam Hebræum, Daniel nomine, qui olim Nabuchodonoſor occulti myſterii ſomnium revelaſſet, jam tum, ob illuſtrem ſapientiam, ſummis honoribus

bo, ita ſcio veteres ſcripſiſſe *omnis* & *omneis* pro omnes. Sic quis & queis pro quibus ſcribebant. *Druſ.*

Digitos ſcribentes.] Movente eos angelo Gabriele. *R. Salomo.* Lyra putat manum hanc tantum extitiſſe in phantaſia Regis. Sed ex textu refutatur. Alii non totam manum, ſed digitos tantum apparuiſſe dicunt. Quia dicitur פסא די ידא, *palma manus.* Vnde Syrus & Arabs Alexandrinus vertunt: *egreſſi ſunt digiti manus hominis.* Sed verius eſt totam manum conſpectam. *A Lapide.*

In verſum ducta literæ.] Suſpicor legendum apud Sulpicium: *in candelabrum verſum*, ut dixit Cicero, *in forum verſus.* Sigon. Quod & Druſius approbat. Non bene. Senſus enim plenus & elegans eſt, literas illas non confuſim fuiſſe pictas in pariete, ſed *in verſum*, id eſt, voces ac lineam ductas. *Horn.*

Qui poſſet ſcripta legere non reperiebatur.] Quia literæ erant Hebraicæ. *Rabbini* quidam. Quia tranſpoſitæ vel mutatæ. *R. Saadias.* Quia inſolentes & extraordinariæ. *Pineda.* Quia ſine punctis vocalibus ſcriptæ non intelligebantur. *Alii.* Quia impediti fuerunt Chaldæi ne legerent. *Alii.*

Magos & Chaldæos advocat] Κατὰ πᾶσαν ἐκήρυξε τὴν χώραν τῷ τὰ γράμματα καὶ τὴν ὑπ' αὐτῶν δηλουμένην διάνοιαν σαφῆ ποιήσαντι, daturum ſe ei torquem aureum, & purpureæ veſtis uſum, quali Chaldæorum Reges utuntur, atque inſuper tertiam regni ſui partem. Poſt hoc præconium major etiam fit Magorum concurſus, certatim ſenſum literarum ſcrutantibus, nihil tamen perficientibus. *Ioſeph.* Quæ ſolitam oſcitantiam ejus redolent. Quis credat una nocte per univerſum regnum præcones miſſos? Porro, ne quis interceſſiſſe dies aliquot exiſtimet, eadem nocte & ſcripta, & lecta, & impleta illa ſunt. Nec dicitur: *Tertiam regni mei partem dabo:* ſed *tertius erit in regno meo.* Vtinam diligentior fuiſſet Ioſephus & religioſior in ſacra Hiſtoria ſcribenda! *Horn.*

Regina.] Ἡ *μάμμη αὐτοῦ. Ioſephus.* Nitocris ſcilicet, prudens fœmina. Herodot. 1. Vide Grotium ad 111. de Verit. Relig. Chriſt. Alii matrem fuiſſe volunt, ut Origenes, Theodor. Alii uxorem. Porphyrius cavillator, uxorem. Hieronymus: *Novit præterita quæ Rex ignorat. Erubeſcat ergo Porphyrius, qui eam Balſaſaris ſomniat uxorem, & illudit, eam plus ſcire quam maritum.*

Eſſe quendam Hebræum Daniel.] An ergo incognitus Regi, tantis ſub Nabuchodonoſore honoribus affectus? Notum fuiſſe & inter amicos Balſaſaris, ex cap. XIV. 1. patet. Sed paulatim evileſcebat ſub novo Rege, & rarior in aula erat. *Horn.*

Per-

bus donatum. Itaque accitus Daniel, perlegit, interpretatuſque, ob delictum regis, qui ſacra Deo vaſa temeraſſet, ipſi exitium imminere, regnumque ejus Medis ac Perſis datum. Quod mox conſecutum eſt. Nam eadem nocte Balthaſar interiit, regnumque ejus Darius

Perlegit.] מנא מנא תקל ופרסין.

Qui ſacra Deo vaſa temeraſſet.] Vnde cavit ſibi Iuſtinianus, qui vaſa templi ſecundi à Veſpaſiano Romam portata, à Genſerico Carthaginem, cum per victoriam nactus eſſet, non in ſuos uſus vertit, ſed in Sacram Baſilicam vertit, quæ erat Hieroſolymis. *Procopius.*

Interpretatuſque eſt.] MENE, numeravit Deus regnum tuum, & complevit illud. THECEL appenſus es in ſtatera, & inventus es minus habens. PHARES, diviſum eſt regnum tuum, & Medis ac Perſis datum. *Dan.* v. Ioſephus: *Mane*, hoc eſt, numerus, ſignificat dinumeratum eſſe jam dierum vitæ ac regni numerum, & perbreve tempus ſupereſſe. *Thecel*, quod eſt pondus, appenſum à Deo regni tui tempus, jam ad finem vergere. *Phares*, quod eſt fragmen, fractūrum Deum regnum tuum, & partes ejus in Medos ac Perſas diſtribuendas.

Medis.] A Madai. Deſcriptionem regionis hujus vide apud Strabonem XI. Hodie nomen ejus periit, & tota gens in Perſarum ditionem conceſſit. Nec olim diverſi fuerunt à Perſis, niſi ſolo nomine, & fortaſſe Dialecto. Cætera omnia communia habuerunt. Ἡ γὰρ νῦν λεγομένη περσικὴ στολὴ, καὶ ὁ τῆς τοξικῆς καὶ ἱππικῆς ζῆλος, καὶ ἡ περὶ τοὺς βασιλείας θεραπεία καὶ κοσμὸς καὶ σεβασμὸς θεοπρεπὴς παρὰ τῶν ἀρχομένων, εἰς τοὺς πέρσας παρὰ τῶν μήδων ἀφῖκται. Καὶ ὅτι τοῦτ᾽ ἀληθὲς, ἐκ τῆς ἐσθῆτος μάλιστα δῆλον. Τιάρα γάρ τις καὶ κίδαρις, καὶ πῖλος, καὶ χειριδωτοὶ χιτῶνες, καὶ ἀναξυρίδες, &c. Strabo. De ſermone Medico, parum tradunt veteres. Iuſtinus XLI. de Parthis: *Sermo his inter Scythicum Medicumque medius, & utriſque mixtus.* Vnde colligimus haud multum ab hodierno Perſico, niſi quantum longa ætas mutavit, diſcrepaſſe. *Horn.*

Perſis.] Qui & Parthi, id eſt Scytharum lingua *exules*. Iuſtin. XLI. Vel à فرس *Equus*. Sunt enim ἱππικῆς ſtudioſiſſimi. *Horn.* Adeo antem hæ duæ gentes coaluerunt in unam, ut paſſim apud Græcos reperias Medos pro Perſis poni, & μηδίζοντας eos qui Perſis ſtudebant. *Grot.*

Eadem nocte.] Sequentis anni. *Alcaſar* in Apoc. XVI. Quod falſum, ut ex textu patet. Nam illa ipſa nocte, qua Scriptura apparuit, cætera quoque contigerunt. *Interpr.*

Interiit.] Ὑπὸ τῶν φίλων ἀπετυμπανίσθη. *Beroſus.* Τούτου δὲ ἀποθανόντος βιαίῳ μόρῳ. *Abydenus.* Miræ fabulæ ſunt quæ de capta per Cyrum hac nocte, Babylone tradunt, ſecuti ut putant, Xenoph. VII. & Herodot. I. Nam non alia clade, quam domeſtica, Balſaſar periit, ut ex Beroſo clariſſimum eſt. Nec tam turpiter impegiſſet Ioſephus niſi Balſaſarum pro Nabonido accepiſſet. Nam Laboroſardochus erat. *Horn.*

Darius.] Nabonnedus. *Beroſ.* Nabonadius. *Ptolem.* Nabannidachus. *Abyden.* Labynitus. *Herodot.* Hunc vulgo putant ipſum Aſtyagem fuiſſe, ut Euſebius, vel ejus filium Cyaxarem, qui apud LXX. Artaxerxes, ut Hieron. Ioſephus, Torniell. Perer. & alii. Quorum

rius, natione Medus, occupavit. Danielem illuſtri opinione compertum, univerſo imperio præpoſuit, ſecutus ſuperiorum regum judicium. Nam & Nabuchodonoſor eum regno præfecerat, & Balthaſar veſte purpurea &

rum opinionem Scaliger expugnavit, quem fere omnes eruditi hodie ſequuntur. Δαρεῖ☉ Perſice idem quod Ἐρξείης, id eſt, *Exercitor*. Herodot. VI.

Natione Medus.]. Incertum an natione Medus fuerit. Vocatur quidem Darius Medus, ſed ex eo non ſequitur gente Medum fuiſſe. Forte Medus dicitur quia patre Medo erat oriundus, aut quia vixerat apud Medos. Sic Vrias Hetthæus vocatur, & Doëg Idumæus. Darius iſte filius fuit Aſveri de ſemine Medorum. Dan. IX, I. *Druſ.* Habitabat igitur quidem Babylone, ſed Medus fuit origine, & Darii nomen, qui Rex apud Medos fuit clarus ac felix, boni ominis ergo ſibi impoſuit. *Grot.* Quia Darius appellatus fuit Medus, ideo plurimi ipſum regem Medorum fuiſſe ſuſpicantur, atque hæc ſententia non parum videtur confirmari, quod principes regni, ſecundum legem Medorum & Perſarum petunt edictum de nemine, niſi rege adorando, confirmari. Sed reſponſio facilis eſt. Non ſtatim reges Medorum ſunt, qui vel Medi appellantur, vel quorum parentes ex Media fuerunt, infiniti alias reges Medorum eſſent. Quod ad leges Medorum & Perſarum attinet, ſi attendatur ad locum, ubi geſtum eſt totum negocium de adorando rege, non evincitur quod Darius Medorum rex proprie fuerit. Nam acta hæc ſunt, eo loco ubi Daniel præfecturam geſſit, Suſis videlicet, ubi ſubditi legibus Perſarum & Medorum regebantur. Adminiſtraverat autem Daniel eandem provinciam, iiſdem Medorum legibus, cum Nebucadnezar, Evilmerodach, & Belzaſer rerum potirentur, Danielis cap. 8. ℣ſ. 2. qui tamen nequaquam propterea, quod partem Mediæ tenebant, reges Medorum erant. Accidit hoc in ampliſſimis regnis, ut ſubditi unis eiſdemque legibus gubernari non poſſint: ſed qualibet natio & gens ſuas leges, conſuetudines & ſtatuta retinet, id quod hodie etiam in Romano imperio accidit. Non igitur firmiter concludi poteſt, Darium regem Medorum & Perſarum fuiſſe, quod leges Medorum in quibuſdam ſuis provinciis, in finibus Medorum & Perſarum ſitis, obſervaverit. Orta eſt hæc opinio ex commentis Annianis, in quibus regnum Darii cum regno Cyri confunditur, cum tamen ipſe Daniel ea regna diſcernat, & diverſa eſſe oſtendat. *Calviſius.*

Occupavit.] Non mirum eſt Sulpicium in hoc errore verſatū, cum etiam Ioſephus crediderit communi fabulæ, obſeſſam à Dario Babylonem fuiſſe. Sed id falſum, ut ſuo loco dictum. Non enim per vim, obſeſſa & expugnata urbe, invaſit regnum, ſed electus fuit communibus procerum ſuffragiis, ut Danielem cap. v. & IX. ſecutus Beroſus, tradit.

Danielem.] Danielis cap. VI. Ioſephus X, 12.

Vniverſo imperio præpoſuit.] Imo cogitavit tantum, non fecit tum quidem temporis. Dan. VI. 4. Vt eſſet Regi τὰ πάντα, eique omnes alii ſubeſſent. Quales multos eſſe & noſtra & ſuperiora ſecula viderunt, apud Reges aut parum fidentes ingenio ſuo, aut fugientes negotiorum. *Grot.*

Veſte purpurea & torque aureo.] Tertullianus: *Purpura & aurum, cervicis ornamentum apud Aegyptios & Babylonios, inſignia ſunt dignitatis.* Druſius. Veſte illa purpurea donati, Δορυφόροι voca-

& torque aureo donatum, tertium regni principem conſtituerat. Igitur hi qui una cum eo rerum potentes erant, exagitati in Iudæo, quod eis alienigena captivæ gentis fuiſſet æquatus, regem depravatum adulatione compellunt, ut ſibi diebus proximis triginta divini honores darentur, neque cuiquam liceret Dominum, niſi regem, precari. Facile id Dario perſuaſum, ſtultitia regum

vocabantur. Curt. III. Ælian. I. Hiſt. Var. 22. Erat autem ſtola Medica, qua donari ſummus apud Perſas honor. Idque in hodiernum diem apud Turcas, Tataros, Perſaſque in uſu eſt. Nemo ad Regem admittitur, niſi ejuſmodi honoraria veſte donatus. Hoc vocant خلع عليه الخلعة. Præterea apud veteres Perſas ii qui bene de regno meriti, honoraria appellatione, *cognati regis* dicebantur. III Eſdræ III, & IV. Ioſeph. XI, 4. Arrianus VI. Hi non purpuræ tantum adorandæ jus habuerunt, verum & ad oris oſculum admiſſi ſunt. Peculiaris etiam his cœna data.

Tertium regni principem.] Dan. v. 29. Quales poſteriore Romano Imperio præfecti prætorio, in Græco ἔξαρχοι, Chaldæis פרכין. *Grotius.* Erat unus ex principibus, quos Sarchin appellabant, & alii præſides interpretantur, qui præerant centum viginti ſatrapis, Dan. VI, I. Hinc emaculandus Ioſephus, in quo, *erat unus ex tribus ſummis ſatrapis, qui ſub ſe habebant alios* CCCLX. *ſatrapas: tot enim à Dario primum inſtituti ſunt.* Druſ.

Cum eo rerum potentes.] Præſides. De quibus ſupra, & ſatrapæ, Dan. VI, 3. Mox, *principes* appellat. *Druſ.*

Exagitati in Iudæo.] Giſelinus emendavit: *exagitati invidia.* Sic quoque Sigonius & Druſius. Sed nihil vehementer obſtat, quo minus retineamus vulgatam lectionem. Hoc enim invidiam Danieli augebat, quod Iudæus eſſet, quæ gens toto Oriente imprimis exoſa. *Horn.* Ioſephus: *Itaque cum tam carus & honoratus eſſet apud regem, qui ei tanquam divino de quovis negocio conſulenti pareret, non effugit cæterorum invidiam, quemadmodum fieri ſolet inter eos, qui aliquem ſibi à rege præferri non patiuntur æquo animo.* Druſ.

Divini honores darentur.] Primo quærebant crimen majeſtatis, quo Danielem ſubverterent. Hoc non reperto, crimen religionis obtentui ſumtum. Hieronymus ad hunc locum: *Felix converſatio in qua inimici nullam reperiunt occaſionem niſi forte in legitimis Dei.*

Dominum, niſi Regem precari.] Petere quicquam à Deo quocunque, aut ab ullo homine, niſi à rege ſolo. Hoc faciebat Daniel, quum quotidie ter genua flecteret, Deumque precaretur in cœnaculo ſuo. Cæterum qui aliquid petit ab alio, non propterea ei exhibet divinum honorem. Quocirca miror cur ſcripſerit hoc loco, *ut ſibi divini honores darentur:* & *ſtultitia regum omnium, qui ſibi divina vendicant:* & rurſum, *igitur Daniel non rudis neq; inſcius, Deo preces, non homini deferendas.* Imo etiam preces hominibus deferuntur. Sed aliter Deo, aliter hominibus. *Druſ.*

Facile id Dario perſuaſum.] Speciem habebat hoc conſilium quaſi per id majeſtas Regi conciliaretur amplior, ſi vivus jam Diis æquaretur. De Auguſto Horatius:

Præſenti tibi maturos largimur honores,
Iurandaſque tuum per nomen ponimus aras.

Stul-

gum omnium, qui ſibi divina vindicant. Igitur Daniel non rudis, neque inſcius, Deo preces, non homini, deferendas, reus conſtituitur, edicto regis non paruiſſe. Multumque abnuente Dario, cui charus accepruſque ſemper fuerat, principes pervicere, ut in lacum demitteretur. Sed objecto beſtiis, nullum periculum fuit. Quod quum Rex comperiſſet, accuſatores deputari leonibus præcepit, qui non ſimili exemplo perfuncti ſunt. Nam continuo devorati, ferarum famem expleverunt. Daniel clarus ante, clarior haberi cœpit. Rex antiquato edicto ſuo, novum propoſuit: relictis erroribus ac ſuperſtitionibus, Deum Danielis colendum. Extant

Stultitia Regum omnium.] Vere dictum. Omnis Idololatria hinc orta. Et in Nebucadnezare, Alexandro Magno, Romaniſque Imperatoribus, triſtia hujus ſtultitiæ experimenta habemus. *Horn.*

Edicto Regis non paruiſſe.] Quod erat ſecundum morem Medorum & Perſarum, ne à Rege quidem mutabile. Nam Babylonii morem talem faciendi leges, etiam Regi immutabiles, non habebant: ſed antiquus admodum apud Medos ac Perſas fuit. Eſtheræ 1, 19. Vide & Procopium περὶ λήθης φρουρίου. Videtur autem forma quæ leges faciebat immutabiles hæc fuiſſe, ut non Regis tantum, ſed & Principum ſignis munirentur. *Grotius.*

Vt in lacum demitteretur.] Græci vocant τὸν λάκκον τῶν λεόντων, quod in eo leones aſſervarentur. *Druſ.*

Objecto beſtiis nullum periculum fuit.] Quod miraculo factum. Nam *Angelus concluſit ora leonum*, & rictum, ait Hieron. & ungues. Feris homines objicere vetus mos. Oſtendunt id fabulis mixtæ hiſtoriæ de Andromeda & Diomede Thraciæ. *Grot.* Ioſephus refert eos cauſam contuliſſe in ſaturitatem leonum. *At Rex offenſus eorum malitia, juſſit multum carnium objici leonibus, & illis jam ſaturatis inimicos Danielis in foveam conjici. Tum demum apparuit vatem ope divina eſſe ſervatum. Nam nemini ex iis pepercerunt, ſed non ſecus ac ſi fuiſſent famelici, & alimentis caruiſſent, eos ſine mora dilacerarunt.* Verum nihil tale habet Scriptura. Vnde videtur Ioſephus more ſuo, ſuæ gentis hiſtoriam, narratione ſi non vera, veriſimili ſaltem, exornare voluiſſe. *Maldon.*

Deputari.] Delegari, aſſignari: unde *deputati.* Verbum minus uſitatum hoc ſenſu Latinis autoribus, eo tamen uſus fuit & ſupra. *Quæ turba inutilis ſervitio, exercendis colendiſque agris, ne incultum eſſet ſolum, deputata.* Druſ.

Devorati ferarum famem expleverunt.] Cum uxoribus & liberis, qui participes ſævi conſilii. *Grot.*

Deum Danielis colendum.] Hinc videtur Darius vere ad Deum fuiſſe converſus; plus enim præcepit quam Nebucadnezar. Ille enim tantum vetuit ne quis Deum Iudæorum blaſphemaret. *Maldon.* Non bene Grotius: *Tremiſcant*

tant etiam viſiones ejus, quibus conſequentium ſæculorum ordinem revelavit, annorum etiam numerum complexus, intra quem Chriſtum, ſicut factum eſt, deſcenſurum ad terras pronunciavit, venturumque Antichriſtum, manifeſte expoſuit. Quod ſi quis ſtudioſior erit, rectius ibi quæſitum reperiet: nobis propoſitum eſt, rerum tantum ordinem contexere. Darius duodevi-

miſcant & paveſcant Deum Danielis, id eſt, maledicant. Plus enim verba illa, venerationem nimirum & cultum, important. *Horn*. Ὁ βασιλεὺς δαρεῖος καθ' ὅλην ἔπεμψε τὴν χώραν ἐπαινεῖν τὸν θεὸν, ὃν Δανιῆλος προσκυνεῖ καὶ μόνον αὐτὸν λέγων εἶναι ἀληθῆ καὶ τὸ πᾶν κράτος ἔχοντα. *Ioſ.*

Extant etiam viſiones ejus.] Dan. VII, VIII, IX, X. Quæ quia variis temporibus contigere, cogitur retrorſum ire & repetere tempora quæ in Hiſtoria jam erat prætervectus. *Grot.* Notat autem Ioſephus, Danielem, cum apud Darium florentiſſima gratia eſſet, turrim miri operis apud Ecbatana Mediæ ſtruxiſſe, θάπτουσι δ' ἐν τῇ βάρει τούς τε Μηδῶν βασιλεῖς, καὶ περσῶν ἄχρι τοῦ δεῦρο, καὶ ταύτην πεπιστευμένος Ἰουδαῖος ἐστὶν ἱερεὺς, καὶ τοῦτο γίνεται μέχρι τῆς σήμερον ἡμέρας.

Conſequentium ſeculorum ordinem.] Regnorum ſive monarchiarum ſeriem. Sunt autem viſiones ejus in univerſum decem. *Druſ.* Aperuit autem ei Deus futura, per ſomnium, afflatum atque viſa divina. *Grot.*

Annorum etiam numerum complexus.] Daniel. cap. IX. ℣ſ. 26. *poſt hebdomadas ſexaginta duas excidetur Meſſias* ולו אין, *& non propter ſe*, id eſt, בעבורו culpa ſua, aut ob peccata ſua. Sunt qui malint, *& non erit*, ut לו redundet in Latio. Sed tum potius dixiſſet, meo judicio, ואיננו & non ipſe, ut Gen. V. *Ambulavit Henoch cum Deo, & non fuit*. Alii aliter. *Druſ.* LXX. annorum hebdomades annos conficiunt CCCCXC. Initium earum ab anno primo Cyri. *Theodor.* Aut ſexto Darii tum templum ſtructum, aut viceſimo Artaxerxis Longimani, cum urbs inſtaurata. Finis vero aut in baptiſmo Chriſti, aut in cruce, aut in templi everſione. Vide Auguſtin. XVIII. Civit. Dei XXXIV. & *Chronol.*

Intra quem Chriſtum.] Iudæi illa Danielis loca non de Chriſto, ſed templo accipiunt. *R. Salomo* & alii, citante Galatino II. de arcanis fidei XIV. Contra alii: in fine harum hebdomadum LXX. venturum Meſſiam: ut R. Moſes Gerundenſis & alii, citati ibidem Galatino. Cæterum controverſia hæc de LXX. Septimanis & adventu Meſſiæ intricatiſſima eſt apud Chronologos. De qua vide inter alios Tirinum, & *Calviſium.*

Venturumque Antichriſtum.] Dan. cap. VII. ℣ſ. 24. & 25. ad quem locum Hieron. *Antichriſtus in tantam erigetur ſuperbiam ut leges Dei & cæremonias mutare conetur, & elevetur ſupra omne quod dicitur Deus, religionem cunctam ſuæ ſubjiciens poteſtati.* Theodoretus ſive Theodoritus, *decem reges circa finem exurgent, & poſtremus Antichriſtus exorietur, regnumque obtinere contendet, ac tres illos evertet. Nec contentus victoria, quam de hominibus retulerit, etiam maledicta contra Deum altiſſimum conjiciet & ſanctos ſupplicio afficiet & putabit ſe poſſe pietatem, quæ tunc vigilat, evertere & rempub. commutare.* Druſ.

Duodeviginti.] Id eſt, octodecim. Alii

viginti annos regnaſſe traditur. Qua tempeſtate Aſtyages Medis imperabat. Hunc Cyrus, ex filia nepos ejus, regno expulit, Perſarum uſus armis: unde ſumma imperii ad Perſas tranſlata eſt. Babylonii quoque in poteſtatem ditionemque ejus conceſſere. Igitur initio regni, propoſitis publice edictis, dat poteſtatem Iudæis,

Alii unum duntaxat annum regnaſſe tradunt, alii ſeptemdecim, in queis Ioſephus Scaliger. Vide quæ ſcripſit heros ille, in *De temporum emendatione*, pag. 280. Patrem habuit Aſſuerum, qui ab aliis Xerxes Medus & Axares vocatur, & pleniore vocabulo Cyaxares, addita videlicet ſyllaba Cu, quæ in ea lingua *dynaſtam* aut *principem* denotat. *Druſ.*

Aſtyages.] Filius Cyaxaris. Diodoro Ἀπάνδας. Status regni Medorum hic fuit: Deioces ſive Arſæus, oppreſſis Medorum Ducibus, titulo Regis, qui in tanta diſtractione interciderat, iterum uti cœpit. *Herod. Euſeb.* Ei ſucceſſerunt Artynes qui & Phraortes, Artabanus, Aſtybera ſive Cyaxares, Apanda ſive Aſtyages. Nominum diverſitas ex Cteſia Cnidiq, Herodoto & Euſebio petita eſt. *Horn.* Ab hoc Hiſtoriam ſuam Herodotus auſpicatur. Quis non miretur Providentiam divinam? Vbi Prophetæ deſinunt, ibi incipiunt Græci ſcriptores, tum Hiſtorici, tum Chronologi. Nam & Ptolemæus à primo anno Nabonaſſaris per Iↄ ccc LXXXVII. annos tempora conſignavit. *Bucholz.*

Hunc Cyrus ex filia nepos.] Mandana, quæ Cambyſi Perſæ nupſerat. Sic Herodot. Iuſtin. Dictus eſt Cyrus à flumine Cyro. *Strabo.* XV. A κύων Canis. *Vilalpand.* A Cyrus, quod Perſis Sol. *Plutarch. Cteſias. Briſſon.* Priora indubie falſa ſunt. Poſterius diſplicet Scaligero VI. de Emendat. Temp. Quia Sol Perſis Coreſed, Cores vero cibus & ſatietas. Proculdubio nomen illud regium fuit, vel à Sole, vel ab imperio deductum. Ku Perſis Princeps unde prima ejus ſyllaba *Cai*, vel *Cy*. Quid ultima *rus* ſignificet, quæri poteſt. Nam non eſt ex Hebræo ראש. *Horn.*

Summa imperii ad Perſas tranſlata eſt.] Quia Cyrus Perſa, & Perſarum armis in conſtituenda Monarchia uſus eſt. Facile hinc apparet, quæ de quatuor Monarchiis vulgo tradunt, ἀσύστατα eſſe & inconcinna. Nam ſi Perſarum ſecunda Monarchia, quia ad ipſos à Medis & Babyloniis ſumma rerum tranſlata eſt, præceſſerint oportet complures Monarchiæ, cum per vices, nunc Aſſyrii, nunc Babylonii, nunc Medi, rerum potitentur. *Horn.*

Babylonii quoque.] Anno Nabonnidi XVII. egreſſus Cyrus ex Perſide cum magno exercitu, univerſa Aſia ſubacta, impetum fecit in Babyloniam urbem. Sentiens autem Nabonnidus invaſionem ejus, prælio victus & cum paucis fugatus, incluſus eſt in Borſippenſium civitate. Cyrus autem Babyloniam obſidens & deliberans exteriores muros deponere civitatis, eo quod nimis videretur munita & expugnatu difficilis, reverſus eſt ad Borſippum, Nabonnidum expugnaturus. Qui oppugnatione non expectata, ſupplex Cyro factus, ab eoque accepto in Carmania habitaculo, Babylonia expulſus eſt. Ibi reliquum vitæ Nabonnidus exegit. *Beroſus* apud Ioſeph. I. contra Apionem.

Initio regni.] Anno primo Monarchiæ, cum Perſiam, Mediam, Aſſyriam, Aſiam & Babyloniam ſimul teneret. Ita vulgo Interpretes. *Ioſephus:* Τῷ ᾗ πρώτῳ ἔτει τῆς Κύρου βασιλείας,

τοῦτ

dæis, in ſolum patrium redeundi: ſacra etiam vaſa, quæ Nabuchodonoſor de templo Hieroſolymæ abſtulerat, reddidit. Itaque pauci tum in Iudæam regreſſi: cæteris redeundi animus, an facultas defuerit, parum comperimus. Erat ea tempeſtate apud Babylonios Beli antiquiſſimi regis, cujus etiam Virgilius meminit, ex

ære

τοῦτο δ' ἦν ἑβδομηκοστὸν ἀφ' ἧς ἡμέρας μετανασῆναι τὸν λαὸν ἡμῶν ἐκ τῆς οἰκείας εἰς Βαβυλῶνα. Contra ſunt alii. *Calviſius:* Nequaquam primus annus Cyri, intelligi poreſt primus annus Monarchiæ Cyri, cujus terminus certus ex nulla hiſtoria dari poreſt. Sed fuit conſenſus populi Iudaici, qui gratam memotiam liberationis hujus ad poſteros propagaturi, Epocham hanc inſtituerunt. Poſtea cum edictum hoc itritum fietet, epocham hanc etiam repudiarunt.

Pauci tum in Iudæam regreſſi.] Quadraginta duo millia ttecenri ſexaginta, exceptis ſervis eorum & ancillis, qui erant ſeptem millia trecenti triginta ſeptem. Ezræ II. ℣ſ. 64. & 65. *Druſius.*

Beli antiquiſſimi regis.] Hieton. in comment. Hoſ. XII. ℣ſ. 16. *Primum omnium Aſiæ regnaſſe Ninum Beli filium omnes & Græcæ & Barbaræ narrant hiſtoriæ.* Lactantius lib. I. cap. 23. *Theophylus in libro de temporibus ad Autolycum ſcripto, ait in hiſtoria ſua Thalum dicere, quod Belus, quem Babylonii & Aſſyrii colunt, antiquior Trojano bello fuiſſe invenitur* CCCXXII. *annis.* Dtuſius. Eo autem Belum arbitrot Nimrodum, quia huic regni ptincipium in terra Senaar Babylon fuit: ut eſt Geneſ. X, 10. At conditorem Babylonis Belum vocant gentiles: inque his Dototheus Sidonius, poëta vetuſtus:

Ἀρχαίη Βαβυλὼν Τυρίου Βήλοιο πόλισμα.

Antiqua urbs Babylon, Tyrio quæ condita Belo.

Attabanus apud Euſebium libto IX. Præparationis Euangelicæ cap. XXI. ubi retuliſſet, ut primitus omnia aquis fuerint obtuta, addit, Belum ſiccaſſe loca, καὶ Βαβυλῶνα τείχει περιβαλεῖν, *ac Babylonem mœnibus cinxiſſe.* Setvio ptoptetea dicitur *Belus primus rex Aſſyriorum.* Ejus ſepultura fuit Babylone: ſed eam deſtruxit Xerxes: ut referr Strabo initio ſextidecimi. De Beli hujus cultu inſignis eſt locus Claudiani in primo de laudibus Stiliconis: ſed cotruptus, cum juxta certiſſimam Scaligeti emendationem in VI. de Emendarione temporum, pro *belli* debeat legi *Beli.* Locus eſt iſte:

Thuris odorati cumulis, & meſſe Sabæa,
Pacem conciliant aræ. Penetralibus ignem
Sacratum rapuere adytis, rituque juvencos
Chaldæo ſtravere Magi. Rex ipſe micantem
Inclinat dextra pateram, ſecretaque Beli,
Et vaga teſtatur volventem ſidera Mithram.

Vbi de Mithra ſive Sole conjungit, quia Belus cum Sole cultus; ut poſtea dicetur. *Voſſius.*

Cujus etiam Virgilius meminit.] Aut gloſſema eſt in margine, ut vult Sigonius: aut, quod magis puto, confundit Belum Babylonium cum Tyrio. Sic etiam Hieronymus in loco citato, *Belum Sidonii & Phœnices, appellant Baal: unde & Dido Sidonia regii generis, cum Aeneam ſuſcepiſſet hoſpitio, hac patera Iovi vinum delibat,*

Qua Belus & omnes à Belo ſoliti.

Druſius.

T Ex

ære ſimulachrum, quod ſuperſtitione hominum conſecratum, Cyrus quoque adorare erat ſolitus, antiſtitum ejus dolo illuſus, qui veſci effigiem illam atque potare affirmabant: cum diurnam penſitationem, quæ idolo inferebatur, clam ipſi abſumerent. Igitur Cyrus cum Daniele familiariter uteretur, quærit ab eo, cur ſimulachrum non adoraret, cum manifeſtum viventis Dei eſſet indicium, abſumentis ea quæ inferebantur? Daniel ridens hominis errorem, negare id poſſe fieri, ut æs illud, id eſt, bruta materies, cibo uteretur, aut potu. Accerſi ergo rex ſacerdotes jubet: nam fere ad ſeptuaginta erant; adhibitoque eos terrore increpitat, quis impenſa conſumeret? cum Daniel, vir prudentia inſignis,

Ex ære ſimulacrum.] De Templo & Idolo hoc mira ſcribunt Herodot. I. Diod. III. Strabo XVI. ubi inter alia docent, ſtatuam Iovis Beli auream fuiſſe. At Sulpicius *ex ære*, quod propius vero; ſed indubie inaurata fuit. Longitudo XL. pedum, pondus mille Talentorum Babylonicorum; eique dicatus fuit crater, ex auro, talentorum cIↄ cc. Fuit à Nino in patris Beli cultum poſita. Hieronymus in Ezech. cap. XXIII. *Idolum Baal ſive Bel, &, ut apertius dicam, Beli, Aſſyriorum religio eſt, conſecrata à Nino, Beli filio, in honorem patris.* Idem in Oſeæ cap. II. *Ninus in tantam pervenit gloriam, ut patrem ſuum Belum referret in Deum, qui Hebraice dicitur* בל, Bel, *& in multis Prophetis, maximeque in Daniele, & juxta Theodotionem ſub Idolo Babylonis hoc appellatur nomine. Hunc Sydonii, & Phœnices appellant* בעל, *bahal.* De ſtatua hac, quam Belo poſuerit Ninus, etiam legas apud Ambroſium, ſive potius Hilarium Romanum in epiſt. ad Rom. cap. I. & Cyrillum extremo prope lib. III. contra Iulianum. *Voſſius.* Hæc hiſtoria Apocrypha, & indubie fabuloſa, extat in vulgata verſione Danielis cap. XIV.

Cyrus cum Daniele.] Cyrum fuiſſe ſub quo hæc geſta, putavit etiam *Theodoretus* & *Irenæus* IV, II. Aſtyagem *Athanaſius* Serm. IV. contra Arianos. Evilmerodachum ſive Balſaſarem Torniellus, Pererius, alii. Sed nullus omnino fuit, quia res fabuloſa. *Horn.*

Penſitationem.] A penſito, id eſt, ſolvo. Ita vocat id quod quotidie in Belum impendebatur. Erant autem ſimilæ artabæ duodecim, oves quadraginta, & vini metretæ ſex: aut, ut eſt apud Gorionis F. compoſitorem hiſtoriæ Ebraicæ, juvencus unus, decem arietes & centum columbi, totidemque agni, cum ſeptuaginta placentis panis, totidemque cadis vini. *Druſ.*

Fere ad ſeptuaginta erant.] Redundat fere. Nam in Daniele, *erant autem ſacerdotes Bel ſeptuaginta.* Sic ſupra: *Ad triginta duo millia.* In Hiſtoria Ebraica: *miſit qui comprehenderent ſeptem ſacerdotes Belo miniſtrantes.* שבעה pro שבעים. Forte mendum eſt. Nam ne ſeptuaginta quidem potuiſſent eam penſitationem abſumere, niſi uxores & parvulos in ſocietatem aſciviſſent. *Druſ.*

In-

gnis, minime id ab inſenſibili ſimulachro poſſe fieri contenderet. Tum illi confiſi parato dolo, inferre, & obſignari à rege templum depoſcunt, uti, niſi omnia poſtero die abſumpta deprehenderentur, morte pœnas perſolverent: dum eadem conditio Danieli maneret. Itaque ſigno regis templum obſignatur, cum prius Daniel, ſacerdotibus inſciis, pavimentum cinere aſperſiſſet, ut introeuntium occultos aditus veſtigia proderent. Igitur poſtero die rex templum ingreſſus, animadvertit abſumpta, quæ idolo apponi juſſerat. Tum Daniel occultam fraudem veſtigiis prodentibus reſerat, ſacerdotes cum uxoribus & filiis, ſubfoſſo foramine ingreſſos, ea quæ idolo appoſita fuerant, devoraſſe. Ita omnes, juſſu regis interfecti, templum ac ſimulachrum Danieli in poteſtatem datum, atque arbitrio ejus dirutum. Interea Iudæi, quos ex permiſſu Cyri in patriam regreſſos ſu-

Inferre.] Cibum & potum.

Signo regis.] Sigillo regis & Danielis. Gorionides.

Pavimentum cinere aſperſiſſet.] *Juſſitque Daniel, ut clauderent fores templi Bel, & portas ejus, excepta porta per quam ingreſſus fuerat rex. Tunc dixit Daniel: Adferte mihi cinerem, ſparſeruntque cinerem illum ſuper pavimentum templi Bel, inſciis ſacerdotibus. Poſt egreſſi ſunt rex & Daniel per portam, quam intraverant, ipſi & pueri eorum: quam clauſerunt juſſu Danielis, obſignavitque eam rex annulo ſuo, & annulo Danielis, &c.* Gorionides.

Omnes juſſu regis interfecti.] Hæc paulo aliter Hiſtoria Ebraica: *Miſit qui comprehenderent ſeptem Sacerdotes miniſtrantes Belo, quos rex adjuravit, dicendo, niſi verum indicaveritis mihi, ſcitote vos morituros. Igitur oſtenderunt ei ingreſſus obſcuros, per quos illi nocte ingrediebantur in templum, comedentes inſtructam menſam ejus. Ibi rex cognita verſutia eorum, juſſit dirui templum Bel funditus, ita ut nihil fere quicquam manſerit.*

Danieli in poteſtatem datum.] Dan. XIV, 21. *Occidit ergo illos rex, & tradidit Bel in poteſtatem Danielis: qui ſubvertit eum & templum ejus.*

Iudæi.] Ab hoc tempore dicti ſunt Iudæi, regio Iudæa, quod tribus Iudæ prima omnium rediiſſet. Ioſeph. XI, 5. Ἰουδαῖοι πρὸς τὸ ἔργον παρεσκευάζοντο. ἐκλήθησαν δὲ τὸ ὄνομα ἐξ ἧς ἡμέρας ἀνέβησαν ἐκ Βαβυλῶνος, ἀπὸ τῆς Ἰούδα φυλῆς, ἧς πρώτης ἐλθούσης εἰς ἐκείνους τοὺς τόπους, αὐτοί τε καὶ ἡ χώρα τῆς προσηγορίας αὐτῆς μετέλαβον. Ab eo etiam tempore orta eſt diſtinctio Iudæorum in Palæſtinos & Babylonios. Palæſtini vocati, qui in Iudæam redierunt, quod duæ tribus fecerunt, Iuda & Benjamin. Babylonii qui in

ſupra memoravimus, urbem ac templum reſtituere aggreſſi, ut pauci atque inopes, parum proficiebant. Donec centeſimo fere anno, Artaxerxe rege Perſis imperitante, per eos qui locis praerant, ab ædificando ſunt deterriti. Etenim tum Syria, atque omnis Iudæa, ſub Perſarum imperio, per magiſtratus ac præſides regebatur. Igitur his conſilium fuit, regi Artaxerxi ſcribere: Non oportere Iudæis reſtituendæ urbis ſuæ copiam dari, ne pro contumaci ingenio, reſumptis viribus, aliis gentibus

in Babylonia manſerunt, nimirum undecim reliquæ tribus. Iudæi vero in Palæſtina tanto numero ſuccreverunt, ut colonias in omnes orbis partes emittere coacti fuerint, ut ex Ioſepho & Philone patet. Metropolis eorum Hieroſolyma, tam θρησκείας quam πολιτείας. *Salmaſius.* Vide & Cunæum I. de Republ. Hebr. x, xi.

Parum proficiebant.] Aliquoties impediti, invidia maxime Samaritanorum. Idque factum Cyro adhuc ſuperſtite, cum occupatus bello Maſſagetico aliiſque rebus, alibi eſſet. Deinde Cambyſes omnino prohibuit. Vide Ioſephum xi. Ant. 2, 3.

Centeſimo fere anno.] Recte. Nam ab anno primo Cyri uſque ad Artaxerxem cognomento Longimanum, qui μακρόχειρ Græcis, anni ſunt nonaginta ſeptem, totidemque menſes. Quippe Cyrus rerum potitus eſt annos xxxi. Cambyſes ejus filius ix. Magi duo menſib. vii. Darius Hyſtaſpis F. xxxvi. Aſuerus ſive Xerxes ann. xxi. Summa anni xcvii. menſ. vii. *Druſ.*

Artaxerxe Rege.] Et Sulpicius & Scaliger & Druſius dormitarunt, imo graviſſime hoc loco errarunt. Nam quæ ſub Cambyſe, paucis poſt primum edictum Cyri annis contigerunt, ea ipſi ad Artaxerxem Longimanum referunt. At vero is nullo edicto ſtructuram templi inhibuit, ſed omnibus modis adjutum ivit. Vnde igitur ea ſupinitas, *Centeſimo fere anno?* Ex I Eſdr. iv. ubi Cambyſes *Artaxerxes* vocatur. In Hebræo eſt ארתחשׁשתא & אחשורוש. Quæ nomina unius Cambyſis, LXX. Ἀρταξέρξης tranſtulerunt. Haud adeo mirum, Sulpicium erraſſe, ſed Druſium & Scaligerum errantem non correxiſſe, ſed confirmaſſe, magis mirum. Ergo quæcunq; hic referuntur de Artaxerxe, non Longimani, ſed Cambyſis facinora ſunt. *Horn.* Videtur poſt Cyrum nomen gentilitium fuiſſe Perſarum Regibus Ξέρξης & Ἀρταξέρξης, præter nomen quod habebant ante Imperium. Omnes Reges, poſt illum memorioſum, dictos Artaxerxas, ait Diodorus Siculus xv.* Etiam Darius ab Alexandro victus, dicitur Artaxerxes Iachiadæ ad Danielem xii. ℣. 5. Ex אחשורוש autem, omiſſis gutturalibus, & ו quod fieri ſolet, in ξ verſo fit Xvverx. Et quia vv durior eſt in media voce, etiam hæc à Græcis omiſſa, factum eſt Xerx, & cum Græca terminatione Xerxes. *Art* eſt additamentum quoddam honorificum, ut *Sha* apud Perſas poſteriores. Significat magnum, interprete Heſychio. *Scaliger. Grotius.*

Qui locis præerant.] Vicinis, Syriæ, Phœniciæ, Ammanitis, Moabitis ac Samaritanis. Nam hæ gentes, ob vetera odia, infenſiſſimæ Iudæis ſemper fuerunt. *Horn.*

Qui

bus imperare ſoliti, non paterentur ſub alieno imperio degere. Ita comprobato à rege præſidum conſilio, prohibita urbis ædificatio, uſque in ſecundum Darii regis annum dilata eſt. Sed hoc tractu temporum, qui reges Perſis imperaverint, inſeremus, quo facilius annorum ſeries in ordinem contexta prodatur. Poſt Darium Medum, quem duodeviginti annos regnaſſe ſignificavimus, Cyrus uno & triginta annis rerum potitus eſt. Scythis bel-

Qui reges Perſis imperaverint.] Præter Severum noſtrum, etiam Hironymus, qui Perſis imperaverint, quatuordecim recenſet Dan. VII. cujus verba non pigrabor aſcribere, *Poſt Cyrum, qui regnavit annis triginta, ſcimus apud Perſas regnaſſe Cambyſen filium ejus, & fratres Magos, & deinceps Darium: cujus ſecundo anno cœptum eſt ædificari templum in Ieruſalem: quintum, Xerxen, filium Darii: ſextum, Artabanum: ſeptimum, Artaxerxen, qui μακρόχειρ, id eſt, Longimanus cognominatus eſt: octavum, Xerxen: nonum, Sogdianum: decimum, Darium cognomento nothum: undecimum, Artaxerxen, qui appellatus eſt μνήμων, id eſt, Recordans: duodecimum alium Artaxerxen, qui & ipſe cognominatus eſt Ochus: tertium decimum, Arſen Ochi filium: quartum decimum, Darium Arſami filium, qui ab Alexandro Macedonum rege ſuperatus eſt.* Druſ. Monarchia Perſica duravit annis CC. *Euſeb. Diodor. Sicul. Herodot. Iuſtin. Dion. Halicarn.* Inchoavit eam Cyrus expugnata Babylone, anno Nabonaſſaris CCXVIII. Conditæ Romæ CCXXIV. Olympiadis LXII. anno III. *Chronologi.*

Cyrus uno & triginta annis.] Huic ab Euſebio, Hieronymo & Iuſtino triginta anni, ab aliis novem tantum tribuuntur. Magis autem Ioſephus tribuit annum unum integrum. *Druſius.* Plerique XXX, annos ei adſcribunt: ſed prioribus XXVII. non niſi Perſarum Rex fuit, ut iidem tradunt. Itaque Monarchiam vix triennio tenuit. *Chronolog.*

Scythis.] Gentibus ſupra mare Caſpium, Maſſagetis. Antiquiſſimi orbem in tres partes diſtinxerunt, quarum media ipſis nota, Græciam, Italiam, Aſiam, complectebatur. Septentrionalis Scythia, Auſtralis Æthiopia dicebatur. Strabo. I. Illa Scythia eſt quam hodie uno nomine Tatariam dicimus, plena pugnaciſſimarum gentium. Vnde nomen illud fluxerit, incertum. Probabilis magni Salmaſii ſententia, à Getis: unde præpoſito Σ more Æolum fecerunt Σκύθας. Getæ, Gotthi, Gitæ, Kitæ, Scythæ, unius nominis gens, in multos populos diviſa. Arabes الخطا vocant, qui ſunt Chatæi veterum, Ptolemæo χαΐ), nobis hodie Catai, vel Kitaini, Sed cum olim Scytharum nomen proprium populis Tauricæ Cherſoneſi eſſet, paulatim expeditionibus ſuis in reliquam Sarmatiam & Aſiam Septentrionalem, omnibus id gentibus in ſeptentrione tributum, ut Ammianus Marcellinus docet. Quod etiam ante CCCC. annos, in Tataris factum videmus. Quorum nomen unde fluxerit, ex Planocarpo & aliis docere promtum, niſi obſtaret opuſculi hujus brevitas. Denique illi quibus bellum Cyrus intulit, Scythæ fuerunt inter Tanaim & Iaxartem, ſupra mare Caſpium, quæ Scythia ante CCC. annos,

bellum inferens, in prælio cecidit, ſecundo anno poſtquam Tarquinius Superbus Romæ regnare cœperat. Cyro Cambyſes filius ejus ſucceſſit, regnavitque annos no-

Timuri ævo dicta fuit الدشت قفجاق وبركة deſertum Kafchak & Barca, hodieque *Tataria deſerta* dicitur. Qualis illa gens fuerit, & quam egregia armis moribuſque, Hiſtoria Timuri Arabica oſtendit. Ita igitur illa: *Termini ejus, ad auſtrum mare Hyrcanum & Pontus Euxinus, interjacenteſque Circaſſiorum montes. Ad Orientem Choraſmios, Atrar & Schagnak habent. Donec per multas gentes in Turqueſtanam uſque & Cataiam protenſi, cum Sinis, Mogolibus, Catainis, terminos jungant. In Septentrione Siberia eſt, & vaſtæ incultæque regiones. Hinc in occidentem Ruſſia, Bulgaria, Græcum Othmannicumque Imperium jacet. Gens ipſa moribus, forma, armiſque egregia eſt. Pauca illis urbes ſunt, In plauſtris per aperta camporum, vagis ſedibus, degunt. Tribus eorum plurimæ, lingua, ut Arabum gentes, diviſæ. Summa omnibus ſimplicitas & integritas. Fraudes, & aliæ fallendi artes, ibi exulant.* Pluta ſunt quæ incomparabilis ille author in Scytharum illorum, quos & Cyrus noſter bello pètiit, laudem congerit. Quæ omnia viro, ut de cæteris ejus laudibus nihil dicam, ob rariſſimam humanitatem ſummo, Iac. Golio, orbis debet, cujus cura & liberalitate, authorem illum & habemus, & quod præcipuum, intelligimus. Cæterum illa Scythia ſemper inacceſſa & fatalis Regibus Perſiæ fuit, adeo ut nunquam ultra Iaxartem vel Tanain fines imperii ſui protulerint. *Horn.*

Bellum inferens.] Quod deſcribit Herodot. I. Iuſtin. I. Strabo XI. Cauſa hujus belli non alia fuit quam inſatiabilis ambitio. Nam ut Arabs, qui Timuri res ſcripſit, teſtatur, illa Scytharum regio لرض اكابر الزمان غاية. Quam quiſquis ſubegiſſet, ſummum ſe militaris gloriæ verticem attigiſſe putabat. *Horn.*

In prælio cecidit.] Sic & Herodotus ac Iuſtinus. Sed Herodotus teſtatur, alios de Cyri morte ſermones fuiſſe. *Diodorus* crucifixum ſcribit. *Xenophon.* & *Cteſias* vulneratum in prælio, & paulo poſt ex vulnere deceſſiſſe, & in Paſargadis ſepultum. Strabo XV. Deinde Alexander in Paſargadas venit, ubi erat antiqua regum ſedes. Ibi Cyri ſepulturam vidit, *ἐν παραδείσῳ, πύργον, οὐ μέγαν τῷ δάσει τῶν δένδρων ἐναποκεκρυμμένον*, cum hac inſcriptione: Ω ΑΝΤΡΩΠΕ ΕΓΩ ΚΥΡΟΣ ΕΙΜΙ Ο ΤΗΝ ΑΡΧΗΝ ΤΟΙΣ ΠΕΡΣΑΙΣ ΚΤΗΣΑΜΕΝΟΣ ΚΑΙ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ· ΜΗ ΟΥΝ ΦΘΟΝΗΣΗΣ ΜΟΙ ΤΟΥ ΜΝΗΜΑΤΟΣ. Alii inſcriptionẽ hanc fuiſſe referunt:

Ἐνθάδ᾽ ἐγὼ κεῖμαι Κῦρος βασιλεὺς βασιλήων.

Secundo anno poſtquam Tarquinius Superbus.] Aliter ſenſiſſe videtur Hieronymus prologo in Haggæum prophetam, quando ſecundum annum Darii Hyſtaſpis incidere ait in annum vigeſimum ſeptimum hujus Tarquinii. Verba ſunt, *Quo tempore apud Romanos ſeptimus à Romulo regnabat Tarquinius Superbus, habens annum imperii vigeſimum ſeptimum: qui poſt octo annos expulſus eſt à Bruto, ac deinde rempub. per annos quadringentos ſexaginta quatuor uſque ad Iulium Cæſarem conſules adminiſtrarunt.* Druſius. Apud Euſebium ſecundus annus Tarquinii Superbi incidit in XV. Cyri. Quicquid ſit Cyri mors regnante Superbo accidit. *Sigon.*

Cambyſes filius ejus.] De quo Herodot.

novem. Hic cum Ægyptum atque Æthiopiam bello premeret & ſubegiſſet, victorque in Perſas reverteretur, caſu ſeipſum vulneravit, ex eoque ictu periit. Poſt hujus mortem, Magi duo fratres, natione Medi, menſes ſeptem Perſarum regnum obtinuerunt. Ad hos in-

dot. II. & III.

Regnavitque annos novem.] Ἓξ ἔτη. Ioſ. XI, 3. VII. Funccius. VIII. alii. Hæc diverſitas inde oritur, quia biennium regnavit una cum Cyro, cum is expeditionem in Maſſagetas ſuſciperet. A morte Cyri nonniſi ſexennio ſuperfuit. De quo vide Chronologos.

Aegyptum atque Aethiopiam.] Ægypti Rex fuit Pſammetichus, quo victo & occiſo, totum illud regnum Monarchiæ Perſicæ adjectum fuit. Æthiopiam ἰχθυοφάγων, quæ ad mare rubrum, inops regio, Cambyſes quoque ſubegit. Sed Μακροβίους, qui ſupra Meroën, ubi hodie Abaſeni, fruſtra tentavit. Vide Herodotum. Sed cave à fabulis ejus, quarum in illa narratione fœcundus eſt.

Caſu ſeipſum vulneravit.] Audita Magorum rebellione, feſtinatis itineribus in Perſiam contendit: & dum equum conſcendit, gladio ſua ſponte evaginato, in femore graviter vulneratur. Ita *Iuſtinus.*

Ex eoque ictu periit.] Apud Ecbatanas Syriæ. *Cteſias* apud Photium. *Herodot.* II. Ioſephus XI, 3. ὑποστρέψας ἐτελεύτησεν ἐν Δαμασκῷ. An ergo Ecbatana Syriæ eadem cum Damaſco? Obſtat Plinius V, 19. qui Ecbatanam in ora Syriæ oppidum fuiſſe refert, poſtea Carmelum appellatum. *Horn.*

Magi.] Suidas: Μάγοι παρὰ Πέρσαις οἱ φιλόσοφοι. Docebant in aula Regum Perſiæ τὰ βασιλικὰ, ut ex Alcibiade Platonis notum. Vnde magna ipſorum authoritas, adeo ut Cambyſes ad bellum Ægyptium profecturus, reliquerit Magorum unum μελεδωνὸν τῶν οἰκηΐων. *Sphanhemius.* Quæ ipſis occaſio fuit regnum per ejus abſentiam, invadendi.

Duo fratres.] Duos tantum fuiſſe Magos qui Perſicum imperium occuparunt, præter noſtrum tradunt Herodotus III. Oroſius II. Cedrenus, Conſtantinus Manaſſes & alii. At Ammianus Marcellinus XXIII. ſeptem commemorat, & idem de Val. Maximo IX, II. viſum, cujus locum feliciter emendavit Rutgerſius I. Var. VIII. Ergo probabilius, duos tantum hujus fraudis architectos fuiſſe. Nomina horum variant. Iuſtinus Cometem & Oropaſten habet. Herodotus Smerdin & Prexaſpen. Sed nihil certi de barbaricis hiſce nominibus ſtatui poteſt. Tarich Muſulmanicum, unum ex his vocat جاماسب حكيم *Ghamasb* Sapientem. Sunt qui eum Artoſaſtam eſſe putent, de quo Eſdræ IV. Sed ille idem cum Aſſuero, id eſt, Cambyſe eſt.

Menſes ſeptem.] Ioſeph. ἐνιαυτόν. Plerique tamen Chronologi à Sulpicio ſtant.

Perſarum Regnum obtinuerunt.] Cum enim Cambyſes ſomnio territus per Prexaſpen clam fratrem Smerdin è medio tuliſſet, & facinus illud Perſas lateret, Magus Patizithes fratrem, quem habebat Smerdin, occiſo cognominem, pro Smerdi Cyri filio, Cambyſe abſente, venditat, quod is eſſet εἰκὼς μάλιστα τὸ εἶδος Σμέρδῃ τῷ Κύρου, & illi perſuadet, ut ſolium regium invaderet. Paret Smerdes fratri. Caduceatores & præcones novi Regis imperium ubique divulgant. Cambyſes nuntio hoc percellitur, & dolo à Prexaſpe ſe circumventum arbitratur. Prexaſpes de

interficiendos ſeptem nobiliſſimi Perſæ conjuraverunt, quorum princeps fuit Darius Hyſtaſpis filius, natus ex fratre patruele Cyri, omniumque conſenſu regnum ei de-

de nece fratris eum certum eſſe jubet, & ſcenam per conjecturam detegit, à Patizithe fratrem Smerdin ſubſtitutum. Cambyſes Smerdin ὑποβολιμαῖον caſtigaturus, domum redire ſatagit, ſed proprio gladio in femore perſtrictus, in Ecbatanis Syriæ moritur. Ante mortem Perſarum τοὺς λογιμωτάτους accerſit, necem fratris prodit, & cauſam, & Magorum dolum. Ab ejus obitu Prexaſpes negat facinus à ſe in Smerdin Cyri filium admiſſum, quod non amplius tutum erat fateri, Cambyſe extincto. Hinc Cambyſis oratio ficta videtur, & Smerdis hypobolimæus regnat ſeptem menſibus, & beneficiis ſibi devincit Perſas & nationes vicinas, publicans ἀτέλειαν στρατηΐης καὶ φόρου. *Spanhemius.*

Septem nobiliſſimi Perſæ.] Quorum nomina extant apud Herodotum libro III. Sunt autem Otanes, Intaphernes, Gobrias, Megabyzus, Aſpathines, Hydarnes, Darius Hyſtaſpis, cujus patet Perſis præerat. *Druſ.* Octavo menſe ſchema Magorum detegitur ab Otane Perſa per Phædymam filiam Smerdis concubinam. Deprehendit illa Smerdin auribus carere, quibus Cyrus ipſum truncaverat. Otanes ea de re edoctus cum fidiſſimis conſpirat contra Magos. Darius Hyſtaſpis filius ſe illis ſociat. Prexaſpes fabulam aperit. Conjurati in regiam irruunt, Magos fratres trucidant. Magorum dolus toti ordini funeſtus redditur. Perſæ in Magos obvios ſæviunt. Inde hic dies feſtus Perſis, & μαγοφόνια dictus, quo die nulli Magorum in publicum prodire licet. Hæc Herodotus prolixe refert in *Thalia. Cteſias* variat in nominibus & circumſtantiis. *Spanhem.* Pauci autem conjuraverant, quo tutiores eſſent. Thucydid. VI.

Darius Hyſtaſpis filius.] Δαρεῖος, φρόνιμος. Heſych. ἑρξείης Herodot. libro VI. Hyſtaſpes in Tarich dicitur كشتاسب, Kiſchtasb, eſtq; ipſius Darii nomen. Videtur nomen fuiſſe Medicum, apud quos Hydaſpes & fluvii & Regis nomen fuit. Hunc fuiſſe illum ſub quo templum reſtitutum eſt, multis argumentis oſtendi poteſt. Præcipuum hoc eſt. Teſtatur Haggæus II, 4. illos qui primitus è Ieruſalem abducti fuerant, ſtructuram templi ſecundi vidiſſe. A combuſto autem priore templo ad Datium Nothum fluxere anni CLXXVI. Quis illo ævo tam longævus ut CLXXVI, annos viveret? Deinde, ſi Eſdras miſſus ab Artaxerxe Mnemone, vixit fere CC. annos. Genitus enim eſt à Saraia Pontifice, quem Chaldæi occiderunt. Denique Zorobabel & Ieſus filius Ioſedec, qui ſub Cyro præfuerunt templi ſtructuræ, ac poſtmodum Dario, fuiſſent CXXX. aut CXL. annorum. Accedit conſenſus Interpretum. Ioſephus XI, 4. Euſeb. Hieron. Torniell. Salianus, & alii. Eratque nomen regium. Iuſtin. X. *Darii nomine, ne quid regiæ majeſtati deeſſet, honoratus.*

Natus ex fratre patruele Cyri.] Pater Cyri erat Cambyſes, Hyſtaſpis Arſamenes. Ergo Cambyſes & Arſamenes fratres erant, & horum filii fratres patrueles. Nam maximus filiorum Hyſtaſpis Darius, occiſo Pſeudoſmerdi, Perſarum regnum è Magorum manibus vindicavit. Quod Cyro in Scythiam expeditionem facienti longe ante revelatum fuerat in ſomnis. Vide Herodotum lib. I. *Druſ.*

Omnium conſenſu.] Quem præceſſit equi hinnitus, fatale imperii omen. *Iuſtin.* I. Vnde poſtea Darium in ſigillo habuiſſe ſculptum equum, à Scholiaſte Thucydidis eſt notatum.

Annos

delatum: regnavit annos ſex & triginta. Hic ante quadriennium quam decederet, apud Marathonam pugnavit, celeberrimo Græcis Romaniſque hiſtoriis prælio. Id geſtum, poſt Romam conditam, anno fere ducenteſimo & ſexageſimo, Macherino & Augurino conſulibus. Abhinc annos, ſi tamen inveſtigatio Romanorum conſulum non fefellit, IↃ CCC LXXX. *&* VIII. *Omne enim tempus in Stiliconem conſulem direxi. Poſt Darium Xerxes fuit, iſque unum & viginti annos regnaſſe traditur: quanquam in pleriſque exemplaribus viginti & quinque annos imperii ejus fuiſſe reperi. Huic ſucceſſit Artaxerxes, cujus ſupra mentionem fecimus. Hic*

cum

Annos ſex & triginta.] Quibus communiter annumerant VII. menſes quibus Magi tegnum tenuerunt. Et tum XXXVII. ſunt. *Chronol.*

Apud Marathonam pugnavit.] Quo bello nihil notius. Marathon Atticæ urbs, *magnarum & multarum virtutum teſtis*. Mela II. Vide Herodotum VI. Pauſ. I. Probum in Themiſtocle & Miltiade. Iuſtinum II.

Macherino & Augurino conſulibus.] T. Geganius Macerinus, & P. Minucius Augurinus conſules fuerunt anno Vrbis CCLIX. teſte Livio, quem hic noſter ſecutus eſt. *Sigon.*

IↃCCC. LXXX. *&* VIII.] Scaliger addit biennium ſolidum. *Nam à conſulatu*, inquit, *Macerini & Augurini ad conſulatum Stiliconis, anno Chriſti Dionyſiano* CCCC. *indictione* XIII. *anni ſunt præciſe* IↃ CCCXC.

Omne tempus in Stiliconem conſulem direxi.] Fl. Stilico conſul fuit anno Chriſti CCCC. mundi vero, ut quidem è Sulpicio noſter Giſelinus computat, 5869. vel potius 5819. imperante Honorio. *Druſ.*

Xerxes.] In Tarich اسفندیار Iſphandiar. In ſacris annalibus אחשורוש, ut ex nomine probat Scaliger. Sed notandum, commune illud nomen Regum Perſarum fuiſſe. Igitur & Cambyſi tributum, Eſdr. IV. 6. ut ſupra diximus.

Vnum & viginti annos.] Perperam in Sigonio, *uno & triginta*. Chronicon Euſebii, *Perſarum quintus Xerxes filius Darii ann.* XX. Exemplaria quæ vidi, nihil variant. Videntur tamen olim variaſſe. *Druſ.*

Quanquam in pleriſque exemplaribus.] De Euſebianis vulgo interpretantur. Quanquam fieri poteſt ut alia Chronica in mente habuerit. Vt ut ſit, ſunt qui Xerxi viginti octo annos imperii tribuant. Cæterum omiſit ſucceſſorem Xerxis Artabanum, quia menſes tantum ſeptem regnavit, qui menſes in ordine annorum reputantur, ait Euſebius. *Druſ.*

Artaxerxes.] Qui & Artoxerxes. Ebraice autem Arthalaſtha. Duo autem fuerunt hujus nominis, quorum prior, de quo hic ſermo, *μακρόχειρ*, id eſt, Longimanus cognominabatur: poſterior, qui Dario Notho ſucceſſit *μνήμων* dictus eſt, id eſt, Memor, ſive, ut Hiero. interpretatur, Recordans.

cum inhiberi ædificationem urbis Iudææ, templique juſſiſſet, ſuſpenſum opus uſque in ſecundum Darii regis annum pependit. Sed ut uſque ad eum temporum ordo connexus ſit, Artaxerxes regnavit annos unum & quadraginta, Xerxes duobus menſibus. Poſtque eum Sucdianus ſeptem menſibus fuit. Darius deinde, ſub quo templum eſt reſtitutum, regnum adeptus eſt, cui Ochus tum nomen erat. Hic cum ex Hebræis tres adole-

Druſius. In Tarich dicitur كي بهمن, Kai Bahman, cognomento Daras Daſt, id eſt Longimanus. R. David Kimchi intempeſtive ſubtilis, Longimanum à magna potentia dictum vult. De quo etiam Iudæi diſputant, an fuerit maritus Eſther? In חסר.

Cum inhiberi ædificationem.] Pergit in errore ſuo. Artaxerxes non inhibuit, ſed promovit opus quam maxime. Subverrenda igitur opinio illa, quæ monſtroſam in Chronologia & Hiſtoria confuſionem parit. Mirandum eſt Scaligerum non id deprehendiſſe. *Horn.*

Annos unum & quadraginta.] In Euſebio XL. tantum. Præter illos, XVI. annis cum patre Xerxe imperavit. Igitur in univerſum LVI. Sed XVI. anni non ſupputantur à Chronologis. Hujus tempore ceſſavit Ordinaria Prophetarum ſucceſſio. Vnde Ioſephus I. contra Apionem, cum dixiſſet à Moſe ad Artaxerxem ſcripſiſſe Prophetas, addit: ἀπὸ δὲ Ἀρταξέρξου μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου γέγραπται μὲν ἕκαστα, πίστεως δ' οὐχ ὁμοίας ἠξίωται τοῖς πρὸ ἑαυτῶν, διὰ τὸ μὴ γενέσθαι τὴν τῶν προφητῶν ἀκριβῆ διαδοχήν. *Horn.*

Xerxes duobus menſibus. Poſtque eum Sucdianus.] Hos duos reges plerique omittunt. Sane Thucydides ſtatim à morte Artaxerxis Darium regnaſſe ſcribit. *Druſius.* Vnde etiam anni ipſorum partim Darii Nothi, partim Artaxerxis Mnemonis adſcribuntur. Sucdianus, aliis Sogdianus.

Septem menſibus.] Sic etiam Euſebius. Quanquam in exemplari quod Henricus Stephanus excudit, *Sogdianus menſes 8.* Sequitur in eodem, *ſic per menſes diverſos his ſuperioribus annus accreſcit.* Druſ.

Darius.] Cognomento Nothus. *Euſebius.*

Sub quo templum eſt reſtitutum.] Id quod ſupra refutatum eſt. Argumentum, quo Scaliger imprimis motus eſt, fuit, quod putaret Saneballerum, de quo Neh. XIII. fuiſſe coævum Iaddo Pontifici & Alexandro Magno. Id quod falſum vel incertum ſaltem eſt. Nam quid obſtat quo minus duplex Sanballat, pater, filius vel nepos fuerit? De quo poſtea. *Horn.*

Cui Ochus tum nomen erat.] Darius Ochus, ut Artaxerxes Ochus. Vox hæc in lingua Perſarum magnum ſignificat. Quod notatum Ebræis in Achas veros. Nam Ochos & Achas idem valent. Darius ergo Ochus, id eſt, magnus. Sic Alexander magnus, Pompeius magnus, Carolus magnus. Omne enim magnificum magnum dicebant, ut mater magna, dii magni, rex magnus. *Druſ.*

Ex Hebræis tres adoleſcentes.] Zorobabel ex Ebræis erat. Etiamne cæteri? mihi nuſquam id lectum, quod meminerim. Hiſtoria refertur, III Ezræ III. & apud Ioſephum lib. II. c. 4. itemque in hiſtoria Ebraica fol. II. col. 2. *Idem.*

Cor-

leſcentes ſpectatæ fidei, corporis cuſtodes haberet, unuſque ex his prudentiæ documento admirationem regis in ſe convertiſſet, delata ſibi optione petendi, ſi quid animo concepiſſet, ingemiſcens patriæ ruinis, copiam reſtituendæ urbis popoſcit, meruitque à rege, ut ſubregulis ac præſidibus imperaret, ut ædificationem ſacræ ædis, præbitis impendiis maturarent. Ita templum quadriennio conſummatum, ſexto poſt anno, quam Darius regnare cœperat, idque Iudæis ſatis viſum: & quia magnæ molis erat urbem reſtituere, diffiſi viribus, opus multi laboris incipere non auſi, templo continebantur.

Per

Corporis cuſtodes.] Σωματοφύλακες, οἱ φυλάσσοντες τὸ σῶμα τοῦ βασιλέως: corporis cuſtodes, qui cuſtodiebant corpus regis, III Ezræ III,3. שומרי ראש המלך *capitis regis cuſtodes*, ſive, *qui cuſtodiebant caput regis*. Hiſtoria Ebraica.

Vnuſque ex his.] Zorobabel, qui eo loco erat apud hunc regem, quo Daniel fuerat apud alios: cujus elogium habetur in hiſtoria Ebraica, *An vidiſtis in univerſa terra* (verba ſunt Darii ad principes ſuos) *ſimilem huic Zorobabelo, virum intelligentem & ſapientem, ſpiritu Danielis præditum, &c?* Ad hunc locum Sigonius annotat, *Videndum eſt autem Sulpicio, num recte Zorobabel dici adoleſcens, regnante Dario ſecundo, poſſit, qui centum amplius annos ipſo supputante haberet.* Scire licet duos Zorobabeles fuiſſe. Quod obſervatum Galatino de arcanis catholicæ veritatis lib. 7. cap. 12. Vide ſi placet. Vtut ſit, Zorobabel hic egit cum Dario ſecundo, & non cum primo. Liquet ex eo quod Darius, ſub quo vixit, inter duos Artaxerxes ponatur. Quis autem ille niſi Darius ſecundus? *Druſ.* Quæ de duobus Artaxerxibus dicit & Dario ſecundo, ſupra confutata ſunt.

Prudentiæ documento.] Nam cum quæſtio mota eſſet, Quænam res majores vires haberet, & unus dixiſſet vinum, alter regem: Zorobabel tertius intulit mulierem, & ſupra omnia veritatem: cujus prudentiam rex admiratus, dedit optionem petendi quod vellet. *Druſ.*

Copiam reſtituendæ urbis.] Id eſt, licentiam, facultatem. Inferius, *daret ſibi eundi & reſtituendæ ejus poteſtatem.* Et ædificandi templi. Nam utrumque rex voverat, III Ezræ IV. ℣ſ. 43. & 44. *Druſius.*

Meruitque à Rege.] Dario Hyſtaſpis. Ioſephus XI, 4. Οὗτος ἰδιώτης ὢν ηὔξατο τῷ θεῷ εἰ γένοιτο βασιλεὺς, πάντα τὰ σκεύη τοῦ θεοῦ, ὅσα ἦν ἔτι ἐν Βαβυλῶνι πέμψειν εἰς τὸν ναὸν τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις. I Eſdr. V.

Templum quadriennio conſummatum.] Nam anno ſecundo Darii cœptum, ſexto demum conſummatum fuit. Ezræ VI,2. & VII,5. *Druſ.* Vide Ioſeph. XI,4.

Eſdras.] Qui Ebræis Ezra. Ezra Ezras, ut Iuda Iudas. Hoc primum: deinde z in ſd mutavit, more Dorico: Dores enim certe συρίσδω dicunt pro συρίζω. *Druſ.* Apparet autem tum ex libro ejus, tum ex fama apud Hebræos, Eſdram fuiſſe virum & valde eruditum, & mire φιλοπατρίδα, cui comparari

Per idem tempus, Eſdras, ſcriba legis, poſt viginti fere annos quam templum fuerat conſummatum, defuncto jam Dario, qui unum de viginti annis rerum fuerat potitus, permiſſu Artaxerxis ſecundi, non illius qui inter duos Xerxes fuit, ſed hujus qui Dario Ocho ſucceſſerat, Babylonia profectus, multiſque eum ſequutis, Hieroſolymam pervenere. Vaſa quoque diverſi operis, & dona, quæ rex templo Dei miſerat, cum duodecim Levitis. Vix enim hic numerus ex illa tribu repertus traditur. Is cum deprehendiſſet Iudæos gentilium connubiis

parari forte poſſit Sempronius ille dictus σοφός. *Grotius.* Fuit filius Saraiæ Pontificis, quem Nebucadnezar anno XI. Sedeciæ, occidit. IV Reg. XXV, 18. & 21. Eſdræ VII, 1. frater Ioſedeci. Imo Hebræi apud Hieron. in Tradition. putant Eſdram eundem eſſe cum Ioſedec & binominum fuiſſe. Sed hoc falſum eſt. Rupertus & alii opinantur Eſdram fuiſſe Malachiam. Auguſtinus XXIII. Civ. Dei 36. putat eum quoque ſcripſiſſe librum Eſther.

Scribæ legis.] ספרים primario ſunt γραμματικοὶ, literatores ſive ſcribæ. Sæpius autem nomen hoc excellentiore ſignificatione uſurpatur de literatis, non quibuſvis, ſed qui ſacras literas in Synagogis interpretarentur. *Voſſius.* Non fuerunt iidem cum νομικοῖς. Communis patrum opinio eſt, Scripturam ab Eſdra inſtauratã, cum ejus libri à Chaldæis aboliti fuiſſent. Quod fabuloſum, Id quidem probabile eſt, Sacros libros ab eo in Canonem digeſtos, & priſtino nitori reſtitutos. De novis literis & punctis vocalibus ab eo repertis, Hieronymus & alii. In quo falluntur. Nam literas ex Aſſyria ſecum attulerunt, cum antehac Samaritanis uſi fuiſſent: apices autem iſti demum inventi à Tiberienſibus. *Voſſius.*

Poſt viginti fere annos.] Redundat *fere*, ut ſæpe in hoc libro. Nam anno ſexto Darii conſummatum fuit templum. Ab eo tempore Darius vixit ann. XIII. Septimo anno Artaxerxis Mnemonis Ezras Babylonia profectus eſt. Ecce viginti anni ſolidi. Nam XIII. & VII. faciunt XX. Eſdras iſte à Iudæis perhibetur fuiſſe admodum ſanctus & manſuetus: unde ob morum ſimilitudinem. Hillel vocatur diſcipulus ipſius Ezræ. *Druſ.* Quæ de Artaxerxe Mnemone dicit, nullius ſunt momenti, ut ſæpius monitum. *Horn.*

Defuncto jam Dario.] De Ocho loquitur, qui ab eunucho Bagoa veneno necatus. *Diodor.* XVIII. ꝟſ. 5. Cadaver ipſius Bagoas felibus objecit, & oſſa quædam illius, exprobrandæ crudelitatis cauſa, converti in manubria gladiorum juſſit. Ælianus. VI. Var. Hiſtoriar. 8.

Qui unum de viginti annis.] Sic Euſebius & alii.

Artaxerxis ſecundi.] Qui μνήμων, ſive memor eſt cognominatus. *Druſ.* Fuit Longimanus, qui anno regni ſui VII. Eſdram Nehemiam XX. miſit in Iudæam.

Multiſque eum ſequutis.] Eſdræ VIII. Druſius corrigit; *multique eum ſequuti.* Nam ſi prior lectio recipitur, ſcribendum cum Galeſinio, *Hieroſolymam pervenit.* Druſ.

Gentilium.] Gentium terræ Chanaan: item

biis permixtos, multis increpitos, renunciare iſtiuſmodi matrimoniis, ac filios ex his ſuſceptos extrudi jubet: omneſque dicto paruere. Purgatus populus, veteris legis ritum agebat. Cæterum Eſdram nihil ſuper reficienda urbe egiſſe comperio: credo potiorem curam ratus, plebem corruptis moribus reformare. Erat ea tempeſtate apud Babyloniam Neemias, miniſter regius, gente

irem Ammonitarum, Moabitarum & Ægyptiorum. Ezræ IX, 1. *Druſ.* Deus Exodi XXXIV. & Deuteron. VII, ℣ſ.3. præceperat Iudæis ne uxores ducerent Chananæas, quæ incolebant terram ſanctam à Iudæis occupandam, idque ob periculum perverſionis, ne ſcilicet ab idololatris uxoribus pellicerentur ad colendum idola, ut inſinuat Nehemias c. ult. ℣ſ.24. & 26. Idem judicium erat de Ammonitis, Moabitis, Ægyptiis, &c. intellige, niſi uxores prius abjectis idolis ad Deum verum, & Iudaiſmum ſe converterent; tunc enim licebat eas ducere, uti Salmon duxit Rahab, & Booz duxit Ruth. Cauſam peccati Lyranus, & Gloſſa aſſignant hanc, quod Iudæi venientes in Ieruſalem, videnteſque uxores ſuas ex labore & ærumnis itineris macilentas, rugoſas & deformes, eas contempſerint, ideoque duxerint è vicinis gentibus juvenculas, vegetas & ſpecioſas.

Veteris legis ritum augebat.] Druſius authorem reſpexiſſe putat ad ſolam de non ducendis alienigenis legem, quæ habetur Exod. XXXIV.16. In quo ipſum ratio fugit. Nam loquitur de univerſali veteris legis obſervatione; ac Scenopegiæ feſtum reſpicit, quod tum celebrarunt. Vide Ioſephum XI, 5.

Eſdram nihil ſuper reficienda urbe egiſſe.] Nam ea cura Nehemiæ fuit. Vnde dictitant, Zorobabel templum extruxit: Eztas diſciplinam reformavit: Nehemias urbem reſtituit. *Druſ.*

Erat ea tempeſtate.] Anno vigeſimo regni Artaxerxis ſecundi. *Druſ.* Primi *Horn.*

Apud Babyloniam.] Imo apud Suſas. Nam diſerte Nehem. I, 1. *ego eram in Suſan Habbira:* quod reddi poteſt, Suſis in arce vel caſtro. Quanquam ſunt qui malunt, *in metropoli.* Druſ. Suſa urbs nota per Hiſtoricos & Poëtas: ſic dicta ob amœnitatem, ex nomine lilii, quod שושן, Hebræis, σοῦσα Perſis, ut notat Athenæus, unde & σούσινον μύρον, ſive χρῖσμα, unguentum è lilio, memoratum eidem Athenæo, Theophraſto, Dioſcoridi. *Grot.*

Neemias.] Inſerenda eſt aſpiratio, ut ſit Nehemias. Huic pater erat Hachalias, & cognomentum Hatharſatha. *Druſ.* Huic Neemiæ Camillum comparo. Ambo magnæ virtutis, ſeditionibus agitati, patriæ ſuæ reſtituti. Ioſephus ei hoc reddit elogium: *ἀνὴρ ἐγένετο χρηστὸς τὴν φύσιν, καὶ δίκαιος, καὶ περὶ τοὺς ὁμοεθνεῖς φιλοτιμότατος, μνημεῖον αἰώνιον αὑτῷ καταλιπὼν τὰ τῶν Ἱεροσολύμων τείχη. Grot.*

Miniſter regius.] Miniſter vinatius, Chronicon Euſebii. משקה למלך pincerna ſive pocillator regis. Nehem. I, 11. *Druſ.* Cauſa cur Artaxerxes Iudæo pincerna uſus, hæc fuit, quia *Perſarum Reges vinum Chalybonium tantum ſumebant, quod in Damaſco Syriæ gignebatur.* Athen. I. Suidas. Ergo, præter alias cauſas quæ acceſſerunt, Iudæo pincerna, vinorum talium peritiore, uſus eſt. *A Lapide.* Multis Hebræis apud exteros Reges modicæ dignitates obtigere, ut Danieli & ſociis ejus, Zorobabeli. Idem

te Iudæus, Artaxerxi merito obſequiorum chariſſimus. Is Iudæos percontatus, quis paternæ urbis ſtatus eſſet? ubi comperit, in iiſdem ruinis jacere patriam, totus ſenſibus conturbatus, cum gemitu multiſque lachrymis oraſſe ad Deum traditur, delicta gentis ſuæ reputans, miſericordiamque divinam efflagitans. Igitur, quum eum rex, inter epulas, mæſtum extra ſolitum animadvertiſſet, popoſcit ab eo, cauſam dolorum ut exponeret. Tum ille, adverſa gentis ſuæ, & ruinam civitatis deflere, quæ jam per annos fere ducentos & quinquaginta ſolo ſtrata, malorum teſtimonium, ſpectaculum inimicis præberet: daret ſibi eundi & reſtituendæ ejus poteſtatem. Paruit rex piis precibus: ſtatimque eum cum præſidio equitum, quo tutius iter ageret, dimiſit: da-

dem & poſteris temporibus eveniſſe videas apud Mahummedanos reges Hiſpania, Africa, Ægypto, Perſide, & Turcarum imperio. *Grot.*

Gente Iudæus.] Ex hoc colligunt nonnulli Sulpicium ſtatuiſſe Nehemiam eſſe ex tribu Iuda. At non hoc dicit, & Iudæum vocat, qui ex una duodecim tribuum. Nec aliunde quam ex 11 Maccab. 11, 21. probari poteſt ſacerdotem ex tribu Levi fuiſſe. Longævitatis ejus argumentum eſt, quia jam anno primo Cyri cum Eſdra reverſus eſt Hieroſolymam. Ab eo autem ad XXXII. Artaxerxis Longimani, ad quem Nehemias pervenit, fluxere anni XCVI. Ergo hoc tempore Nehemias minimum CXVI. annorum. Hoc argumentum poſſet aliquem movere, ut exiſtimaret duos fuiſſe Nehemias. Sed quia plerique interpretes contra ſunt, nolim id pro certo aſſerere. *Horn.*

Artaxerxi.] Ioſephus hunc perpetuo cum Xerxe confundit. XI, 5. Eſt autem Longimanus, non Mnemon. *Horn.*

Iudæos.] Ἄνδρες Ἰουδαίους, id eſt, Iudæos, Sic Græci LXX. Sed & pleraque Latina exemplaria habent, *viri Iuda:* licet in aliis ſit ut etiam in fonte Ebræo, *ex Iuda.* Quæ lectio ambiguitatem habet. Nam poteſt ſenſus eſſe, *viri ex Iuda*, id eſt, Iudæi: vel, *venit Hanani & viri (alii cum eo) ex Iuda*, id eſt, Iudæa. *Druſ.*

Paternæ urbis.] Id eſt, patriæ. Aut *paternæ*, quoniam à patribus habitata, hoc eſt, à majoribus ejus. Sietraditio paterna, quæ à majoribus tradita. Nam hos patres Ebræi vocant. *Idem.*

Patriam.] Ieroſolymam. *Druſ.* Et totam regionem. *Ioſeph.*

Extra ſolitum.] Neh. 11. Præter ſolitum. Sic Terent. *extra unam ancillulam.* Druſius. *μὴ ἀπολουσάμενος.* *Ioſeph.* Pulvere lachrymiſque fœdatus.

Ducentos & quinquaginta.] Sigonius emendat, *& ſexaginta.* Nam anni erant, *inquit*, præciſe, *ducenti & quinquaginta octo.* Ideo adjectum *fere.* Mendum, ut credibile eſt, è notis numerorum. *Druſius.*

Quo tutius iter ageret.] Agere iter phraſi

datis ad prætores epiſtolis, ut neceſſaria præberent. Is quum Hieroſolymam perveniſſet, viritim populo opus urbis diſtribuit,& certatim juſſa omnes curabant: jamque ad medium machinæ proceſſerant, quum flagrante invidia, gentium vicinæ urbes conſpirant, opera interrumpere, Iudæos ab ædificando deterrere. Sed Nehemias, diſpoſitis adverſum incurſantes præſidiis, nihil territus, cœpta explicuit: conſummatoque, & valvis portarum perfectis, per familias, conſtruendis interius domibus, urbem dimiſſus eſt. Cenſuitque populum mini-

phraſi eſt minus uſitata, tamen Sulpicius utitur etiam dialog. II. ſegm. 4. *iter cum eo, dum diœceſes viſitat, agebamus.* Nec Ovidius de arte lib. II. eam abhorruit. *Idem.*

Ad prætores.] Subreguli & præſides vocantur, paulo ante. *Druſ.* Ex his fuit Aſaph, præfectus monti Libano, quæ regio Παράδεισος vocabatur.

Gentium vicinæ urbes.] Arabum, Ammonitarum, Samaritanorum & Azotiorum. *Druſ.* Addit Ioſephus: καὶ πάντες ἐν τῇ κοίλῃ Συρίᾳ νεμόμενοι. Principes conſpirationis fuerunt Sanballar Horonites, Tobias Ammonites, Goſem Arabs. Porro ſciendum duplicem fuiſſe Sanballat. Quorum unus ſocer Manaſſis, primi Samaritanorum in monte Garizim Pontificis, qui tempore Alexandri M. vixit. Ioſeph. XI, 7, 8. Alter coætaneus Nehemiæ, ſocer Iojadæ, regulus Moabitidis, qui alterum illum annis CIX. anteceſſit. *Salianus.* Hoc ſi conſideraſſet Scaliger, non tam operoſe Artaxerxem Mnemonem, & Darium Ochum, nobis obtruſiſſet. Cæterum memoria & genus hujus Sanballati adhuc in Oriente ſupereſt. Apud Halebum civitas Achilles eſt, cujus Princeps vocatur Ibn Sumbolar, id eſt, filius Sanballati, & ſe ortum dicit ab hoc Sanballeto. Familia ejus vocant ſe invicem *Ammiogli*, id eſt, frater Ammonita. Nam dicunt ſe ortos ab Ammonitis. *Purchaſius.*

Vicinæ urbes conſpirant opera interrumpere.] Sic lib. I. *In bellum conſpirant Hebræos armis depellere*, & alibi: *conſpirant ſubvertere.* Giſelin.

Diſpoſitis adverſum incurſantes præſidiis.] Ioſephus: καὶ ὁ μὲν οἰκοδόμος μάχαιραν εἶχε, καὶ ὁ τὴν ὕλην παρακομίζων. Id eſt, quiſque ædificantium armatus erat. Sic olim Hiſpani aſſidue cum Saracenis confligentes, perpetuo armati incedebant: iſque adhuc mos viget. Nam ruſtici ne arant quidem ſine gladio. Sic & Hungari Turcarum incurſionibus expoſiti ab aratro ad arma proſiliunt.

Cœpta explicuit.] Vt lib. I. *opus vigeſimo anno explicuit*, id eſt, abſolvit. *Druſ.*

Conſummatoque.] Sic fere abſolute loquitur Tacitus atque alii authores. *Giſelin.* Crediderim deſiderari *muro.* Vt ſit, *conſummatoque muro.* Sic enim Nehemias: *poſtquam ædificatus eſt murus & poſuit valvas.* Sigon. Excidit vox quam Sigonius ſupplet, *conſummatoque muro*, hiſtoria id mirabiliter comprobante. *Druſ.*

* *Dimiſſus eſt.*] Galeſinius & Giſelinus, *dimenſus eſt.*

Ad

nime urbi parem. Neque enim amplius quam ad quinquaginta millia promiſcui ſexus atque ordinis reperta. Tantum ex illo, quondam immani numero, frequentibus bellis, abſumptum, aut captivitate detentum. Nam olim hæ duæ tribus, quarum hoc reſiduum fuit, quum ab his decem tribus ſeparatæ ſunt, CCC. & XX. *millia virorum armaverant. Adeo ob peccatum internecioni & captivitati datæ, ad hanc uſque paucitatem devenerant. Sed hæc, ut dixi, plebs duarum tribuum fuit: decem vero prius ductæ, per Parthos, Medos, Indos, atque Æthiopas, diſperſæ, nunquam in ſolum pa-*

Ad quinquaginta millia.] Numerus civium erat 42360. Servorum & ancillarum 7337. Cantorum & cantatricum 245. Summa 49937. Eorum autem qui Nehemiæ ſeptimo expreſſe numerati ſunt, ſumma eſt 31389. *Druſ.*

Immani numero.] Id eſt, magno, ingenti. Sic Varro in III. de Re Ruſtica: *immanis numerus annorum.* Druſ.

Hæ duæ tribus.] Iuda & Benjamin. Adde ſis tribum Levi, quæ hoc reſiduo etiam continetur. Nam una cum duabus abducta, cum iiſdem poſtliminio rediit in terram patriam. *Druſ.*

CCC & XX. *millia.*] Lege CLXXX. *millia.* Sic enim ſupra ſcriptum eſt ex libro Regum. Error ex notis natus CCCXX. & CLXXX. *Sigonius.* Dubitat Druſius an hoc verum ſit. Certe dubitandi exiguus locus, cum Aſa I> millia recenſuerit, & alii plures quam CXX. *Horn.*

Decem vero prius ductæ.] Contra cenſet Theodoretus in Ezechielē, inquiens: *Nemo dicat, ædificationem Hieruſalem ad Iſraël non pertinuiſſe, cum jampridem à tribu Iuda diviſus eſſet: namque poſt reditum haud manſit illa diviſio, verum concordes, & unanimes omnes, qui reditum conſequuti fuerunt, degebant, Hieruſalem metropolim incolentes.* Huic vero, neſcio, an ſit aſſenſus præbendus. *Sigon.*

Per Parthos, Medos, Indos, atque Aethiopas.] Omiſit Aſſyrios. Indorum atque Æthiopum nulla mentio in ſacris litteris. Vide IV Reg. XVII, 6. & XVIII, 10. item I Paralip. V, 26. In his mentio Colchorum & Iberiæ, fluviique Gozan, & urbium Mediæ. Parthos autem videtur Perſas dicere. Ioſephus Orig. lib. IX. cap. 14. *Salmanaſſer populum traduxit in Mediam & Perſidem.* Druſius. Vide & Benjaminum in Itinerario. Arabes Hind & Sind faciunt duos Chami pronepotes, à quibus dictæ regiones illæ ſint. *Golius.* A Scythis, ut & Perſæ, orti ſunt. Nam Indi ſive IndoScythæ eadem dialecto utebantur qua hodierni Perſæ. Omnia quippe vocabula, quæ Indica eſſe ſcribit Cteſias in Indicis, Perſica ſunt, & à Perſica Dialecto, quæ hodie eſt, deduci poſſunt. Ergo lingua Perſarum hodierna ab illis IndoScythis manavit, vel ab iiſdem Scythis, qui in Indiam deſcenderunt, cum in Parthiam quoque migraſſent. Sic Perſica vetus alia fuerit, & Medicæ fortaſſis magis affinis. *Salmaſius.* India autem priſcis regiones infra & ſupra ſinum Arabicum notabat. Hinc Indiam Ioſephus II. ἀλαί(. ait ab Ægypto contingi. *Petitus.*

Nunquam in ſolum patrium ſunt regreſ-

patrium ſunt regreſſæ, hodieque barbararum gentium imperiis continentur. Sed conſummatio reſtitutæ urbis XXX. *&* II. *imperii Artaxerxis anno refertur. A quo tempore, uſque ad Chriſti crucem, id eſt, Fuſium Geminum & Rubellium Conſules, anni* CCCXC. *&* VIII. *Cæterum, à reſtitutione templi, uſque in everſionem, quæ ſub Veſpaſiano, Conſule Auguſto, per Titum*

greſſæ.] Ὁ δὲ πᾶς λαὸς τῶν Ἰσραηλιτῶν κατὰ χώραν ἔμεινε. διὸ καὶ δύο φυλὰς εἶναι συμβέβηκεν ἐπί τε τῆς Ἀσίας καὶ Εὐρώπης Ῥωμαίοις ὑπακουούσας· αἱ δὲ δέκα φυλαὶ πέραν εἰσὶν Εὐφράτου ἕως δεῦρο, μυριάδες ἄπειροι, καὶ ἀριθμῷ γνωσθῆναι μὴ δυνάμεναι. *Ioſephus.* Enimvero durioribus uſi fatis ſunt, quos Salmanaſſer abduxit captos, quam ii hercle, quos avexit poſtea Nabuchodonoſor. Nam Iſraëlitas quidem fluvius Euphrates, quem ſemel tranſierant, ſemper coërcuit. At Iudæi, qui eundem tranſvecti erant, tandem reverſi aliquando in Palæſtinam ſunt: &, cum aut anguſta nimis, aut parum grata ipſa illa eſſet Palæſtina, per Europam tandem Aſiamque, late ſedes ſuas poſuere. Hæc cauſa eſt, cur Ioſephus duas modo Hebræorum tribus ad obſequium actas à Romanis dixerit. Illa enim tempeſtate populus Romanus, etſi omnia pene armis ſubegerat, & ſolem utrumque currere in imperio ſuo cernebat, nondum tamen moverat terminos trans Euphraten. Itaque decem Iſraëlitas tribus, quas fluvius ille æterno carcere claudit, haut paruiſſe tunc Romanis, recte proditum ab accuratiſſimo ſcriptore eſt. *Cunæus.*

Hodieque barbararum gentium imperiis continentur] Perſarum, Turcarum, Tatarorum, Indorum, Sinenſium. Communis opinio eſt, ab his decem tribubus Tataros ortos. Et proferuntur in eam rem nomina Hordarum quarundam, Dan, Nephtali. Ac miror Doctiſſimo Schickardo commentum hoc, in Tarich, placuiſſe. Quod Fullerus prolixe & ſolide confutat II Miſcell. v. quem vide. Sunt qui eos in Americam veniſſe velint. Contra quos in opere, *de Gentium Americanarum origine*, multis argumentis, agimus. *Horn.*

XXX. & II.] Legendum XXXII. deleta copulante. Hic numerus extat Nehem. v, 14. qui eſt in libris noſtris ſecundus Ezræ. Vnde medicinam facies Euſebio, in quo: *Nehemiam, qui muros Ieruſalem conſtruxerat, conſummaſſe opus triceſimo anno Artaxerxis regis Eſdras memorat.* Nam & in alia editione *trigeſimo primo*, & tollit omnem omnino dubitationem ipſe Euſebius in eodem loco, cum ait, *Nehemias Hebræus, miniſter vinarius Artaxerxis regis Perſarum, viceſimo ejus anno de Babylone venit in Iudæam, & triceſimo ſecundo anno muros urbemque reſtituit.* Druſ.

Vſque ad Chriſti crucem, id eſt, Fuſium Geminum & Rubellium conſules.] C. Fuſius Geminus, & C. Rubellius Geminus conſulatum geſſerunt anno urbis conditæ DCCLXXXII. At vero triceſimus ſecundus Artaxerxis ſecundi incidit in annum urbis ferme CCCLXXVIII. itaque tot ferme anni intermedii ſunt, niſi ſi quid propter diverſas ſupputationes variet. *Sigon.*

A reſtitutione templi.] Quæ fuit ſub Longimano, ut diximus. Quamvis Ioſephus eam factam ſcribat anno Xerxis vigeſimo octavo, menſe nono. *Origin.* Iudaic. lib. II. cap. 5.

Conſule Auguſto.] Fl. Veſpaſiano Auguſto.

tum Cæſarem conſummata eſt, anni CCCCLXXX. & III. *Prædictum id olim eſt à Daniele, qui ab inſtauratione templi, uſque in everſionem,* LX. & IX. *hebdomadas futuras pronunciaverat. A die autem captivitatis Iudæorum, uſque in tempus reſtitutæ civitatis, fuerunt anni* CCLX. *Hoc temporum tractu, Heſter atque Iudith fuiſſe, arbitramur. Quarum quidem actus, quibus potiſſimum regibus connectam, non facile perſpexerim. Nam cum Heſter ſub Artaxerxe rege referatur,*

guſto. Hic erat annus imperii ejus ſecundus. *Idem.*

LX. & IX. *hebdomadas.*] Quæ faciunt annos prædictos: quibus ſi ſeptem addideris, erunt hebdomadæ LXX. Euſebius in Nehemia, *Si quis autem ab hoc tempore* (quo videlicet Ieruſalem conſtructa fuit) LXX. *hebdomadas à Daniele ſcriptas numeret, quæ faciunt annos* CCCXC. *reperiet eas in regno Herodis expletas, ſub quo obſideri Ieruſalem cœpta, ſecundo poſtea Veſpaſiani anno capitur.* Et in Herode, *Ab inſtauratione templi ſub Dario, uſque ad Hyrcanum & centeſimam octogeſimam ſextam Olympiadem, annis* CCCCLXXXIII. *in medio tranſactis, quos Daniel quoque ſignificat, dicens: & ſcies & intelliges ab initio ſermonis reſtaurandi & ædificandi Ieruſalem, uſque ad Chriſti principatum hebdomades ſeptem & hebdomades ſexaginta duæ, quæ hebdomades* LXIX. *faciunt annos* CCCCLXXXIII. Vide ſequentia. *Druſius.*

A die autem captivitatis.] Ab anno undecimo Sedeciæ regis Iuda uſque ad annum XXXII. Artaxerxis Memoris. Scire licet Sulpicium ab anno illo undecimo Sedeciæ numerare annos LXX. quibus Iudæi fuerunt in captivitate Babylonica, uſque ad annum primum Cyri regis Perſarum. Alii aliter numerant annos illos. *Druſius.*

Hoc temporum tractu Eſther atque Iudith fuiſſe arbitramur.] Falleris. Nam Eſther fuit ſub Aſuero. Quis autem Aſuerus niſi Xerxes? cujus uxor Ameſtris vocatur in hiſtoria Herodoti. Vtraque vox Perſica eſt. Nam Ebraicum nomen erat Hadaſſa, quo vocabatur antequam in aulam regis aſſumpta eſſet. Ameſtris quaſi אסתר הם. De Iudith major dubitatio eſt. Sunt qui eam vixiſſe putant ſub principatu Manaſſe: quod mihi non fit veriſimile. Nam tempore hujus regis Iudæi Babyloniis ſatis noti erant: tempore Iudith non item. Colligo ex iis verbis quæ habentur Iud. V,20. Adhæc ſub Iudith templum deſtructum fuiſſe doceo ex V, 20. Secundum editionem Complutenſem. Ait enim ibi Achior, *ὁ ναὸς τοῦ θεοῦ αὐτῶν ἐγενήθη εἰς ἔδαφος.* Iudithæ honorificam mentionem facit Clemens Stromat. lib. IV. ejus hiſtoriam confictam eſſe arbitratur Beroaldus Chronologiæ ſuæ lib. III. cap. 4. Dubitatum de ea olim fuiſſe patet ex verbis Hieronym. Hag. I. *ficut & in Iudith* (ſi quis tamen vult librum recipere mulieris) *& parvuli ſiti perierunt.* Vide ſis Auguſtinum de Civit. Dei XVIII, 26. *Druſius.*

Actus.] Supra lib. I. *Apoſtolorumque actus.* Nunc acta potius dicimus, id eſt, πράξεις. *Idem.*

Sub Artaxerxe.] Sic Græci Aſuerum appellant. Nec aliter Ioſephus. Alii melius, Aſuerum Xerxem eſſe, conjiciunt. *Idem.*

Duos

tur, porro duos hujus nominis Perſarum reges fuiſſe experi, multa cunctatio eſt, cujus hæc temporibus applicetur. Mihi tamen viſum eſt, huic Artaxerxi, ſub quo Hieroſolyma eſt reſtituta, Heſter hiſtoriam connectere: quæ ante fuit veriſimilis, ut, ſi ſub priore Artaxerxe fuiſſet, cujus tempora complexus eſt, nullam tam illuſtris fœminæ mentionem retuliſſet, maxime cum ab illo Artaxerxe inhibitam templi ædificationem, ſicut ſupra memoravimus, conſtet: neque Heſter paſſura fuerit tum, ſi in illius matrimonio tum fuiſſet. Nunc geſta ediſſeram. Erat ea tempeſtate regi in matrimonio Vaſtis quædam, miræ fœmina pulchritudinis. Cujus

cum

Duos hujus nominis Perſarum reges.] Prior μακρόχειρ dictus eſt, quod manum dexteram haberet altera longiorem: poſterior Μνήμων, id eſt, Memor, ut antea monuimus. Hic prius Arſicas nominabatur, cujus vitam deſcripſit Plutarchus. Præter hos, Ochus etiam appellatus fuit Artaxerxes. Vide ſis Ælianum, itemque Diodorum in extremo libri decimi quinti. *Idem.*

Huic Artaxerxi.] Multæ, præter Sulpicianam, opiniones de Aſſuero illo ſunt, Eſtheræ marito. *Hebræi* in Seder Olam, cenſent fuiſſe Cambyſem, adduntque Eſtheram fuiſſe matrem Darii Hyſtaſpis. Idem Vatabl. Genebr. *Ioſephus.* Cajet. Bellarm. Salianus, Artaxerxem Longimanum. *Serarius* & Gordonus, Artaxerxem Ochum. *Scaliger* Xerxem. *Megaſthenes*, Lyra, R. Salomo, Aben Eſra, Darium Hyſtaſpis. Omnes hæ opiniones ſuis laborant incommodis. Ameſtris crudeliſſima fœmina fuit. *Herodot.* VII. & IX. Ergo non Eſther, nec Aſſuerus Xerxes. Aliæ in Mardochæi & Eſtheræ ætatem nimium impingunt. Darius Hyſtaſpis præferendus videtur. Quia uxor ejus Atoſſa. *Herodot.* At Eſther *Hadaſa* vocatur. Eſth. II, 6. Quod eam Herod. Cyri filiam vocat, facile, ut in peregrino, excuſari poteſt. *Horn.*

Quæ ante fuit veriſimilis.] Hunc locum perſpicue corruptum, ita reſtituit doctiſſimus Sigonius, *quia haut fuit veriſimile, ſi ſub priore Artaxerxe fuiſſet, qui ejus tempora complexus eſt, nullam tam illuſtris fœminæ mentionem retuliſſe.* Giſelinus accedit propius ad vulgatam lectionem, *quia haud fuit veriſimile, ſi ſub priore Artaxerxe fuiſſet, qui hujus tempora complexus eſt, nullam tam illuſtris fœminæ mentionem retuliſſet.* Druſius.

Cujus tempora complexus eſt.] Druſius legit: *qui ejus tempora.* Eſdram intelligit.

Heſter.] Scribendum leniter Eſther. Nam eſt Aleph in ſcriptura Ebraica, qua littera vim exprimit ſpiritus lenis apud Græcos. Similiter peccatum ab antiquis in Habraam, Helias & ſimilibus. *Druſ.* Eam comparo Herſiliæ, quæ Sabinis popularibus ſuis pacem & civitatem Romanam obtinuit. LXX. huic hiſtoriæ ſomnium quoddam Mardochæi præmittunt, quod non eſt in Hebræo. *Grot.*

Vaſtis quædam.] Quæ apud Ioſephum ὐάςη. Fuit filia Hyſtaſpis. *Serarius.*

cum formam omnibus prædicaret, die quodam, cum publicum convivium dabat, adeſſe reginam, demonſtrandæ pulchritudinis gratia, jubet. Illa vero, ſtulto rege conſultior, pudens virorum oculis ſpectaculum corporis præbere, juſſa abnuit. Qua contumelia barbarus animus permotus, uxorem matrimonio ac regia depellit. Igitur quum in locum ejus puella regis conjugio quæreretur, reperta eſt Heſter cæteras ſpecie vincere. Hæc Iudæa, ex tribu Benjamin, utroque parente orba, à Mar-

Vel Cyri, quam Herodotus III. vocat Artyſtonam, quod nomen alludit ad Vaſthi.

Die quodam] Anno tertio Imperii. Fabulatur Chaldæus, Darium ad inſtar Salomonis, thronum ſibi curaſſe fieri. Eo perfecto, convivium hoc, velut inaugurale, celebratum. Alii, ob diem natalem.

Publicum convivium.] Eoque proceres ſuos excipit, cum appararet expeditionem in Græciam. Eſther I. *Druſius.* Etiam Romani Imperatores ſæpe epulis excepere cum ſenatu plebem. *Statius* in epulo Domitiani.

Hic cum Romuleos proceres, trabeataque Cæſar
Agmina mille, ſimul juſſit decumbere menſis.

Demonſtrandæ pulchritudinis gratia.] Quod nec fœminæ decorum, nec Regi tutum erat. *Grot.* Nota Candaulis Hiſtoria. *Herodot.* I. Rabbini fabulantur eam nudam à Rege prodire juſſam. Cujus cauſa fuerit, tum quod impii Baltaſaris filia eſſet, tum quod ſervas Hebræas Sabbatho nudas operari cogeret. Fœminæ autem Perſicæ inſigni forma. *In Perſide fœminarum pulchritudo excellit.* Ammianus. Et Alexander dixit: *Perſicas fœminas eſſe oculorum dolores.* Curtius.

Stulto Rege.] Ob temulentiam, quæ ſemel anno Regibus Perſarum permiſſa feſto Solis. *A Lapide.*

Spectaculum corporis.] Mirum ni in Rabbinorum opinione Sulpicius fuerit, nudam introire juſſam.

Iuſſa abnuit.] Forte ſuperbioribus verbis quam oportebat. Alioqui erat contra mores, quod Rex juſſerat. Ioſephus hoc loco: *φυλακῇ τοῦ παρὰ πέρσας νόμων, οἱ τοῖς ἀλλοτρίοις βλέπεσθαι τὰς γυναῖκας ἀπηγορεύκασι.* Vide & Plutarchum in Themiſtocle. Non ergo, niſi forte verbulo, peccavit Vaſthi. Noluit videri concubina. Nam tales apud Parthos in convivia introductæ. *Macrobius* VII, I. *Ambroſius* I. de Elia capite XV.

Barbarus animus.] Perſæ ſunt barbari, maxime zelotypi, & in uxores feri. *Plutarch.* in Artaxerxe.

Matrimonio ac regia depellit.] Gravis pœna pro culpa levi, ſi tamen culpa. *Grotius.*

Quum in locum ejus.] Eſth. II.

Hæc Iudæa, ex tribu Benjamin.] Sic & Ioſeph. Et ipſa & Mardochæus fuerunt ex genere Saulis, & ſtirpe regia. Ergo Eſther fuit filia Cis, pro quo Herodotus III. habet, filia Cyri. Nam non noverat ipſe Cis, neque Atoſſam illam fuiſſe Iudæam. *Serarius.*

Mardochæo.] Hunc fuiſſe putant Mardonium, qui ſub Xerxe in Græcia cæſus. Nomen non admodum abludit, ſed ætas atque aliæ circumſtantiæ apud Herodotum. *Horn.*

Pa-

Mardochæo patruele fratre educta. Quum ad regales nuptias duceretur, mandante educatore, genus ac patriam occultavit: admonita, ne paternarum traditionum immemor, &, ſi in matrimonium alienigenæ captiva ſuccederet, gentilium cibis participaret. Igitur juncta regi, brevi (ut fit) vi pulchritudinis, totum ejus animum facile cœpit: adeo ut eam æquatam imperio, inſigni regio, veſte purpurea, donaret. Qua tempeſtate

Patruele fratre.] Errat Sigonius, exiſtimans Mardochæum fuiſſe patruum Estheræ, cum fuerit filia patrui ejus, id eſt, θυγάτηρ ἀδελφοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Vnde ſuſpicio mihi legendum in editione noſtra Latina, *filiam fratris patris ſui:* ubi vulgo, *filiam fratris ſui*. Eſth. 11. 7. Cæterum patruelem fratrem dicit imitatione Ciceronis, qui ſic locutus eſt in quinto de finibus, *frater noſter cognatione patruelis, amore germanus*. Druſius. Editio vulgata etiam adoptionis meminit. Eſter 11. 7. *Vocabatur Eſther & utrumque parentem amiſerat; pulchra nimis & decora facie. Mortuiſque patre ejus ac matre, Mardochæus ſibi eam adoptavit in filiam*. Ita etiam commate 15. Sed adoptare heic non aliter verſionis autor ſumſit, ac in Exodi 11. 7. Vbi Pharaonis filia dicitur Moſen adultum *adoptaſſe in locum filii*. Neque adoptionis Romanæ veſtigium aliquod heic ineſſe putandum, ſed curam ſeu amorem, ſive paternum ſive maternum, quo nutritus ſive hic, ſive illa orba fuerit, tantum innui. Quin in loco illo Eſtheris, Magiſtri non modo nullam agnoſcunt adoptionis quidem umbram, ſed etiam plane negant, dum verba illa לקחה לו לבת, *accepit eam ſibi in filiam* (ut habet veritas Ebraica) de matrimonio cum ea inito intelligunt. R. Iarchius ibidem: רבותינו פרשו לבית לאשה *Rabbini noſtri explicant illud* לבת (*in filiam*) per לבית (*in domum*) *ut ſcilicet ſibi uxor eſſet*, quod diſerte aſſerunt etiam Helleniſtæ, quibus pro verbis illis ſubſtituitur, ἐπαίδευσεν αὐτὴν ἑαυτῷ εἰς γυναῖκα, *educavit eam ſibi in uxorem*. Seldenus.

Regales nuptias.] Sic alibi, *regales uſus & regale convivium*, id eſt, rege dignum. Prætulerim tamen, *regias nuptias*. Druſ.

Gentilium cibis participaret.] Quære unde habeat. Gentiles autem dicit gentes, ut antea notatum. Sic in vita Martini, ſegm. x. *gentilium turba*. & ſegm. XVI. *Profani ac gentilis domum adire poſſe*. & alibi: *parentibus ſecundum ſeculi dignitatem non infimis, gentilibus tamen*. Hinc gentilitas, gentium religio. Ibid. ſeg. 3. *Matrem gentilitatis abſolvi errore*. & paulo ante, *parenteſque, quos adhuc gentilitas detinebat*. & ſegm. XVI. *Nam Tetradius eodem tempore adhuc gentilitatis errore implicitus tenebatur*. Alius paganiſmum diceret. *Druſ.*

Inſigni regio.] Diademate. Eſther 11, 7. ubi τὸ διάδημα τὸ γυναικεῖον appellatur. Ioſephus quoque διάδημα vocat Antiquitatum libro XI. capite 6. & Eſther in ſua ad Deum precatione σημεῖον τῆς ὑπερηφανείας μου, ὅ ἐστιν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς μου. *Druſ.* Sultanam fecit. *Grot.* Quod in Oriente, ut plurimum, captivis & plebeis contingit. Tales plerumque Imperatoris Turcarum, Perſarum, Tatarorum, & Arabum Principum uxores. *Horn.*

Veſte purpurea donaret.] Et aliis Regina-

te Mardochæus inter proximos regis erat, pro virili portione negociorum familiarium curator. Is compoſitas à duobus ſpadonibus regi inſidias prodiderat: atque ex eo charior, ſummiſque honoribus donatus. Erat ea tempeſtate regi, Haman quidam, perfamiliaris, quem æquatum ſibi, adorari, more regum, præceperat. Id Mardo-

ginarum donis. Dedit igitur ei ἀποκαλυπτήρια. Anthyllam urbem Regis Perſarum uxoribus in calceamentum datam, ait Herodotus II.

Inter proximos Regis erat.] Inter amicos regis neceſſarios. *Ioſephus.* Neutrum habetur in hiſtoria Ebraica. Quærendum ergo unde hauſerint. *Druſius.*

Negotiorum familiarium curator.] Expreſſit verbum Græcum ἐθεράπευσε. Eſther II, 21. quod inter alia curare ſignificat. Interpres Latinus editionis Romanæ vertit, *ſerviebat.* Vſurpatur de liberali obſequio, quo quis alium demeretur. Sed eo loco veritas Ebraica habet, *ſedebat in porta regis*, id eſt, morabatur, manebat. Nam Perſarum optimates & proceres regum limina terebant, & quotidie in porta verſabantur, quam nunc aulam vocant. Vnde aulici omnes generali τῶν ἐπὶ θύραις βασιλέως nomine nuncupantur. Quod à Cyro conſtitutum olim fuiſſe annotat Barnabas Briſſonius de regno Perſarum l. I. *Druſ.* Cōpoſitas à duobus ſpadonibus regi inſidias prodidit. Nomina eorum Bagathan & Thares erant ἀρχισωματοφύλακες. LXX. Interpret. Cauſa conſpirationis, quod Rex ipſis prætuliſſet Mardochæum. Alii, quod repudiata Vaſthi, Eſtherem duxiſſet. Alii, quod regnum conarentur ad Amanem transferre. Ioſippus Ben Gorionis dicit, eos caput Darii ad Regem Macedoniæ, qui jam bellum Perſis indixerat, deferre voluiſſe. Sed hoc fabuloſum.

Prodiderat.] Ioſephus: Βαρνάβαζος τῶν εὐνούχων οἰκέτης τοῦ ἑτέρου, τὸ γένος ὢν Ἰουδαῖος, συνεὶς τὴν ἐπιβουλὴν, τῷ θείῳ κατεμήνυσε τῆς γυναικὸς τοῦ βασιλέως. Μαρδοχαῖος δὲ διὰ τῆς ἐσθήρας, φανεροὺς ἐποίησε τῷ βασιλεῖ τοὺς ἐπιβουλεύοντας.

Summiſque honoribus donatus.] Falſum. Nam Eſth. VI, 3. *Quid factum eſt honoris Mardochæo? & dixerunt pueri ejus miniſtri ejus, non eſt factum cum eo quicquam.* Druſius. Conſentit Ioſephus XI, 6. qui nihil præmii Mardochæo datum aſſerit, præterquam quod nomen ejus Annalibus inſertum, & ipſe inter amicos regis neceſſarios reciperetur.

Haman quidam.] Eſth. III. Qui ex regia Amalecitarum ſtirpe. Fuit enim Agagæus. I *Sam.* XV. In Apocryphis additamentis ad Eſtheram cap. XVI, 10, 14. dicitur Macedo. Reſpondent, ſtirpe Amalecitam, patria Macedonem fuiſſe. Sed hoc gratis dicitur. Multa argumenta oſtendunt, illa additamenta lacinias eſſe, ut Sixtus Senenſis vocat. Chaldæus eum fuiſſe vult mancipium, Mardochæi & eundem eum illo qui cap. I, 14. vocatur Mamuchan. Quod poſterius etiam alii Rabbini aſſerunt, & multa inſuper comminiſcuntur de hoc ipſorum hoſte, quæ referre longum eſſet. *Horn.*

Adorari more regum præceperat.] Perſarum. Iuſtinus VI. *Conon à regis conſpectu & colloquio prohibitus eſt, quod eum more Perſarum adorare nollet.* Lampridius in Alexandro Severo. *Adorari ſe vetuit regum more Perſarum.* Druſius.

Nam

dochæus, unus ex omnibus, facere faſtidiens, odia Perſæ in ſe graviter accenderat. Igitur Haman, ad perniciem Hebræi, animum intendens, regem adit, affirmatque: eſſe in regno ejus hominum genus, pravis ſuperſtitionibus, Deo hominibuſque inviſum, externis legibus vivens, dignum exitio. Rectum eſſe, omnes hujus gentis internecioni dare; exque eorum bonis immenſas opes pollicetur. Facile id barbaro perſuaſum. Edictum emittitur: Iudæos necandos. Miſſique continuo, qui per

Nam mos adorandi talis erat. Genu flexo, proni procumbentes in terram, fronte humum feriebant, ac terram oſculabantur. *Curt.* v, & VIII. *Valer. Maxim.* VII. 3. *Ioſeph.* XX, 3. *Martial.* x. ep. 72. Ac Reges quidem, ut Deos venerabantur, & pro talibus eos habebant. *Xenoph. Strabo* x. & alii. De quibus vide Briſſonium I. de regno Perſarum. Sed Haman, quanquam regio honore, non tamen ut Deus cultus, ſed civili ſolum honore, eoque eximio. *Horn.*

Id Mardochæus unus ex omnibus facere faſtidiens.] Quia Haman olim mancipium ejus. *Chaldæus manuſcriptus.* Quia pictas idolorum imagines in veſtibus gerebat. *Rabbini.* Quia Amalecitæ æterni Iudæorum hoſtes. *Cajetan.* Ac proinde nefas duxit ullum honorem exhibere homini nato ex ſtirpe divinitus devota. Nam alioqui Iudæis non illicitum erat reges & principes eo modo venerari, quem mos Oriens receperat. Sic David Saulem προσκυνήσας πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον, ὡς ἔθος. *Ioſeph.*

Odia Perſæ.] Amalecita erat, ſed in Perſia vel natus, vel educatus. Proculdubio ipſe vel majores ejus à Nebucadnezare, cum illas inter Ægyptum & Chaldæam regiones ſubigeret, in Perſiam abductus fuit. *Horn.*

Hebræi.] Mardochæi, atque adeo Ebræorum omnium. Nam parum eſſe ratus uni manum adferre, conatus eſt omnes Ebræos, quotquot erant, in toto Aſueri regno, perdere. Id evincunt conſequa verba. *Druſ.*

Animum intendit.] Per ſortem die explorata qua Iudæi delerentur. Sors illa Perſice פור dicebatur. Vnde poſtea dies פורים. Vide Ioſephum, in quo pro Φρουραίους legendum Φουραίους.

Externis legibus vivens.] Ioſephus: Ἔθνος ἄμικτον, ἀσύμφυλον, οὔτε θρησκείαν τὴν αὐτὴν τοῖς ἄλλοις ἔχων οὔτε νόμοις χρώμενον ὁμοίοις, ἐχθρὸν καὶ τοῖς ἔθεσι καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασι τοῦ σοῦ λαοῦ, καὶ ἅπασιν ἀνθρώποις. Et in ipſo edicto, quod ſequitur: δυσμενὲς ἔθνος καὶ τοῖς ἄλλοις ἀλλόκοτον. Tacitus de Iudæis: *Separati epulis, diſcreti cubilibus.* Cicero pro Flacco: *Stantibus Hieroſolymis, pacatiſque Iudæis, tamen iſtorum religio ſacrorum, à ſplendore hujus imperii, gravitate nominis noſtri, majorum inſtitutis abhorrebat.* Iuvenalis:

Romanas autem ſoliti contemnere leges,
Iudaicum ediſcunt, & ſervant, & metuunt jus.

Edictum emittitur, Iudæos necandos.] Sic Mithridates una epiſtola LXXX. millе Romanos, in Aſiaticis urbibus, negotiorum cauſa diſperſos, interemit. *Valerius Maximus* l. IX, c. 3. *Appianus, Florus.*

per omne regnum, ab India uſque Æthiopiam, edictum promulgarent. Id ubi Mardochæo compertum, conſciſſis veſtibus ſacco obvolvitur, conſperſuſque cinere, pergit ad reginam, ibique ejulatu multo, cuncta queſtibus replet: Facinus indignum, immeritam gentem perire, neque ullam pereundi cauſam dari. Heſter lamentantis voce excita, rem, ut erat, cognoſcit. Tum vero anceps conſilii; quia adeundi regem poteſtas non erat (etenim more Perſarum, reginæ introire ad regem, niſi accerſitæ, non licet: nec tamen, quum fuerit regi libitum, ſed ſtatuto tempore admittitur) & forte tum ita evenerat, ut diebus triginta proximis, ſeparata à conſpectu regis Heſter haberetur, Igitur audendum aliquid pro civibus rata, etſi certa peſtis adeſſet, pulchro in negocio occumbere parat. Invocato prius Domi-

Miſſique continuo.] Ἄγγαροι, βιβλιοφόροι. LXX.

Ab India uſque Aethiopiam.] Indus fatalis ad Orientem Regum Perſiæ terminus: ſicut ad ſeptentrionem Iaxartes. Æthiopiam intellige, quæ ſupra Ægyptum eſt. Vniverſum hoc imperium in Satrapias CXXVII. diviſum fuit. *Horn.*

Id ubi Mardochæo compertum.] Eſth. IV.

Conſciſſis veſtibus ſacco obvolvitur, conſperſuſque cinere] Nullum luctus ſui ſignum omiſit. Neque enim, in graviſſimis etiam doloribus, ultra hæc Oriens procedebat, ut ſupra aliquoties dictum.

Ibique ejulatu multo.] Non ibi tantum, ſed & in foro & plateis. Erat hic clamandi mos in magnis calamitatibus apud Perſas in uſu & frequens. *Curt.* IV. & V. *Herodot.* III. & VIII. ἐφέρετο διὰ τῆς πόλεως. *Ioſeph.*

Immeritam gentem perire.] Hoc ex Græcis depromſit, qui Mardochæum clamaſſe dicunt: αἴρεται ἔθνος μηδὲν ἠδικηκός. Sic & Ioſephus: ὅτι μηδὲν ἀδικῆσαν ἔθνος ἀναιρεῖται.

More Perſarum, Reginæ introire ad regem.] Imo ulli viro aut fœminæ. Puellæ autem virgines admittebantur per vices. Quod autem in Sulpicio, *nec tamen cum fuerit regi libitum, ſed ſtatuto tempore admittitur*, additum videtur ex ingenio ejus. Dubito etiam an cum fidè hiſtoriæ conveniat. *Druſius.* Imo non convenit, ſi Ioſepho credimus. Nam Regem dixiſſe refert: *legem illam in ſubditos eſſe latam: ipſi vero, ut regni ſociæ, licere omnia.* Regis ſolium circumſtabant lictores cum ſecuribus & haſtis., ut ſi quis non vocatus ingrederetur, eum occiderent, teſte Herodoto III. Ammiano XIV. & aliis.

Separata à conſpectu Regis haberetur.] Non vocata à rege eſſet. Eſth. IV, II. *Druſius.*

Occumbere parat.] In Hebræo: *Si moriar,*

mino, aulam regis ingreditur. At barbarus, re inſolita perculſus, paulatim blandimento muliebri delinitus, poſtremo ad cœnam reginæ perducitur: unaque cum illo Haman ille regi charus, & Iudææ gentis infeſtus. Igitur, quum jam poſt epulas, multis poculis, convivium calere cœpiſſet, Heſter genibus regis advolvitur, gentis ſuæ perniciem deprecatur. Rex vero nihil ſe petenti, ſiquid ultra peteret, negaturum pollicetur. Tum Heſter, arrepto tempore, Hamanis mortem flagitat, in ultionem gentis, quam perditam cupierat. Sed rex, amici memor, pauliſper cunctatur: deliberandique gratia modicum ſeceſſit. Deinde regreſſus, vidit Haman reginæ genua complexum. Succenſus ira, & appetitam reginam clamitans, morte eum affici jubet. Et tum regi

riar, moriar. Magnanima vox fœminæ. Græci ἐὰν καὶ ἀπολέσῃ με δέῃ. Ioſephus: ὑπισχνεῖτο, κἂν ἀποθανεῖν δέῃ τοῦτο ὑπομεῖναι.

Aulam regis.] Eſth. v. Atrium interius, quod in aula, quæ in hac hiſtoria non ſemel porta vocatur. Sic Imperatores Turcarum hodieque ſuam aulam appellant. *Druſ.*

Barbarus re inſolita perculſus.] Quanquam nihil horum in textu Ebræo, tamen ex Græca editione colligimus, ipſam reginam perculſam fuiſſe, quod rex eam irato vultu primum intueretur. *Druſius.* Ioſephus: *Et forte torvius ac ſubirato vultu eam adſpexerat.*

Vnaque cum illo Haman.] Vt eum in cæterorum procerum invidiam ac odium adduceret. *Lyra.*

Blandimento muliebri delinitus.] Protendit ei ſceptrum aureum, quod qui tangebat, ἀκίνδυνος ἦν, ut eſt apud Ioſephum. *Druſ.*

Iudææ gentis infeſtus.] Plus eſt quam inimicus. Sed Galeſinius legendum ſuſpicatur potius, *Iudææ genti infeſtus.* Druſius.

Multis poculis convivium calere cœpiſſet.] Circuitione uſus eſt, ut ſignificaret id quod Ebræi dicunt, *in convivio vini.* Druſ. Darius ille vinoſus fuit. Vnde ſepulchro ejus inſcriptum: *Poſſum multum vini bibere, illudque recte ferre.* Athenæus x.

Genibus regis advolvitur.] Hoc eſt Sulpicii. *Sigon.*

Nihil ſe petenti, ſi quid ultra peteret.] Etiamſi dimidiam partem Regni petieris, tibi dabitur. *Eſth.* v. Mos loquendi regibus frequens. Sic & Marci VI, 23.

Hamanis mortem flagitat.] Totum hoc à Sulpicio confictum videtur. Vide Eſth. VII, 6. *Druſ.*

Modicum ſeceſſit.] In hortum arboribus conſitum *Druſ.*

Vidit.] Legendum: *Vt vidit.* Sigonius.

Appetitam reginam clamitans.] Ad ſtuprum. *Druſ.* Vide quam ſit lubricus in aula viventium ſtatus, ut ſuſpiciones, ſæpe etiam non veræ, ad eorum perniciem valeant. *Grot.*

Morte eum affici jubet.] Obvelato capite.

gi compertum erat, pœnam crucis per Haman Mardochæo paratam. Ita Haman eidem cruci affigitur, omniaque bona ejus Mardochæo data, Iudæique ſunt abſoluti. Artaxerxes regnavit annos duos & ſexaginta, eidemque Ochus ſucceſſit. Huic rerum ordini recte Iudith actus conferam. Traditur enim, poſt captivita-

pite. Quod fieri ſolitum quibus Rex iraſcebatur. *Aben Eſra.* Hinc illa Romanorum formula: *Lictor, colliga manus, caput obnubito, verberato, arbori infelici ſuſpendito.*

Regi compertum erat.] Ex indicio Harbonæ, qui unus erat ex eunuchis coram rege, id eſt, regis. Eſth. VII. ℣ſ.9. *Druſius.* Is enim ex domeſticis Hamani intellexerat, patibulum illud Mardochæo erectum. *Ioſeph.*

Pœnam crucis.] Crucem appellat, quam Ebræi עץ, id eſt, lignum ſive arborem, Græci ξύλον & ξύλον δίδυμον, Latini *arborem infelicem.* Druſius.

Eidem cruci affigitur.] Græce σαυροῦται; vel, ſi mavis, ἐσαυρώθη: quod verbum uſurpant hoc loco interpretes Græci σαυρωθήτω ἐπ' αὐτοῦ: *crucifigatur in eo.* Sic editio Latina, quam Roma dedit. Nam in Latina Hieronymi, *appendite eum in eo.* Sic etiam Ebræi. *Druſius.* Non in domo ſua, ſed in porta urbis, ut additamenta volunt. Eo enim patibulum, quo conſpectior mors eſſet, tranſlatum. *A Lapide.* Fuit clavis cruci affixus, *Gretſer.* I. de cruce XIX. Laqueo ſuffocatus, ut jam fit. *Alii.* Ταῦτ' ἐςὶ τὰ ἐπίχειρα τῆς Τυραννικῆς φιλίας, dicebat Aratus Sicyonius.

Omniaque bona ejus Mardochæo data.] Non Mardochæo, ſed Eſteræ reginæ, quæ poſtea Mardochæum eis præfecit. *Eſth.* VIII, I, & 2. *Druſius.* Ius erat regum Perſarum, ut & Hebræorum, elargiri confiſcata. *Grot.*

Iudæique ſunt abſoluti.] In cujus beneficii memoriam inſtitutum eſt feſtum Putim. Quocirca etiamnum Iudæi eo die in Synagogis ſuis quotannis legunt hiſtoriam Eſther: & quoties fit mentio Amani, pugnis & malleis pulſant ſcamna, perinde ac ſi caput Amani ferirent, uti teſtatur *Antonius* Margarita libr. de *Ritib.* Iudæorum.

Annos duos & ſexaginta.] In hunc numerum conſentit Plutarchus Artaxerxe. Euſebius ei tribuit annos XL. tantum, unde ſuſpicatur Sigonius Sulpicium ediſiſſe *duos & quadraginta*, errote, ut fit, ex numeris orto XLII. & LXII. ſed fallitur. *Druſ.*

Ochus.] Qui & Artaxerxes. *Euſebius* in Chronicis: *Aelianus* de varia hiſtoria lib. VI. cap. 8. Hic plurimos Iudæorum in Hyrcaniam ad mare Caſpium deportavit, ubi etiamnum habitare creduntur: atque inde aliquando erupturos opinio eſt. *Oroſius* lib. III. cap. 7. *Druſius.*

Iudith actus.] Liber Iudith non extat in Canone Hebræo. Hieronymus eum ex Chaldæo tranſtulit.

Conferam.] Legendum, *conſeram.* Infra, *ut temporum ordo conſertus ſit.* Idem Epiſtola ſecunda, *ut eſt conſertus apoſtolis & prophetis:* & Dial. I. ſegm. I. *Neque gravabor quamlibet conſerte vobiſcum, ut poſcitis, fabulari.* Druſ. Sic & Giſelinus.

Traditur enim poſt captivitatem fuiſſe.] Iudith V, 23. *Nuper autem reverſi ad Dominum Deum ſuum, ex diſperſione, qua diſperſi fuerant, adunati ſunt, &c.* Paullo ante in editione Græca fit mentio templi deſtructi, his verbis, καὶ ὁ ναὸς τοῦ θεοῦ αὐτῶν ἐγενήθη εἰς ἔδαφος,

tatem fuiſſe: ſed quis eo tempore Perſis regnaverit, hiſtoria divina non edidit. Regem tamen, ſub quo illa geſta ſint, Nabuchodonoſor nuncupat, non utique eum qui Hieroſolymam cœperit. Sed nullum hoc nomine, poſt captivitatem, apud Perſas regnaſſe reperio, niſi ſi ob impatientiam & pariles conatus, quicum ille rex, Nabuchodonoſor à Iudæis vocitatus eſt. Plerique tamen Cambyſen, Cyri regis filium, putant eſſe: quod victor Ægyptum atque Æthiopiam penetraverit. Sed huic opinioni eadem Sacra hiſtoria repugnat. Nam duodecimo regis illius anno, Iudith fuiſſe ſignatur. Porro, Cambyſes, non ultra novem annos, rerum potitus eſt. Vnde, ſi in hiſtoria opinari licet, ſub Ocho rege, qui poſt Ar-

φ☉. Vnde cõvinci erroris poſſunt, qui ſentiunt hanc hiſtoriã accidiſſe ſub Manaſſe rege Iuda cum Deioces, qui Ecbatana ædificavit, Medis imperaret. *Druſ.*

Quis eo tempore regnaverit.] De quo magna controverſia eſt. Bellarminus, Serarius, Salianus, Pererius & alii cenſent, ſub Manaſſe contigiſſe, cum cognatus vel filius Aſarhadonis Aſſyriis, Merodach Baladan Babyloniis imperaret, vel ipſis etiam Aſſyriis. Sed hæc opinio neutiquam ſubſiſtere poteſt. Quia Pontifex Ioacim demum poſt reditum ex captivitate fuit. *A Lapide.*

Niſi ſi ob impatientiam.] Poſt captivitatem Iudæorum neminem prodidere hiſtoriæ Perſarum regem nomine Nabucdonoſor, niſi fortaſſe, *inquit*, Iudæi aliquem ex regibus Perſarum, ut Ochum, ob ſimilitudinem morum, & actionũ, eo nomine appellarint. Quemadmodum ſi quem conjuratorem exempli gratia Catilinam vocaremus. Legendum autem puto: *Niſi ſi ob impotentiam.* Item, *quicunque ille*, ut ſit; *Niſi ſi ob impotentiam animi, & pares in crudelitate conatus, quicunque ille rex fuerit, à Iudæis Nabuchodonoſor appellatus ſit.* Sig.

Et pariles conatus.] Id eſt, ſimiles. Vſus eſt hac voce Dialogo textu, ſegm. 14. *Viſam, certum eſt, parilem quodammodo columnam ruere cœlo.* Fruſtra igitur Sigonius reponit *pares:* licet hoc magis uſitatum ſit. *Druſ.*

Quicum.] Sigon. *quicunque.*

Cambyſen, Cyri regis filium.] Recitat aliorum opinionem, à qua eſt receſſurus. Inter eos eſt Euſebius in Chronicis, & S. Auguſtinus lib. XVIII. cap. XVI. de Civ. Dei. Nam loquens de Cyro ait: *Per idem tempus etiam illa ſunt geſta, quæ conſcripta ſunt in libro Iudith, quem ſane in canone ſcripturarum Iudæi non recepiſſe dicuntur.* Atque hæc eſt cauſſa, cur Ioſephus Iudith non meminerit. *Sigon.* Venerabilis Beda de temporibus ita ſcribit, *Cambyſes Cyri majoris F. ab Ebræis ſecundus Nabuchodonoſor vocatur, & ſub eo contigerunt quæ de Iudith narrantur.* Druſ. Addit Annianus Beroſus, propterea à Cambyſe ſtructuram templi impeditam, quod Iudæi Holofernem occidiſſent.

Sub Ocho rege.] Hanc opinionem refellit Bellarminus de verbo Dei, l. 1. cap. 12. *Druſ.*

In

Artaxerxem ſecundum fuit, hæc geſta crediderim: idque vel ex hoc conjicio, quod idem Ochus (ut in ſecularibus quibuſdam ſcriptis legi) natura immitis, cupiduſque bellorum traditur. Nam & arma finitimis intulit, & Aegyptum, quæ ante multos annos deſciverat, bello recuperavit. Quo tempore etiam ſacra eorum, & Apim

In ſecularibus quibuſdam ſcriptis.] Id eſt, profanis, non ſacris. Sic litteræ ſeculares & ſacræ opponuntur. Mox ait, *Quod ſcriptores ſecularium litterarum nihil ex his, quæ ſacris voluminibus ſcripta ſunt, attigerunt*, id eſt, profanarum. *Secularis gloria*, prologo in vitam S. Martini, eſt gloria hujus ſeculi. *Druſ.* Scripta vero ſecularia intelligere poteſt Iuſtinum, Ælianum & Plutarchum in Artaxerxe.

Natura immitis.] Infra, *fuit autem* (Ochus) *ultra omnes cruentus & pluſquam barbaro animo.* Nam, ut alia omittam, ſororem Ocham, eandemque & ſocrum, vivam capite defodit: patruum cum centum liberis ac nepotibus, telis imperavit transfigi, quod in his maximam apud Perſas probitatis laudem conſiſtere videret. Ælianus de varia hiſtoria l.11. c.17. Οἱ ἐν Πέρσαις μάγοι προεῖπον τὴν τοῦ Ὤχου περὶ τοὺς ὑπηκόους ἀγριότητα καὶ τὸ φονικὸν αὐτοῦ. *Druſ.* Iuſtinus: *Hæreditas regni Ocho tradita, qui timens parem conjurationem, regiam cognatorum cæde & ſtrage principum replet, nulla non ſanguinis, non ſexus, non ætatis, miſericordia permotus.*

Aegyptum, quæ ante multos annos deſciverat.] Hoc ab Euſebio ſumptum, qui ita ſcribit: *Ochus anno quartodecimo Aegyptum tenuit, Nectanebo in Aethiopiam pulſo, in quo Aegyptiorum regnum deſtructum eſt, & anno ſeptimo decimo Sidonem ſubvertit, atque Aegyptum ſuo junxit imperio.* Recuperaſſe autem dicit Sulpicius, quia à Nabucdonoſore ſubacta Ægyptus ad Cyrum pervenerat, inde defectione inita, regem proprium aſciverat. *Sigonius.* Manſit autem Ægyptus ſub Perſarum imperio uſque ad Artaxerxem Longimanum: cujus tempore Ægyptii Inarum, Pſammetichi filium, regulum ante Lybiæ, regem crearunt Ægypti. Atque, adjutantibus eum Athenienſibus, primo feliciter ſatis res Ægyptiis proceſſerunt. Vbi vero Artaxerxes, magna, quam in Cilicia exſtruxerat, claſſe; pedeſtribus ſimul copiis, quas per Phœniciam deduxerat, victor evaſit: Athenienſes quidem dimiſit, Inarum autem ſuſpendit. Exinde Ægyptii iterum eſſe ſub Perſis, uſque ad tempora Darii ſecundi, ſive Nothi: quando regem crearunt Amyrtæum Sebennitam: qui annis ſex imperium tenuit. Poſt hunc quatuor rexere dynaſtæ Mendeſii, Nepheritis, Achoris, Pſammites, & alter Nepherites. Hinc tres Sebennitæ, Nectanebos, Teos, Nectanebos. Poſterior vero Nectanebos, imperio eſt ſpoliatus ab Artaxerxe Ocho. *Voſſius.*

Apim.] Cum Ægyptiacam linguam, & Hebræam, diſcrepaſſe quidem in non paucis; attamen in plurimis etiam conveniſſe conſtet: facile adducor, ut credam, *Apis* nomen fuiſſe illud, quo Ioſephus in ſacris nuncupatus. Nempe ut exprimat Hebræum אב, ab, *pater.* Iam vero quæ appellatio Ioſepho accommodatior, quam *ab*, ſive patris? Quippe qui nutricius totius fuerit Ægypti; quales κατὰ μεταφορὰν patres dicti: ut *nutrix* Plauto *altera mater*; quemadmodum ſuperius vidimus. Ipſe etiam Ioſephus Geneſ. XLV. ℣. 8. ait fratribus ſuis, ad patrem Iacob, quo eum adducerent,

Apim in Deum receptum, irriſiſſe traditur: quod poſtea Baguas, ſpado ejus, natione Aegyptius, indignatus, contumeliam gentis, morte regis ultus eſt. Meminit autem hujus Baguæ hiſtoria divina. Nam cum Holofernes, juſſu regis, adverſus Iudæos, duxerat exercitum, Baguam in iiſdem caſtris fuiſſe memoravit. Vnde non

cerent, reditum parantibus, ſe conſtitutum eſſe לאב לפרעה, *in patrem Pharaonis*. Imo fortaſſe eodem pertinet, quod Pharaonis juſſu acclamatum ante eum אברך *abrech*: quod Onkelus componit ex אב, ab, *pater*, & רך, rech, *rex*. Hoc enim רך *rech* ſignificare, auctor quoque eſt Rabbi Salomon Iarchi. *Voſſius.* Quem de Apide Ægypti differentem vide 1. de Idol. XXIX.

Irriſiſſe traditur.] Vbi Cambyſes Ægypto potitus, non eo deinceps loco Dii fuere Ægyptii: quippe dominis tum Ægypti Perſis; qui nec Deos agnoſcerent animales, nec animantia muta pro ſymbolis Deorum. Itaque Cambyſes Memphitas proceres, feſtum Apidos agitantes interemit: poſtea Apide à ſacerdotibus adducto, hos quidem flagris cædi juſſit; Apidem vero, cum ventrem ferire vellet, in femore vulneravit; unde is poſtea extabuit; deinde vero, clam Cambyſe, à ſacerdotibus eſt rumulatus: uti Herodotus pluribus narrat in Thalia. Artaxerxes autem Ochus, quo loco habuerit religionem Ægyptiam, argumento erit, quod Apim mactavit, & inde eum, epulans cum amicis, abſumſit. Vnde Ægyptii Ochum appellabant *gladium*, ad aſperos ejus mores ſignificandos: quemadmodum teſtis eſt Plutarchus lib. de Iſid. & Oſiride. Qui & poſtea narrat occaſionem iſtorum. Ochum enim ab Ægyptiis aſinum vocatum. Tum illum dixiſſe: At aſinus iſte veſtrum comedet bovem: hinc Apim mactaſſe. Quorum auctorem laudat Dinonem. Atque idem apud Ælianum legas lib. IV. Hiſtoriæ Var. cap. VIII. *Voſſius.*

In Deum receptum.] Bos erat corpore niger, candida fronte, in tergore alba nota inſignis, duplicibus pilis in cauda, & lingua cantharo notatus. De hoc Deo videndi ſunt Herodotus & alii. *Druſius.* Eum putabant non coitu pecotis, ſed cœleſti igne, ſeu radiis lunaribus conceptum eſſe. *Plut. Mela.* Duos tauros colebant, alter Apis, alter Mnevis dicebatur, illum Memphi, hunc Heliopoli. *Euſeb.* 1. πρ. π. VII. & 11, 1. Et hinc fluxerunt aurei Iudæorum vituli, ut ſupra dictum. *Seldenus.*

Baguas, ſpado ejus, natione Aegyptius.] Βαγώας ὁ εὐνοῦχος αὐτοῦ, ὃς ἦν Αἰγύπτιος. Ælianus de varia hiſtoria, lib. IV. cap. 8. *Druſ.*

Morte regis.] Quem veneno necavit. *Diod.* XVII. Sic infra Sulpicius: *Hunc Bagua ægrotantem veneno ſuſtulit.* Et hanc necis ejus cauſam etiam Ælianus capite ſexto Var. Hiſtor. lib. VIII. refert.

Hiſtoria divina.] Sic vocat hiſtoriam Iudith apocrypham; ſive quod libri apocryphi etiam divini nuncupantur. Sic enim eos à libris profanis diſtinguunt. Nam ſacrum, ſive quod idem, divinum, & profanum, opponuntur. *Druſius.*

Holofernes.] Alibi Olofernes. Sic edit. Rom. Legitur & Orofernes, ut κλίβανος & κρίβανος. Nam λ & ρ alternant. *Idem.*

Baguam in iiſdem caſtris.] Plures fuerunt hoc nomine. Nam & Alexander quendam Bagoam turpiter adamavit. Sunt qui ſcribant, in lingua Perſica, ſpadonem Bagoa dici. *Idem.*

Mun-

non immerito in argumentum noſtræ opinionis adduxerim, ut rex ille Nabuchodonoſor nuncupatus, Ochus fuerit, ſub quo Baguam fuiſſe, mundiales hiſtorici prodiderunt. Cæterum illud nemini mirum eſſe oportebit, quod ſcriptores ſecularium literarum, nihil ex his, quæ ſacris voluminibus ſcripta ſunt, attigerunt: Dei Spiritu prævalente, ut intaminata ab ore corrupto, & falſis vera miſcente, intra ſua tantum myſteria contineretur hiſtoria, quæ ſeparata à mundi negociis, & ſacris tantum vocibus proferenda, permiſceri cum aliis, velut æquali ſorte, non debuit. Etenim erat indigniſſimum, ut alia agentibus, aut alia quærentibus, hæc quoque cum reliquis miſcerentur. Sed pergam ad cætera, ac per Iudith geſta, ut potero, paucis abſolvam. Igitur

Mundiales hiſtorici.] Iuſtinus, Ælianus, Plutarchus in Artaxerxe. Cæterum vocabulo *mundialis*, ab eccleſiaſticis ſcriptotibus mutuato, uſus eſt præter alios Prudentius. Latini dicerent profani hiſtorici. Nam (*ſeculares*) vocabulum etiam eccleſiaſticum eſt, hoc quidem ſenſu. Mundiales ergo hiſtorici, qui tractant mundi negotia, & non eccleſiæ. *Idem.*

Nemini mirum eſſe oportebit.] Ptolemæus Philadelphus de Demetrio Phalereo quærens, cur nemo hiſtoricus aut poëta ſacræ legis mentionem feciſſet? reſpondit: neminem auſum eam attingere quam conſtaret divinam eſſe & omni veneratione digniſſimam, & punitos eſſe quoſdam à cœleſti numine, qui eam temere attrectare non eſſent veriti. Theopompum enim volentem inde quædam ſuis ſcriptis inſerere, mente motum fuiſſe diebus triginta, & per intervalla inſaniæ, precibus Deum placaſſe, facile conjicientem quæ morbi cauſſa fuerit, atque etiam in ſomnis admonitum, hæc ideo ipſum pati, quod fuiſſet circa res divinas curioſior, eaque voluiſſet proferre profanis hominibus. Quare cum à cœpto deſtitiſſet, ſanam mentem ei fuiſſe redditam. Theodectæ etiam poëtæ, cum in quadam tragœdia vellet aliquid è ſacris libris admiſcere, oculos glaucomate ſuffuſos, caligaſſe, &, cum erratum agnoviſſet, exorato Deo redditam aciem. Habentur hæc apud Ioſephum Antiquit. Iudaic. l. XII. cap. 2.

Per Iudith geſta.] Sigonius corrigit, *Ac Iudith geſta:* vel certe, *Atque Iudith geſta.* Fateor hoc Latinius & elegantius dici: ſed tamen Sulpicii ævo ita loquebantur. Oroſius lib. 1. cap. 8. *Hæc idem Moyſes plenius veriuſque, tanquam per ſe ſuoſque geſta, conſcripſit.* Idem cap. 12. *quæ per Moſen ſtrenue acta ſunt:* & mox, *ſicut quæ per eum geſta.* Druſ. Imo de ejus geſtis figmenta. Nam Canonicus liber eſſe non poteſt, qui nec Hebraice ſcriptus, nec à Iudæis unquam agnitus, & inſuper impia commendat. Iudith inducitur non ſolum multa mentiens, ſed etiam, quod horrendum,

tur reverſis, ut ſupra memoravimus, in ſolum patrium Iudæis, necdum compoſito rerum aut urbis ſtatu, rex Perſarum Medis bellum infert, atque adverſus regem eorum, Arfaxat nomine, acie confligit, ſecundo eventu, perempto rege, gentem imperio adjungit. Idem reliquis nationibus facit, præmiſſo Holoferne, quem principem militiæ delegerat, cum millibus peditum centum & viginti, equitum duodecim. Is Cilicia & Arabia bel-

dum, Deum in hæc verba precans, *πάταξον δοῦλον ἐκ χειλέων ἀπάτης μου.* Ibidem laudat cædem Sichemitarum à Simeone patratam, ut opus divinum, quam Scriptura condemnat ut impium. Gen. XXXIV. & XLIV. Denique, ut jam dictum, nulli tempori res convenit, nec ullum ei aſſignari poteſt, ex quo non plurima emergant *ἄτοπα.* Vide Chamierum, Spanhemium, Gerhardum & alios Theologos.

Rex Perſarum Medis bellum infert.] Quia ſub Ocho hæc geſta putavit, ideo eum appellat regem Perſarum, qui Iudith I. ℣ſ. 5. rex Aſſyriorum vocatur. Quam multa hic quæ debilitant opinionem Sulpicii? Primum enim Ochi tempore nullum regnum Aſſyrium, nullus erat rex Aſſyriorum. Deinde ut demus Perſarum regem ibi regem Aſſyriorum dici, tamen is non regnabat Ninivis, quæ regia tum eſſe diu ante deſierat. Poſtremo bellum eo tempore nullum Medis illatum, cum Perſæ & Medi unum regem haberent. Vnde Arphaxad rex Medorum eſſe non potuit, niſi fortaſſe regem appellat, qui ſatrapa duntaxat erat, quem Latini autores regulum vocant. Quod ſi conceditur, tunc illud mirum, belli hujus Medici nullam mentionem fieri apud autores. *Druſius.*

Arfaxat nomine.] Nomen hoc Ebraicum eſt ſcribique debet Arphaxad, cum d in fine. Sic enim certe ſcribitur Gen. X. ℣ſ. 22. Nec variat editio noſtra vulgata Iudith I, I. Græca quoque habet *Ἀρφαξάδ*, ut dubitare de vera ſcriptura nemo jam debeat. *Druſ.* Opiniones de illo Arphaxad, variæ ſunt. Eſt Arbaces. *Serar.* Diocles ſive Dejoces. *Bellarmin.* & *Salian.* Cyaxares. *Geneb.* Præfectus Medorum. *Alii.* Quæ omnia *ἀσύστατα* ſunt, & opiniones meræ. *Horn.*

Perempto rege.] Quem cepit & jaculis confixit. *Græci.*

Præmiſſo Holoferne.] Qui Perſa fuit. *Cedrenus.* Quod nomen oſtendit, ſicut Tiſſaphernes, Atthaphernes, Intaphernes. Quanquam & apud Aſſyrios, Armenios, Cappadoces reperti, qui nominarentur Holofernes. *Serar.* Fuit Archiſatrapa. *Zonaras.* Rex. *Tertull.* I. contra Marc. Filius Aſſueri & Eſtheris. *Maironis.* Quæ omnia vel falſa & inepta, vel incerta ſunt.

Equitum duodecim.] Græca habent CXX. millia.

Arabia.] Vide num ſit legendum, *& Meſopotamia:* quam bello vaſtatam narrat hiſtoria Iudith II, 14. Quamvis in eodem capite, *καὶ ἦλθεν ἕως ὁρίων Ἰάφεθ, τὰ πρὸς νότον, κατὰ πρόσωπον τῆς Ἀραβίας, καὶ ἐκύκλωσε πάντας τοὺς υἱοὺς Μαδιὰν*, &c. *Druſ.* Arabia complectitur quaſdam Meſopotamiæ partes, quæ hodie Iraca Arabum dicuntur. De quo ſupra. *Horn.*

Da-

bello vaſtatis, multas urbes aut vi capit, aut metu in deditionem compellit. Iamque Damaſcum admotus exercitus, magno Iudæos terrore perculerat. Sed impares ad reſiſtendum, neque ad deditionem acquieſcentibus animis, expertis quippe uſque ante captivitatis mala, ad templum frequentes concurrunt. Ibi communi gemitu, permixtoque ululatu, divinum auxilium implorant: ſatis ſe Domino, ob peccata vel crimina, dediſſe pœnarum, reliquiis ſaltem, ſervitio nuper exemptis, parceret. Interea Holofernes Moabitis in deditionem acceptis, atque adverſum Iudæos in ſocietatem belli aſſumptis, quum ab eorum principibus inquireret, quibuſnam viribus freti Hebræi, deditioni animos non dediſſent; Accitor quidam comperta ediſſerit: Iudæos Dei cultores, pio à patribus ritu inſtitutos, olim in Aegypto pe-

Damaſcum.] Hæc Syriæ caput, Arabice *Sciam* & *Demaſc*, Syris *Darmſuc*, ſita in amplo campo ad radices Libani. *Sionita.* Iudith. 11, 17. *Et poſt hæc deſcendit in campos Damaſci in diebus meſſis, & ſuccendit omnia ſata omneſque arbores & vineas fecit incidi: & cecidit timor illius ſuper omnes inhabitantes terram.* Verba ſunt ex editione Hieron. Græce habetur, καὶ κατέβη εἰς πεδίον Δαμασκοῦ. *Druſ.*

Ad templum frequentes concurrunt.] Iudith. IV, 2. Περὶ Ἱερουσαλὴμ καὶ τοῦ ναοῦ Κυρίου θεοῦ αὐτῶν ἐταράχθησαν. & verſ. 9. *infantes proſtraverunt contra faciem templi Domini.* Quæ perſpicue convellunt ſententiam eorum qui hæc accidiſſe ſcribunt ſub Cambyſe. Nam templum conſummatum fuit primum anno ſexto Darii Nothi, ut ſupra demonſtratum eſt. *Druſius.* Et rejectum quoque. Nam factum id ſub Artaxerxe Longimano.

Servitio nuper exemptis.] Captivitatem Babylonicam intelligit, è qua non ita pridem reverſi erant. Paullo ante, *expertis quippe uſque ante captivitatis mala.* Druſ.

Moabitis.] Deſideratur, *& Ammonitis*; vel ſi mavis, *filiiſque Ammon.* Nam Achior, de quo mox, dux erat filiorum Ammon. *Druſ.*

Accitor.] Iudith. v. Mirum, quonam modo, qui etiam Græcis eſt Ἀχιὼρ, hic voce adeo detorta, Accitor nominetur. Niſi aliorum ſcriptorum, qui hodie non extant, fide nitatur. *Giſelin.* An mendum eſt librariorum? *Druſius.*

Dei cultores.] Dei, non Deorum: & Dei veri, quem Deum patrum ſuorum vocabant, qui ſunt Abraham, Iſahac, Iacob. Alio autem ſenſu Achior dicit, *deſerentes itaque cæremonias patrum ſuorum, quæ in multitudine Deorum erant:* qui ſe ipſum explicat cum ait, *populus iſte ex progenie Chaldæorum eſt. Hic primum in Meſopotamia habitavit, quoniam*

pependiſſe ſervitium: inde divino munere eductos, ac ſiccatum mare pedibus emenſos: poſtremo, omnibus gentibus devictis, habitatas majoribus terras recepiſſe. Exin, vario rerum ſtatu floruiſſe, aut concidiſſe, atque iterum malis emerſiſſe: ſecundum merita, iratum aut placatum Deum, viciſſitudine expertos, dum peccantes incurſionibus hoſtium aut captivitatibus coërcentur, propitio numine ſemper invicti. Cæterum, ſi præſenti tempore abſque peccato ſint, nullo modo eos poſſe ſuperari: ſin aliter ſe habeant, facile vincendos. Ad hæc Holofernes, ferox multis victoriis, nihil ſibi invictum ratus, ira accenſus, cur ex peccato potiſſimum Iudæorum pendere illius victoria putaretur, propelli Accitor in caſtra Hebræorum jubet, ut cum his periret, quos vinci non poſſe affirmaverat. Ac tum Iudæi montes petiverant. Ita quibus id negotii datum, ima montium ſucceſſere, ibique vinctum Accitor reliquerunt. Quod ubi Iudæi animadvertunt, exemptum vinculis, in collem perducunt. Cauſas rei quærentibus, geſta exponit, receptuſque, parem exitum opperiebatur. Is poſt vi-

niam noluerunt ſequi Deos patrum ſuorum, qui erant in terra Chaldæorum. Idem.

Pependiſſe ſervitium.] Supra *captivitatem pependerunt:* & de Ieroboamo ſervo Salomonis, *aliquandiu Salomoni ſervitutem pependerat.* Idem.

Siccatum mare.] Rubrum. Vide ſupra lib. 1.

Omnibus gentibus devictis.] Terræ Chanaan, quæ ſeptem erant: unde terra ſeptem gentium. In his præcipui erant Chananæi & Amorræi. *Druſ.*

Majoribus.] Abrahamo, Iſahaco & Iacobo; quos ſupra patres appellavit. *Idem.*

Vario rerum ſtatu.] Sub Iudicibus.

Secundum merita.] Id eſt, facta eorum bona vel mala.

In caſtra Hebræorum.] Si caſtra erant, ea erant Bethuliæ in ipſa urbe. Bethuliam autem putatim eſſe quæ in libris Canonicis Bethel dicitur. Quod tamen dubitans, pono, non adfirmo. *Druſ.* Alii in Galilæa, tribu Zabulon, ponunt, & cerni etiamnum veſtigia caſtrorum Holofernis. *Brocard.* & *Adrich.* Quæ fabuloſa. Nam liber eſt, *αἰνιγματώδης*. *Grot.*

Vinctum.] Ad arborem. Iudith. vi.

In collem perducunt.] Bethuliam, quæ in colle, vel potius in monte ſita. Nam collis humilior & depreſſior eſt quam mons. *Druſ.*

victoriam circumciſus, Iudæus factus eſt. Igitur Holofernes, difficultate locorum comperta, quia adiri præcelſa non poterant, montes militibus circumdat, & ſumma cura Hebræos aquationibus prohibet: eoque maturius obſidionem ſenſere. Itaque victi penuria aquæ, ad Oziam principem concurrunt, proni omnes ad deditionem. Ille vero, opperiendum pauliſper, & divinum auxilium expectandum reſpondens, quintodecimo die deditionis tempus conſtituit. Quod ubi Iudith compertum, quæ viro vidua, prædives opibus, inſignis ſpecie, ſed moribus quam vultu illuſtrior, tum in caſtris erat, arctis ſuorum rebus, etiam certo ſibi exitio, audendum aliquid & tentandum rata, caput comit, vultu expolitur, comite ancilla caſtra hoſtium ingreditur. Statimque ad Holofernem deducta, perditas res ſuorum me-

Iudæus factus eſt.] Proſelytus factus eſt. Tales etiam Iudæos vocabant: unde verbum מתיהודים Iudaizabant, id eſt, ſacra Iudæorum ſuſcipiebant. Interdum qui proſelytus evaſerat, dicebatur proſelytus juſtitiæ. Nam proſelyti nomẽ in lingua Græca quemlibet advenam denotat. Sic etiam גר in lingua Moſis. *Idem.*

Montes militibus circumdat.] Quibus cincta erat Bethulia. Sic de Ieroſolyma legimus, *montes circum eam.* Nam pars Iudææ montoſa erat: quæ ideo montana ſive montes Iudææ vocatur. In hac Bethulia erat. *Idem.*

Aquationibus prohibet.] Nam incidi cutavit aquæductum eorum: tum etiam cuſtodes poſuit fontium, ne haurirent aquam ex eis. *Idem.*

Ad Oziam Principem concurrunt.] Iudith. VII. Erat Michæ filius, ex tribu Simeon.

Quintodecimo die.] Quærendum unde hoc habeat. Nam Iudith VII, 23. quinto die. Etiam in Græco πέντε legitur. Forte Severus initio ſcripſerat, *quinto demum die.* Druſ.

Iudith.] Nonnulli cenſent nomen hoc commune eſſe, ſicut eſt Abra. יהודית enim Iudæam denotat. Verius, eſſe nomen proprium. *A Lapide.*

Viro vidua.] Virum habuerat nomine Manaſſem, qui genus ſuum referebat ad Simeonem patriarcham. Vidua vero manſerat domi ſuæ tres annos & quatuor menſes, vel, ſequendo Hieronymum, ſex menſes. Vide Iudith VIII. ℣ſ. 3.

Tum in caſtris erat.] Bethuliæ, ubi erant caſtra Ebræorum. Supra dixerat, *propelli Accitor in caſtra Hebræorum jubet.*

Comite ancilla.] Iudith. X, 2. *vocavit abram ſuam*, id eſt, ancillam, famulam. Proprie ita vocantur ancillæ honeſtiores. Legitur hæc vox ἄβρα ſive ἅβρα (nam anceps ſcriptura) Gen. XXIV. in editione τῶν ἑβδομήκοντα: item Exod. II. αἱ ἅβραι αὐτῆς, id eſt, ancillæ ipſius. *Druſ.*

Barba-

memorat, ſe transfugio vitæ conſuluiſſe. Deinde à duce poſcit liberum, extra caſtra, nocturno tempore, egreſſum, orandi gratia. Mandatum id vigilibus, portarumque cuſtodibus. Sed ubi per triduum, egrediendi ac redeundi conſuetudinem ſibi, barbaris fidem fecit, Holofernem cupido inceſſit, dediticiæ corpore abuti. Etenim forma excellenti, Perſam facile permoverat. Ita ad Ducis tentorium, per Baguam Eunuchum, deducunt, initioque convivii, barbarus multo ſe vino obruit. Tum remotis miniſtris, priuſquam vim mulieri inferret, ſomno captus eſt. Iudith, tempore arrepto, caput hoſtis deſecat, ſecumque aufert. Et cum ſecundum conſuetudinem, caſtris egredi crederetur, incolumis ad ſuos regreſſa eſt. Poſtero die Hebræi, caput Holofernis de ſuperioribus oſtentantes, eruptione facta, ad caſtra hoſtium pergunt. Tum vero barbari, ſignum pugnæ poſcen-

Barbaris fidem.] Galeſin. *Barbari.* Quod non capio quid ſibi velit. Mutandum enim potius erat, *barbaro.* Vulgata lectio perarguta eſt, & facilis. *Giſelin.*

Abuti.] Malim *abutendi.* Druſ. Sed abſque cauſa. *Horn.*

Perſam.] Id eſt, Holofernem, quem Perſam appellat eo modo, quo ſupra Nabuchodonoſorum Perſarum regem eſſe dixit. *Druſ.*

Per Baguam Eunuchum.] Baguam interpres noſter vulgatus Vagoa nominat. Hujus meminit vir doctus per hæc verba, *Fuit litteris proditum, reges Perſarum, qui ſpadones in regnum aſciti fuere, Bagoas nuncupari.* Druſ. Bagoa non tam eſt nomen proprium, ut vult Serarius, quam commune, Perſis ſignificans Eunuchum. Id docet Plinius XIII, 4 Ovidius II. Amor. II. (*Bagoi.* *Quem penes eſt Dominam ſervandi cura* Sic Alexandri M. Eunuchus fuit Bagoas. *Curt.* X. & Herodis quoque. *Ioſeph.* XVII, 3. Porro errat Sulpicius, qui Iudithæ Hiſtoriam refert ad tempora Artaxerxis Ochi, eo quod ipſe habuerit Eunuchum nomine Bagao. *A Lapide.*

Deducunt.] Eſt cur malim, *deducitur.* Druſ.

Multo ſe vino obruit.] Tantum vini hauſit quantum nunquam per totam vitam uno die hauſerat. *Idem.*

Caput hoſtis deſecat.] Pugione ſive acinace ipſius Holofernis, qui ad columellam lecti pendebat. *Druſius.* Sic A. Ch. CCCCLIV. Aëtio adhuc vivente, Attila, Aëtii hortatu, noctu, mulieris manu, cultro confoditur. *Baronius.*

Caput Holofernis de ſuperioribus oſtentantes.] Sic Machabæus ſuſpenſo capite Nicanoris. II Mach. XV, 35. M. Livius & Cl. Nero Coſſ. cæſo Aſdrubale, caput inopinato in caſtra Annibalis projecerunt. *Livius* XXVI.

centes, tabernaculum ducis frequentes aſſiſtunt. Vbi truncum corpus repertum, fœda formidine in fugam verſi, terga hoſtibus præbuerunt. Iudæi fugientes perſecuti, cæſiſque multis millibus, caſtris ac præda potiti. Iudith ſummis laudibus celebrata, centum & quinque annos vixiſſe traditur. Hæc, Ocho rege, ut opinamur, geſta ſunt, anno imperii ejus duodecimo. A tempore Hieroſolymæ reſtitutæ, uſque in id bellum, fuerunt anni duo & viginti. Cæterum Ochus viginti tres annos regnavit. Fuit autem ultra omnes cruentus, & pluſquam barbaro animo. Hunc Bagua ſpado ægrotantem venenis ſuſtulit. Poſt eum Arxes, filius ejus, triennio imperium tenuit. Darius annos quatuor. Adverſum hunc

Tabernaculum ducis frequentes aſſiſtunt.] Nemo audebat cubiculum pulſare, aut introeundi excitandive cauſſa fores aperire. Tandem accedens Bagoas, tabernaculi atrium pulſat, ſuſpicatus eum cum Iuditha dormire. Sed cum nullum jacentis motum auribus perciperet, ingreſſus cubiculum, propius ad lectum accedit, ſubductaque cortina deprehendit eum in lecto jacentem truncum ſine capite. *Druſ.*

Centum & quinque annos.] Iud. XVI. ℣ſ.28. Minus recte aliqui cenſent, Iudith poſtquam facta eſt vidua, vixiſſe annos CV. Sic enim moriens fuiſſet CXL. annorum. *A Lapide.* Et tamen Græci ac Latini Codices hoc volunt, ut etiam Sixtus Senenſis obſervat. *Chamier.*

Duodecimo.] Decimo tertio. Iudith. II,1.

Anni duo & viginti.] Imo duo & quadraginta. Nam Ieroſolyma reſtituta anno Artaxerxis XXXII. qui regnavit annos LXII. Adde duodecim Ochi, faciunt XLII. Sciendum alibi, ubi vulgo LXII. Sigonium legere XLII. Si recte, tum nihil hic mutandum. Nam X. Artaxerxis & XII. Ochi ſimul efficiunt XXII. *Druſius.*

Viginti & tres.] Et ſex. *Euſeb. Funccius, Iuſtinus* X.

Vltra omnes cruentus.] Plutarchus Artaxerxe. De quo ſupra dictum.

Venenis ſuſtulit.] Cauſa & factum paulo ante expoſitum.

Arxes.] Arſes Ochi F. Euſebio.

Triennio.] Quadriennio. *Euſebius*, & alii.

Darius.] Vltimus, Arſami F. qui Codomannus. Quidam .Arſanes ſcribunt, per N. Cæterum *Arſami F.* obvium in Euſebio, ut *Codomannus*, vel magis Codomanus in Iuſtino hiſtorico. Sic nominabatur antequam regnum adeptus eſſet. Vide Iuſtinum, lib.X. Ex privata enim fortuna (fuerat enim ἀστάνδης ſive ἀσκάνδης, id eſt, ἡμερόδρομος, ut interpretatur Heſychius) ad regnum pervenit, Darii nomine, ne quid regiæ majeſtati deeſſet, honoratus. Siquidem in more poſitum erat olim, ut ad imperium accedentes reges nomina mutarent. Regnum autem conſecutus fuit beneficio Bagoæ eunuchi. Quod ſignificat Alexander apud Curtium.

hunc Alexander Macedo acie conflixit. Eo victo, Perſis imperium ademptum: quod ab initio Cyri ſteterat annos ducentos & quinquaginta. Alexander victor fere omnium gentium, adiiſſe Hieroſolymæ templum di-

tium. *Ne Darius quidem Perſarum accepit imperium, ſed in ſedem Cyri beneficio Bagoæ caſtrati hominis admiſſus.* Quibus addo aliud teſtimonium Alexandri Macedonis ex Arriani lib. III. ubi Dario per epiſtolam exprobat, quod occiſo Arſe, Bagoæ opera, imperium occupaſſet, οὐ δικαίως, οὐδὲ κατὰ τὸν Περσῶν νόμον. Similiter Strabo libro XV. ejus ſpadonis opera Darium οὐκ ὄντα τοῦ γένους τῶν βασιλέων, regem factum ſcribit. Sed & Diodorus Siculus lib. XVII. ait poſt Ochi & Arſis ejus filii cædem ἐρήμου ὄντος τοῦ βασιλέως οἴκου, καὶ μηδενὸς ὄντος τοῦ κατὰ γένος διαδεξομένου τὴν ἀρχὴν, Darium regnum Bagoæ eunuchi beneficio adeptum eſſe. *Druſ.*

Alexander Macedo.] Fuit ſpurius, ex adulterio, ut creditur, Pauſaniæ cum Olympiade, genitus. Quod ex Plutarcho & Iuſtino ſatis clare apparet; & conſtanter Perſæ ac Arabes affirmant. *Schickardus. Voßius.* Arabes eum ذو القرنين Bicornem vocant, non tam ob partum Orientis & Occidentis Imperium, quam à cornuta Alexandri effigie, nummis exhibita, ut Iovis Ammonis filius agnoſceretur. *Golius.*

Acie conflixit.] Bis cum eo conflixit. Semel ad Iſſum in Cilicia: iterum deinde in Arbellis apud Gaugamela. *Druſius.* Locus ergo ultimæ pugnæ, Gaugamela, vicus exiguus & obſcurus fuit, ſexcentis ab Arbela ſtadiis. *Arrianus. Plutarch.* Habuit tum Alexander etiam Iudæos in exercitu. Qualis Myſonianus fuit, cujus apud Euſeb. IX. προπ. 2. memoria extat. Vide Cunæum II Reg. Hebr. XVIII.

Eo victo.] Et occiſo. Quod ſcelus Beſſus & Nabarzanes admiſerunt. *Curtius V.*

Perſis imperium ademtum.] Et ad Græcos tranſlatum. Vnde Aſia & Syria Græciæ nomen acceperunt, ut ſupra monitum.

Annos ducentos & quinquaginta.] Debent Artaxerxi Mnemoni tribui LXII. anni. Alioqni tantum eſſent anni CCXXX. Quod ex ſubjecta tabula clare perſpicies. Cyrus regnavit ann. XXXI. Cambyſes ann. IX. Magi fratres menſes. VII. Darius Hyſtaſpis ann. XXXVI. Xerxes annos XXI. Artaxerxes μακρόχειρ ann. XLI. Xerxes alter menſ. II. Sogdianus menſ. VII. Darius Ochus ann. XIX. Artaxerxes Mnemon ann. LXII. Ochus ann. XXIII. Arxes ſive Arſes ann. III. Darius ultimus ann. IV. Summa ann. CCCCL. menſ. IV. Ita Sulpicius: alii aliter. Nam ſunt qui tantum CC. annos hoc imperium ſtetiſſe volunt. Sunt etiam qui CCXXX. & alii CCXXV. annos ei aſſignant. Vide Briſ. de regno Perſarum. *Druſ.*

Adiiſſe Hieroſolymæ templum.] Pontifice Iaddua, qui Ebræis Simeon Iuſtus, ſi modo iidem ſunt, & non alius hic ab illo Iaddua pontifex. In hiſtoria Ebraica Hananel nominatur. Salmanticenſis, *Simeon Iuſtus pontifex fecit duas vaccas, & ipſe fuit è viris magnæ ſynagogæ, vocaturque Iaddua* (Iddo eſt in Ebræo) *è ſemine Ioſuæ filii Ioſedec ſummi ſacerdotis.* Et mox, *eum honoravit Alexander Macedo adoravitque.* Druſius. Ἐλιαζοῦν Nicephori eſt Ἐλιαζοῦς in Mſ. *Iaddua* ſeu *Iaddus* is erat qui Alexandrum Magnum excepit; ut Ioſephus, cujus ſequaces ſunt Paulus Diaconus, Freculphus, plerique alii. Id vero alii Simeoni I. ſeu Iuſto tribuunt.

dicitur, ac dona intuliſſe: edixitque per omne imperium, quod ſui juris effecerat, ut Iudæis ibidem degentibus, liberum eſſet in patriam reverti. Exacto duodecimo imperii anno, ſeptimo poſteaquam Darium devicerat, apud Babyloniam defunctus eſt. Regnum ami-

Vide Abraham Ben David in Cabala, & *Sepher Iuchaſin* pag. 195. a. Alii *Chananiah* (pro Onia qui ſequitur ut videtur) eum nuncupant, ut Ioſeph Gorionides lib. 1. cap. v. Certe Simeonem illum etiam *Iddo* & Iaddum interdum apud Ebræos dici legimus. Vide ſis Abraham Ben David in Cabala Hiſtorica, interprete Genebrardo, *Sepher Iuchaſin* fol. 66. a. & *Shalsheleth* R. Gedaliæ Ben Iechia fol. 22. *Seldenus.*

Liberum eſſet.] Hoc Perſarum reges liberum fecerant. Quid igitur? *Iudæis petentibus ut patriis legibus vivere ſibi liceret, utque ſeptimo quoque anno concederetur tributorum immunitas, conceſſit omnia.* Ioſephus Originum libro 11. cap. 8.

Duodecimo imperii anno.] Machab. 1. ℣ſ. 8. *regnavit Alexander annos* XII. *& mortuus eſt.* Euſebius in Chronicis addit menſes ſex. Alii ſcribunt anno decimo tertio vita functum eſſe. Rurſum Euſebius, *Alexander regnum Aſiæ anno regni ſui ſeptimo occupat & tenet omnia annis duodecim.* At Sulpicius, *ſeptimo, poſteaquam Darium devicerat, apud Babyloniam defunctus eſt.* Quomodo hoc verum eſſe poteſt, ſi tenuit omnia annis duodecim? *Druſ.* Nulla difficultas. Alexander omnia tenuit annis duodecim, id eſt, & Macedoniam & Aſiam.

Apud Babyloniam.] Quo conceſſit, Coſſæis ſubactis, ad audiendas omnium fere gentium legationes. *Diodor.* XVII. *Arrian.* VII. Et quanquam Magi urbem hanc ei fatalem fore prædicerent, tamen ab Anaxarcho Philoſopho perſuaſus, hæc contemſit, ac urbem ingreſſus eſt. *Iuſtin.* XII. *Plut. Alex.*

Defunctus eſt.] Caſſandri fraude, & ingenito vitio, periit, veneno ſcilicet & crapula. Igitur Dæſii quinto apud Eumæum, ſeptimo & XV. apud Perdiccam epulatus, ſequentes dies ſomno dedit, ut Ælianus ex diariis Alexandri refert. Addit παρὰ Βαγώᾳ δὲ ἐδείπνησε τῇ πετράδι μετ᾽ εἰκάδα, τῇ δὲ τρίτῃ ἐκάθευδε, legendum πέμπτῃ, vel epulatus eſt apud Bagoam τετάρτῃ φθίνοντος, τῇ τρίτῃ ἐκάθευδε, Dæſii XXVII. ſequenti obdormiit ſimul & obiit. Arianus ex iiſdem diariis ait in morbum incidiſſe Dæſii XIIX. Sequenti die nihilominus apud Theſſalum Medium (Iuſtinus Medicum perperam vocat) Dæſii XX. apud Nearchum potaſſe, ac tandem Dæſii XXVIII. periiſſe. Addit: *Mortuus eſt Olympiade* CXIV. *Prætore Hegeſia. Vixit annos duo & triginta & tertii menſes octo. Regnavit annos duodecim, & hos octo menſes*, hoc eſt, mortuus eſt exeunte primo Olympiad. CXIV. anno. *Capellus.* Vide Iuſtinum XII. Curtium, Arrianum, Plutarchum & alios. Non abſurde ſtatuas in viſione Danielis cap. VII. imperium Græcorum comparari pardo, quia Alexander M. fuerit vinoſus, uſque adeo ut ſi eos minus ſequi viſum fuerit, qui veneno interiiſſe arbitrantur, ſatis tamen cauſæ ſola in vinolentia fuerit, cur periret Babylone. *Voſſius.* Ab ejus obitu æra Græcorum ducitur, de qua Muhammed Alferganus ex verſione Golii: *Romani & Syri æram deducunt ab initio annorum Alexandri, dicti bicornis, qui quidem dies fuit feria ſecunda.*

Regnum amici ejus.] Alibi eſt, *ſervi ejus*, id eſt, aulici, & alibi, *ſtipatores ejus.* Significat autem principes & duces

amici ejus, qui ſimul cum illo maxima illa bella geſſerant, partiti ſunt. Inde aliquanto tempore, ſine uſurpatione regali, ſuſceptas partes procuraverunt, Arridæo quodam Philippo Alexandri fratre regnante, cui perimbecillo, verbo datum imperium videbatur, res autem penes eos erat, qui ſibi exercitum & provincias diſtribuerant. Nec vero hic rerum ſtatus diu manſit, omneſque ſe reges appellari maluerunt. Primus in Syria

ces exercitus Macedonici, qui ejus venerationis ac virtutis erant, ut ſingulos reges eſſe putares, ait Iuſtinus. lib. XIII. Fumus in oculis meis quod 1 Machab. cap. 1. ℣ſ. 7. *Et vocavit pueros ſuos illuſtres, qui una ſecum enutriti fuerant à juventute, & diviſit illis regnum ſuum, dum adhuc viveret.* Quid aut quem ſecutus eſt autor ille, alioqui non malus, cum hæc ſcriberet? An in mente habuit locum Danielis? *Dum ipſe adhuc ſtaret, confractum fuit regnum ejus, & diviſum fuit in quatuor ventos cœli?* Nam de Alexandro loquitur, & *ſtaret* interpretantur viveret. *Druſ.*

Partiti ſunt.] Appianus in Syriacis, *Amici Alexandri gentes ſubactas diviſerunt in ſatrapias, Perdicca diviſore, ex autoritate Philippi: nec multo poſt mortuis regibus regnarunt ipſi ſatrapæ.* Oroſius lib. III. cap. 21. *Alexander per duodecim annos trementem ſub ſe orbem ferro preſſit. Principes vero ejus XIV. annis dilaniaverunt, & veluti opimam prædam à magno leone proſtratam avidi diſcerpſere catuli, ſeque ipſos in rixam invicem irritatos prædæ æmulatione fregerunt.* Idem.

Sine uſurpatione regali.] Nemo enim ſe regem appellabat, aut regis nomen uſurpabat, quandiu aliquis ex ſtirpe Philippi Alexandrive in vivis erat. *Idem.*

Arridæo quodam Philippo.] Proprium ei nomen Arridæus ſive Aridæus: id poſt mutatum in Philippus, amore, ut creditur, Philippi; cujus ſtirpem Macedones unice amabant. Iuſtinus, *cum equites quoque idem feciſſent, pedites indignati, nullas ſibi conſiliorum partes relictas, Aridæum Alexandri fratrem regem appellant, ſatellitesque illi ex tribu ſua legunt, & nomine Philippi patris vocari jubent.* Malim Arridæo. Iuſtinus hoc nomen ſcribit Ariddæo, cum duplici D. *Druſ.* Vide Diodorum XVIII. Curtium X. Seneca de beneficiis IV. *Quid ſibi voluit providentia, quæ Aridæum regno impoſuit? Illi putas hoc datum? Patri ejus datum eſt & fratri.*

Cui perimbecillo verbo.] Nomen regium penes illum erat, autoritas penes alios. Vide Iuſtinum lib. XIII. Sic dico, nihil præter nomen habebat, quod Sulpicius appellat imbecille verbum, cum mentis non ſatis compos eſſe crederetur. Appianus, *Arridæus amore ſtirpis Philippi electus fuit, quamvis mentis, ut putabatur, non ſatis compos eſſet, cum adhuc Alexandri filii eſſent ſub educatoribus. Nam & mater prægnans obſervabatur.* Druſ. Male hunc locum Druſius accepit. Nam diſpungenda hæc ſunt; *cui perimbecillo, verbo datum imperium.* Et ſic omnia clara. *Horn.*

Omneſque ſe reges appellari maluerunt.] 1 Machab. 1, 9. *Alexandro mortuo ſervi ejus, occupato ſuo quiſque loco, omnes ſibi diadema impoſuerunt, necnon eorum poſteri per multos annos.* Primus in Aſia Antigonus, victo Ptolemæo, ab exercitu rex appellatus fuit, extinctis tum regibus

ria poſt Alexandrum Seleucus rex fuit, ſubjecta eidem Perſide ac Babylone. Qua tempeſtate Iudæi annuum ſtipendium, trecenta argenti talenta regi dabant:

nec

bus Aridæo Philippi atque Alexandri filiis. Mox etiam Ptolemæum regem ſuum appellavit exercitus, ne ob cladem videretur victori cedere. *Druſius.* Quinque initio regna fuerunt, Aſiæ, Thraciæ, Macedoniæ, Syriæ, Ægypti. Poſtea quicquid Lyſimachi fuerat Macedonico regno adjectum, partim ab aliis occupatum eſt. Vide Diodor. Iuſtin.

Primus in Syria poſt Alexandrum Rex fuit.] Hoc verum non videtur. Nam initio Syria paruit Ptolemæis regibus Ægypti. Reſpondeo Aſiæ & Syriæ ſatrapam primum fuiſſe Antigonum. Eum bello vicerunt Seleucus & Ptolemæus: unde contentio inter hos duos de regno Syriæ. Qua de re videndus lib. v. Polybius, ubi inter alia Antiochus quæritur de injuria quam ſibi fecerat Ptolemæus in occupandis Syriæ locis. Antigonum enim & Seleucum, qui primi ea loca occupaverant, veriſſimos ac juſtiſſimos dominos fuiſſe ajebat. Ideoque ad ſe, non ad Ptolemæum, Syriæ regnum, quaſi hæreditario jure pertinere. Quippe Ptolemæum adverſus Antigonum pugnaſſe non ſibi, ſed Seleuco eorum locorum imperium quærentem. Præterea communem omnium regum conceſſionem in medium afferebat. Nam quo tempore, ſuperato Antigono, dividere inter ſe regna Caſſander & Lyſimachus & Seleucus voluerunt, Seleuci eſſe omnem Syriam judicavere. Hæc ibi: quæ fortaſſe moverunt Euſebium (nam hunc Sulpicius ſequitur) ut ſcripſerit Seleucum primum in Syria regnaſſe ann. XXXII. *Druſius.*

Seleucus.] Cognomento Nicanor. *Euſebius:* Nicator, alii. Quæ putatur eſſe vera Macedonica dialectus. Appellatio à victoriis quas habuit. Alii dictum ita putant à Nicatore quodam cæſo. *Druſ.* A victoriis dictum Νικάτωρ, tradit Appianus Syriaco. Ammianus XXIII. *Nicatori Seleuco victoriarum crebritas hoc indiderat cognomenti.*

Perſide ac Babylone.] Primum fuit ſatrapa Babyloniorum: poſtea factus eſt *rex Babyloniæ Mediæque*, Appianus: *Babyloniæ & ſuperiorum locorum*, Euſebius. Idem aliter. Nam ſuperiora loca vocantur Media ac Perſia, ut 1 Machab. VI, 1. *Rex Antiochus perambulans ſuperiores regiones, audivit eſſe civitatem Elymaida in Perſide nobiliſſimam.* Druſ.

Trecenta argenti talenta.] Annuum vectigal ſive tributum, quod Iudæi Seleuco dabant, erant trecenta talenta non auri, ſed argenti, aut eo plus. Infra: *Nam deficientibus Iudæis ab eo, qui ei ultra trecenta argenti talenta annua penſitaverant.* Druſius. Videtur ſignificare, Iudæam poſt Alexandrum tributum pependiſſe regi Syriæ Seleuco, cui Babylon, & Perſis paruerit. Quod ſi credidit, vehementer erravit. Nam Iudæa primum paruit Ptolemæo Lagi filio Ægypti regi, qui illam armis occupavit, teſte Ioſepho, & Euſebio: inde Ptolemæo Philadelpho, qui biblia convertenda per ſeptuaginta Iudæos interpretes procuravit; de quorum interpretatione mirabili, ac divina Iuſtinus, Tertullianus, Epiphanius, & Auguſtinus de civitate Dei, lib. XVIII. cap. XLII. Tum Ptolemæo Euergeti, ad extremum Ptolemæo Eupatori filio ejus, quo tempore unus poſt alterum regnarunt in Syria, Seleucus Nicanor, Antiochus Soter, Antiochus Theus, Seleucus Callinicus, Seleucus Callinici filius, & Antiochus frater ejus, cognomento Magnus. Hic vero demum Ptolemæo Eupatori Syriam eripuit. Quod Ptolemæus Epiphanes ſucceſſor Eupatoris

ferre

nec tamen per ternos magiſtratus, ſed per ſacerdotes ſuos regebantur, patrioque ritu vivebant, donec pleri-

ferre non potuit. Itaque miſſo Scopa duce, Antiocho illam extorſit. Sed Antiochus ſuperato Scopa rurſus recepit. Inde collocata Ptolemæo Epiphani in matrimonium filia Cleopatra, partem tributorum Iudææ, nomine dotis illi attribuit, ac partem ſibi retinuit. Iudæa tamen in poteſtate regum Syriæ manſit, Ioſepho teſte. *Sigon.*

Regi dabant.] Non Seleuco ſed Ptolemæo Lagi, qui & *Σωτὴρ* dictus. Is Hieroſolyma Sabbatho occupavit; ut ex Agatharchide Cnidio Ioſephus XI, 1. oſtendit. *ὁ δὲ Πτολεμαῖος πολλοὺς αἰχμαλώτους λαβὼν*, ex montano Iudææ tractu, Samaria, & Gariſin, *κατῴκισεν ἅπαντας εἰς Αἴγυπτον ἀγαγών.* Ac propter fidem, per præſidia eos diſtribuit *τοῖς Μακεδόσιν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ αὐτοὺς ποιήσας ἰσοπολίτας.* Multi etiam ſponte in Ægyptum migrarunt illecti ubertate terræ, & Ptolemæi benevolentia. Sic Ioſephus.

Per ſacerdotes ſuos.] Id eſt, pontifices. Iuſtinus lib. XXXVI. *Semper exinde hic mos apud Iudæos fuit, ut eoſdem reges & ſacerdotes haberent: quorum juſtitia religione permixta incredibile quantum coaluere.* Non tantum apud Iudæos hic mos obtinuit, ſed etiam, ſi Servio credendum, apud alias gentes. Qua de re ſic ille ad hunc Virgilii locum,

Rex Anius, rex idem hominum Phœbique ſacerdos.

Majorum, inquit, *hæc erat conſuetudo ut rex eſſet etiam ſacerdos vel pontifex: unde hodieque imperatores, pontifices dicimus.* Cæterum quando primum cœperit hic mos in Iudæa, incertum. Darii quidem Nothi ævo ſuos adhuc duces habebant: ſed poſt, ratio regiminis immutata fuit, cum Alexandri tempore ſacerdotis Iaddui imperio ſubeſſent. Nullius certe ducis aut principis tum mentio uſurpatur apud autores. Poſt Machabæi ſacerdotes dicti ſunt ethnarchæ. Primus Ariſtobulus diadema ſumſit. Quamvis in hiſtoria Ebraica Iudas & fratres ejus reges nominentur. *Druſius.* Ex Levitica gente, poſt templi urbiſque reſtaurationem, primum pontifices rebus gerundis præfuerunt, nullo principis aut regis nomine aſſumpto. Apud hos omnis gratia, potentia, divitiæ erant, aut ubi illi volebant, cæteri vulgus erant, ſine honore, ſine auctoritate. Itaque tanti muneris decus non mediocribus conſiliis appetiverunt, qui Levitæ modo eſſent: quidam per vim, plures fraudibus, fallaciiſque, at pauci vera via illuc nitebantur. *Cunæus.* Monendum eſt interea, ut Pontificis nomen, modo quem diximus, ei interdum tribuebatur qui nondum Pontificatum geſſiſſet, ita etiam ſæpenumero tum in ſacris literis, tum apud optimos ſcriptores, viciſſim Sacerdos & Sacerdotii vocabulum, adeoque genus Sacerdotale, pro eo quod Pontificem, Pontificatum & Pontificale denotat, uſurpati. Vnde etiam Pontificia dignitas *ἱερατικὴ τιμὴ honor Sacerdotalis* & Stola Pontificia *ἱερατικὴ Sacerdotalis* Ioſepho vocatur, & *ἱερωσύνη Sacerdotium* aliquoties ipſe Pontificatus. Et frequens eſt hujuſmodi uſus Sacerdotis & Sacerdotii apud Sulpitium Severum, Hieronymum, alios. *Seldenus.*

Patrioque ritu vivebant.] Habentes *αὐτονομίαν.* Et tum inſignis illa Ptolemæi in eos benignitas, ac LXX. Interpretum hiſtoria contigit. Vide Ioſephum XII, 2. De qua tamen ingens controverſia. Nam Ioſephus Scaliger aperte tradit, fabulas Iudaicas eſſe, quæ de Ptolemæo Philad. & LXX. tradantur. Verſionem autem, ſuadente Iudæorum utilitate conſcriptam, qui tum Græce fere loquebantur. Numerus Interpretum, interpretandi ratio, & quæ de ſeparatione ac conſenſu tanto ambitu di-

rique eorum, longa rurſum pace corrupti, miſcere omnia ſeditionibus, & turbare cœperunt, affectantes ſummum ſacerdotium libidine, avaritia, & dominandi cupidine. Namque primum ſub rege Seleuco, Antiochi magni filio, Oniam ſacerdotem, virum ſanctum atque integrum, Simon quidam, falſis apud regem criminibus inſimulatum, exquirere nequiverat. Interjecto deinde tempore, Iaſon frater Oniæ, Antiochum

cuntur, ex XXIV. cap. Exodi petita ſunt. *Heinſius.* Saidus vero Batricides, Patriarcha Alexandrinus in Chronico ſuo, neque Philadelpho, neque Lagidæ interpretationis curam aſſignat, ſed alium Ægypti Regem عالب اوز *Oalab Aos* ejus authorem facit. De quo vide Seld. num. I. de ſucceſſ. in Pontif. VII. Certe in Canone Ptolemæi, quem Calviſius & Petavius ex Mſſ. produxere, Ἀλέξανδρος Αἴγος, inter Philippum Aridæum & Ptolemæum Lagi occurrit, de quo nemo novit quid ſtatuendum ſit. *Horn.*

Longa rurſum pace.] Quam agitarunt ſub Alex. M. & quatuor Ptolemæis, per annos amplius centum. *Sigon.*

Sub Rege Seleuco.] Seleucus iſte fuit ſeptimus rex Syriæ, cognomento Philopator ſive Philopater: cui Epiphanes ſucceſſit anno CCCXXXVII. regni Græcorum, quod à Seleuco Nicanore initium ducit. *Druſ.*

Antiochi Magni filio.] *Antiochus rex Syriæ victo Pt. Philopatore Iudæam ſibi ſociat.* Euſebius ex Ioſepho ſcripſerat τὴν Ἰουδαίαν προσάγεται, id eſt, ſibi adjungit, ſubjicit. Quippe inter Seleucidas & Ptolemæos proprie certamen erat, utri cavam Syriam occuparent. Iudæa vero erat προσκαταβλημαῖος, acceſſionis inſtar, & ceu navis modo à borea, modo à notho huc & illuc concuſſa. *Capellus.*

Oniam Sacerdotem.] Oniam tertium, Simonis ſecundi F. ad quem Areus ſive Arius rex Lacedæmoniorum legatos miſit. Ita Euſebius & Ioſephus. A quibus diſſentit doctiſſimus Scaliger, qui ab Ario legatos miſſos ait ad Oniam Iadduæ F. ſub Seleuco Nicanore, quo tempore Arius quoque ille erat in vivis, poſt quem nullus alius Arius in familia regia fuit. *Druſius.*

Virum ſanctum & integrum.] איש חסיד ותמים, id eſt, ὅσιον καὶ ἄμωμον ἢ τέλειον. Ἄμωμον, id eſt, immaculatum, ſine macula. Hujus meminit Breviarium Iaſonis c. III. τῆς ἁγίας τοίνυν πόλεως καὶ τῶν νόμων ἔτι κάλλιστα συντηρουμένων διὰ τὴν Ὀνίου ἀρχιερέως εὐσέβειάν τε καὶ μισοπονηρίαν, συνέβαινε καὶ αὐτοὺς τοὺς βασιλεῖς τιμᾶν τὸν τόπον. Vide ſequentia.

Simon quidam.] Idem liber, Σίμων δέ τις ἐκ τῆς Βενιαμὶν φυλῆς προστάτης τοῦ ἱεροῦ καθεσταμένος. Hinc diſcimus primum Benjamitam fuiſſe: deinde præpoſitum templi. Vide II Machab. IV, I. *Idem.*

Exquirere nequiverat.] Giſelin. *excutere.* Sigon. *extinguere.* An hoc egerit Simon, neſcio: hoc ſcio II Machab. III. verſ. 6. haberi, καὶ νικᾶται τὸν Ὀνίαν μὴ δυνάμενος. Proinde legendum putarim hoc loco, *vincere nequiverat.* Druſius.

Iaſon frater Oniæ.] II Macchab. IV. Qui ſic vocari maluit quam Ieſus: quod eſt

chum regem, qui Seleuco fratri ſucceſſerat, adiit, augmentum ſtipendii pollicens, ſi ſibi ſummum ſacerdotium traderetur. Et quanquam inſolitum, neque ante permiſſum cuiquam erat, perpetuo ſacerdotio perfungi: ſolicitus tamen regis animus, atque æger avaritia, facile ſuperatus eſt. Ita depulſo Onia, Iaſoni ſa-

eſt nomen Ebraicum, ut illud Græcum ſive Helleniſticum, unde ſcripſerim libentius Iaſo. Ἰάσων, Iaſo; ut Πλάτων, Plato. Sic Zeno. Similiter ſcribi poſſet Simo, nempe ex Græco Σίμων. Nam Ebraicum Simon non abjicit N. Moris erat illo tempore ut nomina Ebraica cum Græcis permutarent. Sic ex Ieſus factum Ἰάσων. Similiter frater Onias dictus eſt Menelaus. Nihil dico, ſi non Tarphon ex ea conſuetudine mutavit in Τρύφων, qui Latine Trypho diceretur, Sic hodieque quidam Ianus dicunt pro Iohannes. *Druſius.* Vide Ioſeph. XII. cap. 6.

Antiochum Regem.] Cognomento Ἐπιφανῆ, id eſt, Illuſtrem, qui poſt Ἐπιμανὴς dictus eſt, id eſt, Inſanus. Hæc acciderunt poſt exceſſum Seleuci, anno regni Græcorum, id eſt, Syro-Macedonum, CXXXVII. *Druſ.*

Augmentum ſtipendii pollicitus.] Talenta tria millia ſexcenta ſexaginta. Ioſephus περὶ τοῦ αὐτοκράτορος λογισμοῦ. trecenta quinquaginta, & ex reditibus aliis talenta LXXX. Epitoma Iaſonis. Hic denuo ſtipendium dixit pro tributo aut vectigali. *Druſ.*

Perpetuo ſacerdotio perfungi.] Lege, *perpetuo ſacerdotio non fungi*: aut cum Sigonio, *non perpetuo ſacerdotio perfungi.* Nam uſque ad hæc tempora pontificatus fuerat perpetuus. Sequentia quoque corrupta eſſe judicat Sigonius, atque ita corrigit, *tamen rex avaritia prævalente Oniam depulit, & Iaſoni pontificatum conceſſit.* Druſius. Violatam vult contra Ioſephum legem, primo in Iaſonis initiis, non in ejus abdicatione. Corrigendus autem proculdubio eſt, ut Sigonius & Druſius monuere; nec ſine negatione legenda verba illa, *perpetuo ſacerdotio fungi. Non perpetuo ſacerdotio*, aut *perpetuo ſacerdotio non fungi*, ipſum quidem ſcripſiſſe dubitari nequit. Ita res ipſa nemini non manifeſta poſtulat. Et Sulpitius ſane alia habet Ioſepho nimis adverſa. *Seldenus.*

Ita depulſo Onia.] Demortuum ſcribit Ioſephus Oniam tertium. Alii autem eum Pontificatu ab Antiocho depulſum ajunt, ut Sulpitius Severus lib. II. Et vide Iaſonis Cyrenæi breviarium capite IV. Quin & ipſe Ioſephus libro de Rationis imperio cap. IV. diſerte de Antiocho, καταλύσας, inquit, τὸν Ὀνίαν τῆς ἀρχιερωσύνης, Ἰάσωνα τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ κατέστησεν ἀρχιερέα, *Oniam Pontificem exautoravit, atque Iaſonem fratrem ejus in Pontificatum evexit.* Quin paulo poſt iiſdem artibus & duplo fere quam dederat Iaſon, Menelaus, qui & Onias nominatus, (nam præ Ebraicis jam Græca nomina, uti etiam & mores, malle cœperunt) licetur, & cauponante Pontificatum Antiocho, in dignitatem, fratre abdicato, evectus eſt. Et tunc primum, pro dominantium libidine, & petentium ambitione, Pontificatus in tempus dari atque auferri cœptus, qui antea perpetuus neque pro libitu exuendus erat. Ioſephus lib. XV. cap. 3. οὐ γὰρ ἄλλος γέ τις ἀφῃρέθη τὴν τιμὴν ἅπαξ παραλαβών. ἀλλὰ πρῶτος μὲν Ἀντίοχος ὁ Ἐπιφανὴς ἔλυσε τὸν νόμον ἀδελφὸν Ὀνίαν.

ſacerdotium eſt mandatum. Is fœde admodum cives patriamque laceravit. Dein quum per Menelaum quendam, Simonis illius fratrem, promiſſam regi pecuniam miſiſſet, patefacta ſemel ambitioni via, iiſdem artibus quibus Iaſon prius, Menelaus quoque ſacerdotium obtinuerat. Nec multo poſt, quum is promiſſum argenti modum non reddidiſſet, loco pellitur, Lyſimachus ſubſtituitur. Inde inter Iaſonem & Menelaum fœda

Ὀνίαν. *Neque ſolebat honor hic ſemel aſſumtus abrogari. Sed primus Antiochus Epiphanes eam legem violavit, abdicato Ieſu & ſubſtituto Onia fratre ejus.* Vide ſis eundem lib. XII. cap. 6. & lib. XIII. cap. 15. Euſebium numero M IↃCCCLXV. & II Maccab. IV. *Seldenus.*

Sacerdotium eſt mandatum.] Et una principatus. Nam ea ætate penes pontificem etiam principatus erat. Id colligo ex II Machab. IV, 10. ubi ſummum ſacerdotium diſerte principatus appellatur. Porro ſacerdotium hic eſt ἱερωσύνη, & idem valet atque ἀρχιερωσύνη. Sic ἱερεὺς uſurpatur pro ἀρχιερεὺς, ut Actor. V, 24. Sed & I Machab. XV, 1. Σίμωνι ἱερεῖ, mox ſe explicat cum ait, ἱερεῖ μεγάλῳ. *Druſ.*

Cives patriamque laceravit.] Initio ritus Græcanicos introduxit & gymnaſium Ieroſolymæ inſtituit: poſt, cum Menelaus ei eſſet ſuffectus, urbem cædibus implevit. Vid. II Macch. V, 6. *Druſ.*

Simonis illius fratrem.] II Macch. IV, 24. Si Maccabæorum hiſtoriam ſequimur, Iaſon ille ultimus Pontifex erit ex poſteris Eleazari. *Sigon.* Sic Iaſo Cyrenæus. Aliter Ioſephus Origin. lib. XII cap. 6. & Euſebius in Chronico. Scribunt enim hunc fuiſſe fratrem Iaſonis alio nomine Ieſus dictum. *Druſ.*

Iiſdem artibus.] Emit pontificatum, ut antea Iaſo fecerat, trecentis argenti talentis eum ſupergreſſus. II Macch. IV, 24. *Druſ.*

Obtinuerat.] Sigon. *obtinuit.* Probo vehementer. *Druſ.*

Lyſimachus ſubſtituitur.] Frater Menelai, II Machab. cap. IV, 29. *Druſius.* Iaſon Cyrenæus quarti filii Simonis, ſcilicet Lyſimachi, ſucceſſionem memorat. Ὁ μὲν, inquit, Μενέλαος ἀπέλιπε τῆς ἀρχιερωσύνης διάδοχον Λυσίμαχον τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφὸν, *Et Menelaus reliquit pontificatus ſucceſſorem Lyſimachum fratrem ſuum. Reliquit* ſcilicet, ut qui ab Antiocho Eupatore necatus non relinquere nequiret. Nam apud Ioſephum & Euſebium, Menelaus Pontifex ita ſublatus eſt. At illi, uti & Nicephorus, non Lyſimachum, ſed Alcimum proximum faciunt ſucceſſorem, de quo inferius. Certe & Ioſephus verbis expreſſis Oniam ſeu Menelaum νεώτερον ἀδελφὸν, *natu minimum fratrem* Iaſonis fuiſſe ait. Neque alibi tribuit plures Simoni ſecundo filios. Vulgata autem de Lyſimacho, *Menelaus amotus eſt à Sacerdotio, ſuccedente Lyſimacho fratre ſuo.* Si abdicationem ante obitum intelligendam velis, refragatur Ioſephus, qui ſecundum abdicationis perpetuæ hujus ex ſui natura dignitatis exemplum, in Hyrcano Ariſtobuli fratre ponit. Sed & Sulpicius heic: *Nec multo poſt, quum Menelaus promiſſum argenti modum non reddidiſſet, loco pellitur, Lyſimachus ſubſtituitur.* Selden.

Inter Iaſonem & Menelaum.] II Macc. V.

Patria

da fuere certamina, donec Iaſon profugus patria exceſſit. His initiis corruptis moribus, eo uſque proceſſum, ut plerique popularium ab Antiocho poſcerent, permitti ſibi more gentilium vivere. Quod quum rex petentibus annuiſſet, certatim peſſimus quiſque delubra extruere, idolis ſupplicare, legem profanare occœperat. Interea Antiochus, rediens ab Alexandria (namque tum bellum regi Ægyptio intulerat, quod juſſu Senatus & Populi Romani depoſuit, Paulo & Craſſo conſulibus) Hieroſolymam adiit, cum diſcordantem ſuperſti-

Patria exceſſit.] Fugit ad Ammanitas ſive Ammonitas, II Macch. IV, 26. *profugus in Ammanitidem expulſus eſt regionem.* Vbi notabis Ammanitidem dici, quæ vulgo Ammonitis. Sic Ammanitæ qui & Ammonitæ. Crebrum hoc in editione τῶν ἑβδομήκοντα. *Druſ.*

Plerique popularium.] In queis Tobiæ filii, qui à Menelai partibus ſtabant. Ioſephus Antiquitat. lib. XII. c. 6.

More gentilium.] Ritu Græcanico. Ioſephus: *Major populi pars factionem Iaſonis ſequebatur, quorum vim non ſuſtinentes Menelaus & Tobiæ filii ſeceſſerunt ad Antiochum, dicentes ſe velle relictis patriis inſtitutis ac legibus, religionem regis & Græcanicos ritus aſſumere.* Vide ſequentia lib. XII. cap. 6. *Druſ.*

Legem profanare.] Καὶ τὴν τῶν αἰδοίων περιτομὴν ἐπεκάλυψαν, ὡς ἂν εἶεν καὶ τὰ περὶ τὴν ἀπόδυσιν Ἕλληνες. *Ioſeph.*

Antiochus rediens ab Alexandria.] Ioſeph. XII. 6, 7. II Macc. V. Nam capta Memphi ipſam Alexandriam, regni tum Ægyptii metropolin, obſidere conabatur. Quanta illa urbs fuerit, vide apud Strabonem & alios Geographos; ut & Tyrium XIX. Belli Sacri XXVII.

Regi Aegyptio.] Ptolemæo Philometori, II Macc. V.

Iuſſu Senatus & Populi Romani.] Ἀπεκρούσθη οὐ τῆς Ἀλεξανδρείας μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ὅλης Αἰγύπτου τῶν Ῥωμαίων αὐτῷ παραγγειλάντων ἀπέχεσθαι τῆς χώρας. *Ioſeph.* Cum Ptolemæi fratres à Senatu auxilia petiiſſent, miſſus eſt legatus Popilius ad Antiochum, qui abſtinere illum Ægypto, aut ſi jam ingreſſus eſſet, excedere juberet. Quum in Ægypto eum inveniſſet, oſculumque ei rex obtuliſſet (nam coluerat inter cæteros Popilium Antiochus, cum Romæ obſes eſſet) tunc Popilius faceſſere interim privatam amicitiam jubet, cum mandata patriæ intercedant: prolatoque ſenatus decreto & tradito, cum cunctari eum videret, conſultationemque ad amicos referre, ibi Popilius virga, quam in manu gerebat, amplo circulo incluſum ut & amicos caperet, conſulere jubet, nec prius inde exire quam reſponſum ſenatui daret, aut pacem aut bellum cum Romanis habiturum. Adeoque hæc auſteritas animum regis fregit, ut pariturum ſe ſenatui reſponderit. Hæc Iuſtinus lib. XXXIX. Videatur etiam *Livius* XLV. *Valerius Maximus* lib. VI. cap. 4. *Appianus* Syriac. & alii.

Paulo & Craſſo.] L. Æmilio Paulo. & C. Licinio Craſſo. *Druſius.* Anno V. C. IↃLXXXV. *Sigon.*

Hieroſolymam adiit.] Ioſephus XII. 7. I Ma-

ſtitionibus ſuſceptis populum reperiſſet, legem Dei deſtruens, & his favens, qui impia ſequebantur, omnia templi ornamenta detraxit, ac multa cæde vaſtavit. Id geſtum, ab exceſſu Alexandri, anno centeſimo uno & quinquageſimo, Paulo (ut diximus) Craſſoque conſulibus, poſt quinquennium fere quam Antiochus regnare cœperat. Sed ut temporum ordo conſertus ſit, ac liqueat evidentius, quis hic fuerit Antiochus, regum qui poſt Alexandrum in Syria fuerunt, & nomina & tempora enumerabimus. Defuncto, ut ſupra retulimus, rege Alexandro, ab amicis ejus regnum omne diviſum, ac regio nomine aliquandiu adminiſtratum eſt. Seleucus, poſt novem annos, in Syria rex eſt appella-

7. I Macc. I. II Macc. v. Factum id anno CXLIII. Seleucidarum.

Diſcordantem.] Duas populi factiones Antiochus reperit, unam in vetere diſciplina, & religione manentem; alteram ſuperſtitionibus gentilium depravatam: atque ita favens ei, quam ipſe colebat, & Dei legem evertens templum expilavit. *Sigon.*

Omnia templi ornamenta detraxit.] Templum ſpoliavit, ablatis inde vaſis ſacri miniſterii, & inter cætera candelabris aureis, altari aureo, menſaque propoſitionis, quam vocant, ac ne aulæis quidem relictis, quæ è cocco & byſſo conſtabant. *Ioſephus.* Nec theſauris etiam pepercit: nam abſtulit è templo mille octingenta talenta. Breviarium Iaſonis. *Druſ.*

Multa cæde vaſtavit.] Hiſtoria poſcit ut legamus, *multa cæde eam vaſtavit.* Tanta enim virorum mulierumque occiſio, tanta virginum ac puerorum facta cædes eſt, ut tribus non amplius diebus, octoginta hominum millia perierint. Iaſo Cyrenæus: *Direptaque tota urbe, habitatores partim necavit, partim captivos cum liberis & uxoribus abduxit, uſque ad decem millium numerum.* Ioſephus lib. XII. cap. 7. *Druſ.* Hanc miſeriam & vaſtationem prædixit Daniel. VIII.

Ab exceſſu Alexandri anno centeſimo, uno & quinquageſimo.] An hoc egerit Simon, neſcio, hoc ſcio, II Macc. III. 5. haberi, ἐνικῆσαι τῶν ὁσίων μὴ δυνάμενος. Proinde legendum putarim hoc loco, *vincere nequiverat.* Druſ.

Poſt quinquennium fere.] Superfluit dictio *fere*, ut ſæpe alias. Nam Antiochus regnare cœpit anno Græcorum CXXXVII, à quo quintus eſt annus CXLII. Conſule priorem Machabæorum. *Druſ.*

Defuncto Rege Alexandro.] Autor prioris Machabæorum ſcribit vivo adhuc Alexandro id factum eſſe. Qua de re diximus antea. Nam videtur Danielem ſecutus. Cæteri tamen cum Sulpicio conſentiunt, etiam Ioſephus. *Druſ.*

Seleucus poſt novem annos.] Euſebius XII. annos habet. Seleuci regis exordium novam æram in Oriente peperit, qua Iudæi plurimum uſi ſunt, poſtquam ſub Græcorum dominatu eſſe cœperunt.

latus, regnavitque annos duos & triginta. Poſt eum Antiochus filius ejus, annos unum de viginti. Inde Antiochus, Antiochi filius, qui & Theus cognominatus eſt, annos quindecim. Poſt hunc Seleucus filius, cognomine Callinicus, annos unum & viginti. Item Seleucus filius Callinici, annos tres. Hoc defuncto, Antiochus frater Callinici, Aſiam & Syriam tenuit, annos ſeptem & triginta. Hic eſt Antiochus, adverſus quem Scipio, Africani frater, bellavit: quo bello victus, & imperii parte multatus eſt. Hic duos filios habuit, Seleu-

runt. Hanc æram *Terik dhilkarnain* Arabes vocant, id eſt, epocham τοῦ δικέρωτος, *cornigeri*. Is eſt Alexander M. qui ſe Ammonis, ſive Iovis cornigeri filium exiſtimari volebat. Ita paſſim Albatenius eam appellat. Iudæi מנין שטרות *æram contractuum*, quod illam ad obſignandos contractus adhiberent: etſi de appellationis origine minus conſtat. Illud extra dubitationem eſt, hujus initium epochæ ab illo anno procedere, qui ante Chriſtianam æram putatur 312. & eſt Per. Iul. 4402. quo 117. Olympias iniit. *Petavius.* De Regibus Syriæ, vide Appianum in Syriacis, Iuſtinum, Livium, & alios.

Antiochus.] Σωτὴρ, qui novercam adamavit, & poſtea Gallos in Aſiam irrumpentes repulit. *Druſ.*

Qui & Theus cognominatus eſt.] Id eſt, Deus. Hunc pater ex noverca genuit, quem poſt uxor ejus veneno ſuſtulit. Theum autem primi cognominavere Mileſii, quia Timarchum eorum Tyrannum occiderat. *Appianus.*

Callinicus.] Gallinicus eſt apud Euſebium & Funccium. Hunc pater Antiochus è Laodice genuit. *Druſius.* Hoc cognomentum & Herculi tribuit cum Luciano Plutarchus, & Martyribus Zonaras. *Bernecc.*

Seleucus filius Callinici.] Qui Κεραυνὸς dictus, & πώγων. Imperio præfuit annos tres, nec à valetudine firmus, nec ab opibus. Quocirca exercitum continere in officio non potuit. Appianus autor eum ſublatum fuiſſe veneno, purpuratorum perfidia, poſt exactum annum regni alterum. *Druſ.*

Antiochus frater Callinici.] Qui primo ἱέραξ dictus, ob rapacem naturam. Vide Strabonem XVI. Iuſtinum XXVII. Poſtea ob victorias & imperii amplitudinem, *Magni* cognomentum accepit.

Aſiam & Syriam tenuit.] Aſiam, victo Achæo, Mediam quoque, Perſiam, Hyrcaniam, Bactrianam, & omnes excepta Parthia ſuperioris Aſiæ provincias, recepit. *Polyb.* VII, VIII, X, XI. *Iuſtin.* XLI. *Appian.* in Syriae. Iudæam quoque Ægyptio Regi eripuit. *Ioſeph.* XII, 3.

Scipio Africani frater.] L. Scipio Conſul, P. Seipionem Africanum fratrem legatum habens. *Iuſtinus* XXXI. *Livius* XXXIV. *Appian.* Syriac.

Imperii parte multatus eſt.] Pacis leges Antiocho ita datæ fuerunt, ut Europa omni abſtineret, Aſiaque omni, quæ eis Taurum montem eſt, decederet: pro impenſis autem in bellum factis xvcIↄ. talentorũ Euboicorum daret, mille talenta per XII. annos penderet.

leucum & Antiochum, quem obſidem Romanis dederat. Ita Antiocho Magno mortuo, Seleucus ejus filius, natu minor, regnum adeptus eſt: ſub quo Oniam ſacerdotem à Simone inſimulatum, diximus. Tum Antiochus à Romanis dimiſſus, datuſque in locum ejus obſes Demetrius Seleuci regis, qui eo tempore regnabat, filius. Seleuco mortuo, anno imperii duodecimo, regnum frater Antiochus, qui Romæ obſes fuerat, occupavit.

deret. In Chronico Euſebii, *Poſt prælium quo in Thermophylis eſt victus Antiochus, hoc inter Romanos & eum convenit, ut mille talenta per annos ſingulos vectigalis nomine eis ſolveret.* Druſ. Vnde Tacito Hiſt. II. Antiochus dicitur inſervientium Regum ditiſſimus. Vide Grotium III. De Iure Pacis & Belli XV.

Seleucus ejus filius.] Philopator. De quo Dan. XI, 20. Ioſeph XII, 4. Hic Danieli dicitur prævaricator & turpi mangonio regum infamans, ac tributis lacerans. Hunc Ioſephus Soterem vocat. Sed Seleucus hic non magis Soter fuit, quam Philopator. Siquidem hæc elogia ab adulatoribus tam putida aſſentatione imponebantur, ut in contrariam partem pleraque ſint accipienda. *Capellus.*

Oniam Sacerdotem.] Qui III. hujus nominis. Ab ejus filio Onia conditum templum in agro Heliopolitanæ præfecturæ prope Memphim. Quod aliud eſt ab illo quod Onias Simonis Iuſti filius exſtruxit. Quæ duo templa multi imperite confundunt. Nam hoc in Alexandriæ præfectura. Tempus, locus, perſona utriuſque invicem diſcrepat. Et Iudæis extra patriam degentibus, non ſolum in Ægypto, ſed alibi etiam fuiſſe templa complura (quæ tamen ex jure Ebraico ſemper damnanda) manifeſto liquet ex Oniæ Oniæ tertii filii libello ſupplice Philometori, apud Ioſephum, de templo Leontopolitano, porrecto. Et vix dubitare queo, Strabonem de Ebræorum aliquo, in Ægypto, templo locutum eſſe, ubi verba faciens de Ægyptiaca Templorum extruendorum ratione, ἐςὶ δὲ ἧς, inquit, καὶ πολύςυλος οἶκος, καθάπερ ἐν Μέμφει βαρβαρικὴν ἔχων τὴν κατασκευήν. Πλὴν γὰρ τοῦ μεγάλους εἶναι καὶ πολλοὺς, καὶ πολυςίχους τοὺς ςύλους, οὐδὲν ἔχει χαρίεν, οὐδὲ γραφικὸν, ἀλλὰ ματαιοπονίαν ἐμφαίνει μᾶλλον. *Seldenus.* Vide eundem I. de Succeſſ. in Pontificatum VIII.

A Simone inſimulatum.] De quo paulo ante egit.

Antiochus à Romanis dimiſſus.] Si obſes dabatur à rege ad fidem fœderis confirmandam, ergo à Seleuco rege obſes erat repetendus. Quare Romani dimiſſo Antiocho, qui poſt Epiphanes dictus eſt, Demetrium regis Seleuci filium obſidem receperunt. *Sigonius.*

Antiochus.] Hic eſt Ἐπιφανὴς, de quo ſupra, Danieli cap. XI, ℣ſ. 21. οὐτιδανὸς, נבזה. Spurcitiem vel hinc agnoſcas, quod Timarcho Babyloniam, Heraclidæ ærarium commiſit Erant hi fratres, & ambo Antiochi exoleti, παιδικὰ, inquit Appianus Syriacis. *Capellus.* Hic videtur eſſe Gog Prophetarum. Quod tum ex hiſtoria oſtendi poteſt, & ex nomine apparet. Nam ex ΑΝΤΙΟΧΟΣ, ſi initium & finem tollas, fit ΙΟΧ, quod Prophetæ allu-

dentes

pavit. Is poſt quinquennium, quam regnare cœperat, ut ſupra docuimus, Hieroſolymam depopulatus eſt. Etenim grave Romanis ſtipendium penſitans, ipſe, immenſis ſumptibus, pene neceſſario cogebatur pecunias rapto quærere, neque ullam prædandi occaſionem omittere. Poſt biennium deinde, pari rurſum clade affectis Iudæis, ne forte frequentibus malis compulſi, bellum ſumerent, præſidium arci impoſuit. Inde ſacram legem evertere aggreſſus, mittit edictum: ut omnes, relictis majorum ſuorum traditionibus, gentilium ritu viverent. Nec defuere, qui profano imperio, volentes parerent. Tum vero fœdum ſpectaculum, per univerſam urbem, palam, in plateis, diis litabatur: ſacra etiam le-

dentes ad Magog, quæ Syria, Gog efferunt. *Horn.*

Poſt quinquennium.] Cum ex Ægypto, quam ſubito invaſerat, Senatus mandato receſſiſſet. Id geſtum eſt anno regni Græcorum CXLIII. ut habetur I Machab. 1, 21. unde videtur potius legendum *poſt ſexennium.* Ita Funccius. *Druſ.*

Stipendium penſitans.] Gravi tributo pacis à Romanis victus oneratuſque. *Iuſtinus.*

Poſt biennium deinde.] Anno CXLV. regni Græcorum, I Machab. 1, 57. & II Mach. V, 11.

Præſidium arci impoſuit.] Quam extruxerat in ſuperiore urbe, quæ à Davide nominata. Vocatur enim *civitas David*, I Macch. 1, 35. *Demolitus mœnia in inferiore urbe arcem condidit: erat enim editiore loco ſita, ipſi templo imminens. Quapropter bene prius firmatæ mœnibus ac turribus, Macedonicum præſidium impoſuit. Admixti tamen erant ex impiis Iudæis ſceleſtiſſimi, à quibus plurimum vexata fuit civitas.* Ioſephus Antiq. lib. XII. cap. 7. Arx hæc ἄκρα dicitur, id eſt, חקרה, & ἀκρόπολις. *Druſ.*

Sacram legem evertere conatus.] I Macchab. 1. *Et ſcripſit Rex Antiochus omni regno ſuo, ut eſſet omnis populus unus, & relinqueret unuſquiſque legem ſuam, & conſenſerunt omnes ſecundum verbum Regis Antiochi, & multi ex Iſraël conſenſerunt ſervituti ejus, & ſacrificaverunt idolis, & coinquinaverunt ſabbatum, & miſit rex libros per manus nunciorum in Hieruſalem, ut ſequerentur leges gentium terræ, & prohiberent ſacrificia & celebrari ſabbatum.* Sigon.

Diis litabatur.] *Quinto, & quadrageſimo, & centeſimo anno* (id eſt, regni Græcorum) *ædificavit rex Antiochus abominandum idolum deſolationis ſuper altare Dei, & per univerſas civitates Iudæ in circuitu ædificaverunt aras & januas domorum, & in plateis incendebant thura, & ſacrificabant, & libros legis Dei combuſſerunt, igni ſcindentes eos, & quicunque obſervabat legem Domini ſecundum edictum regis trucidabant eum. Idolum autem fuit Iovis Olympii.* Sigon.

Sacra etiam legis & Prophetarum volumina.] Legis vocabulo intelligit quinque libros Moſis, & prophetarum etiam Hagiographos, qui latiore ſignificatione

 prophe-

legis & prophetarum volumina igni cremata. Ea tempeſtate Mathathias, Iohannis filius, ſacerdos erat. Hic quum

prophetæ fuerunt. Autor More (is eſt Moſes Ægyptius) de his, *omnes ſcripti erant* θεοπνεύστους, *& omnes vocantur prophetæ.* Ita ſumes in illo, *habetis legem & prophetas.* Druſ.

Mathathias.] Ioſeph. XII, 8. 1 Macc. 11. Græce eſt ματταθίας, prætulerim ματθαθίας, id eſt, Matthathias, vel certe Mathathias. Nam in Hiſtoria Ebraica מתתיה. Legitur & מתיה, unde ματθίας, id eſt, Matthias. Quod in codice Aldino & apud Ioſephum. Addam pro corollario. In Iohaſin fol. 14. pag. 2. *Anno mundi 3621. rebellavit Mathathias filius Iohannis ſacerdotis magni: & ipſe eſt qui cognominatur Haſamonæus.* Alibi eſt in eodem libro: *Mathathias qui vocatur Haſmonæus*: &, *qui eſt principium Haſmonæorum.* Druſ.

Iohannis filius.] Mathathias patrem habuit Iohannem, avum Simonem. Neuter horum pontifex fuit. Quocirca non eſt credibile, Mathathiam pontificem fuiſſe. Quod tamen Ebræi temere nimis adfirmant. Nam ea tempeſtate ſummum ſacerdotium venale erat, quod peſſimi quique conſequebantur. Cognomen ei erat Haſamonæus: unde *Haſamonæus & filii ejus*: &, *fœdus quod inter Romanos & Iudam filium Haſamonæi*, id eſt, Mathathiæ. Hinc origo nominis Haſamonæorum, quo poſteri ejus omnes appellantur, quos nos Machabæos vocamus. Diſerte R. David ad vocem Haſmannim, quæ habetur Pſal. LXVIII, 32. *Mathathias filius Iohannis vocatur Haſamonæus, & ſimiliter filii ejus omnes vocantur Haſamonæi.* Minus bene Ioſephus, *Mathathias filius Iohannis, qui fuit Simonis ex Haſſamonæo geniti.* Nec melius autor Chronici Euſebius, *Matthathias quidam ex Sacerdotibus, filius Haſamonæi.* Druſ.

Sacerdos erat.] Ex Haſamonæis Iudas fere primus Pontifex haberi ſolet. Sed Sulpitius etiam patrem ejus Matathiam Pontificem fuiſſe ait. *Ea tempeſtate* (Antiochi Epiphanis) *Matathias, Iohannis filius* (ſic ille) *Sacerdos erat.* Eo nomine Pontificem ſæpius innuit. Et in Euſebii fragmentis, ubi notatur ſexennium à nonnullis tribui Iudæ Pontificatui (qui plerunque triennio terminatur, ut Ioſepho) adjicitur, Τινὲς ἱστοροῦσι Ματθαθίου ἔτη γ΄ τῆς ἀρχιερωσύνης, καὶ Ἰούδα ἔτη ϛ΄, *quoſdam tradere etiam Mathathiam triennio Pontificatum geſſiſſe, & Iudam ſexennio.* De Matathia vide item Georgium Syncellum in Ioſ. Scaligeri Euſebianis, numero MDCCCLXVIII. Etiam & Ebræis non ſolum Matathias Pontifex dicitur, verum etiam pater ejus Ioannes, ut videre eſt in Gemara Babylonia ad tit. *Megilla*, cap. 1. & in *Sepher Iuchaſin* fol. 16, b. 25, b. 60, b. præter Gorionidem, alios. Vnde ſane conjiciendum eſt, poſtquam avitum ſuccedendi jus violari cœptum eſt, atque ambitione & libidine dignitas pro dominantium arbitratu & acquiri & auferri ſolebat, tam populum Hieroſolymitanum, utpote patrii juris & ſacrorum ſibi rituum tenaciſſimum, quam principes, quorum in poteſtatem ſunt redacti Iudæi, Pontificem ſibi ſingularem quandoque ſelegiſſe. Ita ſcilicet Matathias & Ioannes pater ejus forſan, in turbido illo rerum ſtatu, Pontifices fuere populo; dum Alcimus, Lyſimachus, alii, pretio aut favore tantum, jure neutiquam adſtipulante, dignitatem, velut Antipapæ, invadentes, ſimili ejuſdem titulo ſuperbiebant. Negant autem & I. Scaliger & Dionyſius Petavius, Matathiam fuiſſe Pontificem. Hic lib. X. de Doctrina cap. LIII. ille lib. V. de Emendatione Temporum, capite de initio Simonis Ethnarchæ, fol. 410. Vide 1 Macch. 11, 27. Vbi principatum eum obtinuiſſe in populo manifeſtum

quum à regiis cogeretur edicto parere, egregia conſtantia profana contemnens, Hebræum publice profanantem, in ore omnium jugulavit. Tum demum, reperto duce, facta ſeceſſio eſt. Mathathias oppido egreſſus, multis ad eum confluentibus, ſpeciem juſti exercitus effecerat: queis omnibus deſtinatum erat, adverſus profanum imperium ſe armis tueri, in bello potius occumbere, quam impias ceremonias exercere. Interea Antiochus, per Græcas quoque urbes, quæ in illius imperio erant, repertos Iudæos ſacrificare cogebat, inauditiſque cruciatibus reluctantes afficiebat. Qua tempeſtate illuſtris

niſeſtum eſt. De Pontificatu ibi non ſatis liquet. *Selden.* Atque ab hoc tempore orta eſt opinio, eoſdem Iudæis Reges ac Pontifices fuiſſe. Vide Seldenum I. De Succeſſione in Pontificatum XIII.

A regiis cogeretur.] Quorum dux erat Philippus quidam. Hiſtoria Ebraica, Chronicon templi ſecundi. *Appelles*, quem una cum Iudæo profanante Matathias occidit. *Ioſeph*

Profanantem.] Profana ſacra facientem. Hiſtoria Ebraica refert eum porcum immolaſſe. Quod ſi verum, dupliciter peccabat. Primum quod diis gentium ſacrificabat; deinde quod ſuem immolabat, animal luto amicum immundumque. *Druſ.*

Oppido egreſſus.] Oppidum vocat quod Ioſephus κώμην, id eſt, vicum appellat, hiſtoria Machabæorum πόλιν, & Ebraica montem. Quomodo & interpres noſter, I Machab. II, I. *conſedit in monte Modin.* Hoc nomen alii Modein ſcribunt, id eſt, μωδεῖν, alii Modeim, μωδεΐμ. In Chronico templi ſecundi & in hiſtoria Ebraica reperio מודיעית, id eſt, μωδεϊθ. In comment. ſuper Aboth, cap. 3. *R. Eliezer Hammodæi, id eſt, ex monte Hammodei, qui eſt prope Ieroſolymam, quemadmodum dixerunt doctores noſtri, felicis memoriæ.* Euſebius de locis, *Modim, vicus juxta Dioſpolim, unde fuerunt Machabæi, quorum hodieque ibidem ſepulchra monſtrantur.* Modim, id eſt, μωδεὶμ, quomodo ſcriptum hoc nomen in Ioſepho XII, 8. Quanquam in Rufino Modin, id eſt, μωδεὶν. Sed rectum puto μωδεὶν, ut Nun addita ſit à librariis, ſicut in σαβὶν, λευὶν, & ſimilibus. Cæterum egreſſus eſt opido in montes vicinos, ad quem confluebant quicunque pietatis ac recti ſtudio ducebantur tanto numero, ut juſti exercitus ſpeciem efficerent. *Druſ.*

Per Græcas urbes.] Finitimas. Id faciebat ſuggerentibus Ptolemæis. Vide II Machabæorum cap. VI, ỿſ. 8. & ſequentibus.

Inauditiſque cruciatibus.] Ac tandem etiam occidebat. Sint pro exemplo duæ mulieres, quæ infantes ſuos circumciderant, quas ſuſpenſis de mammis infantibus, publice per urbem circumductas, inaudito exemplo, de muro præcipitarunt. Hiſtoria refertur II Machab. cap. VI, ỿſ. 10.

luſtris illa paſſio ſeptem fratrum, matriſque fuit: qui omnes, cum legem Dei, & inſtituta majorum, violare ſuppliciis cogerentur, mori maluerunt. Ad extremum, pœnas morteſque eorum comitata mater eſt. Interea Mathathias moritur: vicarium exercitui, quem paraverat ducem, Iudam filium ſubſtituit. Hujus ductu, adverſus regios, frequentibus prœliis, proſpere pu-

Septem fratrum.] Horum hiſtoriam Ioſephus peculiari libello complexus eſt, cui titulus, περὶ τοῦ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, *quod animus ſit qui in nobis imperium habet.* Vocatur etiam τὸ μακκαβαϊκὸν, teſte Euſebio Eccleſ. hiſt. lib. III. cap. 10. Nam hi fratres peculiariter Machabæi nuncupantur, ut & omnes alii, qui ea tempeſtate propter ritus patrios, ſævitiam Antiochi & ducum ejus experti ſunt. *Druſ.*

Matriſque.] Hannam vocat compoſitor hiſtoriæ Ebraicæ, quæ poſt filios ultima interiit: quam hiſtoriam invenies & II Macch. VII, 1. uſque ad finem capitis.

Iudam filium.] Qui Machabæus cognominabatur. Quod epitheton Chriſtiani commune fecerunt cum Iuda reliquis Haſſamonæis: ſed quam recte, viderint. Nam Ebræi ſoli Iudæ id tribuunt. *Druſ.* Ben Gorion, Hiſtoriarum Iudaicarum libro III, cap. 9. aſſerit, Iudam Mathathiæ filium cognomen Macchabæi inveniſſe, על גבורתו, id eſt, *propter fortitudinem ſuam.* Quod quidem Munſtero nimis durum videtur atque difficile, & tantum non indiſſolubilis nodus: ut ex Annotationibus ipſius in eundem locum liquet. *Vnde* (inquit) *vox ipſa* (Macchabæus) *derivetur non conſtat. Neque enim in Hebraiſmo, neque in Chaldaiſmo* כבב, *aut* מכב, *aut* כבא, *invenitur ſignificare fortitudinem.* Atqui illud ſolum viro, alioqui peritiſſimo, impoſuit, quod putarit vocabulum (Macchabæus) ab uno eodemque ſimplici Themate deducendum. Quum tamen Hebraica nominis iſtius prolatio (ſicuti legitur in contextu Hebræo Hiſtoriæ ab eodem Munſtero editæ) originis compoſitæ id eſſe declaret. Nam מכבי, quis non videt facillime reſolvi poſſe, in duas haſce dictiones, quarum prior eſt מכה, id eſt, *plaga*, altera בי, id eſt, *per me.* Quaſi dicat, *Plaga à me infligetur à Deo*, Iudæis nempe apoſtatis, & Gentilibus fidelium perſequutoribus. Hanc vero fatidicam nominis interpretationem, multiplex eventus, quem Hiſtoria paſſim commemorat, re comprobavit. Atque huc haud dubie reſpexiſſe putandus eſt Ben Gorion, ubi Iudam ex fortitudine nomen adeptum eſſe ait. *Fullerus.* Alii, Iudam in vexillis uſum literis מכבי, quæ per Raſche Theboth ſignificarint מי כמוך באלים יהוה, quis tibi ſimilis inter Deos Iehova. Exod. XV, 11. *Iunius.* Sed vide Fullerum II. Miſcell. XIII. ubi eſt de Origine nominis Haſmonæorum. Vtrum vero claſſis Ioaribi, è qua Haſmonæi, fuerit ex Eleazaridis an Ithamaridis, non ſatis liquet. Argumento tamen eſt Haſmonæos ex Eleazaridarum ſtirpe fuiſſe, tum quod adeo pronus eis Pontificatum deferebat populus, tum quod in oratione à Matathia ad filios habita legitur, *Phinees pater noſter, zelando zelum, accepit fedus Sacerdotii æterni.* Nam Eleazaridum domus, etiam Phineeſi dici ſolebat. Vide librum Haſmonæorum cap. II, 54. Quin & primæ Sacerdotum claſſi, quæ Ioaribi erat, ſingularem dignitatem agnitam eſſe, comperimus apud

pugnatum. Nam primum Apollonium, ducem hoſtium, qui magnis copiis in conflictum deſcenderat, cum omni exercitu delevit. Quod cum Seron quidam, qui tum Syriæ præerat, comperiſſet, multiplicatis legionibus Iudam aggreſſus, ferox, quia numero præſtabat, ubi in certamen deſcenſum, fuſus ac fugatus, octingentis ferme amiſsis, in Syriam regreſſus eſt. Id ubi compertum eſt Antiocho, ira & dolore ſuccenſus (quippe angebatur, duces ſuos, cum magnis exercitibus, devictos) auxilium per omne regnum contrahit, donativum militibus, exhauſtis penitus theſauris, largitur. Etenim tum præcipue graviter pecuniæ inopia affectus erat. Nam deficientibus ab eo Iudæis, qui ei ultra trecenta argenti talenta annua penſitaverant, præterea Græcis urbibus, multiſque regionibus, perſecutionis malo turbatis, ne gentilibus quidem pepercerat: quos deſerere inve-

apud Ioſephum, qui ſub initium vitæ ſuæ genus ſuum jactans, ἐμοὶ δὲ, inquit, οὐ μόνον ἐξ ἱερέων ἐστὶ τὸ γένος, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς πρώτης ἐφημερίδος τῶν κδ΄. πολλὴ δὲ κἀν τούτῳ διαφορά. *Seldenus.*

Apollonium.] Κοίλης Συρίας καὶ Φοινίκης στρατηγόν. Iaſo Cyrenæus: *præfectum Samariæ.* Ioſephus: τῆς Συρίας καὶ Φοινίκης στρατηγόν. Idem in Maccabaico. Huic Iudas enſem ademit, quo ſemper in bello uſus eſt. *Druſ.*

Syriæ præerat.] Ὁ ἄρχων τῆς δυνάμεως Συρίας, dux exercitus Syriæ, I Machab. III, 13. *Cœle-Syriæ præfectus. Ioſephus* XII, 10. Dux exercitus Macedonici. *Compoſitor* hiſtoriæ Ebraicæ. Hæc fuit ſecunda expeditio Iudæ. *Druſius.* Et ab hoc miſſus Heliodorus, ut templum ſpoliaret. II Macc. III, 1. Vide Capellum ad A. M. 3816.

Legionibus.] Hoc vocabulum mutuo ſumpſit à militia Romana. Siquidem nullæ erant legiones in exercitu Syro-Macedonum. Quid igitur? Phalanges erant, quas appellat legiones. Sic interpres noſter, quem vulgatum dicimus, legionem poſuit pro phalange, I Mach. IX, ℣ſ. 12. Nam in Græco ἡ φάλαγξ. *Druſ.*

Octingentis fere amiſsis.] Εἰς ἄνδρας ὀκτακοσίους, I Machab. III, 24. cæteri fugerunt in terram Philiſtæorum. *Druſ.*

Exhauſtis penitus theſauris.] Condita deficiente pecunia, I Machab. III, 39. Vide quoque I Machab. I, 43. & Ioſephum Ant. hiſt. libro XII, cap. 11.

Trecenta argenti talenta.] Supra, *Qua tempeſtate Iudæi, annuum ſtipendium, trecenta argenti talenta, regi dabant.*

Ne gentilibus quidem.] Hæc ipſa adeo

veteratas ſuperſtitiones, & ad unum ritum deducere tentaverat: illis quidem, ubi nihil ſancti erat, facile relinquentibus: ſed tamen omnibus metu ac clade affectis, vectigalia ceſſaverant. Quibus rebus æſtuans (etenim, ipſe olim omnibus regibus opulentior, ſuometſcelere inopiam perſenſerat) copias cum Lyſia partitur, eique Syriam & bellum adverſus Iudæos committit, ipſe in Perſas ad cogenda vectigalia profectus. Igitur Lyſias duces belli delegit, Ptolemæum, Gorgiam,

Do-

obſcura erant, ut non intelligerentur. nunc repoſita parentheſi, quæ ſenſum omnem verborum non expreſſa turbabat, plane eluceſcunt. Gravi tum, *inquit*, rex pecuniæ inopia laborabat. Nam vectigalia ceſſaverant Iudæis ab eo deficientibus, qui ei ultra trecenta argenti talenta penſitaverant, & Græcis perſecutionis malo turbatis. Iudæis quidem facile eum relinquentibus, apud quem nihil ſancti erat; gentilibus vero omnibus metu, ac clade affectis. nam Antiochus rex ne gentilibus quidem pepercerat, cum cogeret eos, veteribus relictis ſuperſtitionibus, ad unum ritum adducere. Expreſſit autem, aut potius adumbravit illa, quæ etiam propter orationis anguſtias apud Maccabæorum hiſtoriam ſunt obſcura. *Et tributa regionis modica propter diſſenſionem, & plagam, quam fecit in terra, ut tolleret, & timuit, ne non haberet ut ſemel, & bis in ſumptus, & donaria, quæ dederat ante larga manu.* Sigonius. Hæc includenda parentheſi uſque ad, *illis quidem*, ut recte monuit Sigonius. Quare autem Chriſtiani veteres maluerint dicere gentiles quam gentes, & ethnicos quam ἔθνη, viderint quorum ea intereſt ſcire. Ego ſcio gentes dici antiquiſſimis Ebræis, quos poſterior ætas ἕλληνας, id eſt, Græcos appellavit: Chriſtiani etiam paganos vocitarunt. *Druſ.*

Inveteratas ſuperſtitiones.] Supra, *Cum diſcordantem ſuperſtitionibus ſuſceptis populum reperiſſet.* Innuit autem religiones gentilium, quas ſuperſtitiones appellat, quia religio proprie veri Dei eſt. Qui religioſus eſt Deum veretur, qui ſuperſtitioſus, timet. Quod tamen diſcrimen interpretes Bibliorum non obſervant. *Druſ.*

Omnibus regibus opulentior.] Ἐπερίσσευσεν ὑπὲρ τοὺς βασιλεῖς τοὺς ἔμπροσθεν. 1 Machab. III. 30. Quæ verba ſic interpretatur Sebaſtianus Caſtalio, *reges omnes ſuperiores largitione ſuperaverat.* Sed aliter interpres vulgatus. *Idem.*

Copias cum Lyſia partitur.] Homine nobili & regio genere orto. 1 Machab. III. ỷſ. 32. Ex hiſtoria Ebraica colligimus fuiſſe filium fratris Antiochi. Nam compoſitor illius hiſtoriæ Gorionides appellat eum filium patrui ſive patruelem Eupatoris. Erant ergo Lyſias & Eupator duorum fratrum filii, hoc eſt, ἀδελφιδοί. Quod Appianus ſcribit de Demetrio & Eupatore. *Druſ.*

Eique Syriam.] Conſtituit eum ſuper negocia regia à flumine Euphrate uſque ad flumen Ægypti: tum etiam filium nutriendum ei reliquit. *Druſ.*

Ipſe in Perſas profectus.] Anno Græcorum centeſimo quadrageſimo ſeptimo.

Doronem.

Doronem, & Nicanorem: his XL *millia peditum, ſeptem equitum data. Ac primo impetu, magnum Iudæis terrorem intulerunt. Tum Iudas, cunctis deſperantibus, ſuos adhortatus, forti animo deſcenderent in prælium: Deo fretis nihil invictum fore. Sæpe antea à paucioribus, adverſum plures, bene pugnatum. Iejunio indicto, celebratoque ſacrificio, in aciem deſcenſum, fuſæ hoſtium copiæ: Iudas caſtris potitus, multumque ibi auri & Tyriarum opum repertum.*

Namque ex Syria negociatores nihil de victoria dubitantes, regium exercitum ſequuti, ſpe captivos mercandi, prædæ fuere. Hæc ubi Lyſiæ ex nunciis comperta, majore cura copias parat: annoque poſt, immani exercitu, Iudæos aggreditur: victus, denuo Antiochiam ſe

Doronem.] Delendum videtur, niſi Sulpitius edidit, *Ptolemæum Dorymenis, Gorgiam & Nicanorem.* Quæ conjectura Sigonii, robur accipit à Ioſepho, Antiquitat. libro XII, capite II. ſed magis ex I Macch. cap. III, 36. *Druſ.*

Fuſa hoſtium copiæ.] Occiſa ſunt ad tria millia. Hæc in Maſpha acciderunt. Vide I Machabæorum, cap. IV, ℣ſ. 23. *Ioſeph.*

Tyriarum opum.] Purpuræ marinæ. *Druſius.* Tyrus priſci orbis unicum fere emporium fuit; de cujus divitiis & claſſibus, incredibilia fere ſunt, quæ antiqui tradunt. Sed nemo exactius propheta Ezechiele, cap. XXVIII. Ex quo patet, cur Tyriæ opes in proverbium abierint. *Horn.*

Namque ex Syria.] I Macc. III. Ioſeph. XII, II.

Ex nunciis.] Qui evaſerant.

Immani exercitu.] In quo erant LX. millia peditum, & VM. equitum. Hæc eſt quarta expeditio Iudæ. *Druſ.*

Antiochiam.] Ἡ μὲν Ἀντιόχεια, καὶ αὕτη τετράπολις, ἐκ τεττάρων συνεστῶσα μερῶν· τετείχισται δὲ καὶ κοινῷ τείχει καὶ ἰδίῳ καθ' ἕκαστον τὸ κτίσμα· τὸ μὲν οὖν πρῶτον αὐτῶν ὁ Νικάτωρ συνῴκισε, μεταγαγὼν ἐκ τῆς Ἀντιγονίας τοὺς οἰκήτορας, ἣν πλησίον ἐτείχισεν Ἀντίγονος ὁ Φιλίππου μικρῷ πρότερον· τὸ δὲ δεύτερον, τοῦ πλήθους τῶν οἰκητόρων ἐστὶ κτίσμα· τὸ δὲ τρίτον Σελεύκου τοῦ Καλλινίκου· τὸ δὲ τέταρτον Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς. Καὶ δὴ καὶ μητρόπολίς ἐστιν αὕτη τῆς Συρίας, καὶ τὸ βασίλειον ἐνταῦθα ἵδρυτο τοῖς ἄρχουσι τῆς χώρας· οὐ πολύ τε λείπεται καὶ δυνάμει καὶ μεγέθει Σελευκείας τῆς ἐπὶ τῷ Τίγρει, καὶ Ἀλεξανδρείας τῆς πρὸς Αἰγύπτῳ. Συνῴκισε δ' ὁ Νικάτωρ ἐνταῦθα καὶ τοὺς ἀπογόνους Τριπτολέμου, περὶ οὗ μικρὸν πρόσθεν ἐμνήσθημεν· διόπερ Ἀντιοχεῖς ὡς ἥρωα τιμῶσι, καὶ ἄγουσιν ἑορτὴν ἐν τῷ Κασίῳ ὄρει τῷ περὶ Σελεύκειαν. *Strabo* XVI.

ſe recepit. Iudas, pulſis hoſtibus, Hieroſolymam regreſſus, purgare templum, & reſtituere, animum intendit: quod everſum ab Antiocho, profanatumque à gentibus, fœdam ſui ſpeciem præbebat. Sed Syri arcem tenentibus, quæ continua templo, & loci natura ſuperior, atque inexpugnabilis erat, adiri ſubjecta non poterant, crebris eruptionibus prohibentibus. Adverſum hos Iudas, validiſſimam ſuorum aciem objecit. Ita opus ſacræ ædis curatum, templumque muro circundatum, conſtitutique, qui perpetuum præſidium, armati agi-

Ieroſolymam regreſſus.] Ioſeph. XII, 11. 1 Macc. 4. Anno regni Syriæ ſive Græcorum CXLVIII.

Everſum ab Antiocho.] Triennio ante. Everſum autem templum dicit propter abolitam ibi deletamque religionem. Eam Iudas reſtituere animum intendit, purgareque templum, quod prophanatum fuerat ſuperſtitione gentilium. Hoc prædictum à Daniele volunt Dan. VIII, 14. & XII, 12. *Druſ.*

Quæ continua templo.] Quæ templo ſuperſtabat. *Ioſephus* XII. 14. Sed vide num potius legendum ſit, *quæ contigua templo.* Arcem autem dicit quam ſuperius acram & actopolim vocari diximus. Vnde in libro jejunii *filii Acræ* vocantur, qui illic in præſidio ſedebant. *Druſ.*

Et loci natura ſuperior.] Non ergo in urbe inferiore ſita erat, ſed in ſuperiore, hoc eſt, in civitate David. Nam templum ſubjectum habebat, quod in clivo montis Sion, Motia dicto. *Idem.*

Opus ſacræ ædis curatum.] Atque encœnia celebrata. Ioſephus lib. XII, 11. Πέμπτῃ δὲ καὶ εἰκάδι τοῦ Χεσλαίου μηνὸς, ὃν οἱ Μακεδόνες Ἀπελλαῖον καλοῦσι, ἧψάν τε φῶτα ἐπὶ τῆς λυχνίας, καὶ ἐθυμίασαν ἐπὶ τοῦ βωμοῦ, καὶ ἄρτους τὴν τράπεζαν ἐπέθηκαν, καὶ ὁλοκαυτώσεις ἐπὶ τοῦ καινοῦ θυσιαστηρίου. ἔτυχε δὲ ταῦτα κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην γίνεσθαι, καθ' ἣν καὶ μετέπεσεν αὐτῶν ἡ ἁγία θρησκεία εἰς βέβηλον καὶ κοινὴν συνήθειαν μετὰ ἔτη τρία. τὸν γὰρ ναὸν ἐρημωθέντα ὑπ' Ἀντιόχου διαμεῖναι τοῦτον ἔτεσι συνέβη τρισίν· ἔτει γὰρ πέμπτῳ καὶ τεσσαρακοστῷ, καὶ ἑκατοστῷ ταῦτα περὶ τὸν ναὸν ἐγένετο, πέμπτῃ καὶ εἰκάδι τοῦ Ἀπελλαίου μηνὸς, ἡ καθάρσις δ' ἐγένετο ἡ καὶ ρ' καὶ μ' ἔτει, Ὀλυμπιάδι ρ' καὶ ν' καὶ δ'. Annum primum vertentem Olympiadis centeſimæ quinquageſimæ quartæ, componit Ioſephus cum anno Græcorum centeſimo quadrageſimo octavo, unde colligere eſt Encœnia Iudæ Maccabæi incidiſſe, ex Ioſephi ſententia, in annum affectum termilleſimum ſeptingenteſimum octageſimum ſextum. *Petitus.*

Qui perpetuum præſidium.] Ex præfectis militaribus quidam fuere, qui Græce προστάται & στρατηγοὶ τοῦ ἱεροῦ dicti ſunt, id eſt, præſides templi, & præfecti exercitus templi. Hi vero præſidio templi præfuerunt, quod olim Iudas Maccabæus impoſuit, itemque turris Antoniæ, quam cum templo junctam illius poſteri condiderunt. Habuiſſe autem Iudæos ejuſmodi cuſtodiæ cauſa milites, indicat S. Matthæus XXVII. Cum enim petiſſent Iudæi à Pilato,

agitarent. At Lyſias, multiplicato exercitu, in Iudæam regreſſus, rurſum vincitur, magna clade exercitus & auxiliorum, quæ ei à civitatibus miſſa, in bellum conſpiraverant. Interea Antiochus, quem in Perſidem profectum ſupra memoravimus, oppidum Elymum, regionis illius opulentiſſimum, fanumque ibi ſitum, multo auro refertum, diripere conatus, confluente undique ad defenſionem loci multitudine, fugatus: inſuper nuncium accepit, res vel à Lyſia, vel à Lyſimacho, improſpere geſtas. Ita ex mœrore animi, corporis morbo incubuit. Sed cum internis doloribus angeretur, reminiſcens malorum, quibus populum Dei vexaverat, me-

lato, ut juberet cuſtodiri ſepulchrum Chriſti uſque in tertium diem; reſpondit Pilatus; *Habetis cuſtodiam, ite, cuſtodite, ſicut ſcitis.* Huic vero præſidio præerat tribunus militum unus, aut fortaſſe etiam plures cum cohortibus ſuis, ut mox apparebit. *Sigon.*

Lyſias multiplicato exercitu.] Quinta expeditio, de qua nihil mihi adhuc lectum, nec apud Ioſephum, nec apud alios. Quærendum ergo unde habeat? Sigonius ad hunc locum annotat: *Lyſias, poſtquam ſemel victus receſſit Antiochiam, elegit quidem milites, ut multiplicatis eis rurſus veniret in Iudæam: verum veniſſe non dicitur, neque ab autore libri Machabæorum, neque à Ioſepho, ſed multa prælia ſecunda cum finitimis gentibus feciſſe, quæ deinceps quinto capite explicantur.*

Oppidum Elymum.] Elymaidem, I Machab. VI, I. Elymaida. Ioſephus XII, 13. Perſepolim, II Machab. IX, 2. Cæterum Elymus eſſe videtur, quæ in libris Canonicis Elam vocatur. *Idem.*

Fanumque ibi ſitum.] Fanum Veneris, *Appianus.* Dianæ, *Ioſephus* XII, 13. Verba Appiani ſunt, τὸ τῆς Ἐλυμαΐας ἀφροδίτης ἱερὸν ἐσύλησε, καὶ φθίνων ἐτελεύτησε, παιδίον ἐνναέτες ἀπολιπὼν Ἀντίοχον Εὐπάτορα. Hieronym. commentario in Danielem ex Polybio & Diodoro refert, Antiochum, cum templum Dianæ in Elymaide ſpoliare conaretur, oppreſſum à cuſtodibus templi & vicinis gentibus, quibuſdam phantaſiis in amentiam verſum, morbo interiiſſe in Tabes opido Perſidis. Iuſtinus lib. 32. *Interea in Syria rex Antiochus, cum gravi tributo pacis à Romanis victus oneratus que eſſet, ſeu inopia pecuniæ compulſus, ſeu avaritia ſolicitatus, qua ſperabat ſe, ſub ſpecie tributariæ neceſſitatis, excuſatius ſacrilegia commiſſurum, adhibito exercitu, nocte templum Didymæi Iovis aggreditur. Qua re prodita, concurſu incolarum, cum omni militia, interficitur.* Quæ conciliabis, ſi hos loqui dixeris de Antiocho magno aut Sidete, & illos de Antiocho Epiphane: Magnus enim & Sideres perierunt in Perſide: Epiphanes fugatus, ex mœrore animi, corporis morbo incubuit. *Druſ.*

Vel à Lyſimacho.] Qui iſte Lyſimachus? An qui Menelao ſucceſſit in pontificatu. Sigonius legit, *res à Lyſia improſpere geſtas.* Reliqua ſuperare arbitratur à gloſſemate. *Idem.*

merito ſibi illa accidiſſe confitebatur. Deinde poſt paucos dies moritur, cum regnaſſet annos undecim. Antiocho filio regnum reliquit, cui Eupator nomen fuit. Ea tempeſtate Iudas, Syros in arce poſitos, obſidebat. Qui cum fame atque inopia afficerentur, miſſis ad regem nunciis, præſidium implorant. Ita Eupator, cum centum millibus, & equitum viginti millibus, ſuis ſubſidio venit: præeuntibus aciem, cum ingenti terrore, elephantis. Tum Iudas, laxata obſidione, regi obviam tendit, primoque prælio Syros fundit. Rex petit pacem:

Poſt paucos dies moritur.] Appianus in Syriac. *Spoliato in Elymais templo Veneris, tabe periit, relicto novenni filio Antiocho Eupatore.* Hieronymus ex Polybio & Diodoro refert, eum, cum templum Dianæ in Elymaide ſpoliare conaretur, oppreſſum à cuſtodibus templi, & vicinis gentibus, atque in amentiam verſum, morbo interiiſſe, in Tabes, oppido Perſidis. *In Danielem.* II Mach. IX, 3, 27. dicitur mortuus in montibus Mediæ & Perſidis juxta Ecbatanam.

Cui Eupator nomen erat.] Sic appellatus fuit à Syris, propter patris virtutem. *Appianus.* A Lyſia educatore I Mach. VI, 17. Eupator autem potius erat cognomen, quam nomen proprium. Aut mutatum ei fuit nomen in regno, more apud veteres tralatitio. Hunc juniorem Antiochum appellat Euſebius. *Druſ.* Sic εὐπατρεία vocatur generoſa filia. Et εὐπατρείδαι dicti à Theſeo nobiles Athenienſium. *Plut.* in Theſeo, atque patricios idem ſic vocat. In *Publicola.*

Ea tempeſtate.] Anno poſt obitum Antiochi Epiphanis, qui Græcorum erat CL.

Iudas Syros in arce poſitos obſidebat.] Cauſſa obſidionis excurſiones eorum perpetuæ. Vide Ioſeph. XII, 14.

Fame atque inopia.] Κατασκευάσας μηχανήματα καὶ χώματα ἐγείρας φιλοπόνως προσέκειτο τῇ τῆς ἄκρας αἱρέσει. *Ioſeph.*

Cum centum millibus.] Videtur legendum, *cum peditum centum millibus.* Druſius.

Elephantis.] Triginta duobus. I *Machabæorum* cap. VI. ℣ſ. 30. *Ioſephus* lib. XII. cap. 4. Octoginta. *Hiſtoria Ebraica.* Fuerunt Indici, qui Libycos longe ſuperant, teſte Livio XXXVII. Præliandi cum elephantis mos, accurate I Macc. cap. VI. deſcribitur. Summa eſt: pro XXXII. elephantis depugnaſſe XXXII. millia peditum, XVI. millia equitum. Vegetius III, 24. *Elephanti in præliis magnitudine corporum, barritus horrore, formæ ipſius novitate, homines equoſque conturbant. Hos contra Romanum exercitum primus in Lucania Pyrrhus Rex eduxit. Poſtea Hannibal in Africa, Rex Antiochus in Oriente, Iugurtha in Numidia, copioſos habuerunt: adverſus quos diverſa excogitata ſunt armorum genera.* Fuiſſe Indicos etiam hinc patet, quia ſinguli in ligneis turribus XXII. propugnatores habuerunt: cum Africani vix ſex vel ſeptem portent. *Geſnerus* & *Aldrovandus*, ex Livio, Plinio, Solino.

Prælio Syros fundit.]Contra ſentit is, qui lemmata in Ioſephum compoſuit. Nam victum ab Antiocho Iudam tradit, & in templo obſeſſum. Verba ſunt:

Ὡς

cem: quia infido ingenio male uſus, perfidiam conſecuta ultio. Nam Demetrius Seleuci filius, quem Romanis obſidem datum ſupra memoravimus, ut audivit Antiochum deceſſiſſe, petivit, ut ſe in regnum remitterent. Quod cum ei negatum fuiſſet, clam Roma profugit, in Syriam venit, regnumque occupavit: Antio-

Ὡς Ἀντίοχος ὁ Εὐπάτωρ Ἰουδαίους νικήσας ἐπολιόρκει Ἰούδαν, εἰς τὸ ἱερὸν ἐκκλείσας. Ex textu & Macchabæorum & Ioſephi certum eſt, capta à Syris Bethſura, exercitum Hieroſolyma veniſſe, & Iudam ibi obſeſſum. Igitur male Sulpicius victoriam Iudæ atttribuit, quæ nulla fuit. *Horn.*

Rex petit pacem.] Καὶ πέμψας ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν Ἰούδαν, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ πολιορκουμένους, εἰρήνην τε ἐπηγγείλατο καὶ συγχωρεῖν τοῖς πατρῴοις νόμοις χρωμένοις ζῆν. *Ioſeph.* Cauſa fuit adventus Demetrii, ut in ſequentibus refertur.

Quia infido ingenio male uſus.] Legendum opinor, *qua* pro *quia*, ut pax ſubintelligatur. *Qua pace*, inquit, *infido ingenio male uſus eſt perfidiam conſecuta ultio.* Conſtat enim verbum ſubſtantivum (eſt) in hac hiſtoria deſiderati. *Druſ.*

Demetrius.] Appianus in Syriacis hunc Demetrium ait fuiſſe Σελεύκου μὲν υἱὸν, Ἀντιόχου δὲ Ἐπιφανοῦς ἀδελφιδοῦν. υἱωνὸν δὲ τοῦ μεγάλου Ἀντιόχου, ἀνέψιον ὄντα τῷδε τῷ παιδίῳ. Non ergo patruus erat Antiochi Eupatoris, ut Iuſtinus lib. XXXIV. ſcriptum reliquit: ſed patruelis, ut recte Appianus eum appellat. Erant enim duorum fratrum filii. Adito ſis ad locum illum Appiani & ad Epitomen Livii. *Druſ.* Præter hunc etiam Philippus, qui cum Lyſia gubernaror regni & pueri Eupatoris conſtitutus erat, tum Antiochiæ rebellavit. Atque hæc princeps pacis cum Iuda initæ, cauſa. II *Machab.* XIII. ℣. 22. *Ioſeph.* XII. 14, 15.

Seleuci] Non Antiochi magni, ut exiſtimaſſe videtur Iuſtinus. Nam Antiochum Epiphanem appellat fratrem Demetrii, cum fuerit fratris filius. Seleucus enim & Antiochus ille germani fratres erant. Horum filii Eupator & Demetrius. Nihil certius. *Druſ.* Vide Iuſtinum XXXIV.

Ut audivit Antiochum deceſſiſſe.] Audita morte Antiochi, cujus loco Romæ obſes fuerat, petivit primo ut ſe in regnum reducerent, ſecundo, ut ſaltem obſes eſſe defineret, quandoquidem permutatus eſſet patrueli, qui tum defunctus erat. Quum ne hoc quidem impetraret, aufugit navigio. *Appianus.*

Petivit ut ſe in regnum remitterent.] Poſtulatum non iniquum. Vide Grot. de Iure Pac. Belli III. 20. Iuſtinus: *Dimitti igitur ſe ad regnum petendum æquum eſſe, quod ſicut jure gentium majori fratri ceſſerit, ita nunc ſibi, qui pupillum ætate antecedat, deberi.*

Cum ei negatum eſſet.] Iuſtinus: *Cum ſe non dimitti animadverteret à Senatu, tacito judicio, tutius apud pupillum, quam apud eum, regnum futurum arbitrante.* Eo enim tempore annum XXIII. ingreſſus erat.

Clam Roma profugit.] Specie venandi ab urbe profectus, Hoſtiæ tacitus cum fugæ comitibus, navem conſcendit. *Iuſtinus.*

In Syriam venit.] Aripolin: ubi exceptus fuit à Syris magna gratulatione, regnumque adeptus eſt, Lyſia primum

tiocho filio, qui annum unum & menſes ſex regnaverat, interfecto. Hoc regnante, primum Iudæi à populo Romano amicitiam ſeduſque petiere: benigneque excepta legatio. Decreto Senatus, ſocii atque amici appellati. Interim Demetrius, adverſus Iudam, per duces ſuos, bellum gerebat. Ac primum, per Bacchidem quendam & Alchimum Iudæum, ductus exercitus: poſt Nica-

mum occiſo deinde puero & Timarcho, qui Babylonis præfecturam male adminiſtraverat. Quamobrem Soter appellatus eſt, orto à Babyloniis initio. Appianus. *Druſ.* Vide Ioſeph. XII, 17. I Mach. VII.

Antiocho filio, qui annum unum & menſes ſex.] *Puero* malim, niſi ſcripſit, *Antiocho Antiochi F.* Similis defectus ſupra. *Igitur Demetrii filius.* Nam legendum, *Demetrius Demetrii filius.* Puer autem erat, cum interficeretur, decennis, poſtquam novennis, id eſt, ἐνναετὴς, ut eſt in Appiano, ad regnum perveniſſet. Vnum ergo duntaxat annum regnavit. Quibus noſter adjicit ſex menſes. Quanquam in Euſebio ann. 2. *Druſius.*

Iudæi à populo Romano amicitiam ſeduſque petiere.] I Machab. VIII. Ioſephus Ant. hiſt. lib. XII. cap. 17. Gorionides lib. IV. cap. 33.

A populo Romano.] Cujus tum ingens potentia, Syriæ ac Ægypti Regibus formidabilis. Nam eo tempore jam in Aſiam arma eorum penetraverant, & Hiſpaniam. I *Mach.* VIII. & *Ioſeph.* XII, 17.

Interim Demetrius.] Iuſſus quidem à Romanis abſtinere Iudæa, ſed jam miſſo cum exercitu Bacchide. I Mach. VIII.

Per Bacchidem.] Ioſeph. XII, 18. I Machab. IX.

Et Alchimum Iudæum.] Scribo Alcimum. Nam Græce Ἄλκιμος, & in hiſtoria Ebraica אלקימוס. Alio nomine Iacimus dicebatur, teſte Ioſepho. Vtrumque nomen extat in ſacris. Nam Alcimus eſt Eliacim, & Iacimus, Ioacim, qui Ebræis Iehojacim ſive Iojacim. Alcimus iſte, ut eſt in hiſtoria Ebraica, tempore Antiochi, mutata lege, carnes ſuillas comederat. Sunt qui ſcribant ipſum ex familia Aharonis fuiſſe, ſunt rurſum qui negent. Vt ut ſit, conſtitutus fuit ſacerdos à Demetrio. I Machab. VII, ℣ſ. 9. Videatur Ioſephus lib. XII. cap. 15. cui diſſidium cum priore Machabæorum, in eo quod ſcribit poſt exceſſum Alcimi populum, communibus ſuffragiis, pontificatum Iudæ tradidiſſe, qui eum per triennium adminiſtrarit. Nam Alcimus diu poſt Iudam vixit. Succeſſit enim Lyſimacho. an Menelao? quem Menelaum rex ſuaſu Lyſiæ miſſum in Beroeam occidi curaverat. Quare offenſus Onias Menelai filius in Ægyptum conceſſit, ibique impetrato à Ptolemæo rege loco, in præfectura Heliopolitana, templum ſimile Ieroſolymitano extruxit. *Druſius.* Eorum qui Lyſimachum, poſtremum in ſuperiore ſerie Pontificem prætermittunt, alii ſcribunt Antiochum Eupatorem, Epiphanem alii, alii Demetrium Soterem, Alcimum, Iacimum, id eſt, Ioachim (ut Ruffino interdum etiam nominatur in Ioſephi verſione). item dictum poſt Menelaum ſubſtituiſſe. Ioſephus, τὴν ἀρχιερωσύνην, inquit, Ἄλκιμον δέδωκεν, οὐκ ὄντα τῆς ἀρχιερέων γενεᾶς. Minime negat Ioſephus Alcimum fuiſſe ex genere Sacerdotali, ſed ex Pontificali, id eſt, ex nepotibus illis, qui jure à majoribus recepto, & ſatis conſtanter per plurimos annos

canor bello præpoſitus, in prælio occubuit. Tum Bacchides & Alchimus, reſumptis viribus, auctiſque copiis, adverſum Iudam confligunt. In ea pugna victores Syri, cruente admodum victoria ſunt uſi. Hebræi, in locum Iudæ, Ionathan, fratrem ejus, deligunt. Interea Alchimus, cum fœde Hieroſolymam vaſtaſſet, moritur. Bacchides ſocio deſtitutus, ad regem redit. Dein, poſt biennium rurſus, Bacchides bellum Iudæis intulit: victus pacem petit. Quæ propoſitis conditionibus data, ſi perfugas captivoſque, & omnia bello rapta, redderet. Dum hæc

annos obſervato aut in Pontificis dignitatem, ſanguinis proximitate, ſuccedere deberent, aut vicinius ſuccedendi jus obtendere poſſent. Quin & ipſe alibi hunc Iacimi nomine memoratum, ex Aharonico genere, expreſſim ait, οὐκ ὄντα ἐκ τῆς οἰκίας ταύτης. *Seldenus.* Vide eundem 1. de Succeſſ. in Pontific. IX.

Poſt Nicanor bello præpoſitus, in prælio occubuit.] Hiſtoria habetur apud Ioſephum lib. XII. cap. 17. Gorionidem lib. IV. cap. 24. Vide quoque I Machabæorum VII, 16. & II Machabæorum XIV.

Victores Syri.] Hæc geſta ſunt anno Græcorum CLII. & in hac pugna Iudas occubuit, I Machab. IX. Ioſephus XII, 18. *Idem.*

Ionathan fratrem ejus deligunt.] Non ſtatim à cæde Iudæ, ſed aliquammulto tempore poſt, cum ſe tota fere regio Bacchidi tradidiſſet. I Machab. IX, 24, 25. Vide & Ioſeph. XIII. Delectus fuit in Principatum, non Pontificatum, quod poſtea demum factum eſt, ut paulo poſt dicetur.

Cum fœde Hieroſolymam vaſtaſſet.] Deſtrui muros domus ſanctæ interioris juſſit. I Mach. IX, 54. De hoc muro Tacitus, emendante Grotio: *Illic immenſæ opulentiæ templum, & primis munimentis urbi adjuge, intimis clauſum.* Voluit ergo Alcimus omne diſcrimen in templo inter Iudæos & Græcos tollere, in Græcorum, quibus turpiter ſerviebat, gratiam. *Grotius.*

Moritur.] Anno Græcorum CLIII. qui fuit annus ſecundus Ionathæ. Errat igitur Ioſephus, dum Alcimo morienti ſucceſſiſſe dicit Iudam Machabæum. Nam is anno præcedenti CLII. occubuerat. Ergo nonniſi biennio Pontificatum ſceleſtus Alcimus tenuit. *Horn.*

Victus pacem petit.] Gorionides addit Bacchidem à Ionatha captum, juraſſe omnia ſe, quæ ceperat in Iudæa, redditurum. Sed hoc falſum. Nam Ionathas prior pacem petiit, & parum æquis conditionibus acceptavit. I Mach. IX. Ioſeph. XIII, 2.

Profugas captivoſque.] Captivi utrimque redditi fuerunt. De transfugis reddendis nulla mentio nec apud Ioſephum, nec in libris Machabæorum. *Druſ.*

Et omnia bello capta.] Falſum & hoc. Nam nec Ieroſolymam, nec alias Iudææ urbes petere auſus eſt. Hinc Ionathas ſedem ſuam in oppido Machmas poſuit. *Ioſeph.*

Dum hæc intra Iudæam geruntur.] Anno Seleucidarum CLX. I Machabæorum cap. X. Ioſephus lib. XIII, cap. 3.

Alexan-

hæc intra Iudæam geruntur, adoleſcens quidam Rhodi educatus, nomine Alexander, Antiochi ſe eſſe filium dictitans, (quod falſum erat) adjutus opibus Ptolemæi regis Alexandrini, in Syriam cum exercitu venit: Demetrium bello ſuperatum occidit, cum regnaſſet annos XII. *Hic Alexander, priuſquam adverſus Demetrium confligeret, fedus cum Ionatha fecerat, eumque veſte pur-*

Alexander.] Alexander Balas, ſive Bales. Ioſepho dicitur Balles: aliis ὁ Βαλᾶ, id eſt, filius Balæ: quibuſdam Veles. De hoc Appianus in Syriacis: *Adverſus Demetrium exortus eſt quidam Alexander, falſo in Seleucidarum gentem ſeſe inſerens: quem Ptolemæus Aegypti rex fovebat odio Demetrii, atque ita convenientibus Aegyptiis, Alexander Demetrium regno expulit. Qui poſtquam in exilio defunctus eſt, filius paterno nomine Demetrius regnum recepit, & quia vicit alienum à ſua familia, Nicatorem Syri cognominaverunt, ut ſecundum poſt Seleucum, à quo deſcenderunt reges Syriæ.* Et Iuſtinus lib. XXXV. *Antiochenſes adjuvantibus Ptolemæo rege Aegypti, & Attalo rege Aſiæ, & Ariarathe Cappadociæ, bello à Demetrio laceſſiti, ſubornant propalam quendam, ſortis extremæ juvenem, qui Syriæ regnum, velut paternum, armis repeteret, & ne quid contumeliæ deeſſet, nomen ei Alexandro inditur, genituſque ab Antiocho rege dicitur. Tantum odium Demetrii apud omnes erat, ut æmulo ejus non vires regiæ tantum, verum etiam generis nobilitas, conſenſu omnium, tribueretur.* Vide & Livii Epitom. LII. Lipſium Monit. & Exemp. Polit. II. Alexander hic βάλης, vel προβάλης, Latinis Propala vel Prompalus dictus videtur. *I. Capellus.* Vide Iuſtinum XXXV. & ibi Commentatores.

Antiochi.] Epiphanis. 1 *Macch.* X. *Ioſeph.* XIII. 4. ex Bala Concubina. *Salian.* Eupatoris. *Lyra. Carth. Adrichom.* Quod falſum: quia Eupator anno ætatis XII. occiſus.

Quod falſum erat.] Sic habes Pſeudo-Druſum. *Tacit.* V. Annal. Pſeudo-Neronem. *Suet.* Pſeudo-Ariarathen. *Val. Max.* IX, 16. Pſeudo-Iohannem. *Pachymer.* III, 12, 13. & alios. Ioſephus tamen, & Hiſtoria Machabæorum, nihil dubitat quin Antiochi Epiphanis filius fuerit. XIII, 4. Et ſæpe, qui veri ſucceſſores ſunt, ab æmulis, præſertim victi, crimine tali onerantur, ac cum tempore mendacium gliſcit. *Horn.*

Demetrium bello ſuperatum occidit.] Iuſtinus: *Totius ferme Orientis viribus ſuccinctus, bellum Demetrio infert, victumque, vita pariter ac regno ſpoliat.*

Annos XII.] Ἔτη βασιλεύσαντα ιά. *Ioſeph.* XIII, 5.

Fedus cum Ionatha fecerat.] Primo Demetrius Ionatham in partes ſuas traxit. Deinde Alexander ὑπερβαλὼν τὰ περὶ Δημητρίου, καὶ ἀποδείξας Ἰωνάθην ἀρχιερέα, συμμαχεῖν ἔπεισεν αὐτόν. *Ioſeph.* XIII, 5. Δεξάμενος δὲ τὴν ἐπιστολὴν ὁ Ἰωνάθης ἐνδύεται μὲν τὴν ἀρχιερατικὴν στολὴν τῆς σκηνοπηγίας ἐνστάσης, μετὰ ἔτη τέσσαρα ἢ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Ἰούδαν ἀποθανεῖν. Vide 1 Mach. X, 18. & deinceps. *Druſ.* Iuda mortuo quadriennium aut circiter tranſit ſine Pontifice. Quo exacto, Ionathan qui in Principatum antea ſucceſſerat, ab Alexandro poſtmodum Syriæ rege Pontifex etiam renuntiatus, more ſolenni ſacris veſtibus in Scenopegiæ feſto eſt indutus; annuente etiam Demetrio Sotere, Syriæ tunc rege, & populo. Verba epiſtolæ

purpurea & inſignibus regiis donaverat; ob quod eum Ionathas auxiliis juverat: victoque Demetrio, primus omnium congratulatum occurrerat. Neque poſtea Alexander datam fidem violavit. Ita quinquennio, quo rerum potitus eſt, res Iudæorum tranquillæ fuerunt. Igitur Demetrii filius, qui poſt mortem patris Cretam confugerat, hortante Laſthene Cretenſium duce, regnum patrium bello repetens, impar viribus, Ptolemæum Philometorem regem Ægypti, Alexandri ſocerum,

epiſtolæ ſeu diplomatis Alexandri ad Ionathanem, quo eum in partes ſuas pellexit, ſunt: χειροτονοῦμέν σε σήμερον ἀρχιερέα τῶν Ἰουδαίων. Accepta epiſtola Ionathan, ἐνδύεται μὲν τὴν ἀρχιερατικὴν στολὴν τῆς σκηνοπηγίας ἐνστάσης μετὰ ἔτη τέσσαρα ἢ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Ἰούδαν ἀποθανεῖν. καὶ γὰρ οὐδὲ μετὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἀρχιερεὺς ἐγεγόνει. Vide ſis Ioſephum lib. XIII, cap. 5. Librum Haſmonæorum cap. X, 21. & Euſebium num. MDCCCLXII. *Non extat in Hiſtoria Sacra* (ſic obſervat ad Ionathanis initia magnus Scaliger in Canonibus lib. III.) *aliud exemplum tanti intervalli ſine pontifice maximo. Nam ſummo Sacerdote mortuo, ſtatim filius aut nepos aut frater jure ſucceſſionis, ad Pontificatum, nullo impediente aut controverſiam movente, veniebat.* Selden.

Veſte purpurea.] Quæ amicis regum dari ſolebat, unde purpuratorum nomen. Ita Ioſepho eſt στολὴν πορφυρᾶν. *Druſ.* Mos ille Orientis, ut ſupra oſtenſum. Sic poſtea, cum nuptiæ apud Ptolemaidem inter Alexandrum & Cleopatram Ptolemæi filiam celebrarentur, Ionathan purpurea veſte regibus aſſedit. Ioſephus lib. XIII, c. 7. Qui addit: τοσαύτῃ δὲ σπουδῇ περὶ Ἰωνάθην ὁ βασιλεὺς Ἀλέξανδρος ἐχρήσατο, ὥστε αὐτὸν καὶ πρῶτον ἀναγράψαι τῶν φίλων.

Inſignibus regiis.] In eodem, καὶ στέφανον χρύσεον, & coronam auream. *Ioſeph.* Fruſtra ergo Sigonius Sulpicium erroris accuſat.

Quinquennio.] Alexander videlicet. Mox ait, *cum regnaſſet annos quinque.* Druſ.

Res Iudæorum tranquillæ.] 1 Mach. IX. ℣ſ. 73. *& ceſſavit gladius ab Iſraël.* Quod pro eo habendum ac ſi dixiſſet, res eorum tranquillæ fuerunt, ſive quies eis fuit à bello. *Idem.*

Demetrii filius.] Hiſtoria poſcit ut legamus, *Demetrius Demetrii filius.* Hic à Syris Nicanor ſive Nicator cognominabatur. Cauſſam ſupra ex Appiano produximus. *Druſ.* Iuſtin. XXXV. *Initio belli Demetrius duos filios apud Gnidium hoſpitem, cum magno auri pondere commendaverat, ut belli periculis eximerentur, & ſi ita ſors tuliſſet, paternæ ultioni ſervarentur.*

Cretam confugerat.] Pro *in Cretam.* Frequens locutio apud Tacitum & alios bonæ notæ.

Laſthene Cretenſium duce.] Sumpſit ex Ioſepho. Vide illum Orig. Iud. lib. XIII. cap. 8. Sed & Iuſtinum, lib. XXXV. Hujus Laſthenis meminit prior Machabæorum capite 11. verſu 31. Ὁ τῆς βασιλείας προεστηκὼς dicitur in fragmentis Diodori.

Iam

rum, jam tum genero infeſtum, ut ſibi ſit auxilio, implorat. Ille vero, non tam ſupplicis precibus, quam ſpe Syriæ occupandæ illectus, copias cum eo jungit: ac filiam Alexandro nuptam, dat Demetrio. Adverſus hos, Alexander, acie confligit. Eo prælio vincitur Ptolemæus, cadit Alexander. Vincitur Ptolemæus, & pau-

Iam tum genero infeſtum.] Propter inſidias, quas ei ſtruxerat per Ammonium quendam. *Ioſephus.* Diſcordia authori 1 Macc. XI. cum Ioſepho. Nam prior ille Ptolemæum inſidias ſtruxiſſe Alexandro refert. Contra hic Alexandrum incuſat. Vterque, ut mos regum, alterius fortunam everſum cupiebat. Nunquam fida Ptolemæis & Seleucidis amicitia. *Horn.*

Spe Syriæ occupandæ.] 1 Maccab. XI. Ioſeph. XIII, 8. Cujus prætextum quæſierat, inſidias Ammonii, & preces Demetrii. Nec ſpes ſucceſſus deerat, hinc premente in Cilicia Demetrio, inde ambiguis Syris, & animo in Alexandrum infeſto, quem *inſperatæ opes, & alienæ felicitatis ornamenta, velut captum, inter ſcortorum greges, deſidem in regia tenebant.* Iuſtinus. Ita cum nec Demetrio, ob veterem offenſam, nec Alexandro ob recentem, faverent, proximus erat Ptolemæus, utroque potentior, ad quem ſe reciperent. Ioſephus tamen conſtans Ptolemæi patronus eſt. *Horn.*

Filiam Alexandro nuptam dat Demetrio.] Cleopatram. Quod nomen frequens Ægypti reginis, poſtquam Cleopatram Antiochi M. filiam, Ptolemæus Epiphanes duxerat. Laudat Ioſephus Ptolemæi juſtitiam & moderationem. Verba ejus ſunt: ἐλθὼν πρὸς τοὺς Ἀντιοχεῖς Πτολεμαῖος βασιλεὺς ὑπ' αὐτῶν καὶ τῶν στρατευμάτων ἀναδείκνυται, καὶ ἀναγκασθεὶς δύο περιτίθεται διαδήματα, Ἀσίας καὶ Αἰγύπτου. χρηστὸς δὲ ὢν φύσει καὶ δίκαιος, καὶ τῶν λαμπρῶν οὐκ ἐφιέμενος, adhæc prudens, & qui nollet Romanis invidioſus fieri, advocata Antiochenſium concione, perſuaſit eis ut Demetrium reciperent, quod & factum eſt.

Vincitur Ptolemæus, cadit Alexander.] Locus fœde corruptus, & cui nemo hactenus veram medicinam attulit. Sigonius ita: *Vincitur Alexander, cadit Ptolemæus. Vincitur Alexander, & paullo poſt interficitur.* Cui firmando conſequa verba, *cum regnaſſet annos quinque.* Quæ de Ptolemæo accipi nullo modo poſſunt. *Druſ.* Sed quis credat Sulpicium, cui Salluſtiana brevitas placuit, iteraſſe illa, *Vincitur Alexander?* Ergo ſic ſcribendum. *Eo prælio vincitur, Ptolemæus cadit, Alexander paulo poſt interficitur.* Sic omnia recte cum hiſtoria, & ſecum, conſentiunt. Nam alia ratione tam diſtortus locus ſanari nequit, quem Giſelino præterium miror, ſatis cætera feliciter merenti de authore noſtro. *Horn.* Ptolemæus autem, non in prælio cecidit: ſed aliquot diebus poſt, ex vulneribus in caput jacentis inflictis, cum equus, quo vehebatur, barritu elephanti conſternatus eum excuſſiſſet, extinctus eſt. Livius lib. LII. *Ptolemæus in caput graviter vulneratus, inter curationem, dum oſſa Medici terebrare contendunt, expiravit. Druſius.* Sic & Strabo & Ioſephus, niſi quod hic, poſt diem quintum à terebratione, dicit mortuum. Author 1 Macch. XI, 18. poſt diem tertium. Polybius hoc tantum ait, in prælio vulneratum deceſſiſſe. *Fragmento* ultimo eorum quæ Valeſius edidit.

Paulo

paulo poſt interficitur, cum regnaſſet annos V. *vel, ut in pleriſque authoribus reperi, novem. Demetrius regnum indeptus, Ionathan benigne habuit, fedus cum eo fecit, Iudæos legibus ſuis reddidit. Interea Tryphon, qui partium Alexandri fuerat, præfectus Syriæ*

Paulo poſt interficitur.] A Zabelo Arabum Dynaſta. Sic Ioſephus. Sed omnino legendum Ζάβδηλος, זבדיאל. Fuit unus ex duodecim φυλάρχων Arabiæ, paris animi cum Ægyptiis illis poſtremi Ptolemæi miniſtris, qui Pompei capite abſciſſo, Cæſaris amicitiam redimendam putavere. *Grotius.* Τοῦ δὲ Ἀλεξάνδρου τὴν κεφαλὴν ἀποτεμὼν Ζάβδηλος, ἀπέστειλε Πτολεμαίῳ. ὃς μετ' οὐ πολὺ, πληθεὶς τῶν ὑπ' Ἀλεξάνδρῳ τεθνηκότι χαρᾶς, καὶ αὐτὸς κατέστρεψε τὸν βίον. *Ioſephus.*

Annos quinque.] Conſentit Ioſephus, non item Euſebius, qui annos decem ei tribuit cum ſeptem menſibus. *Druſ.*

Regnum adeptus.] *Indeptus* eſt in Lutetiæ impreſſis: cæteri habent *adeptus.* Druſius.

Iudæos legibus ſuis reddidit.] Non legibus, ſed immunitate donavit. Nam prius cum religione leges recuperaverant: tributa & vectigalia regibus Syriæ adhuc perſolvebant. Ea remiſit in gratiam Ionathæ Demetrius. *Ioſephus* lib. XIII. cap. 8. & 1 *Machab.* 11, 28. Vide ſequentia.

Tryphon.] Diodotus cognomine. Trypho genere Apamenus. *Ioſephus* lib. XIII. cap. 9. Diodotum etiam vocat Appianus, lib. XVI. & Strabo lib. XIV. Livius epit. LV. Verba Appiani ſunt, *Nicator in expeditione Parthica captus vixit in Phraatæ regia, regis ſorore Rhodogina ducta in matrimonium. Cæterum Syriæ regnum tum vacuam occupavit ſervus regum Diodotus, inducto Alexandro puero, Alexandri Nothi ex Ptolemæi nata filio: quo mox ſublato ipſe regnare auſus eſt, aſcito ſibi novo Tryphonis nomine.* In Otoſio lib. V. cap. 2. perperam Diodorus legitur pro Diodotus. Alexandrum filium autem dicit quem Appianus Alexandrum puerum appellabat. Nam duo erant, pater & filius. Quocirca nihil mutandum in his verbis, *Demetrio capto Diodotus quidam cum Alexandro filio regnum ejus & regium nomen uſurpavit: qui poſtea ipſum Alexandrum filium, quem participem periculi in pervadendo habuerat, ne in obtinendo conſortem haberet occidit.* Idem.

Præfectus Syriæ regno.] Poſt hæc verba punctum eſſe ponendum admonuit nos Carolus Sigonius. Subintelligitur autem *erat*, aut aliquid tale. *Druſius.* Locus hic inſigni vel authoris vel librariorum vitio laborat. Nihil enim cohæret, omnia confuſa ſunt, ut ex Appiano & Iuſtino patet. Sulpicii mens eſt, Tryphonem contra Demetrium arma cepiſſe. Hoc enim ſibi illa volunt: *eum bello prohibiturus.* Atqui, omnium conſenſu, jam captus à Parthis Demetrius erat, antequam Trypho regnum affectaret. Et tamen Livii Epit. LII. errorem eundem errat, ut vel propterea Sulpicius excuſationem mereatur. *Demetrius*, inquit, *ob crudelitatem, quam per tormenta in ſuos exercebat, à Diodoto quodam, uno ex ſubjectis, qui Alexandri filio bimulo admodum, regnum aſſerebat, bello ſuperatus, Seleuciam fugit.* Variant ſcriptores in illo cujus nomine regnum Syriæ Trypho invaſit. *Appianus* & Livius Alexandrum, Alexandri nothi filium vocant. *Iuſtinus* Antiochum Demetrii privignum. Et ſic etiam 1 Mac. XI, 54. nominatur. Si privignus Demetrii fuit, ex Cleopatra utique, Alexandri filius, ſive Alexander, ſive Antiochus

riæ regno, eum bello prohibiturus, contra Ionathan in prælium deſcendit, terribilis X L. *millium exercitu. Tryphon, ubi ſe imparem cernit, pacem ſimulat: receptumque in amicitiam, invitatumque Ptolemaidam, interfecit. Poſt Ionathan, ſumma rerum ad Simonem fratrem defertur. Is funus fratris magnifice curavit: ſeptemque illas pyramidas nobiliſſimi operis*

tiochus nomine. Haud mirum, in illa Syriaci regni confuſione, toties impegiſſe ſcriptores. *Horn.* Etiamſi Alexander à Zabelo Arabarcha interfectus ſit, tamen in ipſa Arabia Alexandri filius Antiochus Theos dictus, ſed ſecundus & tum quidem admodum bimulus, tutum perfugium invenit apud Malcoëlem Arabem. Hujus infantis tutor Diodotus Tryphon, milites à Demetrio exautoratos, eoque indignantes, ad ſe pellicit, atque his copiis armatus adverſus Demetriũ inſurgit, eũq; in fugam agit, Antiocho diadema imponit, Antiochiam & elephantos occupat. *Capell.*

Prohibiturus.] Ibi punctum ponendum & ſubintelligi debet, *erat.* Id quod Sigonius monuit. Aliter locus hic emendari nequit.

Contra.] Viciſſim: adverbium eſt non præpoſitio. *Druſius.* Ionathas videns ſe bello à Tryphone peti, copias quoque ſuas educit.

Terribilis X L. *millium exercitu.*] 1 Machab. XII, 41. *Et exivit Ionathas obviam illi cum quadraginta millibus virorum electorum in prælium.*

Ptolemaidam.] Πτολεμαΐς ἐστι μεγάλη πόλις, ἣν Ἄκην ὠνόμαζον πρότερον, ᾗ ἐχρῶντο ὁρμητηρίῳ πρὸς τὴν Αἴγυπτον οἱ Πέρσαι. *Strabo* XVI. Vide Fullerum IV, Miſcell. XV.

Interfecit.] Baſcamæ, una cum duobus filiis. 1 Mach. XIII. 23. Quatuordecim circa annos Pontificatum geſſit Ionathan. Nam, quod XIX. aut XVIII. anni ei interdum tribuantur, id ad Principatum, qui quadriennio Pontificatum antevertit, pertinet. Conſulas præter latina Euſebii, græca ejus fragmenta pag. 55. & Scaligeri animadverſiones ad Numerum MDCCCLXXVIII. Vbi etiam corrigitur Ioſephi locus de quatuor tantum annis ducatus ejus. Atque ea de re vide etiam Hiſtoriam Sacram Iacobi Capelli, in anno mundi 3857. *Seldenus.*

Summa rerum ad Simonem.] Qui Thaſi cognominatus. Succeſſit in utramque dignitatem Simon frater: ita tamen ut cum à Tryphone dolo caperetur Ionathan, imperium ſeu ethnarchia Simoni à populo Hieroſolymitano deferretur. Paulo poſt autem, eo interfecto, etiam adjicitur Pontificatus. Ioſepho diſerte dicitur Simon καταςαθεὶς ἀρχιερεὺς ὑπὸ τοῦ πλήθους. Sic ille l. XIII. cap. XI. & vide 1 Maccab. XIII. ℣ſ. 42. *Seldenus.*

Funus fratris magnifice curavit.] Collegit oſſa ejus & ſepelivit ea in Modin, urbe patrum ejus. 1 Machab. XIII, 25. Hinc diſcimus Modin fuiſſe patriam Haſamonæi Mathathiæ. Nam qui eum Ieroſolymæ natum fuiſſe tradunt, ex hoc loco convincuntur erroris. *Druſius.*

Septemque illas pyramidas.] 1 Mach. XIII, 28. Hæc autem conſuetudo pyramidum in ſepulcris ponendarum, ex Ægypto manaſſe videtur, ut Diodorus notavit. *Sigon* Lucanus:

Pyramidum tumulis evulſus Amaſis.

Et

rus extruxit, in quibus & fratrum & patris oſſa condidit. Tum Demetrius, refecto cum Iudæis fœdere, contemplatione cladis à Tryphone illatæ (nam poſt Ionathæ necem, urbes eorum, atque agros, bello vaſtaverat) annua ejus vectigalia in perpetuum remittit. Etenim uſque ad id tempus, regibus Syriæ, niſi cum armis reſiſterent, ſtipendium penſitaverant. Id geſtum, Demetrii regis anno ſecundo, quod ideo ſignavimus, quia uſque hunc annum, per tempora Aſianorum regum, cucurrimus, ut ratio temporum digeſta luceret. Nunc autem per tempora eorum, qui Iudæis vel Pontifices, vel Reges

Et fratrum & patris oſſa.] Duravit hoc ſepulcrum uſque ad tempora Ioſephi. Qui illud admirabili magnificentia fuiſſe refert XIII, XI. Hieronymi quoque ævo adhuc ſtetit. Sic enim in locis Hebraicis: *Modin vicus juxta Dioſpolin, unde fuerunt Machabæi, quorum hodieque ibidem ſepulcra monſtrantur.*

Vrbes eorum atque agros vaſtaverat.] In expeditione Hieroſolymitana 1 Mac. VIII. Ioſeph. XIII, II.

Annua ejus vectigalia.] Malim *eis.* Giſelin. Placet conjectura. *Druſ.*

In perpetuum remiſit.] Hæc eſt ultima immunitas à regibus Syris data Iudæis vectigalium & tributorum omnium quæ adhuc ſolverant. Qua accepta, ſe prorſus in libertatem vindicatos, ut regum tempore fuerant, arbitrati ſunt. *Sigon.* Σίμων τῷ πρώτῳ τῆς ἀρχιερωσύνης ἔτει τῆς ὑπὸ Μακεδόσι δουλείας τὸν λαὸν ἠλευθέρωσεν, ὡς μηκέτι φόρους αὐτοῖς τελεῖν. ἡ δὲ ἐλευθερία καὶ τὸ ἀνείσφορον τοῖς Ἰουδαίοις μετὰ ο´ καὶ ρ´ ἔτη τῆς Ἀσσυρίων βασιλείας, ἐξ οὗ Σέλευκος ὁ Νικάτωρ ἐπικληθεὶς κατέσχε Συρίαν ὑπῆρξε. *Ioſeph.* XIII, II. Scribo τῆς Σύρων βασιλείας, pro Ἀσσυρίων. *Grotius.*

Regibus Syriæ.] Iuſtinus XXXVI. *Diu in poteſtate Macedonici imperii ſubjecti Syriæ regno fuerunt. A Demetrio cum deſciviſſent, amicitia Romanorum petita, primi omnium ex Orientalibus libertatem receperunt, facile tunc Romanis de alieno largientibus.*

Demetrii regis anno ſecundo.] Demetrius regnare cœpit anno Græcorum CLXV. ſed cum Alexandro Bala. Eo occiſo A. CLXVII. ſolus regnavit uſque ad A. CLXXII. quo ab Arſace Parthorum rege captus fuit. Quia igitur A. CLXX. eſt primus ἐλευθερίας Iudæorum, non ſecundo ſed tertio Demetrii anno id, quod refertur, contigit. Sed levis in Chronologia error eſt, prout vel initia, vel ultima annorum, ſupputantur. *Horn.*

Nunc autem.] Hic honos habendus eſt libertati, ut quæ à Iudæis liberis geſta ſunt, ea per annos ſuorum magiſtratuum digerantur. *Sigon.*

Vel Pontifices vel Reges.] Malim, *vel principes vel reges fuerunt.* Nam qui reges, etiam pontifices erant. Sic Simon & qui eum ſecuti ſunt uſque ad Ariſtobulum, cum pontificatu principatum adminiſtrarunt. Primus Ariſtobulus diadema ſibi ſumpſit: à quo deinde reges & pontifices. *Druſ.* Idem Sigonius.

reges fuerunt, uſque ad Chriſti nativitatem, rerum ordinem digeremus. Igitur poſt Ionathan, Simon frater ejus, ut ſupra dictum eſt, Hebræis præfuit, jure Pontificis: id enim ei, tum à ſuis, tum & à populo Romano, honoris delatum. Hic cum ſecundo Demetrii regis anno civibus præeſſe cœpiſſet, poſt octo annos, inſidiis Ptolemæi, circumventus occubuit. Huic Iohannes filius ſucceſſit: qui cum adverſum Hyrcanos, gentem validiſſimam, egregie pugnaſſet, Hyrcani cognomen acce-

Iure Pontificis.] Et principis, vel ſi eum ducem aut ethnarcham libet appellare, quæ in idem recidunt. Sic vocatur 1 Mach. xv, 1. Σίμωνι ἱερεῖ καὶ ἐθνάρχῃ τῶν Ἰουδαίων, quæ vetus interpres convertit, *Simoni ſacerdoti & principi gentis Iudæorum.* Nam ἐθνάρχης princeps gentis. *Druſ.* Vide Fullerum IV Miſcell. XVI.

Tum à ſuis, tum à Populo Romano.] 1 Machab. XIV, 25. ubi Latina editio, *Populus Romanus*, Græca habet ὁ δῆμος ſimpliciter. Quod rectius intelligitur de populo Iudæo, quam de populo Romano. Sane hiſtoriæ veritas poſtulat ut hic legamus potius, *tum à ſuis, tum à regibus.* Nam honos iſte delatus ei fuit à regibus, Alexandro & Demetrio, 1 Machab. II, 27. & XIV. 38. *Druſ.* Romani vero quomodo hoc concedere poterant, qui adhuc in Syria nihil juris habebant? Iudæos autem illi ſocios appellaverunt. *Sigon.*

Secundo Demetrii regis anno.] De quo dictum. Atque hic primus ἐθναρχίας Simonis eſt. Τοσαύτη δ' ἦν ἡ τοῦ πλήθους περὶ τὸν Σίμωνα φιλοτιμία, ὡς τ' ἐν τοῖς πρὸς ἀλλήλους συμβολαίοις καὶ τοῖς δημοσίοις γράμμασιν ἐπὶ τοῦ πρώτου ἔτους γράφειν Σίμωνος τοῦ εὐεργέτου Ἰουδαίων καὶ ἐθνάρχου. *Ioſeph.*

Poſt octo annos.] Si cœpit præeſſe anno CLXX. ut apparet ex 1 Machab. XIII, 14. præfuit duntaxat ſeptem annis. Nam anno CLXXVII. occiſus fuit, inſidiis generi ſui circumventus, 1 Machab. XVI, 14. *Druſ.*

Inſidiis Ptolemai circumventus.] Generi ſui, qui vocatur Ptolemæus Abobi F. quem Chronicon templi ſecundi perperam regem Ægypti facit, hiſtoria extat, 1 Machab. XVI, 14. *Druſ.* Hinc iterum in pejus labi cœpere res Iudaicæ. *Fugas civium, urbium everſiones, fratrum, conjugum, parentum neces, aliaque ſolita regibus auſi.* Tacitus.

Iohannes filius ſucceſſit.] Secundus natu. Nam Iudas & Mathathias interfecti fuerunt una cum patre, 1 Machab. XVI, 14. Hunc Iohannem Euſebius non ſemel Ionathan appellat: in quo memoria lapſus mihi videtur. *Druſ.*

Hyrcanos, gentem validiſſimam.] Apparet membrum illud, *gentem validiſſimam*, à Sulpicio ex ingenio additum eſſe. Ex ingenio, imo ex opinione. Nam opinatus eſt Euſébium loqui de gente Hyrcanorum, quæ procul aberat à Iudæa, ut non ſit veriſimile Hyrcanum adverſus eam gentem bellum geſſiſſe. Quid igitur? Aut loquitur de Hyrcania, vico Palæſtinæ juxta Iudæam, Stephano memorata: aut fallit nos ipſe, imbutus falſa opinione de hoc nomine. *Druſ.*

Egregie pugnaſſet.] Iohannes Antiochum Sideten in bellum Parthicum ſecutus eſt cum auxiliis. *Ioſeph.* XIII. 16.

Vide

accepit. Mortuus eſt, annos V I. *&* X X. *rerum potitus. Poſt hunc Ariſtobulus Pontifex ſubſtitutus, primus omnium, poſt captivitatem, regium nomen aſſumſit, capitique diadema impoſuit. Exacto anno, diem functus eſt. Alexander deinde, filius ejus, rex pariter*

Vide & Petitum I. Eclog. Chronol. VI. Porro Hyrcani, in exercitu Parthico, optimi fuere milites. Contra hos pugnaſſe eo bello Iohannem quid prohibet, atque hinc nomen accepiſſe? *Horn.*

Hyrcani nomen accepit.] Secutus videtur Euſebium ita ſcribentem in Chronico ſuo, *Simoni ſucceſſit filius Iohannes, qui victis Hyrcanis, Hyrcani cognomen accepit.* Et, *Iohannes dux Iudæorum & pontifex adverſus Hyrcanos* (ita legendum: vulgo perperam, *adverſus Hyrcanum*) *bellum gerens, Hyrcani nomen accepit, & à Romanis jus amicitiæ poſtulans, decreto Senatus inter amicos relatus eſt.* Sed hæc opinio falſa videtur. Quod eo libentius credo, quia ſcio alios hoc nomine vocatos, in queis Hyrcanus filius R. Eliezer filii Hyrcani, & R. Ioſua filius Hyrcani. Abben Gorion autor, maximum natu filiorum Simonis, Hyrcanum appellatum fuiſſe, eoque interempto, idem nomen Iohanni attributum à ſenioribus Iſraël. Scribit hoc lib. IV. cap. 27. *Druſ.*

Annos VI. *&* XX.] Sic Euſebius: ſed Ioſephus ei tribuit ann. XXXI. Hunc Funccius ſequitur & Tirinus & alii.

Regium nomen aſſumſit, capitique diadema impoſuit.] Ariſtobulus, dignitatum paternarum hæres, principatum & ethnarchiam in Regni formam vertens, diadema ſibi primus, poſt captivitatem Babylonicam, impoſuit. Ita Ioſephus libro jam dicto & vigeſimo, Euſebius etiam, & Nicephorus Patriarcha. Nam tametſi in vulgato Nicephori codice Græco (alium præter eum qui in Theſauro Temporum Scaligetiano habetur non vidimus) prætermittitur Ariſtobulus, in codice tamen MS. quem ſupra memoravi, poſt Iohannem Simonis filium ſequitur, Ἀριστόβουλος υἱὸς αὐτοῦ ὃς καὶ διάδημα βασιλέως περιέθετο μετὰ Ἀλεξάνδραν τὴν αὐτοῦ μητέρα. Quod vero adjectum eſt de Alexandra matre, ex ſcriptoris oſcitantia ibi natum eſt. Etiam habebatur in Latini interpretis exemplaribus. Huic vero Ariſtobulo matrem Alexandræ nomine agnoſci non comperio, ſed proximo ejuſdem nominis, qui Alexandro Iannæo filius minor natu, pontificatum poſt Alexandræ matris obitum, ut ſtatim dicetur, accepit. *Selden.* Ioſephus XIII, 19. Ἀριστόβουλος τὴν ἀρχὴν εἰς βασιλείαν μετατεθῆναι δόξας, διάδημα πρῶτος ἐπιτίθεται μετὰ υʹ ἀριθμὸν ἐτῶν καὶ πʹ καὶ αʹ καὶ μηνῶν γʹ, ἀφʼ οὗ τῆς ἀπὸ Βαβυλῶνος δουλείας ἀπαλλαγεὶς ὁ λαὸς, εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανῆλθε. Diadema autem faſcia erat tenuis candidaque, circundans caput: quam à Libero patre inventam Plinius notavit. Valerius lib. VI. cap. 2.

Alexander.] Qui Ebræis ינאי, id eſt Iannæus. Sic etiam Ioſephus eum vocat, *Poſt Ariſtobuli obitum,* inquit, *Salome ejus uxor, quam Græci Alexandram nominant, ſolutis ejus fratribus, quos ipſe, ut diximus, vinxerat, Iannæum, qui & Alexander eſt, regem conſtituit, ætate cæteros præcedentem atque modeſtia.* Vide ſequentia. Habentur autem lib. XIII. cap. 20. Vide quoque hiſtoriam Ebraicam, cap. XXX. & Chronicon templi ſecundi, fol. 39. col. 3.

Filius ejus.] Imo frater. Nam Hyrcanus tres filios habuit, Ariſtobulum, Antigonum, Alexandrum. Ariſtobulus

riter & pontifex fuit: regnavit annos VII. *& viginti, in cujus actibus, nihil præter crudelitatem, memoria dignum reperi. Hic, cum Ariſtobulum & Hyrcanum, parvos filios, reliquiſſet, Solina ſive Alexandra uxor ejus, regnum per novem annos tenuit. Poſt hujus obitum, fœda inter fratres, de regno, certamina. Ac primum*

lus exacto anno diem functus eſt. Quod in hiſtoria Ebraica, *regnavit annum unum ſolidum.* Vnde corriges Chronicon templi ſecundi, in quo, *regnavit biennio dierum*, pro *anno dierum.* Antigonus periit ante mortem Ariſtobuli. Hiſtoria nota eſt. Alexander, licet in magno fratris odio fuiſſet, tamen ei ſucceſſit in regno. Vnde in Chronico illo, *Alexander frater ejus regnavit pro eo.* Eadem invenies in hiſtoria Ebraica. Vide quinetiam Ioſephum lib. XIII. cap. 20. *Idem.*

Nihil.] Imo bellicoſiſſimus fuit, & Iudaici regni pomœria fecit ampliſſima. Quippe in Palæſtina ad maris littus Alexandro parebant, Rhinocorura, Raphia, Anthedon, Gaza, Azotus, Iamnia, Ioppe, Apollonia & turris Stratonis. Procul à littore, Idumæa, Adora, Mariſſa, Samaria, mons Carmelus, & Itaburius, Scythopolis ſive Betſan, Gadara, Gaulanitis, Seleucia, Gabala. In Moabitide Eſebon, Medaba, Lemba, Orona, Telithon, Zara, Cilicium, Aulon, Pella. Atque ubique Iudaiſmum reſtituerat. Pella, quia amplecti recuſaverat, funditus ſubverſa eſt. *Capellus.*

Præter crudelitatem.] Vnde interroganti: Quidnam faciendo animos ſibi plebis conciliaret, reſponſum eſt, ſi moreretur. Ob hanc crudelitatem Iudæi eum Θρακίδαν cognominarunt: pro quo in editione Rufini *Crucifixor*. Nam octingentos Phariſæos uno tempore cruci affixit. Vide Ioſephum XIII. 22. Obiit in obſidione Ragabæ caſtelli, quod in Geraſenorum finibus, ultra Iordanem. *Druſ.*

Solina:] Quum hoc nomen habeat ab Euſebio, videtur legendum Salina. Nam in eo Σαλίνα, conſentientibus libris. Hieronymus quoque Dan. XI. *Alexandra, quæ & Salina vocabatur.* Nec aliter Epiphanius. Ioſephus tamen Salomen eam appellat, id eſt, Σαλώμην: quod rectum eſſe puto. Conſule Antiquitates ejus lib. XIII. cap. 20. *Idem.*

Vxor ejus regnum per novem annos tenuit.] Alexander Iannæus uxori regni adminiſtrationem teſtamento reliquit. Atque ei καταστῆσαι τὸν ἀρχιερατευσόμενον ἐπιτρέψαι. Illa Phariſæis mire addicta, ἀρχιερέα μὲν (ita Ioſephus) ἀποδείκνυσιν Ὑρκανὸν διὰ τὴν ἡλικίαν, πολὺ μέντοι πλέον διὰ τὸ ἄπραγμον αὐτοῦ. *Seldenus.* Atque hoc tempore volunt quidam finiri hebdomadas Danielis; atque tunc exciſum fuiſſe unctum ſeu veterem unctorum tum Regum tum Pontificum progeniem, eo quod Alexandro ſucceſſerit Salina Salome, ſeu Alexandra uxor, pro cujus arbitrio Pontificatus Hyrcano filio donabatur. Vide Selden. I. de ſucceſſ. in Pontif. XIII.

Fœda inter fratres de regno certamina.] In textu Sigonii: *Certamina orta.* Euſebius in fragmentis Græcis de Alexandra; αὐτὴ τὴν βασιλείαν Ὑρκανῷ τῷ πρεσβυτέρῳ ἐπέτρεψε περὶ τὸν θάνατον, Ἀριστοβούλῳ δὲ τῷ νεωτέρῳ τὴν ἀρχιερωσύνην. Vide ſis Ioſephum, præter lib. I. de bello Iudaico cap. IV. lib.

mum Hyrcanus imperium obtinebat: mox ab Ariſtobulo fratre pulſus, confugit ad Pompejum: qui tum Mithridatico bello confecto, pacataque Armenia & Ponto, victor omnium gentium, quas adierat, ultrorſum pergere, & vicina quæque Romano imperio adjungere cu-

lib. xiv. cap. i. lib. xx. cap. viii. & lib. xv. cap. ix. & iii. ubi ſecundum hoc facit exemplum Pontificis dignitate, veluti non perpetua, pulſi. Primum id quod jam dictum eſt ſupra de Iaſone & Menelao ſub Antiocho Epiphane; δεύτερος δὲ, inquit, Ἀριστόβουλος Ὑρκανὸν ἀφείλετο τὸν ἀδελφόν. Diſſidium hoc inter fratres hoſce cauſa fuit ingentis, quæ ſecuta eſt, apud Iudæos calamitatis. Inde imprimis anſa Romanis data, ut Iudæam invaderent. *Selden.* Ioſephus xiv, 8. Τούτου τοῦ πάθους αὐτῶν τοῖς Ἱεροσολύμοις κατέστησαν Ὑρκανὸς καὶ Ἀριστόβουλος, πρὸς ἀλλήλους στασιάσαντες, τήν τε γὰρ ἐλευθερίαν ἀπεβάλομεν, καὶ ὑπήκοοι, Ῥωμαίων κατέστημεν, καὶ τὴν χώραν ἣν τοῖς ὅπλοις ἐκτησάμεθα τοὺς Σύρους ἀφελόμενοι, ταύτην ἠναγκάσθημεν ἀποδοῦναι τοῖς Σύροις. Addit & alia ex diſſidio fratrum, mala. Immane tributum; καὶ βασιλεία ἡ πρότερον τοῖς κατὰ γένος ἀρχιερεῦσι διδομένη τιμὴ, δημοτικῶν ἀνδρῶν ἐγένετο.

Hyrcanus.] Tertius hujus nominis, ut notatum in Hiſtoria Hebraica. Tertius, inquam pontificum, vel certe Haſamonæorum. Nam alii fuerunt hoc nomine præterea, in queis Ioſephi ἀρχιτελώνου filius qui primus ſacerdotum Hyrcanus nominatus fuit: autor Ioſeph. Vnde colligimus nomen hoc apud Iudæos vulgatiſſimum fuiſſe. *Druſius.*

Ab Ariſtobulo fratre pulſus.] Prælio ad Hierichuntem commiſſo, victus Hyrcanus fratri regno & Pontificatu ceſſit, & ſic poſt mutuos amplexus ἀνεχώρησαν ὁ μὲν εἰς τὰ βασίλεια, Ὑρκανὸς δὲ ὡς ἰδιώτης, εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ Ἀριστοβούλου. *Ioſeph.* xiv, 1.

Confugit.] Primo ad Aretam Arabum Regem, qui eum per Antipatrum Aſcalonitam reducere conatus eſt. Obſeſſus in templo Ariſtobulus: donec obſidionem Scaurus Pompei legatus, authoritate Romani nominis ſolvit. Vide Ioſeph. xiv, 2, 3, 4.

Ad Pompeium.] Vterque fratrum, Damaſci coram Pompeio, de jure ſucceſſionis diſceptavit per Legatos. Æquior Hyrcani cauſa viſa, cum mos Romanis eſſet, ſupplicibus faciles ſe præbere, ut potentiſſimi de ſolio dejicerentur. Vide Ioſeph. xiv, 5.

Mithridatico bello confecto.] De quo vide Iuſtin. xxxviii. Florum iii. Appianum, Plutarch. & alios. Mithridates hic Ponti Rex fuit, Euergetes dictus. Quidam Mithradates ſcribunt ex numiſmatis. Quod non probo. Μιθραδάτης enim Græcum eſt, Mithridates Latinum, a in i, ut Μασσαλία Maſſilia, Κατάνη Catina, Νομάδες Numidæ, Ἀκράγας Agrigentum, & alia. *Bongarſ.*

Victor omnium gentium.] Lege Appianum in Mithridat. Plutarch. in Pompeio & Dionem. Adeo ut in concione gloriatus ſit: *Se Aſiam* (minorem intellige) *ultimam provinciarum accepiſſe, eandemque mediam patriæ reddidiſſe.* Plin. vii, 26.

Vicina quæque.] Ἕως δὲ Εὐφράτου ποταμοῦ. *Ioſeph.* xiv, 8. Nam Parthico Imperio magna prudentia abſtinuit. *Paulatim-*

cupiens, cauſas belli & materiam incendii quærebat. Igitur Hyrcanum libens excepit, ductuque ejus Iudæos aggreditur: urbe capta, atque arce, templo pepercit: Ariſtobulum victum Romam mittit, Hyrcano jus pontifi-

latimque oriens, Romanorum, diſcordia conſanguineorum Regum, factus eſt. Iuſtix1,2.

Hyrcanum libens excepit.] Καταγνὼς Ἀριστοβούλου βίαν. *Ioſeph.* xiv,5.

Ductuque ejus Iudæos aggreditur.] Ioſephus, ſive adulatione, ſive quod ita res ſe haberet, culpam belli Ariſtobulo imputat. xiv,6.

Vrbe capta.] Ioſeph. xiv, 7,8. Scribit Ioſephus Hieroſolyma capta fuiſſe à Pompeio die decimo ſeptimo menſis Thamuz, M. Tullio Cicerone, C. Antonio Coſſ. Dio narrans hunc caſum, ait fuiſſe Sabbatum. Ioſephi verba ſunt libro xiv. cap. viii. Καὶ γὰρ ἁλούσης τῆς πόλεως περὶ τρίτον μῆνα, τῇ νηστείας ἡμέρᾳ κατὰ τὴν ἐνάτην καὶ ἑβδομηκοστὴν, καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα, ὑπατευόντων Γαΐου Ἀντωνίου καὶ Μάρκου Τυλλίου Κικέρωνος. Annus qui Conſules habuit M. Tullium Ciceronem, & C. Antonium, erat ab Orbe condito termilleſimus octingenteſimus octageſimus ſeptimus, Cyclo Solis iii. litera Dominicali D, idemque erat tertius Octaëteridis Iudæorum, cujus Niſan cepit die decimo Aprilis, feria ſexta: Adde tres continuos menſes plenos, (quod non ſemel accidit, cum Neomenia indiceretur לפי הראייה *ſecundum Lunæ viſionem.*) Thamuz dies decimus ſeptimus, τῆς νηστείας ἡμέρα cadit in diem viceſimum quintum Iulii, feria ſeptima. Eodem quoque die rurſum capta ſunt Hieroſolyma ab Herode & Soſio. Ioſephus lib. xiv. cap. xxviii. *Petitus.*

Templo pepercit.] Male. Nam templum potius captum dici debuit, quod tanta vi & cæde expugnatum fuit. Vide Ioſeph. xii, 8. *Horn.* Vult dicere, non ſpoliavit illud. Ioſephus xiv, 8. *Cum in ſacra pecunia theſauris eſſent circiter talentorum duo millia, nihil horum præ pietate attigit.* Cicero, *Cn. Pompejus, captis Ieroſolymis, victor, ex illo fano nihil attigit. Imprimis hoc, ut multa alia, ſapienter, in tam ſuperſtitioſa & maleſica civitate, locum ſermoni obtrectatorum non reliquit. Non enim credo religionem Iudæorum & hoſtium impedimento præſtantiſſimo imperatori, ſed pudorem fuiſſe. Sua cuique civitati religio, Læli, eſt; noſtra nobis.* Euſebius in Chronico, *reſerato templo, uſque ad Sancta ſanctorum acceſſit.* Quæ verba docent ipſum ulterius non progreſſum eſſe. Non ergo vidit arcam fœderis, ut quidam volunt. Nam arca, in qua tabulæ fœderis & ſuper eas Cherubim, in ſancto ſanctorum erat; non in ſancto: quod tantum ingreſſus videtur Pompejus. *Druſius.*

Ariſtobulum victum Romam mittit.] Imo ſecum abduxit victum. Sic Euſebius. Sed legendum utrobique vinctum, id eſt, δεδεμένον. Ioſephus diſerte, *abduxitque ſecum Ariſtobulum vinctum cum duabus filiabus & totidem filiis.* xiv,8. Idem.

Ius Pontificatus.] Τὴν ἀρχιερωσύνην ἀπέδωκεν Ὑρκανῷ. *Ioſeph.* Etiam ex Senatuſconſulto & decreto principali ſub Iulio Cæſare, Pontificatus Iudæorum Hyrcano διὰ παντὸς κατὰ πάτρια ἔθη *omnimodo ſecundum mores patrios* firmatur, adjecto inſuper, ut habetur in Senatuſconſulto illo apud Ioſephum edito, ὅσα τε κατὰ τοὺς ἰδίους αὐτῶν νόμους ἐστὶν ἀρχιερατικὰ ἢ φιλάνθρωπα, ταῦτα κελεύω κατέχειν αὐτὸν καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ. *Seldenus.*

Impe-

tificatus reſtituit: impoſitoque Iudæis ſtipendio, procuratorem eis, Antipatrum quendam Aſcalonitem, præpoſuit. Hyrcanus quatuor & triginta annos rerum potitus, dum adverſum Parthos bella gerit, capitur. Tum Hero-

Impoſitoque Iudæis ſtipendio.] Τὰ μὲν Ἱεροσόλυμα ὑποτελῆ Ῥωμαίοις ἐποίησεν. *Ioſeph.* Id eſt, tributo, *cenſum* vocant. Erat autem didrachmus in ſingula capita. Male igitur Hieron. in comment. Matth. XVII. ℣ſ. 25. *Poſt Auguſtum Iudæa facta eſt tributaria, & omnes cenſi capite ferebantur.* Nam ante Auguſtum erat vectigalis, vel, ſi mavis, tributaria. *Druſ.*

Procuratorem.] Iudææ, *Sigonius.* Paleſtinæ, *Euſebius.* Ab hoc tempore Iudæa ſemper habuit procuratores, qui prætoribus aut proconſulibus Syriæ ſuberant. Talis Chriſti ævo erat Pontius Pilatus. *Druſ.* Sed nihil in Ioſepho occurrit, ex quo probari queat, procuratorem Iudææ Antipatrum fuiſſe, tum temporis à Pompeio conſtitutum. De Scauro tradit: Πομπήϊος τὴν κοίλην Συρίαν ἕως Εὐφράτου ποταμοῦ καὶ Αἰγύπτου Σκαύρῳ παραδοὺς. Huic mox ſucceſſit Gabinius, eodem teſte. Igitur procurator patris alicujus, vel ſub præſide Romano, Antipater fuit, ac demum à Iulio Cæſare ἐπίτροπος τῆς Ἰουδαίας conſtitutus. Sic Ioſephus XIV, 15. *Horn.*

Antipatrum.] Qui & Antipas, eodem, quo pater ipſius, nomine vocabatur. *Ioſephus*, à quo diſſentit Euſebius Africanum ſecutus, qui hujus Antipatri patrem Herodem nominat, quem ait fuiſſe Aſcalone *ἱερόδουλον*, hoc eſt, ſacerdotem in templo Apollinis. Ioſephus autem ſcribit eum ab Alexandro ejuſque uxore conſtitutum ducem totius Idumææ, amicitias Atabum, Gazæorum & Aſcalonitarum coluiſſe, multiſque illos ſibi conciliaſſe muneribus. Ab utroque diverſus abit Nicolaus Damaſcenus, Antipatri genus deducens à primatibus Iudæorum, qui poſtliminio in Iudæam reverſi ſunt è Babylonia. *Druſ.*

Aſcalonitem.] Quomodo Aſcalonita ſi erat Idumæus? An patria ei Aſcalon, & parentes ex Idumæa? Scirelicet Aſcalonem fuiſſe urbem ſuperioris Idumææ. Quod affirmat Ioſephus lib. III. cap. 3. Aut patria erat Idumæa & Aſcalon locus commorationis parentum ipſius. *Idem.*

Quatuor & triginta annos.] Secutus eſt Euſebium, qui hos annos putat ab eo tempore, quo primum Hyrcanus pontificatum adeptus eſt, vivente adhuc matre Alexandra. Sic autor Gloſſæ ordinariæ prioris Machabæorum: *Hyrcanus*, inquit, *animo dejes, adjuvante Antipatro procuratore, tennit pontificatum ann.* XXXIV. Sigonius huic ſummæ detrahit decem, legendumque putat XXIV. pro XXXIV. quia videlicet horum annorum aliud initium ponit. Nam eos numerat à reſtitutione Hyrcani quæ per Pompeium facta. Hoc docent conſequa ipſius verba. *Tot enim ſunt à conſulatu M. Tullii Ciceronis, uſque ad conſulatum C. Aſinii Pollionis.* Quo tempore Herodes rex à ſenatu appellatus eſt. Ioſephus hæc paullo aliter lib. XV. cap. 9. *Hyrcanus vivente adhuc matre Alexandra pontifex Iudæorum creatus, per novem annos eum honorem obtinuit: cur defunctæ cum in regnum ſucceſſiſſet, elapſis tribus menſibus, ab Ariſtobulo fratre pulſus eſt, ac deinde Pompei ope reſtitutus receptuſque, omnibus honoribus quadraginta annos in eis exegit.* Idem.

Adverſum Parthos bella gerit, capitur.] Parthi Antigonum Alexandri filium in regnum reducturi, bellum

Herodes alienigena, Antipatri Aſcolonitæ filius, regnum Iudææ à Senatu & populo Romano petiit, accepit-

Herodi & Hyrcano intulerunt, in quo hic captus eſt, & auribus ab Antigono truncatus. Quod ideo fecit μηκέτ' αὖθις εἰς αὐτὸν ἀφίκεσθαι τὴν ἀρχιερωσύνην διὰ τὸ λελωβῆσθαι, τοῦ νόμου τοὺς ὁλοκλήρους εἶναι τὴν τιμὴν ἀξιοῦντος. *Seldenus. Ioſeph.* XIV. 24. 25. Hæc Parthorum irruptio facta A. V.C. IↃCCXIV. Aſinio ac Domitio Coſſ. *Dio.* Vt recte Ioſephus, poſt capta à Pompejo Ieroſolyma XXIV. annos imputer Hyrcano Pontifici. *Petav.*

Herodes.] Secundus filiorum Antipatri ex uxore, quam Ioſephus Cypron vocat, quæ illuſtri inter Arabas genere nata erat. Vnde Arabiſſam appellat Euſebius.

Alienigena.] Quomodo alienigena ſi erat Iudæus? An quia patrem habuit Aſcalonitam? Nam tales peculiariter alienigenæ vocabantur. Res notior eſt quam ut probari debeat. Alienigena, id eſt, ἀλλόφυλος. Sic eum appellat Euſebius. Vt & alii multi. Vocatur etiam proſelytus. Quod pariter culpant. Nam qui Iudæus erat, nec proſelytus dicebatur, nec alienigena. Sed majores ejus proſelyti fuerant, imo alienigenæ. Nam Idumæi, priuſquam ſacra Iudæorum ſuſcepiſſent, alienigenæ dicebantur. Hoc verum eſt. Non tamen à Iudæis ideo vocatur alienigena, ſed ſervus Haſmonæorum. Ego ſic ſentio, Idumæos, licet Iudæi eſſent religione, gente tamen fuiſſe à Iudæis diſtinctos. Tales etiam proſelyti vocantur. Chronicon templi ſecundi, *Antipater erat vir prudens, &c. ſed radix ejus non erat ex filiis Iſrael, verum ex Idumæis, qui ſervi ceciderunt in manum Iſrael: & ipſi ſunt proſelyti tantum, & non filii nobilium.* Sic forte R. Aquiba vocatur proſelytus juſtitiæ, quia erat ex filiis filiorum Siſaræ. Idumæi ergo proſelyti. Si proſelyti, cur non etiam alienigenæ? Nam antequam proſelyti eſſent, alienigenæ fuerant. Hic originem ſpectamus, hoc eſt, ut Ebræi loquuntur, radicem generis. Duæ fuerunt opiniones de Antipatro Herodis patre. Vna Ioſephi, qui eum Idumæum fuiſſe ſcribit: altera Nicolai Damaſceni, qui genus ejus deducit à primatibus Iudæorum, qui poſtliminio in Iudæam reverſi ſunt è Babylonia. Hanc probare videtur autor hiſtoriæ Ebraicæ ita ſcribens, *Antipater accepit uxorem è femine regio Idumæam. Ideo dixerunt ſcriptores antiqui eum fuiſſe Idumæum. Sed Nicolaus, ſcriptor fidelis, ait eum fuiſſe Iudæum: id verum eſt. Fuit enim ex ingenuis Iuda, ex iis Iudæis qui redierunt è Babylonia Ieroſolymam, in diebus Nehemiæ filii Hachaliæ & Ezræ ſacerdotis.* Druſ. Vide & Petavium XI. de Doctr. Temp. 5.

A Senatu & Populo Romano petiit accepitque.] A Parthis & Antigono fugatus, Romam petit: ibique Antonii & Octavii favore, regno Iudaico S.C. donatur, & inter Octavium ac Antonium medius in Capitolium aſcendit. Quod factum Olympiade CLXXXIV. Cn. Domitio Calvo & C. Aſinio Pollione Coſſ. *Ioſephus* XIV. 26. Sed vel extrema Olympiadis CLXXXIV. & initia CLXXXV. intelligenda, vel apud Ioſephum error eſt, ac ſcribendum ἐπὶ τῆς ρ' καὶ π' καὶ ε' ὀλυμπιάδος. Hæc eſt prima æra Regni Herodis. Altera ducitur ab eo tempore quo Soſius cum Herode Hieroſolymam expugnavit, & Antigonum ſecuri percuſſit. Id factum ὑπατεύοντος ἐν Ῥώμῃ Μάρκου Ἀγρίππα καὶ Κανιδίου Γάλλου, ἐπὶ τῆς ρπε' Ὀλυμπιάδος, τῷ γ' μηνὶ, τῇ ἑορτῇ τῆς νηστείας. Ioſeph XIV. 28. Vide Spanhemium II. Dub. Euangel. 2.

Hunc

pitque. Hunc primum Iudæi externum regem cœperunt habere. Etenim jam, adventante Chriſto, neceſſe erat, ſecundum vaticinia prophetarum, ſuis eos ducibus privari, ne quid ultra Chriſtum expectarent.

Sub hoc Herode, anno imperii ejus tertio & XXX.

CHRI-

Hunc primum Iudæi externum regem.] Poſt Sedeciam extinctum, reges iterum Iudæa accepit, ſed Levitas utique, quorum ultimus Antigonus fuit. Illo pulſo occiſoque regnum Herodes tenuit, quod ante à Romanis acceperat, homo non hercle regia ſtirpe, neque ſacerdotali familia ortus, ſed de Idumæorum gente, inſititius Iudæus. Non enim Idumæi vere Iudæi erant, ſed habiti modo appellatique Iudæi ſunt, ex qua tempeſtate eos Hyrcanus religiones ceremoniaſque ſuſcipere veri numinis coëgit, cum antea Deum, neſcio quem Coſan colerent, cujus ſacra ſemper cuſtodierat illuſtris in illa natione Coſtobarorum domus. Celebrata eſt Sameæ vaticinatio, qui Herodem Iudæis regem datum iri, ſed in pœnam peſtemque, multo ante prædixerat. Neque profecto aliter cecidit. Statim enim Idumæus ille Ariſtobulum pontificem, admodum adoleſcentem; mox Hyrcanum ex Parthis allectum; poſtremo quicquid de Haſmonæorum ſanguine ſupererat, extinxit ſuſtulitque. Neque melius actum cum ſeptuaginta ſenibus eſt, qui aſſeſſores magni concilii erant, quod Sanhedrin appellitant. Ita ſubmotis omnibus, unde metus aut periculum erat, paulatim inſurgere, atque ex magno imperio uſurpare licentiam cœpit. Patria enim Iudæorum inſtituta mutavit, nova invexit, multa contra leges fecit: de qua re ſic loquentem audire Ioſephum libet: ξενικοῖς ἐπιτηδεύμασιν ὑποδιέφθειρε τὴν παλαιὰν κατάστασιν, ἀπαρεγχείρητον οὖσαν· ἐξ ὧν οὐ μικρὰ καὶ πρὸς τὸ αὖθις χρόνον ἠδικήθημεν, ἀμεληθέντων ὅσα πρότερον ἐπὶ τὴν εὐσέβειαν ἦγε τοὺς ὄχλους. *Cunæus.* Externum regem vocat, non Iudæum, ſed Idumæum. Aut externum ſive alienum à regno. Non enim erat è ſtirpe Davidis, nec ex genere ſacerdotali. Euſebius in Chronico, *ſiquidem Herodes poſt eum* (Antigonum) *à Romanis conſtitutus eſt princeps alienigena, & nihil omnino pertinens ad Iudæam.* Quod intelligentiam habet ex ſuperioribus. Alioqui durum eſt illud, *nihil omnino pertinens ad Iudæam.* Druſ.

Secundum vaticinia prophetarum.] Nam Iacob patriarcha propheta erat, cujus illud πολυθρύλλητον, *non recedet ſceptrum de Iuda, &c.* Quod induxit nonnullos ut crederent Herodem Meſſiam eſſe. Hos Herodianos appellant. Quanquam Herodiani videntur potius fuiſſe milites Herodis, ita dicti ut Herculanos dicimus & Iovianos & Theodoſianos. Priorem ſententiam tuetur Hiero. adverſus Luciferianos cap. 8. his verbis, *Herodiani Herodem regem ſuſcepere pro Chriſto.* Alibi eam caſtigat, Latinorum commentum eſſe dictitans. *Druſius.* Tertullianus in hæreticorum enumeratione, *Cum his etiam Herodianos qui Chriſtum Herodem eſſe dixerunt.* Paria habet de his Epiphanius, quibuſcum convenit vetus ad Perſium Scholiaſtes. *Herodes apud Iudæos regnavit tempore Auguſti in partibus Syriæ. Herodiani ergo diem natalem Herodis obſervabant, ut etiam ſabbata, quo die lucernas accenſas violis coronatis in feneſtris ponunt.* Grotius.

Sub hoc Herode.] Qui Magous cognominabatur ad differentiam aliorum. Ebræi ſcribunt Orodes & Herodes

CHRISTUS *natus eſt, Sabino & Rufino conſulibus,* VIII. *Kalend. Ianuarias. Verum hæc, quæ Euangeliis, ac deinceps Apoſtolorum actibus, continentur, attingere non auſus, ne quid forma præciſi operis, rerum dignitatibus diminueret, reliqua exequar. Herodes, poſt nativitatem Domini, regnavit annos* IIII. *Nam omne imperii ejus tempus* VII. *&* XXX. *anni fuerunt. Poſt*

quem

des. Quæ ſcriptura nominis invenitur etiam in Appiano. *Druſ.*

Anno imperii ejus tertio & xxx.] Sulpicius peccat in annis Herodis deſignandis, ſed mitius quam alii. Nam cum annum xxxiii. Herodis componat cum conſulatu Sabini & Rufini, qui eſt Iulianus xlii. Olympiadis cxciv. primus, neceſſario conjicit initium Herodis in conſulatum L. Gellii Poplicolæ & M. Coccei Nervæ, adeoque in Iulianum x. Olympiadis clxxxvi. primum. Vbi μεταχρονισμὸς quadriennii, ratione primæ Epoche Herodis, anni ratione ſecundæ. *Spanhemius.*

CHRISTVS *natus eſt, Sabino & Rufino conſulibus.*] Pontifice Ioazaro. *Nicephor.* Triennio ante æram communem Chriſti natalem figit Sulpicius, ſi reſpiciamus characterem conſulum. Conſulatus enim Sabini & Rufini vel Rufi, qui aliis Calviſii, & Paſſieni, quia utrumque nomen obtinuerunt, incidit in Iulianum xlii. Olymp. cxciv. Primum, Cycl. Sol. vi. Lun. xvii. Lit. G. Proinde triennium interjectum inter hanc ſententiam & æram communem, figitur in Iuliano xlv. Olympiadis cxiv. quarto. Sed annus nati Chriſti exacte definiri nulla authoritate poteſt, ut ex omnium, quæ plurimæ, ſententiarum ſcrutinio patet. Maxime probabile videtur, Chriſtum natum ante xliii. Iulianum, adeoque æram Dionyſiacam, qua hodie utimur, μεταχρονισμῷ triennii ad minimum peccare. Verum vero xliv. Iuliano an xli. natus fuerit ſervator noſter, illud nullis indiciis ſolidis ex Hiſtoria veteri erui poſſe, adeoque non inter διάφορα tantum, ſed ἄπορα prorſus, referendum cenſeo. *Spanhemius.* Quem de æra Chriſtiana diſputantem vide ii. Dub. Euangel. 1, 2, 3. Petitum 1. Ecl. Chronol. xv. & iv, xvii.

viii. *Kalend. Ianuarias.*] Scaliger in Euſebium: *Omnis eccleſia in partibus Orientis, ſeculo Euſebii & antecedenti & ſequenti, credidit Chriſtum natum* viii. *Eid. Ianuarii.* Niſi erratum eſt operarum aut properantis calami, alia fuit hac de re Orientalium eccleſiarum, & alia Occidentalium opinio. *Druſ.* Epiphanius: πρὸ ὀκτὼ εἰδῶν Ἰανουαρίων.

Annos iiii.] Annus emortualis Herodis incidit ex mente Sulpicii, non, ut vult Torniellus, in annum Chriſti v. ſed potius in primum, Coſſ. C. Iul. Cæſ. & Æmilio Paulo, adeoque in annum Iulianum xlvi. Olymp. cxcv. primum. Relegatio Archelai, quæ contigit Iuliano li. nono anno in principatu completo, eandem ſupputationem erroris convincit, ut alia prætermittamus. Deſignatio certa periodi Herodis, κεῖται ἐν ἀποκρύφοις. Mea tamen ſententia, maxime ad veritatem accedere videtur Kepplerus, & minoribus incommodis urgeri poſſe, qui Herodem obiiſſe contendit xlii. Iuliano. *Spanhem.*

vii. *&* xxx. *anni.*] Sic Euſebius, Ioſephus, Gorionides, & alii. Chronicon templi ſecundi, *vixit Herodes poſtquam occidiſſet Antipatrum filium ſuum*

&c.

quem Archelaus Tetrarcha annis IX. *Herodes annos* XX. *&* IIII.

Hoc regnante, anno regni octavo & decimo, DO-MI-

octo dies & mortuus eſt. Omne autem tempus regni ejus quadraginta anni. Druſius. Ioſephus interdum XXXVII. interdum XXXIV. annos ei tribuit, reſpectu duplicis Epochæ, quarum una ab impetrato Romæ, altera ab occupato Hieroſolymis regno ducitur, ut ſupra dictum. Sic geminæ hujus radicis reſpectu, quamvis præter mentem Ioſephi, alii XXXVII. alii XL. annos Herodi adſcribunt. Sed exacta periodus Herodis, definiri non poteſt. Ioſephus terminis indefinitis illum χεδὸν ἐτῶν ἑβδομήκοντα & περὶ ἔτος ἑβδομηκοστὸν deceſſiſſe ſcribit. Vnde alii, ſupervixiſſe Chriſto bimeſtre, alii trimeſtre, alii annum, alii biennium, alii triennium, alii quadriennium, Baronius etiam octennium, volunt. *Spanhem.*

Archelaus Tetrarcha.] Ducem vocat Euſebius: ut Ethnarcham Ioſephus XVII. 13. *Cæſar paucis poſt diebus Archelaum non regem declarat, ſed, dimidia parte ditionis quæ Herodis fuerat ei conceſſa, Ethnarcham eum conſtituit: regnum quoque pollicitus, quamprimum ille ſe tali honore dignum redderet.* Poteſt etiam Toparcha dici. Nam in ſecundo belli Iudaici cap. IX. portionem ejus idem Ioſephus τοπαρχίαν appellat. *Druſius.* Quod vero Druſius dicit, ſe regnum Archelao tribuere non auſum, Ioſephum ſequitur. Nam exertim Matth. II, 22. ἀκούσας δὲ ὅτι Ἀρχέλαος βασιλεύει ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας ἀντὶ Ἡρώδου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Contra Ioſephus titulum regni ei ab Auguſto abjudicatum dicit, atq; Ethnarchæ datum. Matthæus βασιλέα, more Orientis, vocat Principem quemvis. Sic & Euſebius de Archelao, ut rege, loquitur. *Horn.*

Annis IX.] Euſebius, *Archelaus nono anno regni ſui in Viennam urbem relegatur.* Ioſephus autor hoc accidiſſe anno principatus Archelai decimo. Vide Archæologum libro XVII. cap. 15. *Druſ.*

Herodes.] Hic eſt ille qui Philippi fratris uxorem in matrimonium accepit, & Iohannem Baptiſtam, qui eum propterea reprehendebat, occidit. Quam hiſtoriam aliter Euangeliſtæ, aliter Ioſephus narrat. Pro Euangeliſtis facit Hiſtoria Ebraica, cap. LXIII. *Herodes Antipas occidit multos ex ſapientibus Iſraël, & in his Iohannem Sacerdotem magnum, propterea quod dixiſſet, Non licet tibi ducere uxorem fratris tui Philippi. Hic eſt Iohannes ille qui baptizatus fuit.* Sed & Chronicon templi ſecundi, *Herodes accepit uxorem Philippi fratris ſui, quæ ei genuerat duos filios. Quem ob hanc abominationem redarguit R. Iochanan ſacerdos magnus. Ideo percuſſit & occidit eum Antipas.* Vide Ioſephum XVIII, 7. *Druſius.*

Annos XX. *&* IIII.] In Sulpicio Sigonii, XXX, & IIII. Neſcio an mendum ſit operarum. Innuit autem Herodes Antipam Tetrarcham Galilææ, quem Cajus Cæſar perpetuo damnavit exilio apud Lugdunum urbem Galliæ. Autor Chronici templi ſecundi: *Octavianus Auguſtus regnare fecit Antipam fratrem Archelai pro eo, vertitque nomen ejus in nomen Herodis.* In Hiſtoria Ebraica eſt XX & I. ex qua emendabis Chronicon templi ſecundi, in quo יא 11. pro כא 21. *Druſ.*

Anno regni octavo & decimo.] Quo tempore Chriſtus agebat annum XXXII. Incidit autem hic annus in annum mundi 5232. ſecundum ſupputationem Euſebii, quem Sulpicius nunc ſecutus mihi videtur. *Druſ.*

DOMINUS *crucifixus eſt.*] Tacitus XV. Annal. *Auctor nominis ejus Chriſtus, qui Tibe-*

MINUS *cruciſixus eſt, Fuſio Gemino & Rebellio Gemino, Conſulibus. A quo tempore, uſque in Stiliconem Conſulem, ſunt anni* CCCXXII. *Apoſtolorum actus Lucas edidit, uſque in tempus, quo Paulus Romam deductus eſt, Nerone imperante: qui, non dicam regum, ſed omnium hominum, & vel immanium beſtiarum ſordidiſſimus, dignus extitit, qui perſecutionem in Chri-*

Tiberio imperitante, per procuratorem Pontium Pilatum, ſupplicio affectus erat. Ieſum autem Talmudicum alium eſſe à Ieſu Nazareno, prolixe contra Iudæos & alios, oſtendit *Schickardus* in Tarich. Cæterum locus Ioſepho inſertus XVIII. Ant. IV. de Ieſu Chriſto, ὑποβολιμαῖος eſt. *Spanhem.* De cruce, poſt omnes alios, vide Illuſtrem & Incomparabilem Salmaſium, in epiſtolis ea de re nuper editis.

Fuſio Gemino & Rebellio Coſſ.] Variæ veterum opiniones fuerunt de intervallo τῆς πολιτείας Domini, quod deprehendi poſſe, idq; recte atque ordine, putarunt per Paſchata, quæ interceſſerunt à Baptiſmo illius ad σταυρώσιμον. Alii enim tria, alii quatuor, alii quinque celebrata fuiſſe à Chriſto Paſchata poſt Baptiſmum opinantur: Nos iis accedimus, qui duo tantum numerant: qua in ſententia fuerunt, Clemens Alexandrinus, Lactantius, B. Auguſtinus, B. Hieronymus, apud eundem Hieronymum Commentariis in cap. IX. Danielis. Iulius Africanus in quinto Temporum: *Atque exinde uſque ad annum quintumdecimum Tiberii Cæſaris, quando paſſus eſt Chriſtus, numerantur anni ſexaginta.* Hunc annum ſuis ſignat Conſulibus Tertullianus Lib. adverſus Iudæos cap. VIII. *Paſſio hujus exterminii intra tempora ſeptuaginta hebdomadum perfecta eſt ſub Tiberio Cæſare, Coſſ. Rubellio Gemino & Fuſio Gemino, menſe Martio, temporibus Paſchæ, die octavo Kalendarum Aprilium.* Eum annum ſe reperiſſe gloriabantur Teſſareskædecatitæ in Actis Pilati apud Epiphanium: ἀπὸ τῶν ἄκτων δῆθεν Πιλάτου αὐχοῦσι τὴν ἀκρίβειαν διηλεγχέναι, ἐν οἷς ἐμφέρεται τῇ πρὸ ὀκτὼ Καλανδῶν Ἀπριλλίων τὸν σωτῆρα πεπονθέναι. Atque id verum nobis videtur, Chriſtum paſſum eſſe anno quintodecimo Tiberii Cæſaris, duobus Geminis Conſulibus, cum annum ageret triceſimum primum, ſive Dionyſianum viceſimum nonum, anno Orbis conditi termilleſimo nongenteſimo ſeptuageſimo octavo, Cyclo Solis X, litera Dominicali B. *Petit.* Vide eum 1. Ecl. Chronol. XI. Pontifice Caipha. De quo Selden. 1. de ſucceſſ. X12. Pro *Rebellio*, Druſius habet *Rubellio*. Scriptio noſtra verior, ut ex Faſtis patet.

CCCLXXII.] Demptis quinque, Sigonius reponit CCCLXVII: quibus additi anni XXXIII. efficiunt CCCC. In quem annum Chriſti diximus incidere conſulatum Stiliconis. *Druſ.* X. in V. verſa numeri plane congruent. *Sigonius.*

In tempus quo Paulus Romam deductus eſt.] Ab A. C. XXXIII. ad LVIII. qui numerus eſt annorum XXVI. *Sigon.*

Nerone imperante.] De quo Suetonius & Tacitus. De eodem Eurychius in Originibus Eccleſiæ Alexandrinæ: وكان رجلا سريرا جدا ردي السيرة, Hoc eſt, vertente Seldeno: *Homo in conſilii & vitæ inſtituendæ ratione improbiſſimus.*

Chri-

Chriſtianos primus inciperet: neſcio an & poſtremus explerit: ſiquidem opinione multorum receptum ſit, ipſum Antichriſtum venturum. Hujus vitia, ut plenius exponerem, res admonebat, niſi non eſſet hujus operis, tam vaſta ingredi. Id tantum annotaſſe contentus ſum, hunc per omnia fœdiſſima & crudeliſſima eo proceſſiſſe, ut matrem interficeret: poſt, etiam Pythagoræ

Chriſtianos.] Diſcipuli, qui prius Nazaræi dicebantur, vocati ſunt primum Chriſtiani Antiochiæ, Act. XI, 26. & appellatio à Chriſto, non ab unctione ſpirituali. Nam ab ea Chriſti vocantur, non Chriſtiani. Vt ab Auguſtino Auguſtiniani: ſic à Chriſto Chriſtiani. Theodoretus in Geneſim, quæſt. XLVII. Ἡμεῖς δὲ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ προσηγορίας Χριστιανοὶ καλούμεθα. Hos pagani per imperitiam Chreſtianos appellabant. Sic *Chreſtus* dicebant pro Chriſtus. Tacitus, *Iudæos, Chreſto duce tumultuantes, Roma expulit.* Druſ.

Primus inciperet.] Nam Claudius eos urbe tantum expulerat. Suetonius, Tacitus, alii. Tertullianus, *Conſulite commentarios veſtros, in illis reperietis Neronem primum in hanc ſectam tum maxime Romæ Orientem, Cæſariano gladio ferociſſe.* Druſ. Eutychius: وهو اول من اهاج علي النصاري الشر والبلا, *Qui primus fuit graviſſimorum in Chriſtianos malorum author.* Vide & Euſeb. Hiſt. VI. & in Chronico. Oroſium VII, 5. Tertullian. Apolog.

Explerit.] Id eſt, expletutus ſit. *Sigon.*

Ipſum Antichriſtum venturum.] Eadem fuit opinio quorundam Chriſtianorum de Domitiano, cui cognomentum Neroni fuit, qui ſævitia Neronem vel æquabat, vel ſuperabat. Vnde alter Nero & Nero Calvus convicio populi vocabatur. Hiero. Dan. XI. *Multi noſtrorum putant, ob ſævitiæ ac turpitudinis magnitudinem, Domitianum Neronem Antichriſtum fore.* In gloſſa ordinaria, 1 Mach. I. ubi de eodem hæc verba, legitur, *Domitianum ſive Neronem.* Prætulerim, *aut Neronem*, ut dicat, opinione quorundam Chriſtianorum, alterutrum Antichtiſtum fore. Haymo ſcribit Neronem umbram fuiſſe Antichriſti, ſicut David Chriſti. Scribit hoc ad locum Apoſtoli II Theſſal. II. ℣. 7. *Iam nunc myſterium operatur iniquitatis:* Vbi Nicolaus de Lyra: *Hoc myſterium exerceri cœpit à temporibus Neronis, vel quia Nero typus erat Antichriſti, ut Haymo ſcribit: vel quia tunc primum jacta ſunt fundamenta tyrannidis eccleſiaſticæ.* Cæterum Neronem venturum in fine ſeculi, eredidit etiam B. Martinus, ſed idem eundem ab Antichriſto diſcriminat. *Druſ.* De quo, ubi ad locum illum ventum erit.

Crudeliſſima.] Oroſius lib. VII. cap. 5. *Crudelitatis autem rabie ita efferatus eſt, ut plurimam ſenatus partem interfecerit, equeſtrem ordinem pœne deſtituerit: ſed ne parricidiis quidem abſtinuit, matrem, fratremque, ſororem, uxorem, cæteroſque cognatos & propinquos, ſine hæſitatione proſtravit.*

Vt matrem interficeret.] Agrippinam. Vnde μητροκτόνος appellatus eſt in hoc verſu,

Νέρων, Ὀρέστης, Ἀλκμαίων, μητροκτόνος.

Et in illo, qui à populo decantatus olim ut vere Sybillinus,

Ἔσχατος Αἰνεαδῶν μητροκτόνος ἡγεμονεύσει.

Xiphi-

goræ cuidam, in modum ſolennium conjugiorum nuberet, inditumque Imperatori flammeum, dos & genialis thorus, & faces nuptiales: cuncta denique quæ vel in fœminis, non ſine verecundia conſpiciuntur, ſpectata. Reliqua vero ejus, incertum, pigeat an pudeat magis, diſſerere. Hic primus Chriſtianum nomen tollere aggreſſus eſt. Quippe, ſemper inimica virtutibus vitia ſunt, & optimi quique, ab improbis, quaſi exprobrantes, aſpiciuntur. Namque eo tempore divina apud urbem religio invaluerat, Petro ibi epiſcopatum gerente: & Pau-

Xiphilinus è Dione ſcribit, nonnullos culeum de nocte in quadam ſtatua ipſius ſuſpendiſſe, ut eo ſignificarent Neronem ut matricidam in culeum conjici oportere: alioſque expoſuiſſe puerulum in foro, alligata ad eum tabella in qua ſcriptum fuerit, *non te tollo, ne matrem occidas.* Notum & illud.

Quis neget Aenaæ magna de ſtirpe Neronem?
Suſtulit hic matrem, ſuſtulit ille patrem.

Interfecit etiam uxorem & Senecam præceptorem, & Lucanum fratrem ejus. *Salmanticenſis:* dictus eſt Nero crudelis, quia occidit matrem ſuam & præceptorem ſuum Senecam, & fratrem ejus Lucanum. *Druſ.* Cæterum illa opinio falſa, uterum matris diſſectum inſpexiſſe. Suetonius hoc tantum refert: *ad viſendum interfectæ cadaver accurriſſe, contrectaſſe membra.* Nec aliud Tacitus innuit, ex cujus verbis male intellectis error ortus. *Horn.*

Pythagoræ cuidam.] Qui & Doryphorus, alio nomine, apud Suetonium. A quo alius ille alter Doryphorus libertus, quem Nero veneno ſuſtulit, biennio ante hunc denuptum. *Torrent.*

Nuberet.] Xiphilinus in Nerone, *Quanquam ipſe nupſit Pythagoræ liberto, dotemque ei per ſyngrapham conſtituit* (hoc Sulpicius ſignificat, cum ait, *in modum ſolennium conjugiorum*) *quas nuptias populus Romanus celebravit una cum cæteris gentibus.* Et poſt: *Ex eo tempore duo ſimul cum Nerone coibant, Pythagoras pro viro, Sporus pro uxore, ac Nero præter cætera domina & regina vocabatur.* Oroſius, *Virum in uxorem duxit, ipſe à viro ut uxor acceptus eſt.* Suetonius, *Doryphoro liberto, ſicut ipſi Sporus, ita ipſe denupſit.*

Inditumque imperatori flammeum.] Sex. Victor, *Nero eo progreſſus eſt, ut neque ſuæ neque aliorum pudicitiæ parcens, ad extremum, amictus nubentium virginum ſpecie, palam convocato ſenatu, dote dicta, cunctis de more frequentantibus nuberet.*

Chriſtianum nomen tollere aggreſſus eſt.] Lecanio Licinioque Coſſ. *Tacitus.* A. C. LXIV. Vide Scal. Euſeb.

Petro ibi Epiſcopatum gerente.] Antiqui Petrum & Paulum junctim conſtituunt primos Romæ Epiſcopos & ejus Eccleſiæ fundatores. Epiphanius in hæreſ. Carpocratianorum: Ἐν Ῥώμῃ Πέτρος καὶ Παῦλος πρῶτοι γεγόνασιν Ἀπόστολοι αὐτοὶ καὶ ἐπίσκοποι, εἶτα Λῖνος, εἶτα Κλῆτος. Hinc phraſis antiqua: *ad limina Apoſtolorum ire*, id eſt, Romam. Magna autem diſſenſio de primis Romanæ urbis Epiſcopis.

Paulo, poſteaquam ab injuſto præſulis judicio Cæſarem appellaverat, Romam deducto. Ad quem tum audiendum plures conveniebant: qui veritate intellecta, virtutibuſque Apoſtolorum, quas tum crebro ediderant, permoti, ad cultum Dei ſeſe conferebant. Etenim tum illuſtris illa, adverſus Simonem, Petri ac Pauli congreſſio fuit. Qui cum magicis artibus, ut ſe Deum pro-

copis. Ea exinde orta. Paulus non unum Epiſcopum, ſed plures, qui preſbyteri & Epiſcopi, (hoc enim unum & idem tum temporis) Eccleſiæ præfecit, id eſt, collegium Presbyterorum. Sic Linus, Cletus, Clemens, ſimul ab Apoſtolis inſtituti Epiſcopi. Scriptores ſequentis ævi, dum ad ſuum morem reſpiciunt, eos quos legebant Epiſcopos fuiſſe, ſibi invicem ſucceſſiſſe exiſtimabant, cum ſimul fuiſſent, ejuſdem ordinis, & pares. Petrus nunquam Romæ fuit. Error exinde ortus; quia Petrus Antiochia Babylonem conceſſit. Eam de Roma plerique interpretantur Patres. Quod falſiſſimum, & hinc error. *Salmaſius.* Quem de Petri Epiſcopatu, vide in admirando opere, de *Primatu Papæ.*

Ab injuſto præſulis judicio.] Feſtum intelligit, qui Felici ſucceſſit. Malim ergo, *præſidis*, ut pagina, quæ proxime ſequitur, *præſidis ſui Geſſii Flori injurias non ferentes.* Druſ.

Cæſarem appellaverat.] Act. XXVI. Ad hujus tituli imitationem Reges Perſarum *Coſroes* dicti; & Ruteni ab ea voce ſuum Imperatorem *Czar* vocant, qui ipſorum lingua *Kral* eſſet. *Schickardus.* Cæſar antiqua vox latina quæ τ̃ κυρλώντος ſignificat, unde *Cæſaries*, vel *Cæſaria*, ἡ κόμη κυρλῶσα. *Salmaſius.*

Ad cultum Dei ſeſe conferebant.] Quos inter Neronis quidam aulici, & ut Patres nonnulli voluerunt, ipſe Seneca. Extant Epiſtolæ ejus ad Paulum, & hujus ad illum, ſed quas ſuppoſititias eſſe, certum eſt. Vide Lipſium in Senecam, & alios.

Adverſus Simonem.] Eſt ille, qui vulgo Simon Magus appellatur: cui ſtatua olim poſita Romæ inter duos pontes, cum hac inſcriptione, *Simoni Deo ſancto.* Vide ſis Euſeb. hiſt. eccleſ. lib. II. cap. 13. Mentio hujus & in Iohaſin, per hæc verba: *In diebus Petri Apoſtoli erat Simon Samarita magus, de cujus nomine vocata eſt Simonia, quando aliquis vendit ſanctitatem ſuam,* id eſt, ſacerdotium ſuum. *Druſ.*

Petri ac Pauli.] In bullis Paparum imagines horum duorum Apoſtolorum ſimul exhibentur, & Paulo dextra datur, ut honoratior. Quia etiamſi concederetur Petrum Romæ fuiſſe, quod falſum, tamen primariæ partes Pauli fuerunt, quippe ad cujus Ἀποστολὴ gentium, proprie Roma pertinebat. *Salmaſius.*

Magicis artibus.] Auguſtinus in ſermone de ſanctis, *cum enim Simon ſe Chriſtum diceret, & tanquam Chriſtus ad Patrem aſſereret ſe poſſe conſcendere, atque elatus ſubito, magicis artibus volare cœpiſſet: tunc Petrus fixis genibus precatus eſt Dominum, & precatione ſancta vicit magicam levitatem. Nam velut vinctum eum de ſublimi aëre depoſuit, & quodam præcipitio in ſaxa elidens, crura confregit.* Meminit hujus congreſſionis & Arnobius per hæc verba, *Viderunt Romani currum Simonis magi & quadrigas igneas Petri ore difflatas, & nominato Chriſto evanuiſſe.* Totum hoc de Simonis cum Petro ac Paulo, congreſſu, dubiis nititur

probaret, duobus ſuffultus dæmoniis evolaſſet, orationibus Apoſtolorum fugatis dæmonibus, delapſus in terram, populo inſpectante, diſruptus eſt. Interea, abundante jam Chriſtianorum multitudine, accidit, ut Roma incendio conflagraret, Nerone apud Antium conſtituto. Sed opinio omnium, invidiam incendii in Principem retorquebat, credebaturque Imperator gloriam innovandæ urbis quæſiſſe. Neque ulla re Nero efficiebat, quin ab eo juſſum incendium putaretur. Igitur vertit invidiam in Chriſtianos, actæque in innoxios crudeliſſimæ quæſtiones: quin & novæ mortes excogitatæ, ut ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent.

teſtimoniis. Haudquaquam veriſimile, ſcriptores Romanos tam memorabilem rem præterituros fuiſſe. Ac notum, quam multa, primo Chriſti ſeculo, ab Hiſtoricis Eccleſiaſticis, temere credita & ſcripta ſint. Et in tempore, quam diſſentiunt? Euſeb. regnante Claudio, Auguſtinus & multi alii, ſub Nerone, paulo ante mortem Petri ac Pauli, A. C. LXVII. Sulpicius ſub adventum Pauli, qui in A. C. LVIII. incidit. In ſumma, certi nihil conſtat, & propius falſo eſt, quod de volatu & lapſu Simonis, tradidere antiqui. *Horn.*

Abundante jam Chriſtianorum multitudine.] Immane dictu, quam brevi tempore, in quantam multitudinem Chriſtiani excreverint. Bardeſanes Syrus apud Euſebium VI. περ. 8. *Quid dicemus de Chriſtianorum ſecta, qui in omni parte orbis, imo in omni civitate inveniuntur?* Tertullianus I. adv. Iudæos: *Chriſti regnum ubique porrigitur, ubique creditur ab omnibus gentibus ſupra enumeratis* (numeraverat autem Babylonios, Parthos, Indiam, Æthiopiam, Aſiam, Germaniam, Britanniam, Mauros, Getulos, Romanos) *colitur, ubique regnat, ubique adoratur.* Eadem habet *Irenæus* I, 3. *Arnob.* II. & alii Patres. Elegans Tertulliani locus II. Apolog. *Heſterni ſumus, & veſtra omnia implevimus, urbes, inſulas, caſtella, municipia, conciliabula, caſtra ipſa, tribus, decurias, palatium, ſenatum, forum. Sola vobis reliquimus templa.*

Incendio conflagraret, Nerone apud Antium.] Tacitus: *Incendium, forte an dolo principis conflatum fuerit, in incerto fuit. Eo certe tempore Antii agens Nero, non ante in urbem regreſſus eſt, quam domus ejus, qua palatium & Mecænatis hortos continuaverat, ignis propinquaret.* XV. Annal.

Gloriam innovandæ urbis.] *Videbaturque Nero, condendæ urbis novæ & cognomento ſuo appellandæ, gloriam quærere.* Tacitus.

Neque ulla re Nero efficiebat.] *Sed non ope humana, non largitionibus Principis, aut Deum placamentis, decedebat infamia, quin juſſum incendium crederetur.* Idem.

Vertit invidiam in Chriſtianos.] *Ergo abolendo rumori Nerò ſubdidit reos & quæſitiſſimis pœnis affecit, quos per flagitia inviſos, vulgus, Chriſtianos appellabat.* Idem.

Vt ferarum tergis contecti] Sunt ipſiſſima verba Taciti, *Et pereuntibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti, laniatu*

virent. Multi crucibus affixi, aut flamma uſti. Plerique in id reſervati, ut cum defeciſſet dies, in uſum nocturni luminis urerentur. Hoc initio in Chriſtianos ſæviri cœptum. Poſt etiam, datis legibus, religio vetabatur: palamque edictis propoſitis, Chriſtianum eſſe non licebat. Tum Paulus ac Petrus capitis damnati: quorum

niatu canum interirent: aut crucibus affixi, aut flammandi, atque ubi defeciſſet dies, in uſum nocturni luminis urerentur.

Flamma uſti.] Hoc *flammare* Tacitus vocat. Flammare eſt, quod Hiſpani dicunt *Pringar*. Stantibus ad palum deſtinatis, unco (ne motatione capitis picem cadentem declinarent) gutturi ſuffixo, è lamina ardente (*κεραμίδα* vocat Imp. M. Aurelius) pix aut unguen in caput liquefiebat, ita ut rivi pinguedinis humanæ per arenam amphitheatri ſulcum facerent. Iuvenalis ad hoc tormentum, eandemque hiſtoriam alludens,

Pone Tigillinum, tæda lucebis in illa,
Qua ſtantes ardent, qui fixo gutture fumant,
Et latum media ſulcum deducit arena.

Lege:

Et latus medium ſulcus diducit arenam.

Pone, ubi ſtantes ad palum alligati ſuffixo gutture, lamina impendente fumant, & totos artus liquefiunt, ita ut pinguedo diducat arenam ſulco facto. Vt memorabiles illos cruciatus fuiſſe neceſſe ſit, quorum multo poſt tempore meminerit Iuvenalis. Tertullianus in Gnoſticos: *Orientem fidem Romæ primus Nero cruentavit.* Neque ſolum Romæ ſævitum in Chriſtianos, ſed etiam in provinciis. *Ioſ. Scaliger.*

In uſum nocturni luminis.] Verba Taciti. Modus hic erat: Papyro, quæ cera eſſet circumlita induebantur, & ſic vivi ardebant. Interpres Iuvenalis ad Satyræ 1. ea verba: Pone Tigillinum. *Tigillinum ſi læſeris, vivus ardebis; quemadmodum in munere Neronis vivi arſerunt, de quibus ille juſſerat cereos fieri, ut lucerent ſpectatoribus, cum fixa eſſent illis guttura, ne ſe curvarent. Nero maleficos homines tæda & papyro & cera ſupervestiebat, & ſic ad ignem admoveri jubebat, ut arderent.* Vbi per maleficos intelliguntur Chriſtiani. Illa enim miracula, quæ fierent ab illis virtute divina, nihil aliud eſſe ajebant, quam præſtigias & artes execrabiles. *Voſſius.* Vide & Scaligerum in Euſeb. Suetonius: *Afflicti ſuppliciis Chriſtiani, genus hominum ſuperſtitionis novæ ac maleficæ.*

Sæviri cœptum.] Suetonius: *Idque etiam per Provincias factum.* Extat vetus inſcriptio in Hiſpania loco Piſuergæ vocato: in quo ſine dubio crudelitas Neronis tangitur, ſiquidem vera eſt illa inſcriptio. Nam dubito. Chriſtianiſmum ſuperſtitionem vocat, ut Suetonius Chriſtianos homines novæ ac maleficæ ſuperſtitionis: NERONI CLAVDIO CAESARI AVG. PONT. MAX. OB PROVINCIAM LATRONIBVS ET HIS QVI NOVAM GENERI HVMANO SVPERSTITIONEM INCVLCARANT PVRGATAM. *Ioſ. Scaliger.*

Datis legibus.] Legendum cenſeo *latis legibus.* Sigon.

Paulus ac Petrus capitis damnati.] A. C. LXVIII. Neronis XIII. *Euſebius.* Tertullian. de præſcriptionibus: *Felix Romana Eccleſia, cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſanguine ſuo profuderunt; ubi Petrus paſſioni Domini adæquatur, ubi Paulus Iohannis exitu coronatur.*

rum uni cervix gladio deſecta, Petrus in crucem ſublatus eſt. Dum hæc Romæ geruntur, Iudæi, præſidis ſui Feſti Flori injurias non ferentes, rebellare cœperunt. Adverſus eos Veſpaſianus, proconſulari imperio à Nerone miſſus, multis gravibuſque præliis devictos,

Cervix gladio deſecta.] Paulo. Certum eſt Romæ paſſum. De ſupplicio, veteres fere in gladium conſentiunt. Sic Saidus Batricides, ſive Eutychius, in Originibus Alexandrinis, وضرب عنق بولص بسيف, *Gladio trucidavit Paulum.* Horn.

Petrus in crucem ſublatus.] Si Petrus nunquam Romæ fuit, quomodo ibi crucifixus? Nam Babylone videtur martyrium paſſus, ubi vixit. Ideo Clemens in Epiſtola ad Corinthios, cum dixiſſet, *Paulum ſub Romanis principibus paſſum*, poſtea ſubjungit, *Petrum martyrium eſſe paſſum*, nullius loci mentione facta, quia locus paſſionis ejus ignorabatur tum. Nam Babylon ſub externo dominio. Sic quoque incertum eo tempore, ubi Thomas vel Bartholomæus paſſi. *Salmaſ.* Eutychius modo laudatus, ex verſione Cl. Seldeni, qui hodie ingens Britanniæ ſuæ decus eſt: *Petrum Nero Cæſar cruci affigit, corpore inverſo. Nam & dixerat ei Petrus*, Si vis ut ego cruci affigar, corpore me inverſo affige cruci, ne mors mihi inflicta ſimilis ſit ei, quæ infligebatur Domino meo Chriſto, qui cruci affixus eſt. *Occiſus eſt autem Petrus ſub annum* XXII. *poſt Dominum noſtrum Chriſtum.* Sub initia igitur Neronis, id eſt, tredecim circa annos ante Chronologiam receptiorem, Petri martyrium collocat Eutychius. *Seldin.* Ex quibus patet, incertas veterum traditiones, tum de loco, tum de tempore paſſionis Petri fuiſſe: & tandem pleroſque in receptiorem opinionem conſenſiſſe, crucifixum Romæ, cum quod certo aſſererent, non haberent. *Horn.*

Præſidis ſui Feſti Flori injurias.] In Euſebio, *Ceſtii Flori*: ſed legendum ex Ioſepho *Geſſii Flori*. Vide Ant. ejus, lib. XX. cap. IX. *Druſ.* Γέσσιος δὲ Φλῶρος ὁ πεμφθεὶς Ἀλβίνου διάδοχος ὑπὸ Νέρωνος, πολλῶν ἀνέπλησε κακῶν Ἰουδαίους. Καθάπερ εἰς ἐπίδειξιν πονηρίας πεμφθεὶς, καὶ εἰς τὸ ἔθνος ἡμῶν παρανομίας ἐπόμπευσε, μήτε ἁρπαγῆς παραλιπὼν μηδένα τρόπον, μήτε ἀδίκου κολάσεως. ἦν γὰρ ἄτεγκτος πρὸς ἔλεον, παντὸς δὲ κέρδους ἄπληστος. Et plures intolerabiles ejus injurias deſcribit II. ἁλώσ. 24.

Rebellare cœperunt.] Τὸν πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον ὁ καταναγκάσας ἡμᾶς ἄρασθαι, Φλῶρος ἦν. *Ioſephus.* Suetonius aliam belli cauſam fingit: *Percrebuerat*, inquit, *Oriente toto vetus & conſtans opinio: eſſe in fatis ut eo tempore Iudæa profecti rerum potirentur. Id de Imperatore Romano, quantum eventu poſtea patuit, prædictum, Iudæi ad ſe trahentes, rebellarunt: cæſoque præpoſito, legatum inſuper Syriæ conſularem, ferentem ſuppetias, rapta aquila, fugaverunt.* Ex quibus patet quam tenuem rerum Iudaicarum notitiam Romani habuerint. Neque enim cæſus eſt Florus, niſi *cædere* pro clade afficere, accipias. *Caſaub.*

Veſpaſianus proconſulari imperio miſſus. Ioſephus ἁλώσ. III. I. Sueton. in Veſpaſ. Euſebius, *Contra Iudæos, qui Ceſtii Flori avaritiam non ferentes rebellabant, Veſpaſianus magiſter militiæ, à Nerone tranſmittitur.*

Multis gravibuſque præliis victos.] De quibus fuſe Ioſeph. III, & IV. ἁλώσ.

Intra

ctos, coëgit intra muros Hieroſolymæ confugere. Interim vero jam etiam ſibi pro conſcientia ſcelerum inviſus, humanis rebus eximitur: incertum, an ipſe ſibi mortem conſciverit. Certe corpus illius interemptum. Vnde creditur; etiamſi ſe gladio ipſe transfixerit, curato vulnere ejus ſervatus: ſecundum illud quod de eo ſcriptum eſt: Et plaga mortis ejus curata eſt; ſub ſeculi fine mittendus, ut myſterium iniquitatis exerceat. Igitur poſt exceſſum Neronis, Galba imperium rapuit:

mox

Intra muros Hieroſolymæ.] Ioſeph. VI. ἁλώσ. 3. Qualis tum urbs Hieroſolyma fuerit, idem tradit cap. 6.

Humanis rebus eximitur.] Ioſephus V. ἁλώς. 6. Extinctus eſt VIII Eid. Iunii anno & XXII. diebus ante initium Veſpaſiani. *Scaliger* in Euſebium.

Incertum an ipſe ſibi mortem conſciverit.] Quia Neroni ſeſe perimenti pauciſſimi (tres ait Dio, Suetonius quatuor) teſtes adfuerunt: propterea eo extincto & ignoratum pleriſque mortis genus, & multis etiam perſuaſum, non eſſe illum occiſum. *Caſaub.* Res tamen certiſſima. Nam cum audiſſet Galbam in Hiſpania ab exercitu imperatorem declaratum, hoſtis à Senatu judicatus, ex urbe fugiens, ſemet ictu gladii tranſegit, adjuvante trepidantem manum Eunucho Sporo: cum prius nullo reperto exclamaret, *Itane? nec inimicum habeo nec amicum: dedecoroſe vixi, turpius peream.* Suetonius, Alii: *Cum à Senatu quæreretur ad pœnam, è palatio fugiens, ad quartum urbis milliarium in ſuburbano liberti ſui inter Salariam & Numentanam viam ſemet interficit, anno ætatis ſuæ XXXII.* Euſebius in Chronico.

Curato vulnere ejus ſervatus.] Nam ſecundum opinionem quorundam ſe ipſe vulneravit, è quo vulnere poſtea curatus fuit, unde adhuc vivere creditur. Samuel Solem ad librum Iohaſin, *Commentarii de vitis regum dicunt Neronem mortuum eſſe, partim fugiſſe, nec ſciri locum quo fugerit: uſque adeo ut Auguſtinus epiſcopus aſſerat ipſum adhuc vivere.* Druſ. Locus Auguſtini extat XX. de Civ. Dei 19. quem infra ad Dialogum II. producemus. Sed Samuel Iudæus vel non legit Auguſtinum, vel non intellexit. Ipſe enim, enumeratis opinionibus de Neronis exitu, & reditu, addit: *Sed multum mira hac opinantium præſumtio.* Quæ improbantis ſunt & averſantis. *Horn.*

Et plaga mortis ejus curata eſt.] Ita legendum ex Apocalyp. XIII, 3. prius erat in libris, *Vt plaga mortis ejus curata eſt.* Quem locum nonnulli de Nerone interpretati ſunt; ſed male, judicio Auguſtini de Civit. Dei, lib. XX, cap. 19. Druſ.

Sub ſeculi fine.] Infra de Martino Dial. II. *Cum ab eo de fine ſeculi quæreremus, ait nobis, Neronem & Antichriſtum prius eſſe venturos.*

Vt myſterium iniquitatis exerceat.] Hoc eſt, ut ſit Anti-Chriſtus. Nam per eum exercebitur myſterium iniquitatis, de quo Apoſtolus II Theſſal. II, 7. *Druſ.* Nam eum locum, ut Auguſtinus tradit, de Anti-chriſto acceperunt. Vide Grotium in explicatione locorum de Anti-chriſto, & qui contra eum ſcripſerunt, Mareſium, Coccejum, alios.

Galba.] Sueton. *Nonnulli dictum, quod præpinguis fuerit viſus, quem Galbam Galli vocant.* Ad quem locum, quid

 com-

mox Otho, Galba interfecto, occupavit. Tunc Vitellius in Gallias, fretus exercitibus quibus praerat, urbem ingreſſus, Othone interfecto, ſummam rerum uſurpavit. Quae poſteaquam ad Veſpaſianum delata, licet malo exemplo, bono tamen affectu Reip. ab improbis vindicandae, cum Hieroſolymam obſideret, ſumit imperium: & , ut mos eſt, diademate capiti impoſito, ab exercitu Imperator conſalutatus, Titum filium Caeſarem facit; eidem pars copiarum, & obſidendae Hieroſolymae negotium datum. Veſpaſianus Romam profectus, ſummo favore ſenatus & populi receptus, cum ſe Vi-

commentati ſint Salmaſius & Boxhornius, vide in editione Schildiana.

Imperium rapuit.] Neroni Galba ſucceſſit. *Sueton.* Imperium in Hiſpania rapuit. Γάλβας ἀποδειχθεὶς αὐτοκράτωρ, εἰς Ῥώμην ἐπανῆλθεν ἐκ τῆς Ἱσπανίας. *Ioſephus* v. ἁλώσ. 6. Suetonius Galba.

Othò, Galba interfecto.] Ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν αἰτιαθεὶς ἐπὶ ταπεινοφροσύνῃ, ἐδολοφονήθη κατὰ μέσην τὴν Ῥωμαίων ἀγορὰν, ἀπεδείχθη τε αὐτοκράτωρ Ὄθων. *Idem.*

Vitellius in Gallias.] Legendum: *ex Galliis.* Sigon. Vide Tacitum I. & II. Hiſtor. Suet. Vitell. Ioſeph. v. ἁλώσ. 6. & 8.

Othone interfecto.] Ad Bebriacum à Vitellianis victus, ſibi ipſi mortem conſcivit. *Tacitus* II. Hiſt. *Suet.* Othone. Διεχρήσατο μὲν Ὄθων ἑαυτὸν ἐν Βεδριάκῳ. *Ioſephus.*

Licet malo exemplo.] Cur malo? An Italiam ab immani bellua, qualis Vitellius, vaſtari pateretur? Vide Ioſeph. v. ἁλώσ. 10.

Sumit imperium.] Coactus à milite, qui enſes & mortem recuſanti intentabant. *Idem.* Multa omina Imperii praeceſſerunt, quae Suetonius & Ioſephus fuſe recenſent. *Tiberius Alexander, praefectus Aegypti, primus in verba Veſpaſiani legiones adegit Kalendis Iulii: qui principatus dies in poſterum obſervatus eſt.* Sueton. Veſpaſ.

Vt mos eſt, diademate capiti impoſito.] Peſſimè Sulpici, de tuo addis, quod apud nullum ex Hiſtoricis, reperitur. Διάδημα, faſciae quaedam erant, quas capiti circumligatas Reges Orientis geſtabant. Vſum ejus primus Alexander, à Perſis acceptum, Occidenti intulit. Iuſtin. XII. *Alexander habitum regum Perſarum, & diadema, inſolitum antea regibus Macedonicis, velut in leges eorum quos vicerat, tranſiret, aſſumit.* Apud Romanos Caeſari oblatum diadema: ſed is repudiavit. Caligula quoque abſtinuit. Nec quiſquam Imperatorum eo uſus, uſque ad Aurelianum, declinandae invidiae. Sed error hic condonandus Sulpicio, qui ſua tempora ſpectavit, non antiquam Romam. *Horn.*

Titum filium Caeſarem facit.] Extincta in Nerone Caeſarum familia, Veſpaſianus nomen illud, tanquam Imperii, ad poſteros propagavit, ac Titum & Domitianum filios, Caeſares appellavit. *Tacitus. Sueton.*

Cum ſe Vitellius interfeciſſet.] Falſum hoc.

Vitellius interfeciſſet, imperium confirmavit. Interea Iudæi obſidione clauſi, quia nulla neque pacis neque deditionis copia dabatur, ad extremum, fame interibant, paſſimque viæ oppleri cadaveribus cœpere, victo jam officio humandi. Quin omnia nefanda inſuper auſi, ne humanis quidem corporibus pepercerunt, niſi quæ ejuſmodi alimentis tabes præripuerat. Igitur defeſſis defenſoribus irrupere Romani. Ac tum forte in diem Paſchæ

hoc. Nam *apud Gemonias minutiſſimis ictibus excarnificatus atque confectus eſt, & inde unco tractus in Tiberim*. Sueton. Tacit. Euſebius ἐπὶ μέσης τῆς Ῥώμης ἀποσφάττεται. *Ioſeph.* v. ἁλώσ. XIII.

Neque pacis neque deditionis copia dabatur.] Mira Sulpicii oſcitantia. Qui ſi Ioſephum legit, quomodo prolixas illas pro pace & deditione, Titi atque Ioſephi, curas orationeſque, præterire potuit? Vide XV. Ioſeph. ἁλώσ. 7. II. & VII. 4. 13. Audi Cæſarem Titum, VII. ἁλώσ. 8. dicentem παρὰ μὲν αὐτοῦ Ἰουδαίοις εἰρήνην, αὐτονομίαν προτείνεσθαι, καὶ πάντων ἀμνηστίαν τῶν πεπλημμελημένων. Τοὺς δὲ ἀντὶ μὲν ὁμονοίας στάσιν, ἀντὶ δὲ εἰρήνης πόλεμον, πρὸ κόρου δὲ καὶ εὐθηνίας, λιμὸν ᾑρημένους. *Horn.*

Ne humanis quidem corporibus pepercerunt.] Nam mulier quædam, nomine Maria Eleazari filia, proprium filium occidit, coxit & comedit ex parte. *Ioſephus* ἁλώσ. lib. VII. cap. 8. Sed non hoc tantum rabidæ famis ſcelus reſpicit author noſter; verum opinio ejus fuit, Iudæos mortuorum cadaveribus paſtos. Hoc enim ſequentia innuunt: *niſi quæ ejuſmodi alimentis tabes præripuerat.* Apud Ioſephum quidem nihil hujus reperimus, qui tamen inauditam famem, per partes deſcribit. Alimenta ex rebus impuriſſimis, fimo, ſtercore, corio, parata. πάντα δ' ὑπ' ὀδόντας ἦγεν ἡ ἀνάγκη, καὶ τὰ ῥυπαρώτατα τῶν ἀλόγων ζώων. VII. ἁλώσ. 7. Sed cadavera comeſta, ne verbo quidem innuit, hoc ex ingenio Sulpicii profectum, falſumque eſt. Aperte Ioſephus VII. ἁλώσ. 14. δοκοῦσι δ' ἄν μοι μὴ φθασθέντες ὑπὸ τῆς ἁλώσεως, δι' ὑπερβολὴν ὠμότητος, γεύσασθαι καὶ τῶν νεκρῶν. Facturos id fuiſſe dicit, niſi excidio præventi eſſent, non feciſſe. *Horn.* Vide & Euſeb. III. Hiſt. 6.

Tabes præripuerat.] Hinc, cum ſepeliendo non eſſent, cadavera portis ejecta, immani numero. A. XIV. Aprilis, ad Kal. Iul. CXV. millia, & Iɔccc. cadavera, per unam portam elata, ut Mannæus transfuga Tito narravit. Ex omnibus portis, mortuorum Iɔc. millia egeſta. *Ioſeph.* VI. ἁλώσ. 16.

Irrupere Romani.] Capta eſt urbs ac templum VIII. Gorpyæi, Kal. Sept. anno ſecundo Principatus Veſp. *Dion.* οὕτω τὰ Ἱεροσόλυμα ἐν τῇ τοῦ Κρόνου ἡμέρᾳ, ἣν μάλιστα ἔτι καὶ νῦν σέβουσιν, ἐξώλετο. Sabbathum innuit. Suetonius in Tito: *cepitque eam natali filiæ ſuæ.* Vide Petit. IV. Eclog. Chronol. XV. Eo die ceſſavit juge ſacrificium. Vnde Iudæi inquiunt: ביז בתמוז נשתברו הלוחות ובטלה התמיד והובקעה העיר, *Die decimo ſeptimo Tamuz franguntur tabulæ legis: ceſſat* ἐνδελεχισμὸς, *urbs fiſſa.* Et in Liturgia hujus diei canunt: כי בו בטל התמיד, *Quia abolitum eſt ea die juge ſacrificium.*

 Memo-

ſchæ, omnis ex agris aliiſque Iudææ oppidis, multitudo convenerat. Nimirum ita Deo placitum, ut eo tempore quo Dominum cruci affixerat, gens impia internecioni daretur. Phariſæi aliquantiſper, pro templo, acerrime reſtiterunt: donec obſtinatis ad mortem animis, ultro ſe ſubjectis ignibus, intulerunt. Numerus peremptorum

Memorabilis eſt locus *Seder Olam: Rabbi Ioſe dixit: Quemadmodum meriti remuneratio, etiam poſt longum tempus, recidit ac revolvitur in eundem diem, ita & peccati. Atque id experimento compertum eſt. nam cum antea vaſtaretur templum, erat extremum ſabbati: & rurſus extremum ſeptimi anni erat. præterea erat ſeptimana ſtationis Ioarib, & nonus dies menſis Ab erat. Et ita fuere quoque hæc omnia in ſecundo excidio. In utroque autem Levitæ ſtabant in cathedra, recitabantque oden hanc: Retribuet illis iniquitatem ſuam.* Cunæus.

Tum forte in diem Paſchæ.] Paſcha, Paſchæ, dicebant priſci Patres. *Voſſius.* Paſcha ejus anni in XIV. vel ut Petitus vult, XV. Aprilis incidit. Immanis hominum multitudo, ad feſtum, & belli metu, confluxerat. Τότε γὰρ μὲν ὥσπερ εἰς εἱρκτὴν ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης πᾶν συνεκλείσθη τὸ ἔθνος, καὶ ναστὴν ὁ πόλεμος τὴν πόλιν ἀνθρώπων ἐκυκλώσατο. Ioſeph. VII. ἁλώσ. 17. Tacitus DC. millia intra urbem concluſa dicit. V. *Hiſtor.* Sed longe majorem fuiſſe Ioſephus contendit. Ad minimum duodecies centena millia, ut ex cæſis, mortuis, ac captis patet. *Horn.*

Eo tempore, quo Dominum cruci affixerat.] Patet Sulpicium exiſtimaſſe, feſto paſchatis urbem captam. Quod falſiſſimum, cum ab Aprili, ad Septembrem, obſidio duratit. Eundem errorem Euſebius errat, atque haud dubio eum ſecutus noſter. Euſebius in Chronico, *oportuit enim iiſdem diebus Paſchæ eos interfici, in quibus Salvatorem crucifixerunt.* Idem ſcribit in hiſtoria Eccleſ. lib. 3. cap. 5.

Phariſæi.] Σύνταγμά τι Ἰουδαίων, δοκοῦν εὐσεβέστερον εἶναι τῶν ἄλλων, καὶ τοὺς νόμους ἀκριβεστέρως ἀφηγεῖσθαι. I. ἁλώσ. 4. Dicti à פרש, quod ab aliis affectata vitæ ſanctimonia ſejuncti eſſent, ut patet ex Luc. XVIII, 11. *Heinſius.* Hinc Talmudici pios ac devotos פרושים vocant. *L'Empereur.* Præter eos duæ adhuc magnæ αἱρέσεις, Sadducæi, & Eſſeni. De quibus vide Druſium de Sectis, Scaligerum in Trihæreſio.

Acerrime repugnantes.] Quippe Stoici, teſte Ioſepho. Hinc etiam paradoxa Stoica ſtatuebant. Vide Heinſium cap. XXIII. in Nonnum. Quare non eſt mirum, cum fatalia omnia eſſe, & bona & mala putarent, illos obſtinatis animis ſe in incendium intuliſſe. *Sigon.* Haud dubio inter eos etiam Sadducæi fuerunt & fortaſſe etiã Heſſeni. Ipſe Anani Pontifex fuiſſe Sadducæus proditur. *Druſ.*

Numerus peremtorum ad undecies centena millia refertur.] Debuiſſet dicere *mortuorum.* Nam ſequitur Ioſephum, ἁλώσ. VII, 17. *numerus mortuorum per omne tempus obſidionis undecies centum millia.* Mortuorum, hoc eſt, eorum qui fame aut gladio perierunt. Euſebius in Chronico, *Ioſephus vero ſcribit, undecies centena millia, fame & gladio periiſſe.* Oroſ. VII. 6. *Ioſephus Iudæus ſcribit undecies centena millia Iudæorum gladio & fame periiſſe.* De numero peremptorum ſive interfectorum conveniunt Suetonius & Tacitus. Idem Oroſius, *Sexcenta millia Iudæorum eo bello interfecta, Cornelius & Suetonius referunt.* Et Euſebius, *Titus Iudæa capta & Ieroſolymis*

rum ad undecies centena millia refertur: capta vero C. *millia, ac venundata. Fertur Titus, adhibito conſilio, prius deliberaſſe, an templum tanti operis everteret. Etenim nonnullis videbatur, ædem ſacratam, ultra omnia mortalia illuſtrem, non debere deleri: quæ ſervata, modeſtiæ Romanæ teſtimonium, diruta perennem crudelitatis notam præberet. At contra alii, & Titus ipſe, evertendum templum imprimis cenſebant: quo plenius Iudæorum & Chriſtianorum religio tolleretur. Quippe has religiones, licet contrarias ſibi, iiſdem tamen*

lymis ſubverſis ſexcenta millia virorum interfecit. Sic Egeſippus ſive Hegeſippus, *Cæſa*, inquit, *per omne tempus obſidionis, decies centena millia, aut* CX. *myriades, ut plerique aſſerunt*. Centum & decem myriades, ſunt undecies centena millia. Ea mortua, non cæſa Ioſephus aſſerit. Quid ergo vidit, cum talia ſcriberet? Profecto ſcriptor ille merito ſuſpectus eſt viris eruditis. *Druſ.* Fluctus in ſimpulo. An non fame quoque perimuntur homines? & peremtos ad ſolam hoſtilem vim, non etiam famem, & mortalitatem referre, quæ authoritas jubet? Certe Latini ea voce latius utuntur, ut notum eſt. *Horn.*

Capta vero C. *millia ac venundata.*] Τῶν μὲν οὖν αἰχμαλώτων πάντων ὅσος καθ᾽ ὅλον ἐλήφθη τὸν πόλεμον ἀριθμὸς ἐννέα μυριάδες, καὶ ἑπτακισχίλιοι συνήχθη. *Ioſephus* VII. ἁλώσ. 17. Quem numerum etiam Hegeſippus agnoſcit. Sed in Euſebio, *& alia centum millia captivorum publice venundata*. Quocirca nihil mutandum in Sulpicio. Nam abſque dubio ſecutus hic eſt Euſebium, non Ioſephum. Oroſius numerum diſperſorum ponit, quem ait fuiſſe ad CX. hominum millia. *Druſ.*

Adhibito conſilio.] Ducum aut procerum ſex, qui nominantur ἁλώσ. VII, 9. inter quos Marcus Antonius Iulianus procurator Iudææ. *Titus ad conſilium vocavit duces exercitus, &c.* Hegeſippus lib. V. cap. 43.

Nonnullis videbatur ædem ſacratam.] Titus ipſe ita cenſebat. Duces conditionem addebant, *Si Iudæi illud reliquiſſent*. Vide Ioſephum.

Quæ ſervata modeſtiæ.] Titi hæc ſententia erat, quam Ioſephus his verbis expreſſit, *Neque ſe unquam tantum opus incenſurum: jam enim Romanorum fore hoc damnum, ſicut ornamentum quoque fore imperii, ſi maneret*. In eam iverunt Fronto, Alexander & Cerealis.

At contra alii.] *Aliis quidem videbatur lege belli utendum eſſe. Nunquam enim Iudæos à novis rebus poſſe deſinere templo manente, quo omnes ubicunque eſſent colligerentur.* Ioſephus.

Et Titus ipſe.] Hoc verum non eſt. Nam Tito invito incenſum templum. Vide Ioſeph. VII. ἁλώσ. 11. & Hegeſippum.

Quo plenius Iudæorum & Chriſtianorum religio tolleretur.] Finxit ex ingenio. Nam nihil tale in Ioſepho, aut apud alios, quos vidi. *Druſ.*

Licet contrarias ſibi.] Sic viſum gentilibus. Quia Hebræorum ceremonias, & inſtituta, & circumciſionem, Lex Chriſtianorum ſuſtulit. *Sigon.* Potiſſima cauſa fuit; quia Iudæi Chriſtianorum infenſiſſimi hoſtes.

men auctoribus profectas. Chriſtianos ex Iudæis extitiſſe: radice ſublata, ſtirpem facile perituram. Ita Dei nutu, accenſis omnium animis, templum dirutum, ab hinc annos trecentos triginta & unum. Atque hæc ultima templi everſio, & poſtrema Iudæorum captivitas, qua extorres patria, per orbem terrarum diſperſi cernuntur, quotidie mundo teſtimonio ſunt, non ob aliud eos, quam ob illatas Chriſto impias manus, fuiſ-

Iiſdem.] Ab iiſdem. *Sigon.*

Chriſtianos ex Iudæis extitiſſe.] Hæc cauſa cur Chriſtianos Iudæorum nomine complexi ſint. Sueton. Claudio: *Iudæos, impulſore Chreſto aſſidue tumultuantes, Roma expulit.* Chreſtum vocat ſervatorem noſtrum, per contumeliam. *Tertullian. Lactant.* Vide Selden. II. de ſucceſſ. ad leg. Hebr. XXVI.

Templum dirutum.] Id miles quidam incendit δαιμονίῳ ὁρμῇ τινὶ χρώμενος. Aderat autem ἡ εἱμαρμένη χρόνων περίοδος, decimus menſis Auguſti. Quo etiam à Babyloniorum rege fuerat concrematum. Vrbs poſt capta fuit, videlicet Kalendis Septembris, qui Thiſri Ebræis. De urbe ſuperiore mihi ſermo. Nam inferior ante templum capta fuerat. Ioſephus à condita primum urbe, uſque ad excidium ejus, putat annos MMCLXXVII. ἁλώσ. lib. VII, cap. 18. Capite autem decimo ejuſdem libri à prima ſtructione templi uſque ad everſionem ejus, quæ per Titum facta, numerat ann. MCXXX. menſ. VII, dies XV. à ſecunda vero, quæ ſub Dario Notho accidit, ann. DCXXXIX. dies XLV. Cæterum exciſa fuit urbs anno Veſpaſiani ſecundo, qui fuit à nato Chriſto, ſecundum ſupputationem Euſebii, ſeptuageſimus tertius: ab eodem paſſo quadrageſimus: & baptizato XLIII. Vide Chronicon ejus.

Abhinc.] A Conſulatu Stiliconis. *Sigon.*

Vltima templi everſio.] Feria ſeptima contigit, ut docent cum veteribus Scaliger, Petavius, alii. Nec ſine cauſa voluit Deus ipſo Sabbatho Iudaico Hieroſolymam cum templo funditus exſcindi. Quo ipſo ſatis indicatum, Deum Sabbatha illa Iudaica, una cum templo & ceremoniis aliis, ſublata voluiſſe. *Spanhem.* Et hic terminantur LXX. hebdomades Danielis. *Calviſ.*

Poſtrema Iudæorum captivitas.] Vide Cunæum I. de Repul. XVIII.

Extorres patria.] Tertullianus: *Diſperſi palabundi & ſoli cœlique ſui extorres vagantur per orbem, ſine homine, ſine Deo, rege: quibus nec advenarum jure terram patriam, ſaltem veſtigio ſalutare, conceditur.*

Per orbem terrarum diſperſi.] Etiamnum, poſt tantas clades & excidia, ingenti numero. Vt de iis cum Philone dici poſſit, Ὅσον ἐστὶν ἐν πολυανθρωπίᾳ, ὅπερ οὐχ ἐξεδέξατο καθάπερ τῶν ἄλλων ἕκαστον μιᾶς χώρας τῆς ἀποκεκληρωμένης αὐτῷ μόνῳ περίβολος, ἀλλ᾽ ὀλίγου δέω φάναι πᾶσα ἡ οἰκουμένη. κέχυται γὰρ ἀνά τε τὰς ἠπείρους ἁπάσας ὡς τῶν αὐθιγενῶν μὴ πολλῷ τινὶ δοκεῖν ἐλαττοῦσθαι. Adeo repullularunt, ut Romæ, ſub Alexandro Mammææ filio, etiam jus αὐτονομίας recuperarent. *Dio.* XXXVII.

Ob illatas Chriſto manus.] Prudentius:

Exiliis vagus huc illuc fluitantibus errat,
Iudæus, poſtquam patria de ſede revulſus,
Supplicium pro cæde luit, Chriſtique negati,

Sangui-

fuiſſe punitos. Nam ſæpe alias, cum propter peccata captivitatibus traderentur, nunquam tamen ultra ſeptuaginta annos ſervitutis pœnam pependerunt. Interjecto deinde tempore, Domitianus, Veſpaſiani filius, perſecutus eſt Chriſtianos. Quo tempore, Ioannem Apoſtolum atque Euangeliſtam, in Pathmum inſulam relegavit: ubi ille arcanis ſibi myſteriis relevatis, librum ſacræ Apocalypſis (qui quidem à pleriſque aut ſtulte, aut impie non recipitur) conſcriptum edidit. Non multo deinde intervallo, tertia perſecutio per Trajanum fuit: qui cum tormentis & quæſtionibus ni-

Sanguine reſperſus commiſſa piacula ſolvit.
Druſius.

Interjecto deinde tempore.] A. C. xcv. Domitiani xiii. vel xiv. *Euſeb.* Chron.

Domitianus.] Cui Neroni cognomentum ob crudelitatem: quem ideo nonnulli credunt Antichriſtum venturum, ut ſupra dictum.

Perſecutus eſt Chriſtianos.] Δεύτερος ἀνεκινήθη διωγμός. *Euſeb.* iii. Hiſtor. 13.

Ioannem Apoſtolum atque Euangeliſtam.] Etiam propheta fuit Hieron. in primo adverſus Iovinianum. cap. 14. *Iohannes & Apoſtolus & Euangeliſta & propheta. Apoſtolus, quia ſcripſit ad eccleſias ut magiſter: Euangeliſta, quia librum Euangelii condidit, quod excepto Matthæo, alii ex duodecim Apoſtolis non fecerunt: Propheta, vidit enim in Pathmo inſula, in qua fuerat à Domitiano principe ob Domini martyrium relegatus, Apocalypſin infinita futurorum myſteria continentem. Refert autem Tertullianus, quod Romæ miſſus in ferventis olei dolium, purior & vegetior exiverit quam intraverit.*

In Pathmum inſulam.] Scribo; in *Patmum.* Nam Græce eſt εἰς πάτμον. *Druſ.* Eſt una Cycladum Ægæi maris, ambitu xxx. cIↄ, paſſ. *Strabo* x. & alii. De hac relegatione ejus *Euſeb.* iii. 14. *Irenæus* v. *Hieron.*

Vbi ille.] Apocalypſin in Patmo ſcriptam teſtatur Athanaſius in Synopſi, Hieronymus, Iræneus, alii. Idem Euſebius innuit, quanquam dubitanter. iii. Hiſt. 14.

A pleriſque, aut ſtulte aut impie, non recipitur.] Græcis præſertim, qui de hoc libro ſemper dubitarunt. *Hieron.* ad Dardanum. Cajus quidam eum Cerintho adſcripſit. Contra quem diſputat Dionyſius Alexandriæ Epiſcopus apud *Euſeb.* vii. Hiſt. 20. Tales hæretici dicti ſunt ἄλογοι, quaſi ratione carentes, aut λόγον negantes. *Epiphan.* Hæreſ. 51. De hoc libro quæ fuerint veterum judicia, vide apud Eraſmum & Bezam in N. T.

Tertia perſecutio per Trajanum fuit.] Hanc initam alii ſcribunt anno Chriſti ciii. alii ann. cviii. Biennio poſt, hoc eſt, ann. Chriſtiano cx. Simon Cleopæ F. qui epiſcopatum Ieroſolymorum tenebat, crucifigitur. *Euſebius* in Chronico. Et iii. Hiſt. 26.

Qui cum tormentis.] Nam initio decretum propoſuit, ut Chriſtiani ubique conquirerentur, & per tormenta, ſi aliter non poſſet, uſque ad mortem ſacrificare ritu majorum adigerentur. Poſt cum

nihil in Chriſtianis,morte aut pœna dignum, reperiſſet, ſæviri in eos ultra vetuit. Sub Hadriano deinde, Iudæi rebellare voluerunt, Syriam ac Palæſtinam diripere conati: miſſoque exercitu ſubacti ſunt. Qua tempeſtate, Adrianus, exiſtimans ſe Chriſtianam fidem loci in-

cum Plinius Bithyniæ proconſul per epiſtolam eum ſuper hac re conſuluiſſet, reſpondit, *Chriſtiani conquirendi non ſunt: ſi deferantur, & arguantur, puniendi ſunt.* Vide Plinium x. Epiſt. 97. Euſeb. III. 27. Tertullian. Apologetico. Vbi vides Chriſtianos carmen Chriſto, quaſi Deo, dicere ſolitos, obſtrictoſque inter ſe, non in ſcelus aliquod, ſed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depoſitum appellati abnegarent. Pervicaciam & inflexibilem in iis obſtinationem culpat Plinius, in hoc uno, quod deos appellare, & ſimulacris numinum ture ac vino ſupplicare, ac Chriſto maledicere nollent, neque ut id facerent, ullis tormentis cogi poſſent. Epiſtola quæ ei reſpondet Trajani, cum ait re ipſa manifeſtum facere Chriſtianum ſe non eſſe,, qui diis Romanis ſupplicet. *Grotius.*

Sæviri in eos ultra vetuit.] Anno Chriſti centeſimo undecimo. *Euſebius.* Quæ ſi vera, duravit hæc perſecutio annos tres, aut, ut alii volunt, octo. *Druſ.*

Iudæi rebellare voluerunt.] Imo rebellarunt, duce quodam Iudæo, quem Euſebius & alii Barchochabam nominant. Id ſonat *filius ſtellæ.* Nam Chochab ſtella. De quo R. Aquiba exponebat textum illum, *orietur ſtella ex Iacob.* Idem ejuſdem armiger fuiſſe traditur. Meminit Hiero. adverſus Rufinum lib. III. cap. 9. *Barchochabas autor ſeditionis Iudaicæ ſtipulam in ore ſuccenſam anhelitu ventilabat, ut flammas evomere putaretur.* Magnus hoſtis fuit Chriſtianorum, quod ſibi contra Romanos militare nollent. *Euſebius,* Iudæi eum nominant *Barchoziba,* id eſt, filium mendacii, quod fraudulenter circumveniſſet eos, Meſſiam ſe eſſe perſuadendo. Ejus mentio in Thalmud, tractatu Sanhedrin, & in Iohaſin. Verba Salmanticenſis, *Filius Chozibæ rebellavit in Romanos, ſurrexitque & profectus eſt in Cyrenen, quæ in Africa, ſurgenteſque Iudæi, qui ibi erant, occiderunt omnes Romanos & Græcos in illis locis, qui arenam maris numero æquabant. Inde abiit in Aegyptum & fecit ſimiliter. Quod cum audirent Iudæi qui in Giphdi, hoc eſt, in Aegypto, interfecerunt omnes gentes, uſque adeo ut non remaneret reſiduum. Quo audito, Trajanus miſit contra eos Adrianum, qui ſubegit eos & poſuit legem Romæ: ne quis Iudæus intraret Aegyptum. Dicunt etiam doctores noſtri: Adrianus Cæſar occidit multa millia, in Bitther autem occidit duplo plures quam egreſſi ſunt ex Aegypto, anno* LII. *poſt excidium.* In מלכי רומי. *In diebus Domitiani extitit Choziba, & in diebus Nervæ & in diebus Adriani regnavit Choziba & filius ejus nepoſque ejus: qui bellarunt bella magna cum omnibus gentibus, & ſubegerunt Aegyptum. Contra hos roboravit ſe Adrianus, & aſcendit contra terrã Iuda, percuſſitque filium Chozibæ & occidit eum. Tum extinctus eſt populus multus. Non vexavit eos Nabuchodonoſor, neque Titus, ſicut Adrianus Cæſar.* Vide Petit. I. Eclog. Chronol. XIV.

Syriam ac Palæſtinam.] Accidit hoc anno Chriſti CXXXV. Ad quem annum Euſebius, *Iudæi ad arma,* inquit, *verſi, Palæſtinam depopulati ſunt, tenente provinciam Tenio Rufo, cui ad opprimendos rebelles Hadrianus miſit exercitum.* Vide *Euſeb.* IV. Hiſt. II. 6. *Oroſ.* VII. *Nicephor.* III. 24. *Dionem.* & alios.

Se

injuria peremturum, & in templo, ac loco Dominicæ paſſionis, dæmonum ſimulacra conſtituit. Et quia Chriſtiani ex Iudæis potiſſimum putabantur (namque tum Hieroſolymæ, non niſi ex circumciſione, habebat Eccleſia ſacerdotem) militum cohortem cuſtodias in perpetuum agitare juſſit, quæ Iudæos omnes Hieroſolymæ aditu arceret. Quod quidem Chriſtianæ fidei profi- cie-

Se Chriſtianam fidem loci injuria peremturum.] Vim Hadriano Sulpicius facit. Nam Hadrianus ex animo Chriſtianis favit, ſed occulte. Quin & molitum ferunt, ut Chriſtus pro Deo reciperetur, templaque in eum uſum erexiſſe: deterritum tamen conſilio quorundam, qui affirmabant fore ut cultus omnis Deorum periret, ſi id fieret, quod de Chriſto cogitabat. Igitur non id molitus fuit, ut Chriſtianos extingueret. Quippe, cum Iudæos urbe Ælia excluſiſſet, *Chriſtianis tantum civitatem permiſit*: & ultus eſt eos, quos Cocheba, ob fidem erga Romanos, excruciaverat. *Oroſius* VII, 8. Sed errore factum, ut Chriſtiani Hieroſolymitani, ob circumciſionem, Iudæi putarentur, & eos juſta Cæſaris in Iudæos quoque ira adusſit.

In templo ac loco Dominicæ paſſionis.] Hoc templum Adrianus terra obruit, ac aliud Veneri dedicavit, quod uſque ad Conſtantinum M. manſit. *Dio. Euſeb. Epiphan.* Paulinus in Epiſtola ad Severum noſtrum: *ubi ſacra nati Salvatoris infantia vagierat, illic Veneris lamenta fingentium laſcivis luctibus, infamis ritus ululabat.*

Dæmonum ſimulacra.] Veneris & Iovis. Clemens Protrept. Οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμονίων εἰσιν εἴδωλα. Ioh. Sarisberienſis de nugis Curialium, *Ad ſimilitudinem Eccleſiæ* (loquitur de Iuliano) *dæmonum templa conſtituit.* Videatur Lactantius lib. 2. cap. 17.

Non niſi ex circumciſione.] Iudæum. Quorum XV. fuerunt, uſque ad everſionem urbis, ſub Hadriano. *Euſeb. Chron.* Adde Epiphanium, ubi de Nazarenis & Ebionitis agit.

Sacerdotem.] Epiſcopum. Qui tum iidem cum Presbyteris. Nondum enim ambitioſa illa Patriarcharum, Metropolitarum, Archiepiſcoporum, & alia Hierarchiæ nomina, emerſerant. *Salmaſ.*

Hieroſolymæ aditu arceret.] Tertullianus in Apologetico de Iudæis: *quibus nec advenarum jure terram patriam ſaltem veſtigio ſalutare conceditur.* Euſebius IV. Hiſt. 5. Τὸ πᾶν ἔθνος ἐξ ἐκείνου καὶ τῆς περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα γῆς πάμπαν ἐπιβαίνειν εἴργεται, νόμου, δόγματι, καὶ διατάξεσιν Ἀδριανοῦ, ὡς ἂν μηδ᾽ ἐξ ἀπόπτου θεωρεῖν τὸ πατρῷον ἔδαφος, ἐγκελευσαμένου, Ἀρίστων ὁ Πελλαῖος ἱστορεῖ. Idem habent *Tertull.* in Apolog. *Hilar.* in Pſalm. LVIII. *Hieronymus* in VI. Eſai. Vno tamen die quotannis, lugendi gratia, urbem adire, conceſſum fuit. *Nazianz.* Orat. XII. *Hieron.* in cap. XII. Sophon. Quæ vel tum, ut Euſeb. IV. Hiſt. 5. & alii; vel ante bellum Iudaicum, Ælia Capitolina dici cœpit, εἰς τὴν τοῦ κρατοῦντος τιμήν. Vide Gothofr. ad Philoſtorg. Ac bello finito, ſus in marmore ſculptus, ac portæ Bethlemiticæ impoſitus eſt. *Caſſiodor.* in Chron. Vide Pithœum II. Adverſ. 3. Cunæum de Rep. Ebr.

Quod quidem Chriſtianæ fidei proficiebat.] Sigonius: *Vtile erat Chriſtianæ fidei, neminem eſſe Chriſtianum, niſi qui Iudæus*

ciebat: quia tum pene omnes, Chriſtum Deum, ſub legis obſervatione, credebant. Nimirum id Domino ordinante diſpoſitum, ut legis ſervitus, à libertate fidei atque Eccleſiæ tolleretur. Ita tum primum Marcus ex gentibus, apud Hieroſolymam, epiſcopus fuit. Quarta ſub Adriano perſecutio numeratur, quam tamen poſt exerceri prohibuit: injuſtum eſſe pronuncians, ut quiſquam ſine crimine reus conſtitueretur. Poſt Adrianum, Antonino Pio imperante, pax Eccleſiis fuit. Sub Aurelio

Iudæus ſub legis obſervatione vixiſſet: ita ordinante Deo, ut libertas fidei legis ſervitutem abrogaret, meo judicio, non rectè. Senſus eſt: Vtile erat Chriſtianæ fidei Iudæos Ieroſolyma arceri. Nam ex hac occaſione cœperunt primum abjicere jugum legis, cui ad hoc uſque tempus paruerant, ſub legis obſervatione Chriſtum venerantes. *Druſ.*

Pene omnes, Chriſtum Deum ſub legis obſervatione credebant.] Hos poſterior ætas Nazaræos dixit, cum initio Chriſtiani omnes ita vocarentur: unde Euangelium Nazareorum, quod Euangelium ſecundum Ebræos. Erant autem ſemi-Iudæi & ſemi-Chriſtiani, hoc eſt, neque Iudæi neque Chriſtiani veri. Scribit autem Hieronymus, Iudæos quotidie ſub nomine Nazaræorum, ter Chriſtianis maledicere. Hoc vel ideo verum eſſe poteſt, quod Chriſtianos hodieque נוצרים, id eſt, Nazoræos appellant. *Druſ.* Sic & Arabes eos النصارى vocant. Vnde & plerique, uſq; ad Marcum, Hebraica nomina habuerunt. *Salmaſ.*

Tum primum Marcus.] Μετὰ τὺς ἐκ περιτομῆς ἐπισκόπους τὴν τῆς ἐκκλησίας λειτουργίαν ἐγχειρίζεται Μάρκος. *Euſeb.* IV. Hiſt. 6. & in Chronico. Poſt Marcum nulli Epiſcopi nominibus Hebraicis in ea Eccleſia leguntur dicti, quia nulli fuere amplius Iudæi. *Salm.*

Quarta ſub Hadriano perſecutio.] Hujus meminerunt quidem Auguſtinus & Oroſius, ſed eam ſub Marco Antonino factam ſcribunt. Euſebius autem refert, Quadratum diſcipulum Apoſtolorum, & Ariſtidem Athenienſem Philoſophum, libros pro Chriſtiana religione Hadriano dediſſe compoſitos. Idem, *Serenus Grannius*, inquit, *legatus, vir apprime nobilis, litteras ad Imperatorem miſit, iniquum eſſe dicens, clamoribus vulgi innocentium hominum ſanguinem concedi, & ſine ullo crimine, nominis tantum & ſectæ reos fieri. Quibus commotus Hadrianus, Minutio Fundano proconſuli Aſiæ ſcribit, non ſine objectu criminum Chriſtianos condemnandos: cujus epiſtolæ uſque ad noſtram memoriam durat exemplum.* Druſ. Ex Euſebio patet, Chriſtianos ſub Hadriano per provincias vexatos: ſed id potius à populo, & per tumultum, quam juſſu Imperatoris factum. Vnde & ea de crudelitate apud Hadrianum conqueſtus fuit Serenius Granianus. *Euſeb.* VI. Hiſt. 8.

Injuſtum eſſe pronuncians.] Προςτάττων μηδένα κτείνειν ἄνευ ἐγκλήματος καὶ εὐλόγου κατηγορίας. *Idem.* Et ſequenti capite ipſum Imperatoris reſcriptum, ex Apologia Iuſtini Martyris ponit.

Antonino Pio imperante, pax Eccleſiis fuit.] Supra I. *Vexationeſque populi Chriſtiani & mox pacis tempora.* Xiphilinus ex Dione: *Conſtat inter omnes Antoninum Pium*

lio deinde, Antonini filio, perſecutio quinta agitata. Ac tum primum, intra Gallias, martyria viſa, ſerius trans Alpes, Dei religione ſuſcepta. Sexta deinde, Severo imperante, Chriſtianorum vexatio fuit. Quo tempore Leonidas, Origenis pater, ſacrum in marty-

rio

Pium probum virum fuiſſe: neque enim cæteru ſubditis gravis, neque Chriſtianis infenſus fuit: quos vehementer obſervavit. Apud hunc, niſi fallor, in magno pretio fuit R. Iuda Hannaſi, qui vulgo Rabbenu Haccados, id eſt, doctor noſter ſanctus. *Druſ.* Edictum ejus pro pace Chriſtianorum, extat apud Euſebium IV. Hiſt. 12. Intelligit author noſter externam, à gentilibus, pacem. Nam intus ſchiſmate gravi, ob feſtum paſchatis ſcindebantur, cui originem Victor Epiſcopus Rom. dedit. Vide Euſeb. V. Hiſt. 23, 24, 25.

Sub Aurelio deinde, Antonini filio, perſecutio quinta agitata.] Quæ quarta eſt aliis, ut Auguſtino, Oroſio & Euſebio: quam perhibent exercitam à Lucio Vero ipſius collega. De hoc tempore Chronicon Euſebii: *Perſecutione orta in Aſia, Polycarpus & Pionius fecere martyrium, quorum ſcripta quoque paßiones referuntur.*

Tum primum intra Gallias martyria viſa.] Idem Chronicon, *Plurimi in Gallia glorioſe ob Chriſti nomen interfecti, quorum uſque in præſentem diem condita libris certamina perſeverant.* Qualia hæc martyria fuerint, patet ex Epiſtola Eccleſiarum Gallicarum ad Aſianas, quæ extat apud Euſeb. V. Hiſt. I. Gregorius Turonenſis: *In Galliis multi pro Chriſti nomine ſunt per martyrium gemmis cœleſtibus coronati, quorum paßionum hiſtoriæ apud nos fideliter, uſque hodie retinentur.*

Serius trans Alpes religione Dei ſuſcepta.] Hoc parum verum eſſe puto. Nam S. Martialis Lemovicum, Eucherius Treviros, Fronto Petragoricas, Sabinus & Potentianus Senonas, ad prædicandum Euangelium à Petro Apoſtolo miſſi, poſt ſub Nerone paſſi eſſe dicuntur. *Sigon.* Nulla fere eſt Galliarum paulo major aut nobilior civitas, quin aliquo glorietur Apoſtolorum diſcipulo, primo fidei apud ſe fundatore. *Martialem* Petri Apoſtoli diſcipulum Lemovices jactant. *Sabinianum, Potentianum* atque *Alſium* Senones, quos tres ex numero LXX. diſcipulorum Domini, ſi fas eſt credere, tradunt. *Vrſinum*, quem & Nathanaël fuiſſe volunt, Bituriges prædicant, *Iulianum* Cænomanni. Gaudent *Clemente* Metenſes, quem patruum Clementis primi Papæ fuiſſe dicere audent. *Trophimus* Arelate, *Creſcens* Viennæ conſedit. Vterque non à Petro, ut volunt, ſed Paulo, non Roma, ſed ex Hiſpania miſſus. Ita vetus Chronicon tradit. *Salmaſ.*

Sexta deinde, Severo imperante, Chriſtianorum vexatio fuit.] Hanc Auguſtinus & Oroſius quintam vocant. Auguſtini locus, ubi hoc dicit, habetur lib. XVIII. de civit. Dei. cap. LII. Vide ſis Vivem ad illum locum. Oroſii verba lib. VII. cap. XI. hæc ſunt. *Quinta poſt Neronem perſecutione Chriſtianos excruciavit: plurimique ſanctorum, per diverſas provincias, martyrio coronati ſunt.* Spartianus de hoc Severo: *Chriſtianum fieri ſub gravi pœna vetuit.* Vide quoque Euſebium lib. VI. hiſt. eccleſ. Sic ſupra initio lib. I. *vexationeſque populi Chriſtiani.* Vide Notas.

Quo tempore Leonidas.] Λεωνίδης ὁ λεγόμενος Ὠριγένους πατὴρ, τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθείς. *Euſeb.* VI. Hiſt. I. Factum id A. CCIV. In *Chronico.* Maximè illa perſecutio Ægyptum & Thebaidem vaſtavit, *μυρίων ὅσων τοῖς*

κτ

rio ſanguinem fudit. Interjectis deinde annis VIII. *&* XXX. *pax Chriſtianis fuit: niſi quod medio tempore, Maximinus nonnullarum Eccleſiarum clericos vexavit. Mox Decio imperante, jam tum, ſeptima perſecutione ſævitum in Chriſtianos. Inde Valerianus, octavus ſanctorum hoſtis fuit. Poſt eum, interjectis annis fere quinquaginta, Diocletiano & Maximiniano impe-*

κατὰ τὸ μαρτύριον ἀναδησαμένων Στεφάνοις.

In martyrio.] Μάρτυρ, *teſtis.* Apud Chriſtianos, qui propter Confeſſionem Euangelii afflictiones & mortem ſuſtinet. Ergo teſtis veritatis. *Apoc.* XVII. 6. *Auguſt.* X. Civ. Dei. 32. *Chromat.* diſſert. in Matth. cap. X. Viros plerumque μεγαλομάρτυρας appellabant, fœminas καλλιμάρτυρας: Martyrium eſt ipſa paſſio, & locus ubi Martyr ſepultus. Vide Notas ad Vitam Martini cap. VI.

Annis VIII. *&* XXX.] A primo Antonino Caracalla, qui Severo ſucceſſit, uſque ad Decium, Euſebius numerat annos XL.

Maximinus.] Euſebius de temporibus: *Maximinus adverſus eccleſiarum ſacerdotes perſecutionem facit.* Idem: *Maximinus propter gravem invidiam, qua contra Alexandri familiam, in qua complures fideles & Chriſtiani verſabantur, acerbam perſecutionem concitavit, juſſitque ſolos Eccleſiarum præſides, tanquam autores doctrinæ Euangelicæ, neci dari. Euſeb.* VI. Hiſt. 21. *Niceph.* V. 23.

Nonnullarum Eccleſiarum.] Τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν ἄρχοντας, μόνους ὡς αἰτίους τῆς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον διδασκαλίας ἀναιρεῖσθαι προστάττει. *Euſebius.* Firmilianus etiam Epiſcopus Cappadociæ, epiſtola LXXV. apud Cyprianum inquit: *hanc perſecutionem non per totum mundum, ſed localem fuiſſe.*

Clericos vexavit.] Quos Euſebius: ἄρχοντας, Sulpicius Clericos vocat. Ea vox varie olim accepta, & diſtincti κληρικοὶ ab ἱερατικοῖς, ac Presbyteris inferiores. Quales erant foſſarii, oſtiarii, acoluthi, cuſtodes ſacrarii. *Salmaſius.* De quo infra ad vitam *Martini* & reliqua ejus opuſcula. Hoc loco ea voce latius utitur, pro toto ἱερατικῶν ordine. Cujus hi gradus fuerunt, *Oſtiarius, Pſalmiſta, Lector, Exorciſta, Acoluthus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, Epiſcopus.* Iſidorus VII. Orig. 12.

Mox Decio imperante, jam tum ſeptima perſecutione.] De hac ſeptima perſecutione videndi ſunt *Oroſius* lib. VII. cap. 14. & *Ludovicus* Vives ad Auguſtinum de Civitat. Dei. lib. XVIII. cap. 52. Cauſa ejus fuit Decii ἔχθος πρὸς Φίλιππον, χριστιανὸν ὄντα. *Euſeb.* VI. Hiſt. XXVII, 32. *Niceph.* V, 27, 32, 33.

Valerianus, octavus ſanctorum hoſtis.] In hac octava perſecutione martyrio coronatus fuit D. Cyprianus epiſcopus Carthaginenſis. Vide ſis Oroſium lib. XII. cap. 15. Auguſtinum, loco citato. Euſebium in Chronico. Et VII. Hiſt. IX, 10. Nicephor. VI, 10. ipſumque Cyprianum. Sedata hæc perſecutio à Gallieno & templa Chriſtianis reſtituta. *Euſeb.* VII, 12.

Interiectis annis fere quinquaginta.] Anno Diocletiani XIX. cœptum eſt ſæviri primum in Chriſtianos, quæ perſecutio nona, ab aliis autem decima vocatur. Sunt autem ab obitu Valeriani, uſque ad annum illum fere quinquaginta an-

perantibus , acerbiſsima perſecutio exorta , quæ per x. continuos annos plebem Dei depopulata eſt. Qua tempeſtate omnis fere, ſacro martyrum cruore, orbis infectus eſt. Quippe certatim glorioſa in certamina ruebatur, multoque avidius tum martyria glorioſis mortibus quærebantur , quam nunc Epiſcopatus pravis ambitioni-

ta anni. Nam ad numerum illum tres quatuorve tantũ deſiderantur. Cæterum ab Auguſtino & Oroſio nona poſt Neronem refertur perſecutio Aureliani: de qua Euſebius in Chronico. *Aurelianus cum adverſum nos perſecutionem moviſſet , fulmen juxta eum comiteſque ejus ruit : ac non multo poſt, inter Conſtantinopolim & Heracliam , in cœnophrurio viæ veteris occiditur.* Diuſ.

Acerbiſsima perſecutio exorta.] Quæ cœpit A.C. Dionyſiano CCCIV. ut probat *Petitus* III. Eclog. Chronol. V. Iſque annus Diocletiani XIX. erat , quo, menſe Martio , τῶν προσευκτηρίων καθαίρεσις cœpit. *Euſeb.* Chron. In diebus Paſchæ. *Hieron.* Quod Diocletianus expectaſſe videtur, quo Chriſtianos deprehenderet facilius. Et cum non ubique eodem tempore celebraretur Paſcha , hinc in Ægypto citius, menſe nimirum Martio , tardius in Palæſtina, menſe Aprili , cœpit templorum ſubverſio. Vide *Petitum* III. Eclog. Chronol. VI. *Euſeb.* VIII. Hiſt. 3. *Niceph.* VII. 4. Ab hac perſecutione Ægyptii Æram Martyrum ducunt , quæ تاريخ السهداء & abſolute تاريخ القبط Æra Coptitarum dicitur. *Golius.* De ejus æræ initio vide Chronologos diſputantes , Scaligerum , Petitum, Petavium & alios.

Omnis fere, ſacro martyrum cruore, orbis infectus eſt.] Quippe XXX. dierum ſpatio XVII. millia trucidata feruntur. *Beda* & alii. Inauditæ mortes tum excogitatæ. Domitius Vlpianus, nobilis Iuriſconſultus, libros ſeptem ſcripſit, quibus pœnis affici deberent Chriſtiani. *Lactantius* V. Inſtit. XI. Vide imprimis Euſebium VIII. Hiſt.

Certatim glorioſa in certamina ruebatur.] Memorabilis Euſebii locus, quem quiſque Chriſtianus ſcire debet : *Quo tempore* (de hac perſecutione loquitur) *mirandam , ſupra modum , alacritatem , vimque revera divinam , & ſingularem animi propenſionem eorum, qui in Chriſtum crediderunt , intuebamur. Simulatque enim ſententia contra priores pronuntiata fuit, alii aliunde ad tribunal judicis proſilierunt, ſeque Chriſtianos confiteri, acerbitates & multiplicia tormenta pro nihilo ducere, abſque metu & terrore pro religione loqui, cum gaudio denique, riſu & lætitia, poſtremam mortis ſententiam excipere,* ὥστε ψάλλειν, καὶ ὕμνους καὶ εὐχαριστίας εἰς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, μέχρις αὐτῆς ἐσχάτης ἀναπέμπειν πνοῆς. VIII. Hiſtor. 9.

Epiſcopatus pravis ambitionibus.] Tantum uno ſæculo, pace Eccleſiis reddita, à majorum pietate deflexum eſt. De Epiſcopis priſcis præclare Marcellinus, licet gentilis, XXVII. *Quoſdam provinciales Antiſtites tenuitas edendi, potandique parciſsime, vilitas etiam indumentorum & ſupercilia humum ſpectantia , perpetuo numini , veriſque ejus cultoribus , ut puros commendant & verecundos.* At Sulpicius, acris ſui temporis caſtigator , paſſim in Cleri corruptos mores, & ambitionem Epiſcoporum invehitur. Sic ſupra lib. I. de miniſtris Eccleſiarum : *Inhiant poſſeſsionibus, prædia excolunt , auro incubant, emunt venduntque , quæſtui per omnia ſtudent.* Eaſdem querelas in Dialogis ſuis repetit. *Horn.* Ex illa ambitione et-

nibus appetuntur. Nullis unquam magis bellis mundus exhauſtus eſt : neque majore unquam triumpho vicimus, quam cum decem annorum ſtragibus vinci non potuimus. Extant etiam mandatæ literis præclaræ ejus temporis martyrum paſſiones : quas connectendas non putavi, ne modum operis excederem. Sed finis perſecutionis illius fuit, abhinc annos IX. *&* LXXX. *à quo tempore Chriſtiani Imperatores eſſe cœperunt. Namque tum Conſtantinus rerum potiebatur, qui primus omnium Romanorum principum, Chriſtianus fuit. Sane tum Licinius, quia adverſum Conſtantinum de imperio*

ne orti Hierarchiæ ſuperbi gradus, Metropolitani, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Archidiaconi, & quæ alia invexit ſequior ætas. *Salmaſ.*

Nullis unquam magis bellis mundus exhauſtus eſt.] Digna Severo ſententia. Cujus veritatem VIII. Hiſt. Eccl. Euſebii comprobat.

Præclaræ ejus temporis martyrum paſſiones.] Credo intelligit eas, quas Euſebius hiſtoriæ ſuæ mandavit. ille enim ſeparatim eas quoque edidit. Verum nos non habemus, fortaſſe Sulpicius habuit. Vtinam autem ad tam præclaram conſervandam memoriam ille in hanc hiſtoriam incluſiſſet. *Sigonius.*

Abbinc annos IX. & LXXX.] Hic eſt annus CCCXII. quo Conſtantinus Magnus ex Galliis Romam profectus, tyranno extincto Maxentio, Chriſtianum ſe aperte profeſſus eſt. *Sigon.*

Qui primus omnium Romanorum principum, Chriſtianus fuit.] Non tam primus Chriſtianus fuit, quam primus imperatorum pacem Chriſtianis dedit. Nam ante illum Philippus Chriſtianus fuerat. Chronicon Euſebii, *Philippus Philippum filium ſuum conſortem regni facit, primuſque omnium ex Romanis imperatoribus Chriſtianus fuit.* Oroſius lib. VII. cap. 13. *Philippus primus omnium imperatorum Chriſtianus fuit.* Idem lib. eod cap. 18. *Conſtantinus imperator eſt creatus primus imperatorum Chriſtianus, excepto Philippo, qui Chriſtianus annis admodum pauciſſimis, ad hoc tantum conſtitutus fuiſſe mihi viſus eſt, ut milleſimus Romæ annus, Chriſto potius quam idolis dicaretur.* Druſius. Lactantius in Procemio : *Hoc opus nunc nominis tui auſpicio inchoamus, Conſtantine Imperator Maxime, qui primus Romanorum Principum, repudiatis erroribus, majeſtatem Dei ſingularis, ac veri, & cognoviſti, & honoraſti.* Cauſa converſionis ejus fuit victoria de Maxentio, καὶ τὸ τοῦ σταυροῦ σημεῖον cui adſcriptum : ἐν τούτῳ νίκα. *Philoſtorgius* 1. Hiſt. Eccleſ. 6. Alii ante victoriam jam fuiſſe Chriſtianum referunt. De cruce illa quæ Conſtantino apparuit, vide Iac. Gothofr. ad Philoſtorgium. Euſeb. 1. de vita Conſt. 22.

Licinius, quia adverſum Conſtantinum de imperio decertavit.] Diocletianus Valerium ſucceſſorem reliquit in Orientali imperio, Galerius Illyricum reliquit Licinio, homini Daco, Orientem Maximino ſororis filio, Italiam, & Africam Severo item ſororis alterius filio, quas ei Maxentius Maximini filius eripuit. Conſtantinus inde Galliam, Hiſpaniam & Britanniam à patre Conſtantio

rio certavit, milites ſuos litare præceperat: abnuentes, militia rejiciebat. Sed id inter perſecutiones non computatur: adeo res levioris negotii fuit, quam ut ad Eccleſiarum vulnera perveniret. Exinde tranquillis rebus pace perfruimur: neque ulterius perſecutionem fore credimus, niſi eam, quam ſub fine jam ſeculi, Antichriſtus exercebit. Etenim ſacris vocibus, X. plagis mundum afficiendum, pronunciatum eſt: ita cum jam IX. fuerint, quæ ſupereſt, ultima erit. Hoc temporum tractu, mirum eſt quantum invaluerit religio Chriſtiana. Tum ſiquidem Hieroſolyma, horrens ruinis, frequentiſ-

ſtantio acceptas retinens Italiam, & Africam Maxentio ademit, & Conſtantiam ſororem Licinio in matrimonium tradidit anno CCCXIII. Mediolani. Licinius igitur primum gratia Conſtantini Chriſtianis pepercit, & communib. armis Maximinum ſævientem delevit, & ſibi Orientem vindicavit. Tum ſubortis ſimultatibus, Illyrico ſpoliatus eſt à Conſtantino, prælio ad Cibalas in Pannonia ſuperatus. Inde anno CCDXIX. veteribus repetitis offenſionibus, ut Conſtantinum exacerbaret, Chriſtianos vexare, id eſt, ad ſacrificia cogere cœpit. Itaque anno CCCXXII. & CCCXXIV. bello à Conſtantino in Thracia & Bithynia victus, imperio primum, deinde vita exutus eſt. Ex Euſebio, Zoſimo, & aliis.

Milites ſuos litare præceperat.] Edicta Licinii contra Chriſtianos hæc fuerunt: ne epiſcopi inter ſe convenirent, ne Chriſtiani in ſuo Palatio verſarentur, ne viri cum mulieribus precationis cauſa in eccleſiis convenirent, ne epiſcopi mulieres ſacra Chriſtiana docerent, ne milites, niſi nudato capite, ſactificiis intereſſent. abnuentes muneribus ſpoliavit, atque acerbiſſimis martyriis affecit. *Sigon.* Vide Euſeb. I. de vita Conſtant. 44. 45, 46, 47.

Abnuentes, militia rejiciebat.] Euſebius: Τοὺς κατὰ πόλιν στρατιώτας, ἡγεμονικῶν ταγμάτων ἀποβάλλεσθαι, εἰ μὴ τοῖς δαίμοσιν αἱροῖντο θύειν, παρεκελεύετο. Erat autem magna apud Romanos ignominia, ab exercitu dimitti. Vide Oppium ſive Hirtium V. de bello Africano.

Adeo res levioris negotii fuit.] Exaggerat tamen Euſebius Licinii in Chriſtianos perſecutionem, II. *de vita Conſtantini* I, 2, 3.

Neque ulterius perſecutionem fore credimus.] Id refutat Auguſtinus de civit. Dei, lib. XIX. cap. 21. *Druſ.*

Sacris vocibus, X. plagis mundum afficiendum.] Vbi hoc pronuntiatum ſacris vocibus? vide ſis Auguſtinum de civit. Dei, lib. XVIII. cap. 5. & Oroſium lib. VII. cap. 18. *Druſ.*

Cum jam IX. fuerint.] X. alii, qui eam quæ ab Antichriſto futura eſt, undecimam appellant. Vſq; adeo nihil certi de his, quæ conjectura tantũ conſtãt. *Druſ.*

Hoc temporum tractu.] Nempe ab anno CCCXII. quo Conſtantinus Chriſtum profeſſus eſt, uſque ad annum, CCCXXXVII. quo mortem oppetiit. *Sigonius.*

Horrens ruinis.] Ἐρημίας ἐπ' ἔσχατα περιελθοῦσαν. *Euſebius.* Propter excidium à Tito & ab Hadriano illatũ quidam

 dam

tiſſimis ac magnificentiſſimis Eccleſiis eſt adornata. Nam Helena, mater principis Conſtantini, quæ Auguſta cum filio conregnabat, cum Hieroſolymam agnoſcere con-

eam tamen aliqua parte, ſub Heliæ nomine inſtauravit. *Sigon.* Vide Benjaminium in Itiner. Conſtantinus novam quoque civitatem Hieruſalem, eodem tempore exſtruxit, è regione veteris quæ vaſtata fuerat. *Euſeb.* in vita Conſtant.

Frequentiſſimis ac magnificentiſſimis Eccleſiis eſt adornata.] Conſtantinus deleto Licinio, & Oriente ſibi adjuncto, Nicænum concilium abſolvit. Inde templum magnificentiſſimum ædificari juſſit apud Hieruſalem in loco Calvariæ, ad mortem Chriſti cohoneſtandam. Helena vero mater alterum in Bethleem, tertium in monte Oliveti ad nativitatem, & aſcenſionem honorandam conſtruxit anno CCCXXVI. *Sigonius.* Templum hoc Conſtantini fuſe ab Euſebio deſcribitur III. de vita Conſtantini 28, 29, 30, 31. Actum primum ornatus templorum, ignotus ante ea tempora, invaluit. Otto Friſing. IV. 3. *Tum prima*, regnante Conſtantino, *edicta dabantur, ut ædificarentur Eccleſiæ*, id eſt, auguſtiora delubra ſive templa. Vide Euſeb. III. de vita Conſtantini: item Socratem, Theodoritum, Nicephorum & alios.

Helena.] Sunt qui Britannam fuiſſe velint, Cœli Regis filiam. Ab Eutychio in Originibus Eccl. Alex. vocatur الرهاوية, i Rheavienſis. Qualis ille locus, ambigitur. Seldenus vocem ex ῥαφία, quæ Phœniciæ urbs, deformatam conjicit. Sed mirari cui liceat, de hoc loco à viris celeberrimis dubitatum, cum haud dubie Edeſſa ſit. Eam Arabes الرها vocant; belli Sacri Scriptoribus Rohais dicitur. Eſt Meſopotamiæ urbs. Tyrius IV. Belli Sacri 2. *Eſt autem Edeſſa nobilis Meſopotamiæ metropolis, quæ alio nomine Rhages appellatur.* Vides ex nomine Roha, per errorem factum Rhages. Atqui illa in Media, non Meſopotamia. Vnde alius gravior error natus, Edeſſam Mediæ urbem. Sic enim multi Geographiæ imperiti tradidere. Ioſephus Ægyptius à Seldeno productus, ubi conjugium Conſtantii cum Helena deſcribit, dicit eum profectum الرهاوية in Meſopotamiã. Subjungit: فنزل في قرية من قري الرها, *Et diverſatus eſt in vico ex vicis Rhea.* Nihil clarius, quam Rheam eſſe illam Meſopotamiæ Edeſſam. Hinc Helena, ubi eam duxit Conſtantius, dicta الرهاوية, Rheavienſis. *Horn.*

Mater Principis Conſtantini.] Fuerunt qui Helenam non uxorem Conſtantii Chloti, ſed concubinam fuiſſe exiſtimarunt, ut *Hieron.* Chron. *Zoſim.* II. *Oroſ.* VII. *Chron. Alex.* Quos locus Ioſephi Ægyptii confutat, ubi dicitur: *Hanc Conſtantius parentum conſenſu ſibi deſponſatam, & in uxorem ductam, gravidam fecit.* Selden.

Quæ Auguſta cum filio conregnabat.] Ἀξιώματι βασιλικῷ τετιμηκότα, ὡς ἐν ἅπασι ἔθνεσι παρ' αὐτοῖς τε τοῖς στρατιωτικοῖς τάγμασιν Αὐγοῦσταν βασιλίδα ἀναγορεύεσθαι, χρυσοῖς τε νομίσμασι καὶ τὴν αὐτῆς ἐκτυποῦσθαι εἰκόνα. *Euſebius* III. vitæ Conſtant. 46.

Cum Hieroſolymam agnoſcere concupiſceret.] *Euſeb.* III. vitæ Conſt. 41. *Sozom.* II. I. *Theodor.* I, 18. *Socrates* I, 13. *Nicephor.* VIII. 29. Hoc tempore invaluit peregrinatio religioſa, Hieroſolymam & ad martyria. Primo fidei confirmandæ ergo fuerunt inſtitutæ. Hieronymus Epiſt. CLIX, *Pars fidei eſt adoraſſe,*

concupiſceret, reperta ibi idola ac templa protrivit: mox uſa regni viribus, baſilicam in loco Dominicæ paſſionis & reſurrectionis & aſcenſionis conſtituit. Illud mirum, quod locus ille, in quo poſtremum inſtiterant divina veſtigia, cum in cœlum Dominus nube ſublatus eſt,

raſſe, ubi pedes Domini ſteterunt. Paulinus epiſt. ad Severum: *Non aliter affectus homines ad Hieroſolymam rapit, niſi ut loca, in quibus corporaliter præſens fuit Chriſtus, videant atque contingant.* Ante Conſtantinum, de Alexandro, tanquam rarum notatur, quod Hieroſolymam, adorandi & loca ſancta videndi cauſa ivit. *Euſeb.* VI. Hiſt. 10. Deinde peregrinationes hæ in partem cultus Dei mutatæ ſunt.

Idola.] Priſca Idololatria orta ex rebus naturalibus & Hiſtoricis. Igitur *Iaphet* eſt gentilium Neptunus, *Thubalcain* Vulcanus, *Mars* Nimrod ſive Belus, *Apollo* Iubal, *Minerva* Naama, *Ianus* Noë vel Iavan, *Saturnus* Abraham vel Noë, *Pluto* Cham. *Voſſius.*

Ac templa protrivit.] Cum in loco ſepulchri templum & ſimulacrum Veneris ibi ab Hadriano collocatum reperiſſet, utrumque diruit, ut Euſebius prodit. Atque hæc ſunt idola quæ Sulpicius tradit. *Sigon.*

Baſilicam.] Subintellige οἰκίαν. Sic dicebantur regum habitacula. Deinde etiam templis majoribus hoc nomen tributum. *Martinius.* Tituli & parochiæ minora erant. Baſilicæ aut Deo dicatæ, quas *Dominicas* dixerunt, aut martyribus, quæ *Martyria. Sigon.* De titulis vide Salmaſium de primatu Papæ.

In loco Dominicæ paſſionis & reſurrectionis & aſcenſionis.] Helena baſilicam ex vectigalibus imperii permittente filio condidit, unam in loco Dominicæ paſſionis, id eſt, in monte Calvariæ, quod nunc ſepulchrum Domini dicitur, alteram in loco Aſcenſionis, id eſt, in monte Oliveti: in loco vero reſurrectionis, nullam: nam idem eſt reſurrectionis ac ſepulturæ locus, melius dixiſſet, in loco nativitatis, ut Baſilicam in Bethleem conditam innueret. *Euſeb.* III. de vita Conſt. 42. *Socrates* 1, 14.

Illud mirum.] Hoc miraculum apud neminem alium legi. *Sigon.* Chriſtum adſcendentem ſacrorum pedum ſuorum veſtigia terræ impreſſa reliquiſſe eo loco, quo è monte Oliveti elevatus eſt in terram, teſtatur, præter noſtrum Severum, *Hieronymus* in Locis Hebr. *Paulin.* ep. XI. ad Severum. *Beda* de locis Sanctis cap. 7. *Optat.* Milevitan. Cont. Parm. l. 6. De quibus olim Zachariam prophetaſſe putant cap. XIV. his verbis: *Stabunt pedes ejus in die illa ſupra montem Olivarum.* Baron. Sed hæc una eſt ex fabulis illis quas poſterior ætas contra ſuperiorũ ſeculorum fidem, vel confinxit, vel arripuit. Euſebius, cum exactiſſime ſtructuram templi in monte Oliveti deſcribat, nullo verbo hujus miraculi meminit, haudquaquam prætermiſſurus rem, ſi fuiſſet vera, memorabilem, & confutandis Ethnicis, magnum uſum præbituram. Credo errorem ex his verbis, male intellectis, ortum. De Helenæ in Iudæam adventu agens, dicit, ὡς δὲ τοῖς βήμασι τοῖς σωτηρίοις τὴν πρέπουσαν ἀπεδίδου προσκύνησιν. III. vitæ Conſt. 41. Hæc in genere de Iudæa dicuntur, ubi Chriſtus verſatus: non de oliveti monte, ubi adſcendit. Deinde, ubi ipſam templi ſtructuram enarrat cap. XLII, altum de miraculo Sulpiciano ſilentium eſt. Et quid opus futile commentum multis refutare? Quod ne quidem Socrates, Theodoritus, Sozomenus, & fabularum pater Nicephorus, qui tamen de cru-

eſt, continuari pavimento, cum reliqua ſtratorum parte, non potuit. Siquidem quæcunque applicabantur, inſolens humana ſuſcipere terra reſpueret, excuſſis in ora apponentium ſæpe marmoribus. Quinetiam calcati Deo pulveris adeo perenne documentum eſt, ut veſtigia impreſſa cernantur. Et cum quotidie confluentium fides certatim Domino calcata diripiat, damnum tamen arena non ſentiat: & eadem adhuc ſui ſpeciem, velut impreſſis ſignata veſtigiis, terra cuſtodit. Ejuſdem Reginæ beneficio crux Domini tum reperta: quæ neque in principio, obſiſtentibus Iudæis, potuerat conſecrari, & poſtea, dirutæ civitatis oppreſſa ruderibus, non niſi tam fideliter requirenti meruit oſtendi. Igitur Helena primum de loco paſſionis certior facta, admota militari manu, atque omnium provincialium multitudine in ſtu-

crucium inventione tam ſplendide nugantur, tradere auſi fuerunt. *Horn.*

Crux Domini tum reperta.] Hoc tradunt *Ambroſius* in Oration. de obitu Theodoſ. *Paullinus* ad Severum noſtrum Epiſt. XI. *Rufinus* cap. VIII. Hiſt. Eccl. *Theodorit.* I. 10. Sozomen. II. 2. *Socrates* I. 13. *Nicephor.* VIII. 29. *Simeon* Metaph. in vita Helenæ. *Caſſiodorus* II. Conſentiunt Pontificii, Baronius, & alii omnes. Contra eſt Magnus Salmaſius, in Epiſtolis de cruce.

Neque in principio, obſiſtentibus Iudæis, potuerat conſecrari.] Cur priores Chriſtiani, & qui temporibus Apoſtolorum ac ſucceſſorum eorundem uno & altero ſeculo vixere, crucem dominicam non ſervarunt & coluerunt? Cur ſiverunt eam deperire? Cur adeo neglexerunt aut oblivioni tradiderunt, ut non curarint ubi eſſet? Nec valet exceptio, Iudæos obſtitiſſe. Nam æque facile eam impetrare potuere diſcipuli Chriſti, ac corpus ipſum ejus ad humandum accepere. *Salmaſius.*

Dirutæ civitatis oppreſſa ruderibus.] Vt fabulæ huic veriſimilitudo aliqua quæreretur, finxerunt hiſtorici qui eã aſſerunt, priſcos gentiles, odio Chriſtianorum, eum locum aggeſta humo in magnam altitudinem adobruiſſe, muro undique circumdato, ac ſuperſtructo Veneris fano. *Hiſtorici* ſupra citati. Quæ omnia falſa ſunt. Nam quomodo in ruderibus & aggeſta terra fundamentum ſolidum templi ponere potuerunt? Deinde potius locum & faciem ſupplicii conſervaſſent, ut conſtaret qualem Deum colerent Chriſtiani. Sicut ſæpe à gentilibus fuit ipſis objectum, quod latronem & cruciarium pro Deo haberent. Et cui veriſimile fiet, poſt trecentos & amplius annos, crucem domini ruderibus per illud omne tempus coopertam, & in terra defoſſam, non computruiſſe? Si ad miraculum recurrent, quid dicent de crucibus latronum, quæ eandem habuiſſe dicuntur prærogativam? *Salmaſ.*

Tres

ſtudia reginæ certantium, effodi terram, & contigua quæque ac vaſtiſſima ruinarum, purgari jubet: mox precium fidei & laboris, tres pariter cruces, ſicut olim Domino ac latronibus duobus fixæ fuerant, reperiuntur. Hic vero major dignoſcendi patibuli, in quo Dominus pependerat, difficultas, omnium animos menteſque turbaverat, ne errore mortalium, forſitan pro cruce Domini, latronis patibulum conſecrarent. Capiunt de-

Tres pariter cruces.] Locus ille, in quo dominus crucifixus, hujuſmodi ſupplicio deſtinatus fuit. Inde & nomen Golgotha. Quilibet cruciarius ſuam crucem portabat. Ergo ſublato cruciario, ipſa crux tollebatur. Si ergo plures poſt Chriſtum & duos latrones ibi crucifixi, aut eorum cruces ſimul inde remotæ ſunt, aut omnes relictæ. Si relictæ; cur tres tantum ibi repertæ? Si remotæ omnes, quomodo latronum illorum & Chriſti crux ibi ſervata, cum mos eſſet omnes removeri, quo novis crucifigendis locus pateret? uſque ad Conſtantinum, per ccc. annos, ſupplicium crucis duravit. Si ſemper in eodem loco ſumtum ſupplicium, quam vanum illud de tribus tantum ibi crucibus repertis, commentum? Cum urbs à Tito obſeſſa & capta, an probabile eſt cruces illas ibi ſtetiſſe ſalvas? an aliquo caſu, Deo ita providente, ut conſervaretur crux ſua, tres illæ cruces terra opertæ latuerunt? Cur igitur duæ reliquæ ſunt conſervatæ, & non unica illa? Cur opus fuit miraculo ad eam diſcernendam à reliquis duabus? *Salmaſius.*

Dignoſcendi patibuli.] Patibulum pro ſera ſive vecte quo oſtia occluduntur dictum à Titinnio notat Nonius: *Patibulo hoc ei defringam caput.* Cum pro cruce ponitur, tum non tantum pro transverſo ligno ſumitur, ut Lipſius voluit; ſed totam crucem ſive furcam notat. Vt apud Salluſtium, citante eodem Nonio: *improbo patibulo eminens adfigebatur.* Plautus Carbonaria apud eundem: *Patibulum ferat per urbem, deinde affigatur cruci.* Qui locus fefellit Lipſium. *Salmaſius.* Eædem igitur voces, *patibulum, crux, furca:* & Chriſtus tam patibulo quam cruci affixus dici poteſt. Quanquam apud Germanos vox *galge*, qua patibulum exprimitur, minus apte in Chriſtum quadret. Quippe diverſa ſunt, veterum & noſtra patibula. *Horn.*

Pro cruce Domini latronis patibulum conſecrarent.] Si crux Domini ex cedro & cupreſſo fuit, cur ergo non facile diſtingui potuit à latronum crucibus? Nam quis credat latrones & ſervos fugitivos cedrinis & cupreſſinis crucibus ſuſpenſos? Certe ea opinio de Chriſti cruce ab aliquot ſeculis invaluit. Nicolaus Metropolitanus Cercyræ hoc ipſum teſtatur his verſibus de Cruce:

> Ἐν σοί με σώζει προσπαγεὶς ὁ δεσπότης
> Τῷ πευκοκέδρῳ καὶ κυπαρισσοξύλῳ.

Pudeat miſeros tandem Chriſtianos tam ſtultæ credulitatis, & ſuperſtitionis tam vanæ. *Salmaſius.*

Capiunt deinde conſilium.] Nihil tale Ambroſius, qui ex titulo veritatem rei deprehenſam dicit. Vnde ſubjicit, *Invenit ergo titulum: regem adoravit, non ſignum utique: quia hic gentilis eſt error, & error impiorum: ſed adoravit eum qui pependit in ligno.* Hoc eſt invictum argumentum pro falſitate hujus inventionis. Nam cur non & reliqui duo tituli inventi ſunt latronum crucibus appenſi.

deinde conſilium, ut aliquem recens mortuum, crucibus admoverent. Nec mora, quaſi Dei nutu, funeris extincti ſolennibus exequiis deferebatur, concurſuque omnium, feretro corpus eripitur. Duabus prius fruſtra crucibus admotis, ubi Chriſti patibulo attactum eſt, dictu mirabile, trepidantibus cunctis, funus excuſſum, & inter ſpectatores ſuos aſtitit. Crux reperta, dignoque ambitu conſecrata.

His per Helenam geſtis, principe Chriſtiano liberta-

penſi? Nunquam enim factum more Romano, ut aliquis nocens ullo ſupplicio affectus fuerit ſine elogio, quod erat judicium criminis. Non meminere elogii latronum Euangeliſtæ, quia obiter eorum ſupplicium referunt. Sic nec exponunt cauſam ſupplicii aut ſententiam judicis. Cæterum illi tituli æque debuerunt inveniri, ut ipſæ eorum cruces tum repertæ ſunt. *Salmaſius.* Socrates refert τὴν τοῦ Πιλάτου σανίδα repertam fuiſſe. Sed cum tres cruces eſſent, dubitatum cui conveniret titulus. Rem ambiguam, conſilio, quod ſequitur, Macarii Hieroſolymorum Epiſcopi expeditam. Sozomenus clare: χωρὶς ἄλλο ξύλον ἐν τάξει λευκώματος repertum. Hinc dubitari cœptum: cum cruces confuſæ eſſent. Ergo vel omnes eadem forma, & ex eodem ligno; vel falſum eſt ſolam Chriſti crucem cedrinam & cupreſſinam fuiſſe. *Horn.*

Aliquem recens mortuum.] Ita & Paullinus. Alii, ut Socrates, Theodoretus, Sozomenus, γυναῖκα ἐκ Ἱεροσολύμοις περιφανῆ admotam ſcribunt, χαλεπωτάτῳ δὲ ἀνιάτῳ νόσῳ κάμνουσαν. Addit tamen Sozomenus: λέγεται δὲ καὶ νεκρὸν τῷ ἴσῳ τρόπῳ ἀναβιῶναι. *Horn.*

Funeris extincti ſolennibus exequiis deferebatur.] Legendum *funus extincti*, ut ſit, funus hominis mortui deferebatur. Sic Cicero de Oratore: *Cum funus quoddam duceretur.* Sigon.

Funus excuſſum.] Id eſt, mortuus excitatus eſt. *Idem.*

Dignoque ambitu conſecrata.] Ambitum honorem & pompam conſecrationis vocat. *Sigonius.* Τοῦ δὲ εὑρεθέντος σταυροῦ ξύλου τὸ μὲν πλεῖστον ἐν ἀργυρέᾳ θήκῃ μέχρι νῦν ἔτι, καὶ νῦν ἐν Ἱεροσολύμοις φυλάττεται. Μέρος δὲ ἡ βασιλὶς πρὸς Κωνσταντῖνον τὸν παῖδα ἐκόμισεν. *Sozomenus.* Fabulam eſſe, ſatis aperte convincit Euſebius. Narrat ille, purgatum ſtruendo templo, locum. De Cruce ibidem inventa οὐδὲ γρῦ. An tacuiſſet ſi quicquam tale tunc fando accepiſſet? Cætera enim ab Helena geſta ibidem, ſigillatim deſcribit. An rem tam notabilem & inſignem tacuiſſet, ſi ſanationis miraculo crux vera cognita? Mirum vero quomodo hoc latere Euſebium potuerit, qui alia omnia tam probe reſcivit. Inventio igitur hæc crucis, inventum plane & commentum fuit ſequentis ſeculi, & fortaſſean cujuſdam Hieroſolymitani Epiſcopi, qui, ut huic fabulæ auctoritas à magno nomine conſtaret, Helenæ adfinxit, quod illi nunquam accidit ut faceret. *Salmaſ.*

His per Helenam geſtis.] Sulpicius in ordine rerum non mediocriter labitur. Nam ſignificat, Helenam ante crucem inveniſſe, quam Arriana prorumperet hæreſis, aut concilium Nicænum advocare-

tatem atque exemplum fidei mundus acceperat: ſed longe atrocius periculum cunctis Eccleſiis illa pace generatum. Namque tum hæreſis Arrii prorupit, totumque orbem, invecto errore, turbaverat. Etenim duobus Arriis, acerrimis perfidiæ hujus autoribus, Imperator etiam depravatur: dumque ſibi religionis officium videtur implere, vim perſecutionis exercuit: actique in

caretur. Quod facere non potuit, Licinio uſque ad cccxx1v. annum Chriſti Orientis imperium obtinente. *Sigon.*

Libertatem.] Ταῦτα δὲ ἦν, ἀνεῖναι τοὺς Χριστιανοὺς τοῦ διώκεσθαι, καὶ τοὺς ἐν ἐξορίᾳ ὄντας ἀνακαλεῖσθαι, τοὺς δὲ ἐν δεσμωτηρίῳ ἀφίεσθαι, καὶ τοῖς δημευθεῖσιν τὰς οὐσίας ἀποκαθίστασθαι, τάς τε ἐκκλησίας ἀνορθοῦν. *Socrates* de Conſtantino 1 Hiſt. 1.

Hæreſis.] Non omnis error hæreſis eſt, quamvis omnis hæreſis, quæ in vitio ponitur, niſi errore aliquo hæreſis eſſe non poſſit. *Auguſtinus* initio libri de hæreſib. ad Quodvultdeum. Idem 11. contra Creſconium 3. *Hæreſis eſt diverſa ſequentium ſecta: ſchiſma vero eadem ſequentium ſeparatio.*

Arrii.] Sic omnia exemplaria Sulpicii habent. Græci Ἄρειος ſcribunt. Arius hic Presbyter Alexandrinus fuit, ἀνὴρ οὐκ ἄμοιρος τῆς διαλεκτικῆς λέσχης. *Socrates.* Διαλεκτικώτατος. *Sozomen.* Cauſa motæ hæreſis φθόνος fuit. *Theodoret.* Invidebat enim ambitioſus, Epiſcopatum Alexandro. Fruſtra hoc patronus Arianorum Philoſtorgius negat, qui culpam in Alexandrum & Orthodoxos conjicit. *Iac. Gothofred.*

Totumque orbem, invecto errore, turbaverat.] Incredibili celeritate deteſtanda hæreſis, velut diluvio quodam, orbem inundavit. Ex Ægypto in Bithyniam & Palæſtinam, ſtatim ſub initia pervaſit. Succeſſu temporum totus fere orbis Arianus fuit.

Duobus Arriis, acerrimis perfidiæ hujus authoribus.] Horum unus fuit Arrius auctor hæreſis, aſſerentis Chriſtum à Deo creatum eſſe ex nihilo. Alter vero fuit Arrius ille ſecundus, cujus Alexander epiſcopus in epiſtola apud Socratem meminit, credo, presbyter ille, quem Conſtantia moriens Conſtantino fratri Auguſto commendavit, & per quem Arrio priori Conſtantinus conciliatus eſt, & cui Conſtantinus moriens teſtamentum ſuum commiſit. Hi Conſtantinum ſpecie pietatis aut corruperunt, aut certe deceperunt, cum ſe cũ Catholicis ſentire, prolata falſa fidei formula, ſimularent. Hujus presbyteri Socrates, & reliqui meminerunt, ſed ſuppreſſo nomine. Verum hæc, quæ ante Nicænum concilium acta fuiſſe, Sulpicius videtur innuere, non ſolum poſt concilium, ſed etiam in extremo Conſtantini imperio acta ſunt. *Sigon.* Hunc locum forte an in mente habuit is qui diſputationem Athanaſii contra Arrium in Latinum ſermonem convertit, cum ita ſcriberet, *Sed ſi illud recolat quod in Chronica ſua beatæ memoriæ Sulpicius Severus poſuit, dicens, duo Arrii tanquam duo ſerpentes ex uno ore ſibilabant: duos Arrios fuiſſe evidenter reperiet.* Druſius. Nam alter Arius, qui itidem presbyter Alexandrinus fuit, initio motæ hæreſis, Alexandro contra Arium adhæſit, reſte Sozomeno 1, 14. Mox autem ad primum Arium defecit, ut ex Epiſtola Alexandri apud Socratem 1, 3. patet.

Actique in exilium Epiſcopi, ſævitum

in exilium epiſcopi, ſævitum in clericos, animadverſum in laicos, qui ſe ab Arrianorum communione ſecreverant. Quæ autem Arriani prædicabant, erant hujuſcemodi: Patrem Domini, inſtituendi orbis cauſſa, genuiſſe filium: eo pro poteſtate ſui ex nihilo, in ſubſtantiam novam atque alteram, factum Dominum novum, alterumque: fuiſſe autem tempus, quo filius non fuiſſet. Igitur hujus mali cauſa, Synodus apud Nicæam, ex toto orbe contrahitur. C C C. *ſiquidem & duodeviginti E-*

in clericos, animadverſum in laicos.] Vnum tantum Athanaſium accepimus à Conſtantino eſſe in Galliam relegatum, ut pacem Alexandrinæ eccleſiæ pareret, quem etiam moriens paulo poſt reſtitui juſſit. Cætera, quæ in clericos & laicos à Conſtantino, tanquam Arriano, facta dicuntur, apud locupletes auctores non inveniuntur. *Sigon.* Quinam clerici, qui laici, apud antiquos, infra dicetur ad reliqua Severi opuſcula.

Quæ autem Arriani prædicabant, erant hujuſcemodi.] Ἄρειος τὸν υἱὸν κτίσμα καὶ ποίημα προσηγόρευεν, καὶ τὸ ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν, προσετίθη. *Theod.* 1, 2. εἰ ὁ πατὴρ ἐγέννησε τὸν υἱὸν, ἀρχὴν ὑπάρξεως ἔχει ὁ γεννηθεὶς, καὶ ἐκ τούτου δῆλον, ἐξ οὐκ ὄντων ἔχειν αὐτὸν τὴν ὑπόστασιν. *Socrates* 1, 3. Addit & alia Alexander Epiſcopus in Epiſtola ſua apud eundem Socratem, ut quod dixerint, filium Dei τρεπτῆς φύσεως eſſe, hoc eſt, ut Sozomenus explicat, αὐτεξουσιότητι κακίας καὶ ἀρετῆς δεκτικὸν ὑπάρχειν, & quod filius non norit patrem τελείως καὶ ἀκριβῶς. *Horn.*

Inſtituendi orbis cauſa.] Hæc ita explicavit Arius: ὁ υἱὸς δι' ἡμᾶς πεποίηται, ἵνα ἡμᾶς δι' αὐτοῦ ὡς δι' ὀργάνου κτίσῃ ὁ θεὸς, καὶ οὐκ ἂν ὑπέστη, εἰ μὴ ἡμᾶς ὁ θεὸς ἤθελεν ποιῆσαι. Ex epiſtola Alexandri.

Genuiſſe filium.] Vtebantur potius vocabulis κτίσμα & ποίημα, de filio Dei, & dicebant ἐξ οὐκ ὄντων γέγονεν; & θεὸς τὸν μὴ ὄντα ἐκ τοῦ μὴ ὄντος πεποίηκε.

Eo pro poteſtate ſui ex nihilo, factum.] Obſcure ſententiam Arianorum Severus proponit. Difficultatem tollit Galeſinius, cum vocem *eo* exponit *eam ob cauſam.* Giſelinus: *& pro poteſtate.*

Hujus mali cauſa, Synodus apud Nicæam.] Socrates 1. 5. Theodoret. 1. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. Sozomen. 1. 16. *Nicephor.* VIII, 14. Euſeb. III. vitæ Conſtant. 6. 7. ſeqq.

Ex toto orbe.] Fuit concilium primum Oecumenicum. Ex omnibus namque Eccleſiis, quæ frequentes in tota Europa, Africa & Aſia, convenere Epiſcopi, Syri, Cilices, Phœnices, Arabes, Palæſtini, Ægyptii, Thebani, Afri, Meſopotamii, Perſæ, Scythæ, Pontici, Galatæ, Pamphylii, Cappadoces, Aſiatici, Phryges, Thraces, Macedones, Achæi, Epirotæ, Hiſpani. *Euſeb.* III. de vita Conſt. VII, 8.

CCC. *ſiquidem & duodeviginti Epiſcopis congregatis.*] Variæ de numero Epiſcoporum opiniones. Ægyptii, ut Eutychius, Ioſephus, & Mahummedanus Iſmaël Ibn Ali, bis mille quadraginta octo fuiſſe referunt, ex quibus CCC. & XVIII. de Chriſti divinitate pro-

Epiſcopis congregatis, fides plena conſcribitur: hæreſis Arriana damnatur, Imperator decretum Epiſcopale complectitur. Arriani nihil contra ſanam fidem retractare auſi, ſe quoque, tanquam acquieſcentes, nec aliud

pronunciarint, reliquis eam ſententiam impugnantibus. Græci Latinique multum diſſentiunt. Quidam CCCXVIII. pauciores, quidam plures fuiſſe volunt. Nam ſunt qui CCXXXII. tantum Epiſcopos numerent: reliquos fuiſſe inferioris gradus volunt. Sacerdotes nempe & Monachos. Sunt qui plures CCCXVIII. De numero & nominibus horum Epiſcoporum, vide recondita apud Seldenum Commentario in Eutychii Origines.

Fides plena conſcribitur.] Cujus formulam vide apud Socratem 1, 5. Fidem appellat Symbolum fidei à concilio Nicæno conſcriptum; plenum autem, quia illa omnibus hæreſibus, quæ de patre, & filio ante fuerant, eſt reſponſum, certaque fides pleniſſime conſtituta, quod in Symbolo Apoſtolico non fuerat factum. Quæ vero ad Spiritum ſanctum pertinent, ea tum intacta relicta, ac poſt Chalcedonenſi concilio pluribus explicata, & aucta. *Sigonius.* Sublata etiam Paſchalis controverſia. *Petit.* II. Eclog. Chron. VI, VII, VIII, IX, X.

Hæreſis Arriana damnatur.] Totius controverſiæ ſumma, per voces ὁμοούσιος & συνουσίδιος exhauſta fuit. Quas Euſebius Nicomediæ Epiſcopus, homo multis Ariis callidior & deterior, cum ſequacibus ſuis; repudiavit. Damnati tandem ſunt, & Arius, Euſebius ac Theognis in exilium ire juſſi. *Socrates* 1, 5. Damnatio facta his verbis: *Qui dicunt, Erat, quando non erat, & priuſquam gigneretur, non erat, aut quod ex nihilo factus eſt, aut ex alia ſubſtantia, vel eſſentia, dicentes eſſe aut creatum, aut alterabilem filium Dei, hos tales anathematizat Catholica & Apoſtolica Eccleſia.* Dicitur autem anathema, teſte Socrate, ſententia contra alicujus blaſphemiæ auctorem pronunciata, quod perinde nota fiat, ac ſi in columna inciſa publice proponatur. *Sigon.*

Imperator decretum Epiſcopale complectitur.] Quippe narrat Euſebius, perfecto concilio, Conſtantinum miſiſſe litteras in omnes provincias ad epiſcopos, eoſque certiores feciſſe de iis, quæ in Nicæno concilio conſtituta erant, de quæſtione Trinitatis, & diei Paſchatis celebrandi, ſimulque edictum litteris adjunxiſſe, ut omnes ei decreto aſſentirentur. Euſebius, Socrates & cæteri. *Sigon.* Conditi etiam Canones, quorum ultra XX. hodie ſpurii. *Perkinſ.*

Arriani.] Quorum capita Euſebius Nicomediæ Epiſcopus, Theognis Nicææ, Maris Chalcedonis, Theon Marmaricæ, Secundus Ptolemaidis. *Socrates.* Philoſtorgius XXII. Epiſcopos memorat qui pro Ario ſteterint, ex Lybia ſuperiore ſex, ex Ægypto unum, è Palæſtina duos, è Phœnicia totidem, è Cilicia tres, è Cappadocia tres, è Ponto duos, è Bithynia tres. De quibus vide diſſerentem *Iac. Gothofred.*

Tanquam acquieſcentes.] Ipſi Ariani, & in his Euſeb. Nicomedienſis, Theognis Nicææ, Maris Chalcedonenſis, ſubſcripſerunt concilio Nicæno. Hoc ipſe Philoſtorgius Arianus συνομολογεῖ, ut Photius obſervat, & communi conſenſu Orthodoxi tradunt; *Rufin.* 1, 5. *Socrat.* 1, 5. *Theod.* 7, 8, 13. *Sozom.* 1, 20. & alii. Sed recte Severus, *tanquam acquieſcentes.* Nam revera ἐν δόλῳ ſubſcripſerunt, ſub voce ὁμοουσίου, ὁμοιούσιον ἀποκλέψαντες. Et ipſi è regione chirographorum ſuorum adſcripſerunt blaſphemam ὁμοιουσίου vocem. *Nicetas* in theſauro Orthod. v, 8. & *Philoſtorg.*

Nec

aliud ſentientes, Eccleſiis miſcuerunt: manebat tamen, in pectoribus eorum, inſitum in catholicos viros odium: & adverſus quos de fide diſceptare non poterant, eos ſubornatis accuſatoribus, fictiſque criminibus, appetebant. Itaque primum Athanaſium Alexandriæ Epiſcopum, juris conſultum, qui apud Nicænam ſynodum Diaconus adfuerat, aggrediuntur, abſentemque condemnant. Etenim ad crimina, quæ falſi teſtes congeſſerant, aggregabant, quod Marcellum atque Photinum, hæreticos ſacerdotes, Synodi judicio condemnatos,

Nec aliud ſentientes.] Theodoretus I, 8. ὑπούλως καὶ οὐκ εἰλικρινῶς ſubſcripſiſſe eos referr; μὴ ἐξ εἰλικρινείας ἀλλ' ὑφάλῳ γνώμῃ. *Photius.* Ὡς ἂν τὰ κώδια περικείμενοι, τὰ τῶν λύκων ἐργάσωνται. *Theodor.* I, 19.

In catholicos viros odium.] Vincentius Lirinenſis, contra hæreſes cap. III. *Id teneamus, quod ubique, quod ſemper, quod ab omnibus creditum eſt. Hoc enim eſt vere propieque Catholicum quod omnia vere univerſaliter comprehendit.* Et cap. XXV. *Ille eſt verus & germanus Catholicus, qui quicquid univerſaliter antiquitus Eccleſiam Catholicam tenuiſſe cognoverit, id ſolum ſibi tenendum credendumque decernit.* Pacianus Epiſtola ad Sempronianum Novatianum, *Chriſtianus mihi nomen eſt, Catholicus vero cognomen: illud me nuncupat, iſtud oſtendit: hoc probor, inde ſignificor. Qui Catholicus, idem obediens, idem eſt Chriſtianus atque ita Catholicus Chriſtianus eſt. Quare ab hæretico nomine noſter populus hac appellatione dividitur, cum Catholicus nuncupatur.*

Athanaſium Alexandriæ Epiſcopum.] Poſt res Nicæno concilio conſtitutas Euſtathius epiſcopus Antiochenus ſcriptum edidit, in quo conſubſtantialem patri filium, quod negaverant Arriani, defendit. Cui Arriani reſponderunt. Ita recrudeſcente odio, concilium ad eam rem Antiochiæ habitum eſt, in quo Arriani Euſtathium Antiochenum & Athanaſium Alexandrinum epiſcopos, Catholicorum principes, confictis criminibus accuſarunt, atque Euſtathium objecto adulterio, eccleſia depulerunt. Athanaſium inde adverſus falſa adverſariorum crimina Conſtantinus defendit. Quem cum manum mortuo Arſenio deſecuiſſe, ſacrum calicē confregiſſe, & ſtuprum commiſiſſe objicerent, ad eas res concilium Cæſaream anno CCCXXXIV. advocavit. Athanaſius autem, qui illi concilio non affuerat, poſtero Tyrum acceſſit, ac refutatis criminibus, concilio nondum dimiſſo, ad Conſtantinum ſe contulit, atque ita abſens, quod citatus ad Cæſarienſe concilium non affuiſſet, damnatus eſt. Hæc ex Apologia Athanaſii, & Socrate cæteriſque. *Sigon.* Vide *Socratem* I, 20. 21, 22, 23. *Theodorit.* I, 30. *Sozom.* II, 24. *Euſeb.* IV. vitæ Conſt. 41. *Gothofredum* in Philoſtorgium ad lib. II. cap. XI.

Quod Marcellum atque Photinum, hæreticos ſacerdotes.] Mirè hoc loco res, & tempora à Sulpicio confunduntur. nam Græci, quibus hæc tradere præcipuè curæ fuit, hæc ipſa poſt mortem Conſtantini facta retulerunt, quæ à Sulpicio, præpoſtero ordine, in ætatem Conſtantini rejiciuntur. Anno CCCXXXV. vivente adhuc Conſtantino, teſte Socrate, Marcellus Ancyræ epiſcopus contra

Aſte-

tos, parvo ſtudio recepiſſet. Sed de Photino, dubium non erat, merito fuiſſe damnatum: in Marcello nihil tum damnatione dignum repertum videbatur, maximeque ei ſtudium partium innocentum acceſſerat, quod eoſdem illos judices, à quibus fuerat condemnatus, hæreticos

Aſterium quendam, qui tum editis libris Arrii dogma aſſerebat, librum conſcripſit, & dum errorem ejus coarguere voluit, imprudenter ſeſe in contrarium induit, quippe aſſerens Chriſtum, quomodo Paulus Samoſatenus cenſuerat, ſolum hominem eſſe. Cum autem eo anno epiſcopi Hieroſolymis conveniſſent, Aſterli, ut hominis privati, nullam rationem habuerunt, ſed à Marcello, ut ab epiſcopo, libri ſui rationem repopoſcerunt, eaque re comperta, ut ſententia deſiſteret, præceperunt. ille librum ſe combuſturum promiſit. concilio inde Conſtantinopolin à Conſtantino advocato, rurſus de Marcelli cauſſa diſceptarunt. atque eum, contra quam promiſerat, librum ſe comburere velle recuſantem, eccleſia ſpoliarunt, ac loco ejus Baſilium Ancyram miſerunt. Euſebius autem Pamphyli tribus libris editis opinionem ejus redarguit. Hæc *Socrates*. Anno CCCXVII. Marcellus Ancyræ epiſcopus Romam profectus, Iulii Pontificis litteris eccleſiam ſuam recuperavit. Anno CCCXLIV. Photinus epiſcopus Sirmienſis Marcelli diſcipulus ſupradictam hæreſim renovavit, neque cum Catholicis neque cum Arrianis utique congruentem, nempe filium nullo modo ante ſecula genitum fuiſſe, ſed in Maria primum initium habuiſſe, atque hominem tantummodo eſſe, cum Catholici genitum ab æterno dicerent, Arriani vero tum factum, cum creare Deus mundum conſtituit. Anno inde CCCXLIII. Concilium Sardicæ in Dacia Mœſiæ Catholici habuerunt, in quo fidem Nicænam, quæ oppugnabatur, confirmaverunt, atq; Athanaſium, ac Marcellum ab Arrianis, ut diximus, damnatos abſolverunt, Photinum vero ut vere hæreticum condemnarunt. tum vero Athanaſius Marcellum abſolutum in communionem recepit, Photinum damnatum non item. Hæc hoc ordine geſta eſſe, oſtendit Socrates, & Sozomenus. Quæ perverſe relata eſſe à Sulpicio conſtat. Falſum eſt enim Arrianos vivente Conſtantino Athanaſio objeciſſe, quod Marcellum, & Photinum damnatos recepiſſet. Neque enim Athanaſius Marcellum recepit in communionem, niſi poſtquam Sardicenſi concilio abſolutus eſt, Photinum autem nunquam. Et Photini cauſa vivente Conſtantino tractati non potuit, cum poſt ejus mortem hæreſin ſuam intulerit. Arriani autem eum neque Hieroſolymitano, neque Conſtantinopolitano concilio, id eſt, vivente Conſtantino, abſolverunt, ſed poſt Sardicenſi concilio abſolutus eſt à Catholicis. *Sigon.*

De Photino, dubium non erat, merito fuiſſe damnatum.] Epiſcopi Orientis Sirmii congregati, φωτεινὸν τὸ δόγμα σαβελλίου τοῦ λίβυος, καὶ Παύλου τοῦ σαμοσατέως φρονοῦντα condemnarunt. *Socrates* II, 24. *Sozom.* IV, 5.

In Marcello nihil tum damnatione dignum repertum.] Marcellus Ancyræ in Galatia Epiſcopus, in opinionem Pauli Samoſateni, ἢ ἑκὼν, ἢ οὐχ' οὕτω νοήσας, delapſus eſt. Verum poſtea, cum in concilio Sardicenſi ratione oſtendiſſet, ſe haudquaquam ita ſenſiſſe, ad epiſcopatum denuo reſtitutus eſt. *Socrates* I. 24. & II, 16. *Sozomen.* II. 31.

Hæreticos eſſe nemo dubitabat.] Catholici maxime eo nomine ad abſolutionem Marcelli inclinarunt, quod is ab

ticos eſſe nemo dubitabat. Cæterum Arriani non hos potius, quam Athanaſium, removere cupiebant. Itaque Imperatorem eo uſque compellunt, ut Athanaſius exulatum ad Gallias mitteretur. Mox in Ægypto octuaginta epiſcopi congregati, Athanaſium injuſte condemnatum eſſe pronunciant. Res ad Conſtantinum refertur. Iubet ex toto orbe, apud Sardicam, epiſcopos congregari: atque omne judicium, quo Athanaſius damnatus fuerat, retractari. Inter hæc Conſtantinus moritur: Synodus congregata, jam Conſtantino Impera-

ab Arrianis hæreticis fuerat condemnatus. *Sigonius.*

Cæterum Arriani.] Quam vellem, hanc partem nunquam attigiſſet Sulpicius! confundit enim tempora Conſtantini patris, hominis Catholici, cum temporibus Conſtantii Arriana labe imbuti. Quod poſtea fecere quoq; alii, hanc hiſtoriam multis erroribus depravantes. Athanaſius enim à Conſtantino Magno in Gallias relegatus eſt, antequam Photini nomen in Eccleſia increbreſceret. *Sigon.*

Athanaſius exulatum ad Gallias mitteretur.] Socrates I, 23. Sozom. II, 29. Niceph. VIII, 58. Quidam ferunt Conſtantinum id feciſſe σκόπῳ τοῦ ἑνωθῆναι τὴν ἐκκλησίαν ἐπειδὴ Ἀθανάσιος πάντη κοινωνῆσαι τοῖς περὶ Ἄρειον ἐξετρέπετο. Relegatus eſt Treveros.

In Aegypto octuaginta Epiſcopi congregati.] Hujus concilii nemo præter hunc alius meminit. *Sigon.*

Res ad Conſtantinum refertur.] Hæc ſibi non conſtant. *Giſelin.* Nihil fingi poteſt perverſius. Nam Concilium Sardicenſe rogatu Conſtantis, & permiſſu Conſtantii actum eſt in Dacia anno decimo, poſtquam Conſtantinus pater vita deceſſerat, in quo, ut dixi, fides Nicæna eſt confirmata, Athanaſius, & Marcellus abſoluti, Photinus condemnatus. *Sigon.*

Apud Sardicam.] Σαρδικὴ πόλις Ἰλλυρικῶν. Vbi ſub Conſtantio Imp. Concilium habitum. De quo *Socrates* II, 16. *Theodoret.* II, 7, 8. In hoc concilio Orientales ſchiſma fecere, quod occidentales Athanaſium & Paulum è conventu expellere nollent. Igirut Philippopoli in Thracia alio concilio inſtituto, τὸ μὲν ὁμοούσιον ἀναθεματίζουσι, τὴν δὲ τοῦ ἀνομοουσίου δόξαν, ἐπιστολὰς συγγράψαντες, πανταχοῦ διαπέμπον[τ]).

Inter hæc Conſtantinus moritur.] Moritur Conſtantinus anno CCCXXXVII. Concilium Sardicæ habetur anno CCCLVII. Vide, quam hæc omnia labent? *Sigon.* Anno Imperii XXXII. *Epiphan.* de menſur. & ponder. *Euſib.* IV. Vitæ Conſtant. 53. & alii. Philoſtorgius ait cum φαρμάκοις à fratribus interfectum. Quod alii non produnt, niſi quod Zonaras & Cedrenus ajunt opinionem eam percrebuiſſe. Vide Gothofr. ad Philoſtorg. II, XVII. Donatio ejus, qua fertur Italiam cum occidente Sylveſtro donaſſe, commentitia eſt, nec habetur apud ullum probatum veterem authorem. *Cuſan.* de concord. Cath. III. 2. *Nauclerus* II. gener. XI. *Antoninus* I. parte Hiſt. Tit. 8. cap. 2. & alii.

Synodus congregata, jam Conſtantino Imperatore, Athanaſium abſolvit.] Verum

ratore, Athanaſium abſolvit: Marcellus quoque epiſcopatui redditur. Nam de Photino Epiſcopo Syrmienſi, non eſt reſciſſa ſententia, quia etiam noſtrorum judicio hæreticus probabatur. Et tamen hoc ipſum Marcellum gravabat, quia Photinus auditor ejus fuiſſe in adoleſcentia videbatur. Veruntamen ad Athanaſii abſolutionem etiam illud accèſſerat, quod Vrſatius & Valens, principes Arrianorum, cum poſt Synodum Sardicenſem viderentur à communione ſecreti, coram poſiti, à Iulio Romanæ urbis epiſcopo, veniam popoſ-

rum utrunque, falſum illud, Sardicæ vivente Conſtantino epiſcopos conveniſſe. *Sigon.* Athanaſius è Gallia literis Conſtantini F. revocatus eſt. Hinc forte error Sulpicio, ut quæ ſub Conſtantino II. geſta ſunt, ea ad Magnum retulerit. Epiphanius tres fratres in ejus revocationem conſenſiſſe dicit. *Hæreſ.* LXVIII. ἐκ τῶν δύο βασιλέων, Conſtantini ſcilicet & Conſtantis mandato, Conſtantio probante, συνδοκοῦντος, Epiſcopatum quoque ſuum Alexandriæ recuperavit. Hinc eum Ariani criminari: quod nulla Tyriæ & Conſtantinopolitanæ Synodi ratione habita, ſedem ſuam abſque Synodo contra canones repetiiſſet. Vnde tanto conatu Synodum Sardicenſem, ubi cauſa ejus probata, ſubvertere conati ſunt.

Quia etiam noſtrorum judicio hæreticus probabatur.] Nam & ab Atii dogmate, & ab iis qui fidem Nicænam ſequebantur, omnino diſcrepabat. *Sozomen.* III, 4.

Photinus auditor ejus.] Hoc idem tradunt Græci, Photinum diſcipulum Marcelli fuiſſe. Quare mirum fuit, abſolvi magiſtrum, condemnari diſcipulum. Verum longe inter ſe opinione diſſenſerant. Nam Marcelli opinio ad Sabellianam propius accedebat, Photini ad Paulianam. *Sigon.*

Vrſatius & Valens.] Ille Singidonis Mœſiæ, hic Murſæ, in Pannonia, Epiſcopi.

Principes Arrianorum.] Οἱ περὶ τὸ Ἀρειανὸν δόγμα διαπύρως σπουδάζοντες. *Socrates* XI, 19.

Viderentur à communione ſecreti.] Poſt Synodum Sardicenſem διεστάτο τῆς ἀνατολῆς ἡ δύσις. Καὶ ἦν ὅρος τῆς κοινωνίας αὐτοῖς τὸ ὄρος τὸ λεγόμενον Τισοῦκις, ὅπερ ἐστὶν Ἰλλυριῶν καὶ Θρακῶν. Καὶ ἕως μὲν τοῦ ὄρους τούτου, ἀδιάφορος ἦν ἡ κοινωνία, διαφόρου τυγχανούσης τῆς πίστεως, περαιτέρω δὲ ἀλλήλοις οὐκ ἐκοινώνουν. *Socrates* II. 18. Hinc orta Eccleſiæ in occidentalem & orientalem, diſtractio. Tiſucorum clauſtra limen utriuſque erant. Viri docti apud Socratem pro Τισοῦκις corrigunt Σοῦκις vel οἱ Σοῦκχοι. Epiſtola concilii Aquileienſis ad Gratianum & Valentinianum: *Per omnes tractus atque regiones, à Tiſucorum clauſtris uſque ad Oceanum, manet intemerata fidelium atque una communio. In orientalibus autem partibus, &c.* Salmaſius. De Alpibus Succiis & Imperii per eas diviſione in Orientem & Occidentem, vide Iac. Gothofr. in Philoſtorgium.

Coram poſiti, à Iulio Romanæ urbis Epiſcopo, veniam popoſcerunt.] Vrſacius & Valens intellecto Athanaſium Alexandriæ

poſcerunt, quod innoxium condemnaſſent: meritoque eum, ſententia concilii Sardicenſis abſolutum, profeſſi ſunt. Interjecto deinde tempore, Athanaſius, cum Marcellum parum ſanæ fidei eſſe penitus comperiſſet, à communione ſuſpendit. Habuitque ille hanc verecundiam, ut tanti viri judicio notatus, ſponte concederet. Cæterum antea innocens, poſtea depravatus, videri poterat jamtum nocens fuiſſe, cum de eo fuerat judicatum. Nacti ergo Arriani iſtiuſmodi occaſionem, conſpirant penitus Sardicenſis Synodi decreta ſubvertere. Etenim eis

drix in Communionem receptum, Romam veniunt, *βιβλίον μετανοίας* Iulio Epiſcopo *ἐπιδόντες, τῷ ὁμοουσίῳ* aſſentiuntur: ac literis ad Athanaſium miſſis, de cætero cum illo ſe communicaturos fatentur. *Socrates* II, 19. Ipſas eorum, ad Iulium & Athanaſium, Epiſtolas, Sozomenus III, 22, 23. exhibet. Tum temporis, ſede Imperil Conſtantinopolin tranſlata, Romanus Epiſcopus, qui hactenus nullam ſuper Alexandrinum & Antiochenum prærogativam, niſi loci quæ *τῆς οἰκουμένης* metropolis, habuerat, Patriarchatum occidentis paulatim invadere cœpit. De quo vide Salmaſium in celeberrimo opere, de primatu Papæ. An ergo Epiſcopus Romanus Occidentis tum patriarcha? Nondum fuit Nicæni concilii tempore. Solus loci & ordinis primatus, quia urbs illa *τῆς οἰκουμένης μητρόπολις*, Romanis epiſcopis delatus, unde & *οἰκουμενικὸς* dictus. Quod nomen poſtea etiam uſurparunt Conſtantinopolitani Epiſcopi, quia Conſtantinopolis Nova Roma, & *Ῥωμανίας*, ſive *οἰκουμένης μητρόπολις*, paſſim à Græcis audiebat. Ergo alii Epiſcopi Romanum agnoverunt, non velut Patriarcham, cui ſubjecti eſſent, ſed eo tantum titulo quo univerſæ Eccleſiæ ſollicitudinem ferebat. *Salmaſius.* Appellationes fiebant ad Epiſcopum Romanum, non tanquam ad Iudicem, ſed ad opitulatorem, ad conſenſum eliciendum & impetrandum. Marcion excommunicatus in Ponto, Romam venit ut abſolveretur; ſed reſponſum accepit: *Non poſſumus hoc facere ſine permiſſu venerandi patris tui.* Epiphan. hæreſ. XLII.

Athanaſius, cum Marcellum parum ſanæ fidei comperiſſet, à communione ſuſpendit.] Verum utrunque, falſum illud, Sardicæ, vivente Conſtantino, epiſcopos conveniſſe. *Sigon.*

Videri poterat jam tum nocens fuiſſe, cum de eo fuerat judicatum.] Haud dubie, ſi antiquitati credimus, nocens fuit. Nam & Euſebius Pamphilus ejus opinionem tribus libris refutavit, docens Marcellum non aliter quam Sabellium Afrum, & Paulum Samoſatenum, Chriſtum *ὡς ψιλὸν ἄνθρωπον* induxiſſe. *Socrates.* XI, 16. Qui & ſequenti capite Euſebium ab Arianiſmi crimine erudite vindicat; & certe non videtur talis fuiſſe. *Horn.*

Nacti ergo Arriani iſtiuſmodi occaſionem, conſpirant penitus Sardicenſis Synodi decreta ſubvertere.] Græci ſcribunt, Arrianos Conſtantis Imperatoris morte excitatos & Conſtantii levitate confiſos, conſilia concilii Sardicenſis pervertendi cepiſſe. Sulpicius vero alias fortaſſe,

eis color quidam ſuppetere videbatur, quod tam injuſte fuiſſet pro Athanaſio judicatum, quam Marcellus fuerat abſolutus, qui nunc, etiam Athanaſii judicio, hæreticus eſſe probaretur. Namque Marcellus Sabellianæ hæreſis aſſertor extiterat: Photinus vero, novam hæreſim, jam ante protulerat, à Sabellio quidem in unione diſſentiens, ſed initium Chriſti ex Maria prædicabat. Igitur Arriani, aſtuto conſilio, miſcent innoxium criminoſis, damnationemque Photini & Marcelli & Athanaſii, eadem ſententia comprehendunt: illud nimirum apud Imperatorum animos præſtruentes, ut non putarentur de Athanaſio perperam judicaſſe, qui de Marcello atque Photino vera ſenſiſſent. Veruntamen ea tempeſtate Arriani perfidiam ſuam occultabant, non au-

taſſe, quibus nos caremus, ſequutus hiſtorias, judicio Athanaſii Marcellum condemnantis adductos tradit. *Sigon.*

Color quidam ſuppetere videbatur.] Concilium Sardicenſe damnabant eo nomine, quod Athanaſium abſolviſſet. Nam tã illum injuſte abſolutum fuiſſe, quam Marcellus fuerat, quem poſt Athanaſius, tanquam hæreticum, à communione depulerat. *Sigon.*

Marcellus Sabellianæ hæreſis aſſertor extiterat.] Hoc idem ſcribit Epiphanius libro tertio contra hæreſes. Quare Arriani bellum ei moverunt, ut qui Sabellianis adverſentur, nam ut Sabelliani ſolam divinitatem in Chriſto defendunt, ſic Arriani ſolam humanitatem. *Sigon.*

Photinus vero novam hæreſim.] Epiphanius inquit, Sabellium docuiſſe eundem eſſe Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, ut ſint in una ſubſtantia tres nomenclaturæ. Photinus vero hoc negavit. quippe qui Chriſtum non ante fuiſſe, quam Mariam matrem, atque ex ẽa principium habuiſſe, dixerit. Arriani vero Chriſtum creatum ante ſecula dixerunt. *Sigon.* Eum hodie Sociniani, peſtilens ſecta, ſequuntur.

Miſcent innoxium criminoſis, damnationemque Photini & Marcelli, eadem ſententia comprehendunt.] Arriani anno CCCLI. impulere Conſtantium, ut concilium Sirmium in Pannonia advocaret, quo cauſſa Photini, quæ utrique parti improbabatur, cognoſceretur, ibique Photinum damnarunt, quia damnatione dignus omnibus videbatur; Marcellum vero, quia, ut inquit Sulpicius, ab Athanaſio damnatus fuerat, Athanaſium autem, quaſi veritatem eandem ſequuti, quam in Photino, & Marcello ſpectarant. De eodem concilio etiam Socrates, & Sozomenus, Theodoritus, & Rufinus. *Sigon.* Plura quam Græci, Socrates, Theodorit. Sozomenus, noſter habet, uſus, ut videtur, Latinis commentariis, quæ Græcis inacceſſa fuerunt. Nam vix crediderim eum in tanta re quicquam fingere, vel inexploratum referre auſum. Quanquam crebro tempora confundat. *Horn.*

Ea tempeſtate Arriani perfidiam ſuam occultabant.] Arriani in concilio tres fi-

auſi palam errorıs ſui dogmata prædicare: catholicos ſe gerebant, nihil ſibi prius agendum rati, quam ut Athanaſium Eccleſia ſubmoverent, qui ſemper eis velut murus obſtiterat: quo remoto, reliquos in libidinem ſuam ceſſuros, ſperabant. Sed pars Epiſcoporum, quæ Arrium ſequebatur, damnationem Athanaſii cupitam accepit: pars coacti metu & factione, in ſtudia partium conceſſerant. Pauci, quibus fides chara, & veritas potior erat, injuſtum judicium non receperunt: inter quos Paulinus, epiſcopus Treverorum, oblata ſibi

dei formulas protulerunt. in quibus diverſis verbis, remota *ſubſtantiæ* mentione, filium Parri ſimilem affirmarunt, nondum auſi diſſimilitudinem aſſerere, quod poſtea fecerunt, illud rebus omnibus anteferentes, ut Athanaſium ante removerent, qui tanquam murus contra ſe pro Catholicis ſtabat. quo remoto reliquos facile ſibi ſperabant ceſſuros. Hi cum verbis ab Arrio diſſentirent, ſed re conſentirent, Semiarriani, teſte Epiphanio, dicti ſunt. *Sigon.*

Catholicos ſe gerebant.] Socrates de Vrſacio & Valente: οὗτοι γὰρ ἀεὶ πρὸς τοὺς ἐπικρατοῦντας ἐπέκλινον. II. *Hiſt.* 29. Hinc profunda eorum ſimulatio & diſſimulatio. Cum enim Arianorum principes eſſent: tamen ſicubi partes Orthodoxorum potiores deprehenderent, Catholicos ſe geſſerunt, inſequentis perfidiæ ſecuri. Et exaggerarunt id in Ariminenſi ſynodo patres Orthodoxi, quod duo peſtilentiſſimi nebulones, cum ſequacibus ſuis, Confeſſionem ſuam Arianam, fidei Catholicæ titulo inſignirent. Verba Athanaſii ſunt: εἰ δὲ προσθήκασι τὸ καθολικῆς, ἔλαθεν ἑαυτοὺς πεσόντες εἰς τὴν παρανομίαν τῆς ἀπὸ Φρυγίας. *Horn.*

Qui ſemper eis velut murus obſtiterat.] Incredibilis Athanaſii conſtantia. Qui quatuor Imperatorum iras, pro veritate & ὁμοουσίᾳ Ieſu Chriſti, inconcuſſa mente, ſemper major ab exilio reverſus, ſuſtinuit. Cumque Hoſii & Liberii, & totus pene orbis, ad Arianos concederent: ſolus hic, velut alter Elias, Deum authorem ſecutus, non minas, non crimina falſa, non percuſſores verebatur. Tantam vim religio vera & pietas habet. *Horn.*

Sed pars Epiſcoporum, quæ.] In ſententiis de Athanaſio ferendis, in tres partes diviſi epiſcopi ſunt. Vna ſtudio Arrii Athanaſium condemnavit, altera metu coacta in eorum ſententiam abiit, tertii, quibus veritas potior erat, Athanaſii damnationi aſſenſum, ut injuſtæ, præbere detrectarunt. *Sigon.*

Paulinus, Epiſcopus Treverorum.] Factum hoc in concilio Mediolanenſi. Tum enim cum Epiſcopi Orientis poſtularent ut Athanaſius condemnaretur, οἱ μὲν ἄλλοι ἢ δέει ἢ ἀγνοίᾳ τῶν ὄντων συνεῖναι. Soli autem, Dionyſius Epiſcopus Albæ, Euſebius Vercellorum, παυλῖνος ὁ Τριβέρεως, Rhodanius, Lucifer, contra vociferati ſunt, teſtatique: Non oportere Athanaſium tam temere condemnare. Nam ſi illud fieret, ad fidem concilii Nicæni evertendam progreſſuros: Ταῦτα σπουδάζεσθαι παρὰ τοῦ βασιλέως καὶ τῶν τὰ Ἀρείου φρονούντων. *Sozomen.* IV, 8. *Theodoret.*

bi epiſtola ita ſubſcripſiſſe traditur, ſe in Photini atque Marcelli damnationem præbere conſenſum, de Athanaſio non probare. Tum vero Arriani, ubi doli parum proceſſerant, vi agere decernunt. Nam quodlibet audere atque agere facile erat, regis amicitia ſubnixis, quem ſibi pravis adulationibus devinxerant. Quinetiam, ex conſenſione multorum, inexpugnabiles erant. Nam omnes fere duarum Pannoniarum Epiſcopi, multique Orientalium, ac tota Aſia, in perfidia eorum conjuraverant. Sed principes mali iſtius habebantur, à Singi-

doret. II, 15. apud quem Paulinus dicitur ὁ τῆς μητροπόλεως τῶν γαλλιῶν. Quia Auguſta Treverorum, olim metropolis Galliæ Belgicæ. Metropoles autem nomen Metropolitanis & Archiepiſcopis dederunt, ut Salmaſius in nunquam ſatis laudato opere, de *Primatu Papæ*, fuſe oſtendit. Meminit autem ſolius Paulini Sulpicius, quia ejus res ipſi, tanquam Gallo, notiores fuerunt. *Horn.*

De Athanaſio non probare.] Vix dubito, quin ſcripſerit Sulpicius, *non præbere.* Quæ repetitio foro accommodatior eſt, & haud paullo amplius habet efficaciæ. *Giſelin.*

Vbi doli parum proceſſerant.] Editio Druſii: *ubi doli mali proceſſerant.* Male. Refragantur aliæ editiones, Sigonii, Giſelini, & ipſe contextus noſtram lectionem poſcit. *Vis* enim & *dolus* opponuntur.

Regis amicitia ſubnixis.] Conſtantii, qui Arianorum turpe mancipium fuit. Eum autem variis in Orthodoxos, maxime Athanaſium calumniis, ſubvertêre. Sic enim Conſtantius in Dialogo cum Liberio, apud Theodorit. II, 16. ὅς τις μὴ ἀρκεσθεὶς ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τοῦ μειζοτέρου μου ἀδελφοῦ, οὐδὲ τὸν μακαρίτην Κώνσταντα ἐπαύσατο παροξύνειν εἰς ἡμετέραν ἔχθραν. Addit: ſe non tanti victoriam de Magnentio & Silvano partam facere, ὡς τοῦ μιαροῦ ἐκείνου προϊσταμένου τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων.

Orientalium.] Græcorum. Ita enim Oriens, poſtquam Macedonibus ceſſit, appellabatur. Et diviſo imperio, Oriens Græcorum, Occidens Latinorum erat. Apulejus VI. Mileſ. de Iunone: *Quam totus Oriens Zygiam veneratur, & omnis Occidens Lucinam appellat,*

Ac tota Aſia.] Ariani inprimis operam dederunt, ut præcipuas ſedes Epiſcopales occuparent. Hinc in Orthodoxos graviſſimis calumniis, & aperta vi graſſati, Alexandriæ, Antiochiæ, Conſtantinopoli, τῶν ἐπισημοτάτων θρόνων potiti ſunt; & inde minores omnes Epiſcopatus facile invaſerunt. *Sozomen.* III. 6, 7.

Principes mali iſtius habebantur.] Socrates hos recenſet: Theognin Nicææ, Marin Chalcedonis, Theodorum Heracleæ, quæ eſt in Thracia, Vrſacium Singidonis ſuperioris Myſiæ, Valentem Murſorum ſuperioris Pannoniæ, Epiſcopos. II. *Hiſt.* 9. Horum nomina ſumpta ſunt ab Athanaſio ipſo in ſecunda *Apologia*, & in libro *de fuga ſua.* Quoniam vero uno in loco vocat Narciſſum à Neroniade Ciliciæ, in altero Neropolitanum, propterea legendum putarim *Narciſſus à Neronipoli.* hic autem ſub-

giduno Vrſatius, Valens à Murſia, ab Heraclia Theodorus, Stephanus Antiochenus, Acatius à Cæſarea, Menophanes Epheſo, Georgius Laodicea, Narciſſus à Neapoli. Hi ita palatium occupaverant, ut nihil ſine

ſcripſit concilio Ancyrano, Neocæſarienſi, Nicæno, & Antiocheno, *Narciſſus Nerodiadis, & Neronipolis Ciliciæ.* Sigon.

Valens à Murſia.] Quæ & Murſa, Pannoniæ inferioris civitas. Hiero. adverſ. Lucif. *Valens Murſienſis epiſcopus.* Druſ.

Ab Heraclia Theodorus.] Hic eſt Theodorus Epiſcopus Heracleæ, Athanaſio memoratus. Cæterum Heraclea magis uſitatum. Sic Arius & Areus, Darius & Dareus: Augiæ & Augeæ ſtabulum. *Druſ.*

Stephanus Antiochenus.] Qui Placillo ſucceſſit etiam Arriano. Nam Antiochia poſt Euſtachium vigeſimum tertium epiſcopum, quem Arriani egerunt in exilium, continuos habuit epiſcopos Arrianos undecim; quos Hiero. ait hoſtes Chriſti, non epiſcopos, fuiſſe. Vide Chronicon Euſebii. *Druſ.* Nicæno Canone vetus conſuetudo firmata fuit, qua ſinguli metropolitani, æquo jure, ſuam quiſque curabat provinciam. Poſtea unus inter eos cœpit eminere ac cæteris prævalere, ille nempe qui in prima ac præcipua urbe totius diœceſeos provinciæ ſedem habebat. Hinc orti Patriarchæ. Sic Metropolitani olim facti ex primo Epiſcopo totius provinciæ. Tempore Nicæni concilii Antiochenus unius tantum provinciæ primatum, id eſt, Syriæcœles habuit, cui jure Metropolitæ præfuit. Hieronymus falſo exiſtimavit túm temporis ſtatutum, *totius orientis metropolis* Antiochia ſit. *Epiſt.* ad Pammach. Ipſius quidem ætate totus Oriens, ſive Orientalis diœceſis ſuberat Antiocheno, exceptis tribus Palæſtinis, quæ Hieroſolymitano, poſt dejectum Cæſarienſem, parebant. Antequam ex diœceſium ratione, unus Epiſcopus Metropolitanos reliquos antecederet, cum omnes inter ſe pares eſſent Metropolitani, quarundam tamen urbium eminentiæ datum eſt, ut honoris primatum, πρεσβεῖον τῆς τιμῆς, haberent ante cæteros Metropolitas. In his tres fuere, Romanus, Alexandrinus, Antiochenus, quia tres illæ urbes totius orbis ampliſſimæ & populoſiſſimæ. Ergo & earum Epiſcopis præcipuus hic datus honor, ut in conciliis ante reliquos, quamvis pares, ſederent ac ſubſcriberent, ſolo urbis merito cui præſidebant. *Salmaſius.*

Acatius.] Vel Acacius ut Vrſatius, Vrſacius. Fuit Euſebii Pamphili diſcipulus. *Athanaſ.*

Cæſarea.] Canonibus Nicænis decretum, ut Palæſtinæ metropolis Cæſarea eſſet. *Hieron.* Epiſt. ad Pammachium Poſtea Hieroſolymitanus, qui Cæſarienſi hactenus ſuberat, Metropolitani ἀξίωμα invaſit, qui exinde Patriarcha & Archiepiſcopus dictus eſt. Hanc ambitionem ei exprobat Hieronymus dicto loco. Chalcedonenſis Synodus Patriarchas primum recepit & confirmavit, cum ab Epheſino concilio, viginti annis ante, rejecti fuiſſent. Et tum Cæſarienſis de jure metropoleos deturbatus fuit. *Salmaſ.*

Menophanes.] Aliis Menophantes ſive Menophantus dicitur. *Sozomen.* v, 14. In Athanaſio, *Menophantus Epheſi epiſcopus.* Druſ.

Epheſo.] Cur non dixit, *ab Epheſo*, ut à Cæſarea, ab Heraclea? Ad quod exemplum dicere debuit, *à Laodicea.* Druſ.

Georgius Laodicea.] Cappadox, Arianorum πονηρότατος. *Athanaſius.*

Narciſſus à Neapoli.] A Neropoli. *Druſ.* Narciſſus Epiſcopus Neropoleos vel Neroniadis, caput Arrianorum. *Atha-*

ne eorum nutu ageret Imperator: obnoxius quidem omnibus, ſed præcipue Valenti deditus. Nam eo tempore, quo apud Morſam, contra Magnentium, armis certatum, Conſtantius deſcendere in conſpectum pugnæ non auſus, in baſilica Martyrum, extra oppidum ſita, Valente tum ejus loci Epiſcopo in ſolatium aſſumpto, diverſatus eſt. Cæterum Valens callide per ſuos diſpoſuerat, ut

Athanaſ. Socrates II, 21. Νάρκισσος ὁ Νερωνιάδος τῆς ἐν Κιλικίᾳ ἐπίσκοπος.

Apud Morſam.] Φρούριον δὲ τοῦτο τῶν Γαλλιῶν. *Socrat.* I, 27. Idem Sozomenus repetit IV, 6. Contra alii, Zoſimus, Zonaras, Idatius, apud Murſam Pannoniæ pugnatum volunt. Quorum etiam verior ſententia. Nam ibi Epiſcopus Valens, teſte Sulpicio. Et fugato Magnentio, Conſtantius Pannoniæ res ordinavit. *Horn.* Alii Murſam vocant, rectius profecto, quam qui lib. v. hiſt. Trip. cap. 10. Mirſam nominant. Sic apud Prud. contra Symm. Milvium pontem appellarunt, qui revera Molvius eſt ſeu Mulvius. eæ enim litteræ mutuam ſibi operam, non invitæ, præſtant. *Giſel.* Cum triennio bellum Conſtantium inter & Magnentium duraſſet, totis viribus apud Morſam certatum ibique Romanæ vires conciderunt. Ex Conſtantianis XXX. millia, ex Magnentianis XXXVI. millia perierunt. *Zonaras.*

Contra Magnentium.] Qui ſublato Conſtante, Occidentis Imperium, Italiam, Galliam & Africam invaſit, καὶ πάντα τὰ ἑσπέρια κατεστρέφετο. *Socrates* II, 20. *Oroſ.* VII, 20. *Sozom.* IV, 1, 3. *Theodorit.* II, 15.

Conſtantius.] Conſtantini nomen, quod hoc loco & initio Vitæ B. Mart. Conſtantii locum occuparat, ejecimus, ac verum ſubſtituimus, ipſa veritate hiſtoriæ idem poſtulante. diximus enim modo, quo anno uterque Conſtantinus è vivis exceſſerint. *Giſelin.*

Deſcendere non auſus.] Ut ſtudium Conſtantii erga res divinas, pium quidem, ſed parum prudens agnoſcas, ſic de hoc ipſo bello Theodor. hiſt. eccl. lib. III. cap. 3. In expeditione belli Magnentiani coactis copiis univerſis, ſuaſit, ut divina ſecum myſteria communicare vellent. ſemper enim incertum eſſe finem vitæ, &c. deinde, Quod ſi quis, *inquit*, noluerit hoc tempore amiculum illud (baptizatis uſitatum) ſibi circumdare, is jam nunc dimiſſus domum revertatur. Nam niſi mecum initiatis in bello ſociis, uti non volo. *Giſelinus.* Philoſtorgius memorat Conſtantium viſo in aëre crucis ſigno, mirifice confirmatum. Idem Nicephorus, Socrates, Sozomenus & alii habent.

In baſilica Martyrum] Eo enim ævo, ſedatis gentilium perſecutionibus, Martyrum oſſa in templis recondita, quibus ab ipſis nomen plerumque impoſitum. Sed id abſque cultu & adoratione factum. Cyrillus contra Iulianum VI. *Sanctos Martyres neque Deos eſſe dicimus, neque adorare conſuevimus.* Auguſtin. XVII. Civ. Dei 10. *Nos martyribus noſtris non templa, ſicut diis, ſed memorias ſicut hominibus mortuis, quorum apud Deum vivunt ſpiritus, fabricamus. Neque ibi erigimus altaria in quibus ſacrificemus martyribus.* Hieronymus contra Vigilantium, in epiſt. ad Riparium: *Nos, non dico martyrum reliquias, ſed ne Solem quidem & Lunam, non Angelos, colimus & adoramus, ne ſerviamus creaturæ potius quam creatori.*

ut quis prælii fuiſſet eventus, primus cognoſceret: vel gratiam regis captans, ſi prior bonum nuncium detuliſſet: vel vitæ conſulens, ante capturus fugiendi ſpacium, ſi quid contra accidiſſet. Itaque paucis, qui circa regem erant, metu trepidis, Imperatore anxio, primus nunciat hoſtes fugere. Cum ille indicem ipſum intromitti poſceret, Valens, ut reverentiam ſui adderet, Angelum ſibi fuiſſe nuncium, reſpondit. Facilis ad credendum Imperator, palam poſtea dicere eſt ſolitus, ſe Valentis meritis, non virtute exercitus, viciſſe. Ab hoc initio illecti principis, extulere animos Arriani, poteſtate regis uſuri, ubi autoritate ſua parum valuiſſent. Igitur, cum ſententiam eorum, quam de Athanaſio dederant, noſtri non reciperent, edictum ab imperatore proponitur: Vt qui in damnationem Athanaſii non ſub-

Cæterum Valens.] Doli quo uſus eſt Valens in præripiendo victoriæ nuncio, ſolus Sulpicius eſt author. *Sigon.*

Hoſtes fugere.] Magnentius cum reliquiis cladis in Italiam fugit, ubi ad Ticinum Conſtantii copias iterum fugat. Deinde in Galliam elapſus, ad Μοντοσέλευκον funditur, & Lugdunum trepidus ſe recipit. Vbi matre & fratre trucidatis, κατ' εὔνοιαν inquit Philoſtorgius, πολεμίας περιαρπάζων ὕβρεως καὶ χλεὸς, tandem ſeipſum confodit. *Socrates* II, 27. *Sozom.* IV, 6. *Marcellin.* XIV. *Eutrop.* X. *Aurel. Victor* & alii.

Poteſtate regis uſuri, ubi autoritate ſua parum valuiſſent.] Plurimum differre noſcitur poteſtas ab authoritate. Illa ſuperioris eſt in inferiorem, hæc in pares & æquales. Hoc Severi locus docet. Qui auctor eſt alicui ut faciat dicatve aut ſequatur aliquid, is conſulit, monet, hortatur pro eo, quo valere creditur, conſilio ac prudentia, vel etiam quod majoris ſit meriti ac dignitatis. Inde auctoritas Græcis ἀξίωμα. At qui poteſtatem habet, pro jure ſuo, jubet atque imperat. *Salmaſius.*

Edictum ab Imperatore proponitur.] Non invenio expreſſam hujus edicti mentionem: niſi quod referunt, concilium Mediolanenſe in eum finem coactum, ut decreta Tyri ab Arrianis contra Athanaſium facta confirmarentur. Et quicunque damnationi Athanaſii ſubſcribere noluerunt, in exilium pulſi ſunt. Vide *Socratem* II, 29. *Sozomen.* IV, 38. Sic igitur Κωνστάντιος ἐκ τῶν ἐν ποσὶ κακῶν ἡσυχάσας, ἐπὶ τὸν ἐκκλησιαστικὸν αὖθις πόλεμον τὴν οἰκείαν ἔτρεπε γνώμην, ut Socrates loco dicto loquitur. Sozomenus clare totam technam aperit. Verba ejus ſunt: ἅμα γοῦν ἀπολωλὼς Μαγνέντιος, καὶ μόνος Κωνστάντιος τῆς Ῥωμαίων οἰκουμένης ἦρχε, πᾶσαν ἐποιεῖτο σπουδὴν τοὺς ἀνὰ τὴν δύσιν ἐπισκόπους τοὺς

ſubſcriberent, in exilium pellerentur. Cæterum à noſtris tum apud Arelatum ac Buteras, oppida Galliarum, Epiſcoporum concilia fuere. Petebatur, ut priuſquam in Athanaſium ſubſcribere cogerentur, de fide potius deſceptarent: nec tum demum de re cognoſcendum, cum de perſona judicium conſtitiſſet. Sed Valens, ſociique ejus, prius Athanaſii damnationem extorquere cupiebant, de fide certare non auſi. Ab hoc partium conflictu agitur in exilium Paulinus. Interea Mediola-

τοὺς ὁμοούσιον πατρὶ τὸν υἱὸν δοξάζουσι, συνεῖναι. ἐποίει δὲ τοῦτο οὐ φανερῶς οὕτω τὰ πρῶτα βιαζόμενος, πείθων δὲ ἐπιψηφίσασθαι, τοῖς κατὰ Ἀθανασίου κεκριμένοις ὑπὸ τῶν ἀνὰ τὴν ἕω ἐπισκόπων. ἐλογίζετο γὰρ ὡς εἰ κοινῇ ψήφῳ ἐκ ποδῶν οὗτος γένοιτο, ῥᾳδίως ἂν καὶ τὰ περὶ τὴν θρησκείαν κατορθωθείη αὐτῷ. IV. *Hiſt.* 7. Summa eſt, Conſtantium aliud nil quæſiviſſe quam ut oppreſſo Athanaſio, Arianiſmum plene ſtabiliret, boni publici cauſa. Qui perſecutorum prætextus eſt. Vide Monaſterium, & agnoſces.

Apud Arelatum.] Edicto Conſtantii publicato epiſcopi Gallici, & maxime Catholici, Arelate, & Biterris cum Arianis convenerunt, quorum Arelate eſt in provincia Viennenſi, Biterræ in Narbonenſi. Horum conciliorum meminit S. Hilarius, & S. Hieronymus. Hæc acta ſunt anno CCCLIII. *Sigon.* Quod Arelate ſedes erat præfecti Prætorii Galliarum, & concilium in ea diœceſeos univerſæ haberi conſueverat, hinc etiam factum, ut in Eccleſiaſticis Viennenſi civitati præferretur. Nec tam recens eſt ac videri volunt Arelatenſis Archiepiſcopi prærogativa, nec à Conſtantini Tyranni temporibus, ac ſede imperii ejus in illa urbe, repetenda eſt. Nam & in primo concilio Arelatenſi, quod habitum eſt decem circiter annis prius Nicæno, Arelatenſis ante Viennenſem ſubſcripſit. *Salmaſius.* Quem de Arelatenſi Epiſcopatu fuſe differentem, vide in opere de Primatu Papæ.

Buteras.] Sic editio Giſelini & Druſii. Sigonius habet *Bitterras.* Sic enim nomina illa locorum variant in antiquis codicibus.

Sociique ejus.] Quorum principatum geſſit Saturninus Arelatenſis Epiſcopus, cujus poſtea meminit, inquiens; *reſiſtebat ſanis conſiliis Saturninus Arelatenſis Epiſcopus, vir ſane peſſimus, & ingenio malo pravoque.*

Agitur in exilium Paulinus.] Paulino addendus fuit etiam Hilarius Pictavorum epiſcopus à Saturnino damnatus. Siquidem Hilarius in libro contra Maxentium, & in libro de Synodis, ſe à Saturnino Arelatenſi epiſcopo concilio Biterrenſi damnatum ait. Quare S. Hieronymus in libro de ſcriptoribus eccleſiaſticis ſcripſit, Hilarium factione Saturnini epiſcopi Arelatenſis concilio Bitterrenſi eſſe damnatum. Quin etiam idem Hilarius in libro ad Conſtantinum inquit, Euſebium Vercellenſem epiſcopum, poſt Arelatenſem ſynodum, juſſum eſſe Mediolanum venire. *Sigon.* Diſſentire à Sulpicio noſtro videtur Sozomenus. Nam is tradit Paulinum Treverorum Epiſcopum, in concilio, quod ſequitur, Mediolanenſi, in exilium pulſum, una cum Euſebio Vercellorum, Rhodano, Lucifero, Hilario, & aliis

lanum convenitur, ubi tum aderat Imperator. Eadem illa contentio nihil invicem relaxabat. Tum Euſebius Ver-

aliis IV. Hiſt. 8. Eadem habet *Theodorit.* XI, 15. Solutio facilis, prædamnatos in Biterrenſi concilio provinciali, vel nationali; & confirmatam ipſorum damnationem, in quaſi œcumenico Mediolanenſi. Præterea notum eſt, Epiſcopos jam in exilium actos, ſæpe ab Arrianis ad alia concilia venire coactos, ut ibi metu miniſque ſubverterentur. Sic cum Hoſio, & Hilario, & aliis actum. *Horn.*

Interea Mediolanum convenitur.] Vbi res convenire non potuit, Conſtantius rogatu Arrianorum concilium Orientalibus, & Occidentalibus Epiſcopis Mediolanum indixit. Id vero anno CCCLV. habitum eſt, præſente Conſtantio. Quo concilio Arriani victores fuere, principibus Catholicorum in exilium pulſis, Euſebio Vercellenſi, Lucifero Caralitano, Dionyſio Mediolanenſi, Paulino Treverenſi, Hilario Pictavenſi, Liberio Romano, Oſio Cordubenſi, & Rhodanio Gallicano epiſcopis; quia damnationi Athanaſii ſubſcribere noluerunt. De quibus Athanaſius in epiſtola ad ſolitarios: *Conſtantius vocatis ad ſe Paulino epiſcopo Treverorum, quæ Galliarum metropolis eſt, Lucifero metropolitano Sardiniæ, Euſebio Vercellis civitate Italiæ, Dionyſio, Mediolani, quod & ipſum metropolis eſt Italiæ, mandavit ut contra Athanaſium ſubſcriberent, & cum hæreticis communionem inirent. Atque iis dicentibus id non eſſe eccleſiaſtici canonis; ſubjecit, at quod ego volo, pro canone ſit. Ita enim me loquentem Syriæ Epiſcopi ſuſtinent. Aut igitur obtemperate, aut vos quoque exules eſtote. Ita ſancti viri excuſſo pulvere, & oculis in Deum converſis, nec Cæſaris minas timuerunt, neque ob ſtrictos enſes veritatem prodiderunt, & exilium veluti miniſteris ſui officium acceperunt.* Item in Apologia ad Conſtantium: *Vbique jactabatur, Liberium Romæ epiſcopum, & Hiſpaniarum Oſium, Paulinum Galliarum, Dionyſium, & Euſebium Italiæ, Luciferum Sardiniæ Epiſcopos, alioſque complures exterminatos eſſe, quod contra vos ſubſcribere recuſaſſent.* Idem de fuga ſua: *Liberius Rom. Pontifex, Paulinus Galliarum Metropolitanus, Dionyſius Italiæ, Lucifer Sardiniæ, Euſebius item Italiæ, omnes boni, & præclari epiſcopi in exilium aguntur, nulla alia de cauſſa, niſi quod aſtipulati non ſunt Arrianorum hæreſi, & illorum calumniis adverſum nos ſubſcribere noluerunt. Nam de magno, & graviſſimæ ætatis viro eodemque confeſſore Oſio, ſuperfluum arbitror meminiſſe: cum nemo ignoret, eum ab iſtis quoque in exilium miſſum.* Quinetiam Hilarius contra Conſtantium ſcriptum reliquit: *Tu Paulinum beatæ memoriæ virum blandimento ſolicitatum relegaſti, & eccleſiam ſanctam Treverorum tali ſacerdote ſpoliaſti.* Hilarium affuiſſe Mediolanenſi concilio, ipſe indicat, cum contra Auxentium inquit, ipſum Auxentium Mediolani ſibi probri loco objeciſſe, quod damnatus à Saturnino fuiſſet, negans ipſum propterea, ut epiſcopum, audiri debere. Excepere inde hæc dicta, & in hiſtorias rettulere Socrates, Sozomenus, & Rufinus, qui ita ſcribit: *Ob hoc apud Mediolanum epiſcoporum concilium convocatur. Plures decepti: Dionyſius vero, Euſebius, Paulinus, Rhodanius, & Lucifer dolum in negotio eſſe proclamantes, aſſerenteſque quod ſubſcriptionem in Athanaſium non ob aliam cauſſam, quam deſtruendæ fidei, molirentur, in exilium truſi ſunt. His & Hilarius jungitur, cæteris vel ignorantibus, vel non credentibus fraudem.* Sigonius. De hoc Concilio lege Socratem II, 29. Theodorit. II, 15, 16. Sozom. IV, 8, 9. 10.

Euſebius Vercellenſium.] Sic mox ait, *Hilarius Pictavorum Epiſcopus.* Hic ab Hieronymo & aliis dicitur, *Vercellenſis Epiſcopus.* Meminit Hier. epiſt. LXX. quæ adverſus Vigilantium, *Vercellenſis Euſebius*

Vercellenſium, & Lucifer, à Caranalis Sardiniæ, Epiſcopi, relegati. Cæterum Dionyſius Mediolanenſium ſacerdos, in Athanaſii damnationem ſe conſentire ſubſcripſit, dummodo de fide inter Epiſcopos quæreretur. Sed Valens & Vrſatius, cæterique, metu plebis, quæ Catholicam fidem egregio ſtudio conſervabat, non auſi piacula profiteri, intra Palatium congregantur. Illinc epi-

ſebius omnium Pſalmorum commentarios hæretici hominis (Origenem intelligit) *vertit in noſtrum eloquium: licet hæretica prætermittens, optima quæque tranſtulerit.* Druſ. *Socrates:* Εὐσέβιος δὲ Βερκέλλων. πόλις δὲ αὕτη τῆς ἐν Ἰταλίᾳ λιγύων. XI, 29. *Theodorit.* Εὐσέβιος ἀπὸ τῆς Ἰταλίας. 11, 15. *Sozomenus:* ὁ Βαρκέλλων τῆς λιγυρίας. IV. 8.

Lucifer à Caranalis.] Forte à Caralis, ut ſupra dixit, à Murſia, à Cæſarea, &c. vulgo Caralitanus dicitur. Galeſin. legit Caralenſis: unica ea dictio totum locum fœdarat, qui ita legebatur: & Lucifer à Caranalis Sard. epiſcopus. *Giſelin.* In Pauſania καρνάλις, unde forte Caranalis. Aut legendum καρύκλις. Sane alibi eſt, *de Sardinia Caraval epiſcopus.* Reperio & *Caralitanus epiſcopus.* Ab hoc Luciferiani nuncupati. *Druſ.* Theodoritus: λουκίφερος τῆς μητροπόλεως τῆς κατὰ σαρδωνίαν νήσου.

Mediolanenſium Sacerdos.] Imo epiſcopus. Ita vocatur Athanaſio & Hieronymo. Verba Hieronymi, *Lucifer ac Dionyſius Caralitanæ & Mediolanenſis eccleſiæ epiſcopi.* Druſ. Nimirum non ſuccurrebat docto, ſed plerumque nimis feſtinanti Druſio, ſacerdotes antiquis Epiſcopos dictos, illudque nomen tam magnum fuiſſe, ut etiam Romanus Epiſcopus, cujus nota fuit præ aliis authoritas, ſacerdos dicatur, in ipſis conciliorum antiquorum actis. De quo infra ad Martini Vitam, & reliqua Sulpicii opuſcula. Cæterum Socrates hunc Dionyſium Albæ Epiſcopum facit. Verba ejus ſunt: Διονύσιος Ἄλβας τῆς Ἰταλίας μητροπόλεως ἐπίσκοπος. XI, 29. Inauditum hoc, Albam Italiæ metropolin, quæ in agro Mediolanenſi. Theodoritus, haud parum prudentior, omittit nomen urbis, contentus dicere: Διονύσιος ὁ τῆς μητροπόλεως τῆς Ἰταλίας. Sozomenus verba Socratis repetit. Quod nemo mirari debet. Quia illis Græculis occidens, ut Latinis oriens, ignotior. Quanquam plerumque Latini Græce doctiores, quam Græci Latine. *Horn.*

In Athanaſii damnationem ſe conſentire ſubſcripſit.] Socrates ſcribit, Dionyſium tabulis arreptis ſcribere fidem ſuam inſtituiſſe, verum Valentem, & ſocios impedimentum attuliſſe, ac mox ſe è Dominico in Palatium contuliſſe, quod ab Hilario ſumpſit è libro ad Conſtantium. *Sigon.* Nihil hujus nec Socrates, nec Theodoritus, nec Sozomenus habent. Hilarius libro I. ad Conſtantium, hoc velut grave crimen Valenti & Vrſacio objicit, quod Dionyſio Mediolanenſi Epiſcopo, Synodo Nicænæ volenti ſubſcribere, calamum & chartam è manibus violenter extorſerint, clamantes, non poſſe fieri, ut aliquid inde gereretur.

Catholicam fidem.] Omnes eccleſiæ dicuntur Catholicæ, quæ Catholicam probant doctrinam. In Epiſtola Ariminenſis concilii, ad Conſtantium Imperatorem, quæ habetur inter fragmenta Hilarii, omnes Catholicæ Eccleſiæ vocan-

epiſtolam ſub Imperatoris nomine emittunt, omni pravitate refertam: eo nimirum conſilio, ut ſi ea æquis auribus populus recepiſſet, publica authoritate cupita proferrent. Sin aliter fuiſſet excepta, omnis invidia eſſet in rege, & ipſa venialis: quia etiam tum catechumenus, ſacramentum fidei merito videretur potuiſſe neſcire. Igitur lectam in Eccleſia epiſtolam, populus averſatur. Dionyſius, quia non eſſet aſſenſus, urbe pellitur, ſtatimque ejus in locum Epiſcopus ſubrogatur.

Li-

vocantur, quæ concordes ſunt in cuſtodienda fide Catholica. Verba ſunt: *Vt fides clareſceret omnibus Eccleſiis Catholicis, & hæreticæ noſcerentur.* Et in Epiſtola Liberii ad eundem Conſtantinum, *Eccleſia Catholica* dicitur de Alexandrina. *Salmaſius.*

Epiſtolam ſub Imperatoris nomine emittunt.] Hæc epiſtola formulam fidei Arianæ complexa eſt, de qua nemo meminit, niſi illa ſit, quæ Ariminenſi concilio quoq; prolata eſt, in qua filius patri ſimilis affirmabatur. de qua poſt. *Sigon.* Huc reſpiciunt illa Hilarii II. ad Conſtantium: *Annuas atque menſtruas de Deo fides decernimus, decretis pœnitemus, pœnitentes defendimus, defenſos anathematizamus.*

Etiam tum catechumenus.] Chriſtianus quidem profeſſione, ſed nondum baptizatus. Eos Catechumenos vocabant, de quibus ad vitam Martini pluribus. Conſtantinus Imp. quoniam in Iordane baptizari volebat, baptiſmum uſque in ſenectam diſtulit, & eum demum, prope moriturus, Nicomediæ accepit. *Euſeb.* IV. Vitæ Conſt. LXII. Eundem morem filii ejus retinuerunt. Sic Valentinianus Iunior ſine baptiſmo obiit. *Ambroſ.* Orat. in obitum ejus. Sed Sulpicio noſtro haud bene convenit cum Theodorito. Nam is tradit, in bello contra Magnentium, adactos omnes qui militare vellent μεταλαχεῖν τῶν θείων μυστηρίων. Sub quibus verbis baptiſmum intelligi, certius eſt quam ut probari debeat. Vnde & ἀξιόκτητον στολὴν vocat, & ἀμυήτους qui ea careant. III. Hiſt. 3. Nam in baptiſmo *candida* induebantur. Sic Conſtantinus baptizatus, λαμπροῖς καὶ βασιλικοῖς ἀμφιάσμασι φωτὸς ἐκλάμπουσι τρόπον περιεβάλλετο, ἐπὶ λευκοτάτῃ τε στρωμνῇ διανεπαύετο. Vnde & infra, in vita Martini, Catechumenū *baptiſmatis candidatum* vocat. *Horn.*

Sacramentum fidei.] Μυστήριον. Sic Vetus interpres vocem hanc reddit. Et hoc ambitu omnia religionis capita, maxime graviora comprehendit. Strictius ea voce Auguſtinus utitur Epiſt. V. cum dicit: *Omne ſacrum ſignum eſt ſacramentum.* Sulpicius autem morem antiquum reſpicit. Nam baptiſmum ſuſcepturus, juramento ſe Chriſto obligabat. Hieronymus ad Heliodorum: *Recordare tirocinii tui diem, quo Chriſto in baptiſmate conſepultus, in ſacramenti verba juraſti.* Tertull. I. ad martyr. *Vocati ſumus ad militiam Dei vivi, jam tunc, cum in Sacramenti verba reſpondimus.*

Igitur lectam in Eccleſia epiſtolam, populus averſatur.] Et hoc apud ſolum Sulpicium ſcriptum reperitur. *Sigon.*

Dionyſius, quia non eſſet aſſenſus, urbe pellitur, ſtatimque ejus in locum Epiſcopus ſubrogatur.] Athanaſius in epiſtola ad

ſoli-

Liberius quoque urbis Romæ, & Hilarius Pictavorum Epiſcopus, dantur exilio. Rhodanium quoque, & Doſa-

ſolitariam vitam agentes: *Auxentium delatorem potius, quam Chriſtianum Conſtantius è Cappadocia Mediolanum miſit, & expulſo inde ob ſuam in Chriſtum pietatem Dionyſio, eum ibi epiſcopum conſtituit, hominem ne Romanæ quidem linguæ, ſed tantummodo hæreſeos peritum.* Hujus meminit ſæpe S. Ambroſius in orationibus ad Valentinianum. Idem traditur à Socrate, Sozomeno, Theodorito, Hieronymo in Chronicis. Apud Sulpicium ſuſpicor deeſſe nomen *Auxentii*, ut ſit, *ſtatimque in ejus locum Auxentius epiſcopus ſubrogatur.* Ab hoc inde Arriana labe infecta Liguria eſt. *Sigon.*

Liberius quoque urbis Romæ.] Liberius aberat à concilio Mediolanenſi. Quare cæteris in exilium pulſis, Conſtantius Liberium quoque evocavit, & venire recuſantem vi adduci præcepit. Quo nihil fieri potuit indignius. Denique conſtanter renitentem, & ſubſcribere recuſantem in exilium egit. *Socrates, Sozomenus, Theodoritus* II. Hiſt. 15, 16. Qui etiam longum dialogum ejus cum Imp. Conſtantio refert, in quo ea verba Conſtantii ad Liberium memorabilia ſunt: πόσον εἶ μέρος τῆς οἰκουμένης, ὅτι σὺ μόνος συναίρῃ ἀνθρώπῳ ἀνοσίῳ καὶ τῆς οἰκουμένης τὴν εἰρήνην καὶ ὅλου τοῦ κόσμου λύεις. Vbi illa univerſalis Romani papæ poteſtas? Aut eam non credidit Conſtantius, aut coram Conſtantio non auſus eſt aſſerere Liberius. Sed cur non auſus eſſet? Propoſito exilii metu non deterretur quin reſiſtat Imperatori in protegendo Athanaſio. An putamus minus illi fuiſſe animi ad ſuum in Eccleſiam univerſam principatum tuendum? Marcellin. XV. *Hunc per ſubſcriptionem* (de Athanaſio loquitur) *abjicere ſede ſacerdotali, paria ſentiens cæteris, jubente Principe, Liberius monitus perſeveranter renitebatur, nec viſum hominem, nec auditum damnare, nefas ultimum ſæpe exclamans, aperte ſcilicet recalcitrans imperatoris arbitrio. Id enim ille Athanaſio ſemper infeſtus, licet ſciret impletum, tamen auctoritate quoque, qua potiores æternæ urbis Epiſcopi, firmari, deſiderio nitebatur ardenti.* Athanaſius duplici nomine commendat Epiſcopi Romani auctoritatem potiorem in perſona Liberii, ὅτι ἀποστολικός ἐστι θρόνος, καὶ ὅτι μητρόπολις ἡ Ῥώμη τῆς Ῥωμανίας ἐστίν. *Epiſtola* ad Solitarios. Quod Apoſtolica ſedes eſt, hoc commune habuit cum multis. Quod caput orbis Romani Roma, tantiſper hoc velut proprium ſola poſſedit, quamdiu non altera fuit quæ in conſortium veniret hujus poſſeſſionis. Hæc Conſtantinopolis, quam Chryſoſtomus vocat ὅλου τοῦ κόσμου μητρόπολιν, *Homilia* de verbis Eſaiæ. *Salmaſius.*

Hilarius Pictavorum Epiſcopus.] Hilarius qui ante Biterrenſi concilio factione Saturnini damnatus fuerat, inde hoc concilio in Phrygiam relegatus eſt; ſic enim ipſe Apologia contra Auxentium. Eundem in Phrygiam relegatum ſcribit una cum Sulpicio Hieronymus. *Sigon.* Sic infra in vita Martini: *Cum intra Gallias quoque diſceſſu ſancti Hilarii, quem ad exilium hæreticorum vis cœperat, turbatam Eccleſiam reperiſſet.*

Rhodanium quoque.] Sic ſcripſi ex Rufino hiſt. eccl. lib. 10. cap. 20. neque aliter infra. Quo loco demiror eundem Rhodianium à Galeſinio nominatum, adjectis duabus ſyllabis, cujus nomen in vulg. libris eo loco tantum eſt triſyllabum, Rhodanius. *Giſelin.* Hujus cum cæteris pulſi meminit *Rufinus* I. Hiſt. & *Hieronymus* in Chronico. Sozomenus IV, 8. Ῥοδανὸν vocat.

Doſanum.] *Doſanum*, quod legerim, nemo prodidit. Quare ſuſpicor legendum eſſe *Hoſium*, hunc unum Athanaſius

ſanum antiſtitem (qui natura lenior, non tam ſuis viribus, quam Hilarii ſocietate, non ceſſerat) Arrianis eadem conditio implicuit: cum tamen homines parati eſſent, Athanaſium à communione ſuſpendere, modo ut de fide inter Epiſcopos quæreretur. Sed Arrianis optimum viſum, præſtantiſſimos viros à certaminibus ſubmovere. Ita pulſi in exilium, quos ſupra memoravimus, abhinc annos quinque & quadraginta, Arbitione & Lolliano conſulibus. Sed Liberius paulo poſt ur-

ſius inter cæteros pulſus nominavit. qui falli non potuit, ut ſupra diximus. Adde, quod ei conveniunt illa verba: *Qui natura lenior, non tam viribus ſuis, quam Hilaris ſocietate, non ceſſit.* Nam qui concilio Mediolanenſi propter lenitatem naturæ labavit, is paulo poſt Ariminenſi corruit. Cordubenſis hic epiſcopus fuit, qui præclare ſe concilio Nicæno, & Sardicenſi pro Catholicis geſſit. *Sigon.* Cl. V. Theodorus Canterus in litteris ad me datis ſuſpicatur legendum, *Rhodanium quoque Tholoſanum antiſtitem.* De quo non dubitarem, ſi ſcirem Rhodanium ejus urbis epiſcopum fuiſſe. Idem ſubmonuit me paullo poſt legendum videri, *non ceſſerant Arrianis,* in eoque parenthesin claudendam. Valde placet hæc doctiſſimi viri conjectura. *Druſ.* Quod de parentheſi dicit, ea plane tollenda eſt, cum uſum hoc loco nullum habeat. Fruſtra dubitatur quin legendum ſit *Hoſium.* Nam ejus in hac cauſa expreſſam mentionem facit Theodoritus 11, 15. περὶ γὰρ τοῦ μεγάλου καὶ ἀγηροτάτου καὶ ὁμολογητοῦ ἀληθῶς Ὁσίου περιττὸν ἐστὶν ἐμὲ λέγειν. ἴσως γὰρ ἐγνώσθη πᾶσιν ὅτι τοῦτον ἐξορισθῆναι πεποιήκασιν. Cur virum toto notiſſimum occidente præteriiſſet Severus noſter, cum alios obſcuriores enumeret? *Horn.*

A communione ſuſpendere.] Phraſis Eccleſiaſtic. Talis dicebatur τῆς κοινωνίας ἐκκλησιαστικῆς ἀλλότριος. Sic de Athanaſio loquitur Conſtantius apud Theodoritum 11, 16.

Pulſi in exilium.] Τῶν ἐκκλησιῶν ἐξηλάθησαν, καὶ εἰς τὰς οἰκουμένης ἐσχατιὰς οἰκεῖν κατεκρίθησαν. *Theodoritus* 11, 15. Euſebius Vercellenſis cavea concluſus Scythopolin miſſus dicitur in vita cjus, atque ibi ab Ariomanitis crudeliſſime cruciatus. Vnde ſcripſit Epiſtolam ad Patrophilum, quæ extat, miſerias ſuas narrans. De immani Arianorum crudelitate horrenda ſunt exempla apud ſcriptores Eccleſiaſticos.

Ab hinc annos quinque & quadraginta, Arbitione & Lolliano conſulibus.] His coſſ. conventus Mediolanenſis eſt actus, teſte Socrate, anno CCCLV. à quo uſque ad Stiliconem conſulem anni ſunt XLV. is enim anno CD. conſul fuit. *Sigon.* Vide Socratem 11, 27, 29. Sic ſupra. *Omne enim tempus in Stiliconem conſulem direxi.* Incidit hic conſulatus in annum urbis 1152. Chriſti 400. qui annus ab Arbitionis conſulatu diſtat annis 45. incidit vero ille in annum urbis 1107. Chriſti 355. Onuphrio & Contio ſupputantibus. Eandem ſupputationem confirmat Greg. Turonenſis, qui anno 19. Conſtantii junioris (ſic enim legendum eſt, non Conſtantini) Hilarium ſuaſu hæreticorum exſilio deputatum ſcribit. Quo enim tempore apud Seleuciam Iſauriæ Orientalium epiſcoporum

cœtus

urbi redditur, ob ſeditiones Romanas. Cæterum exules

ſa-

cœtus celebrabatur, id erat Euſebio & Hypatio coss. quartum tum exſilii annum agebat Hilarius. quod omnino eſſe non poſſet, ſi aut Conſtantio Gallo III. cum aliis epiſcopis ab Athanaſio nominatis, aut Arbitione conſule, una cum Liberio, in exſilium eſſet profectus. Sed præſtat ipſummet Hilarium de ſe loquentem audire. Ille in fragmento Apologiæ, quam, vix jam mortuo Conſtantio, anno Chriſti 362. ſic exorditur: Tempus eſt loquendi, quia jam præteriit tempus tacendi, &c. Hæc ſcribit: Ego fratres, ut mihi omnes qui me vel audiunt, vel familiaritate cognitum habent, teſtes ſunt, graviſſimum fidei periculum longe antea providens, poſt ſanctorum virorum exſilia, Paullini, Euſebii, Luciferi, Dionyſii, quinto abhinc anno, à Saturnini & Vrſatii & Valentis communione me cum Gallicanis epiſcopis ſeparavi, &c. Si igitur ſextus tum annus agebatur, neceſſum eſt ſegregaſſe ſeſe illum ſub finẽ tantum anni 356. aut certe ſub initium anni 357. Hoc velut in tranſcurſu notandum, loqui illum de ſeceſſione ſua (ſic enim in eadem Apologia eam appellat) non tamquam extruſus ſit in exſilium, ſed ſe ipſe, cum nollet ſubſcribere, damnarit. Certe in Apologia contra Auxentium, Cum, *inquit*, hoc myſterium iniquitatis diu occultatum jam non tacerem; diceremque fingi omnia, fidem negari, Deumque atque homines illudi: jubeor de Mediolano proficiſci, cum conſiſtendi mihi in ea invito Rege nulla eſſet libertas: quia damnatum quondam me (Buteris) à Saturnino, audiri ut epiſcopum non oporteret, &c. è Mediolano igitur abire tum juſſus eſt, non è Galliis. *Giſelinus.*

Liberius paulo poſt urbi redditur ob ſeditiones Romanas.] Sequenti anno Conſtantium, cum Mediolano Romam veniſſet, matronæ Romanæ à viris ſuis impulſæ rogarunt, ut ſibi Liberium Pontificem redderet, quod Felix, qui ſuffectus ei fuerat, non placeret. Itaque biennio poſt Liberius rediit, Felice ſede à populo deturbato. *Sigon. Theodorit.* II, 17. *Sozomen.* IV, 14. *Nicephor.* IX. 37. Socrates dicit τοῦ ἐν ῥώμῃ λαοῦ στασιάσαντος, καὶ τῆς ἐκκλησίας ἐκβάλλοντος τὸν Φίληκα, Liberium invito admodum Imperatore, Romanis reſtitutum. II. *Hiſt.* 29. Conſentit de ſeditione Sozomenus & ad cædem uſque Liberii cauſa devenium dicit. Itaque cum Conſtantius Romam ingrederetur πολὺς ἦν ἐνθάδε δῆμος περὶ Λιβερίου ἐκβοῶν καὶ δεόμενος αὐτὸν ἀπολαβεῖν. Sic reſtitutus fuit, ſed non ſine gravi lapſu. Nam & adverſus ὁμοούσιον & adverſus Athanaſium ſubſcripſit, ſi Philoſtorgio credimus. Idem teſtantur *Hilarius* ad Conſtantium, *Hieron.* de ſcript. Eccleſ. cap. XCVII. & in Chronico. *Athanaſ.* Apolog. II. & Epiſtola ad Solitarios. *Sozomen.* IV, 11, & 14. cujus verba ſunt: ἐβιάζετο αὐτοὺς ὁμολογεῖν μὴ εἶναι τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν ὁμοούσιον, eumque ὁμοιούσιον ſeu κατ' οὐσίαν ὅμοιον profeſſum, etſi non ἀνόμοιον profiteretur. Fruſtra igitur lapſum ejus negare & tegere conantur, Baronius ad A.CCCLVII. Perronius ad Regem Angl. Petavius ad Epiphanium. Nam clariſſima veterum teſtimonia repugnant; & non tantum ὁμοουσίου nomen ſuppreſſiſſe, ſed & adverſus ὁμοούσιον ſubſcripſiſſe dicitur. Et quamquam Phœbadius contra Arianos, Sulpicius noſter, Socrates ac Theodoritus, lapſum ejus prætereant; tamen ſuperiora teſtimonia prævalent. *Iac. Gothofr.* ad Philoſtorgium IV, 3. Et de hoc Liberio mihi loqui Nilus videtur: πάπας ἕτερος ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις * ἐκεῖνον καλοῦσι, τῆς Ἀρειανικῆς μανίας ἐμφορηθείς, οὕτω τὸν βίον κατέλυσεν. Vbi nomen ejus eraſum

ſatis conſtat totius orbis ſtudiis celebratos, pecuniaſque eis, in ſumptum, affatim congeſtas, legationibus quoque eos plebis catholicæ, ex omnibus fere provinciis, frequentatos. Interea Arriani non occulte, ut antea, ſed palam ac publice hæreſis piacula prædicabant: quinetiam Synodum Nicænam pro ſe interpretantes, quam unius literæ adjectione corruperant, caliginem quandam injecerant veritati. Nam ubi ὁμοούσιον *erat ſcriptum, quod unius eſt ſubſtantiæ, illi* ὁμοιούσιον, *quod eſt ſimilis*

ſum eſt, cujuſcunque tandem manu vel fraude, ac ſupplendum eſt, λιβέριον ἐκεῖνον καλοῦσι. Sic enim Hieronymus in Chronico: *Liberius tædio victus exilii, & in hæretica pravitate ſubſcribens, Romam quaſi victor ingreſſus eſt.* Horn.

Exules ſatis conſtat totius orbis ſtudiis celebratos.] Athanaſius ad ſolitarios: *Epiſcopi pulſi pergentes ex urbe in urbem, licet in vinculis eſſent, evangelizabant: piam quidem fidem prædicantes, Arrianam vero hæreſim anathemate damnantes, & perfidiam Vrſatii, ac Valentis infamia notantes, reſque illa inſidiatoribus plane in contrarium abiit. Quanto enim longius in exilium ibant, tanto majus odium adverſus inſidiatores concitabant, iterque ſanctorum non niſi prædicatio erat contra Arrianam hæreſin. Quis enim eos in itinere conſpectos non ut confeſſores admiratus eſt, & iſtos non ut impios cum abominatione, vel potius, ut carnifices, & homicidas, averſatus eſt?*

Synodum Nicænam pro ſe interpretantes.] Obſcurius hæc à Sulpicio traduntur. Neque enim Scriptores Eccleſiaſtici dicunt, Arianos ſynodum Nicænam pro ſe interpretatos, quod fieri nullo modo potuit, cum plane iis repugnaret, & patres ubique ad eam provocarent. Vnde Ariani novas formulas multoties procuderunt, eaſque Eccleſiis, ut Nicæna Synodus aboleretur, obtruſerunt. Niſi tamen reſpiciat id quod Sozomenus IV, 18. tradit, Arianos formulam Sirmienſem Nicææ in Thracia confirmaſſe, ſparſo rumore ὡς ὑπὸ τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου, ἡ ἐν Νίκῃ πίστις ὑπηγορεύθη καὶ ἐδοξάσθη. Iſtas vero res dedita opera Nicææ Thraciæ peregiſſe, quo ſimpliciores homines nominis ſimilitudine deceptos, & hanc formulam eſſe quæ olim Nicææ urbe Bithyniæ confirmata fuiſſet, arbitrantes, facilius ad eidem aſſentiendum inducerent. Vnde & Theodoritus annotat II, 26. mira Dei providentia, illo ipſo tempore Nicæam Bithyniæ terræmotu collapſam, ubi Ariani concilium habere conſtituerant, ne ἡ τῆς ἐπωνυμίας ταυτότης, ſimpliciorum animos circumveniret, quaſi hoc verum illud Nicænum concilium eſſet. *Horn.*

Vbi ὁμοούσιον *erat ſcriptum, quod unius eſt ſubſtantiæ, illi* ὁμοιούσιον, *quod eſt ſimilis ſubſtantiæ, ſcriptum dicebant.*] Hoc non aliter verum eſſe poteſt, quam ſi de formula Nicænſi Thracum intelligas. Vbi tamen expreſſe vox ὁμοούσιος patrum Nicænorum rejicitur. Vt Sulpicius aberraſſe videatur. Nam id verum eſt, Arianos rejecta ὁμοουσίου voce, ὁμοιούσιον ubiq; propugnaſſe. Sed quod Acta Concilii Nicæni, inſerta litera ι, corruperint, nemo præter Sulpicium noſtrum tradit. Fieri tamen poteſt ut hoc ex Hilario, vel aliis Occidentalium

lis ſubſtantiæ, ſcriptum eſſe dicebant: concedentes ſimilitudinem, dum adimerent unitatem: quia multum ab unitate ſimilitudo diſtaret. Vt, verbi gratia, pictura humani corporis eſſet homini ſimilis, nec tamen haberet hominis veritatem. Sed quidam ex his ultra proceſſerant, Anomœouſiam, id eſt, diſſimilem ſubſtantiam

lium Epiſcopis, qui illis certaminibus interfuerunt, habuerint. Sicut & alia quædam peculiaria paſſim inſerit. *Horn.*

Concedentes ſimilitudinem, dum adimerent unitatem.] Conſtantius tamen Imperator, quanquam verbum ὁμοούσιος non approbaret, tamen ipſam rem quæ verbo ſignificabatur, ſincere ex animo confeſſus eſt. Γνήσιον γὰρ υἱὸν πρὸ τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς γεγεννημένον τὸν θεὸν λόγον ὠνόμαζε, καὶ τοὺς κτίσμα λέγειν τολμῶντας ἄντικρυς ἀπεκήρυττε. *Theodoret.* III, 3. Sed ille quovis vento inconſtantior Conſtantius pro lubitu partium circumactus fuit; quanquam Ariani eum plerumque ex aſſe poſſiderent. Vnde & εὔριπος, ob inſtabilem naturam, à Theodorito appellatur II, 31. *Horn.* Vox *veritatem* ferri poteſt, ſed mihi loco apta non videtur, ac pro ea *unitatem* rectius poni poſſe cenſerem. Similitudo, inquit, diſtat ab unitate, quia ſimilitudo duo corpora ponit, unitas unum. Veluti pictura hominis habet ſimilitudinem, quia duo corpora ſunt, quorum unum, id eſt, pictum, eſt ſimile alteri, id eſt, naturali. Quanquam autem pictura hominis, & homo, habent inter ſe ſimilitudinem, non tamen habent ſubſtantiæ unitatem, ut ſint unus homo. Hac de re cum loqueretur Epiphanius libro tertio, ſic dixit: *Exprimunt & plaſtæ ſtatuas, & aſſimilant imagines ex aliqua materia. at per colores & ſimilitudinem habent, nihil autem juxta æqualitatem expreſſorum.* æqualitatem dixit, non *veritatem.* Sigon.

Pictura humani corporis eſſet homini ſimilis, nec tamen haberet hominis veritatem.] Hoc argumento miſerum & anguſti ingenii Conſtantium Ariani ſubverterunt. Nam initio τὸ ὁμοούσιον, ſecutus Nicæna decreta, confitebatur. Poſt miſerrime circumventus eſt. Verba Sozomeni ſunt: Τὸν μὲν γὰρ ὁμοούσιον ἐπὶ σωμάτων κυρίως νοεῖσθαι, οἷον ἀνθρώπων καὶ τῶν ἄλλων ζώων, καὶ δένδρων καὶ φυτῶν οἷς ἐξ ὁμοίου ἡ μετουσία, καὶ ἡ γένεσίς ἐστι· τὸ δὲ ὁμοιούσιον, ἐπὶ ἀσωμάτων, οἷον ἐπὶ θεοῦ καὶ ἀγγέλων, ἑκατέρου περὶ ἑαυτοῦ νοουμένου κατ' ἰδίαν οὐσίαν. Miſerrimum Sophiſma! Et tamen Conſtantius hoc elumbi & ridiculo, quod dolendum, Sophiſmate, Arianus factus eſt, & infinita Eccleſiis mala intulit. *Horn.*

Anomœouſiam, id eſt, diſſimilem ſubſtantiam.] Ἀνομοιουσίαν; unde ἀνομοιούσιος, diſſimilis ſubſtantiæ. Quod fortaſſe reponendum in Chronico Hieron. ad annum Chriſti CCCLXVII. ubi vulgo, *in qua omouſion in omuſion, eoque rejecto medio, inter hæc omeouſion Macedonianum dogma vindicaverunt.* Editio nupera Scaligeri, *in qua homoouſio anomouſeoque rejecto, medium inter hæc Homœouſion, &c.* Quod ut non improbo, ita ſuſpicor Hieron. potius ſcripſiſſe, *in qua homouſio anomœouſioque rejecto.* Nam primum hoc propius accedit ad ſcripturam vulgatam: deinde anomoeon non ita exprimit diſſimilitudinem ſubſtantiæ. *Druſ.* Vide & Baronium Appendice

tiam confirmantes. Eoque his certaminibus proceſſum, ut iſtiuſmodi piaculis, orbis terrarum implicaretur. Nam Italiam, Illyricum atque Orientem, Valens & Vrſatius, cæterique quorum nomina edidimus, infecerant. Gallias noſtras Saturninus Arelatenſium Epiſcopus, homo impotens & factioſus, premebat. Oſium quoque ab Hiſpania, in eandem perfidiam conceſſiſſe, opinio fuit. Quod eo mirum atque incredibile videtur, quia

dice ad Tomum IV. Annal. de eodem Hieronymi loco, contra Frontonem Ducæum differentem. Hujus blaſphemiæ author fuit Aëtius, qui Patrem & Filium ἀνομοίους dicebat. Ejus diſcipulus Eunomius fuit. Vide Socratem II, 28. Theodoret. II, 27, 28, 29. Sozom. IV, II. Epiphanium in Ἀνομοίοις. Ita hæreſis ex hæreſi nata; & Ariani, qui filium Dei creaturam dicebant, Semiariani, qui ὁμοιούσιον, Aëtiani, qui non modo ἑτεροούσιον, ſed & ἀνόμοιον dicebant, orbem Chriſtianum infeſtabant. De hac hæreſi fuſe ſcripſit Philoſtorgius, & ipſe Eunomianus, Aëtii & Eunomii perpetuus admirator, qui fallere & mentiri ſuſque deque habet, dummodo cauſæ ſuæ inſerviat. Acceſſit & quarta Acacii Cæſarienſis hæreſis, qui ὁμοουσίῳ, ὁμοιουσίῳ, ἑτερουσίῳ ac ἀνομοίῳ juxta damnatis, ὅμοιον aſſeruit. De quo ſcriptores Seleucienſis concilii.

Iſtiuſmodi piaculis, orbis terrarum implicaretur.] Orbis terrarum ſe Arianum vidit & obſtupuit, ut alibi Hieronymus loquitur. Memorabilis eſt Hilarii magnanimitas, qui omnium horum malorum authorem Conſtantium facit. Verba ejus quædam ſunt: *Chriſtianum te mentiris, Chriſti novus hoſtis es, Antichriſtum prævenis. Epiſcopatus tuis donas, bonos malis demutas, ſacerdotes cuſtodiæ mandas, exercitus tuos ad terrorem Eccleſiæ diſponis. Synodos contrahis & occidentalium fidem ad impietatem compellis; Orientales diſſenſiones artifex nutris, & ſine martyrio perſequeris. Plus crudelitati veſtræ, Nero, Deci, Maximiane, debemus. At tu omnium crudelium crudeliſſime, damno majore in nos & venia minore deſævis. Sceleſtiſſime mortalium, omnia perſecutionis mala ita temperas, ut excludas & in peccato veniam, & in confeſſione martyrium.* III. ad Conſtantinum. Sic infra in vita Martini IV. *Cum hæreſis Arriana per totum orbem, & maxime intra Illyricum, pullulaſſet.* Horn.

Saturninus Arelatenſium Epiſcopus, homo impotens & factioſus.] Paulo poſt: *Vir ſane peſſimus, & ingenio malo pravoque.* Quod ex Saluſtio expreſſum. Qui de Catilina dicit: *Ingenio malo pravoque.*

Oſium quoque ab Hiſpania, in eandem perfidiam conceſſiſſe, opinio fuit.] Sic tradunt *Phœbadius* contra Arianos, circa finem. *Socrates* II, 26. *Theodorit.* II, 17. *Athanaſ.* Epiſt. ad Solitarios & Apolog. II. *Philoſtorgius* IV. 3. Qui dicit λιβελλον καὶ ὅσιον κατὰ τοῦ ὁμοουσίου καὶ τό γε τοῦ Ἀθανασίου ὑπογράψαι. Sed Athanaſius negat Hoſium contra ſe ſubſcripſiſſe: ſed tantum cum Valente, & Vrſacio communicaſſe. συνόδου εἰς συμφωνίαν αὐτοὺς ὑποστασαμένης. Communicare autem erat εὐχαριστίαν una accipere, quæ arctiſſima fidei conteſſeratio ſemper viſa fuit, cui nemo cum alio, niſi ὁμόδοξος participabat. *Gothofr.*

Quod eo mirum atque incredibile videtur.

quia omni fere ætatis ſuæ tempore conſtantiſſimus noſtrarum partium, & Nicæna Synodus auctore illo confecta habebatur. Niſi fatiſcente ævo (etenim major centenario fuit, ut Sanctus Hilarius in epiſtolis refert) deliraverit. Quibus rebus perturbato orbe terrarum, & mor-

tur.] Non tantum Severus noſter, ſed eriam Phœbadius arque Photius de hoc Magni Hoſii lapſu & ſubſcriprione dubirarunt.

Omni fere ætatis ſuæ tempore conſtantiſſimus noſtrarum partium.] Vix ullus Epiſcoporum in ranta apud antiquos admirarione ob ὀρθοδοξίαν quam Hoſius. Vnde & μεγάλου titulum reportavit, & paſſim ingentibus laudibus effertur. Ποίας γὰρ οὐκ ἡγήσατο συνόδου καὶ λέξειν ὀρθῶς, οὐ πάντας ἔπεισε, ποία ἐκκλησία τῆς τούτου προστασίας οὐκ ἔχει μνημόσυνα τὰ κάλλιστα. *Theodorit.* 11, 15.

Et Nicæna Synodus auctore illo confecta habebatur.] An Canones Synodi intelligit & Symbolum? Non videtur. Neque enim hoc Hiſtorici Eccleſiæ tradunt. An auctore Oſio convocata Synodus? Vix dubito quin hæc Severi noſtrl mens fuerir. Et res ipſa ſuadet. Nam Oſius à Conſtanrino Alexandriam, componendis inrer Arium & Alexandrum controverſiis miſſus, reque infecta reverſus eſt. Et rum ſine mora Imperator Concilium vocavit, haud dubic Oſii impulſu. *Horn.*

Fatiſcente ævo.] *Fatiſcente ævo* dixit, pro deficiente: ut Tacitus lib. XIV. *Exercitus per inopiam, & labores fatiſcebant, carne pecudum propulſare famem coacti.* Sigon. Sic Epiſt. 3. *nec fatiſcentem cauſabor ætatem:* & mox, *fatiſcentes artus ſervire ſpiritui cogebat:* & Dial. I. ſegm. 5. *corpus inedia fatiſcebat, fides firma durabat.* Druſ.

Etenim major centenario fuit, ut S. Hilarius in epiſtolis refert.] Locus Hilarii, ubi dixerit, *centenario tum majorem fuiſſe Hoſium*, non invenitur. At vero conrra Conſtantium *Hoſii deliramenta* vocavit, ur vere videatur non bene de illo exiſtimaſſe. Itaque ſuſpicor verba illa gloſſema eſſe. Nunquam enim alias nominavir aliquem nomine Sancti, ut *S. Hilarius*, & alibi Hilarium tanrum dixit. *Sigon.* Arhanaſium haud dubie in mente habuir. *Hoſius centenario major longe, ſancte pieque diſcedit, in ſuoque teſtamento profitetur fidem Concilii Nicæni, docetque: Nunquam ſibi propoſitum fuiſſe, vel latum, quod ajunt, unguem ab eo diſcedere, nec minis nec pollicitationibus.* *Fl. Luc.* Dexter ad A. CCCLX. Hujus reſtamenri etiam Arhanaſius meminit *Epiſtola* ad Solitar.

Quibus rebus perturbato orbe terrarum.] De eodem ſic Iſidorus in libro de viris illuſtribus: *Hoſius poſt longum terminum vetuſtatis, id eſt, poſt centeſimum primum annum, in ipſo jam limine vitæ, à fidei limitibus ſubruens, ſerpentis jaculo concidit. Nam accerſitus à Conſtantio principe, miniſque perterritus, metuens, ne ſenex & dives, damna rerum vel exilium pateretur, illico Arrianæ impietati conſenſit, & vocabulum* homouſion, *quod ſimul cum patribus ſanctis eccleſiis ſequendum tradiderat, arreptus impietatis furore damnavit, cujus quidem vitam, ut meruit, exitus crudelis finivit.* Porro aurem de exceſſu ejus memorabili, placet afferre, quæ idem ſcripſerit ex Marcellino presbyrero: *Poſt impiam,* inquir, *Hoſii prævaricationem, dum S. Gregorius Iliberitanus epiſcopus, in Cordubenſem urbem, juxta Imperiale decretum fuiſſet adductus, ac minime vellet illi communicare, commotus Hoſius dixit Clementino Conſtantii Principis vicario, ut mitteret eum in exi-*

linm.

morbo quodam Eccleſiis languentibus, ſegnior quidem, ſed non minus gravis cura Principem exercebat: quod licet Arriani, quibus favebat, ſuperiores viderentur, necdum tamen de fide, inter Epiſcopos, conveniret. Igitur apud Ariminum, urbem Italiæ, Synodum congrega-

lium. At ille, non audeo, inquit, *epiſcopum in exilium mittere, niſi prius eum ab epiſcopatu dejeceris. Vt autem vidit S. Gregorius, quod Hoſius vellet ferre ſententiam, appellat Chriſtum totis fidei ſuæ viſceribus, exclamans ita: Chriſte Deus, qui venturus es judicare vivos & mortuos, ne patiaris hodie, humanam proferri ſententiam adverſus me minimum ſervum tuum, qui pro fide nominis tui, ut reus aſſiſtens ſpectaculum factus ſum, ſed tu ipſe, quæſo, in cauſa tua hodie judica, ipſe ſententiam proferre dignare per ultionem, non ego quaſi metuens exilium fugere cupio, cum mihi pro tuo nomine nullum ſupplicium grave ſit, ſed ut multi prævaricationis errore liberentur, cum præſentem viderint ultionem. His dictis, ecce repente Hoſius reſidens factus, quaſi regalis imperii ſententiam conaretur exprimere, os vertit diſtorquens pariter & cervicem, & de ſeſſu in terram eliditur, atque illico expiravit. Tunc admirantibus cunctis, etiam Clementinus ille gentilis expavit, & licet eſſet judex, tamen timens, ne in ſe ſimile ſupplicium judicaretur, proſtravit ſe ad pedes ſancti viri, obſecrans, ut ſibi parceret qui in eum divinæ legis ignoratione peccaſſet, & non tam proprio arbitrio quam mandati imperio. Inde eſt quod ſolus Gregorius vindicantium integram fidem nec in fugam verſus eſt, nec paſſus eſt exilium. Vnuſquiſque enim timuit de illo ulterius judicare.* Sigon. Falſa hæc eſſe, ex teſtamento, cujus Fl. Dexter meminit, jam prolato, apparet.

Licet Arriani, quibus favebat, ſuperiores viderentur, necdum tamen de fide inter Epiſcopos conveniret.] Mira hæc Conſtantii imbecillitas fuit, qui dum favet Arrianis factioſis violentiſque, alteram partem, in ſpeciem infirmiorem, vi miniſque ſe oppreſſurum putabat. Hinc tot in eum execrationes Orthodoxorum, Hilarii, Hoſii, Athanaſii. Quorum hic eum cum Saule, Achabo, Pharaone, Pilato, Antichriſto, comparat. *Epiſtola* ad Solit. Et ut aliqua juris ſpecie agere videretur, crebras Synodos celebravit, propter quas eum etiam Paganus Marcellinus irridet. *Chriſtianam religionem abſolutam, & ſimplicem, anili ſuperſtitione confundens: in qua ſcrutanda perplexius, quam componenda gravius, excitavit diſſidia plurima; quæ progreſſa fuſius aluit concertatione verborum: ut catervis Antiſtitum jumentis publicis ultro citroque diſcurrentibus per ſynodos, quas appellant, dum ritum omnem ad ſuum trahere conatur arbitrium, rei vehiculariæ ſucciderit nervos.* Petavius.

Apud Ariminum, urbem Italiæ, Synodum congregari jubet.] Quam ſuperfluam fuiſſe, poſt Nicænam, Athanaſius variis locis oſtendit. Vide eum in Epiſtola ad Africanos, & de Synodis Arimini ac Seleuciæ. De hac Synodo *Socrates* II, 29. *Theodorit.* II, 18. *Sozomen.* IV, 13, 16, 17. *Niceph.* IX, 39. Suaſerunt autem Ariani ut concilium cogeret, non uno loco; ſed Occidentalium quidem Arimini, Orientalium Seleuciæ Iſauriæ. Et in his uſuri erant Imperatoria poteſtate, ut voces οὐσίας & ὁμοουσίας, τὰ κατὰ τῆς Ἀρείου κακοτεχνίας ἐξευρεθέντα παρὰ τῶν πατέρων μηχανήματα. tollerentur. *Theodoritus* II, 18. Philoſtorgius dicit Conſtantium ad has Synodos à Patroclo & Narciſſo perſuaſum. IV, 10.

Tauro

gari jubet: idque Tauro præfecto imperat, ut collectos in unum non ante dimitteret, quam in unam fidem conſentirent: promiſſo eidem Conſulatu, ſi rem effectui tradidiſſet. Ita miſſis per Illyricum, Italiam, Aphricam, Hiſpanias, Galliaſque, Magiſtris officialibus, acciti numerative quadringenti & aliquanto amplius Occidentales Epiſcopi, Ariminum convenere: quibus omnibus annonas & cellaria dare Imperator præceperat:

Tauro præfecto imperat.] Tauri Præfecti prætorio per Italiam, meminit Marcellinus XXI. Qui & Ariminenſi concilio præfuit. *Hieron.* Hæc acta A. CCCLX.

Promiſſo eidem Conſulatu] Non effeciſſe hoc illum ex Imperatoris & Arrianorum libidine, non ſequentia tantum, ſed tota etiam teſtatur poſteritas. Secundo tamen poſt anno, una cum Fl. Florentio conſulatum iniit & adeptus eſt. *Giſelin.* Veriſimile id videtur, ſi quidem Taurus biennio poſt cum Florentio conſul fuit. *Sigon.* Conſulatum poſt adeptus eſt, licet rem effectui non tradiderit. *Druſ.*

Magiſtris officialibus.] Magiſtri officiales ſunt, qui magiſtri officiorum appellantur, de quibus in libro qui dicitur Notitia utriuſque Imperii. Marcellinus in hiſtoria, & poſt ſæpe Sulpicius. *Sigon.*

Acciti numerative.] Sigonius legit; *acciti aut coacti.* Mihi quod veriſimiliter conjiciam, nihil occurrit. Nam *haut coacti*, minus placet. *Giſelin.* Veriſimillima Sigonii correctio: *acciti aut coacti. Accitos* ſignificat Arrianos, *coactos* Catholicos.

Quadringenti & aliquanto amplius.] Τετρακόσιοι ἄνδρες. *Philoſtorg.* IV, 10. Cum Sulpicio faciunt *Athanaſius* de ſynodis & *Sozomen.* IV, 16.

Occidentales Epiſcopi.] Nam Occidentales Ariminum acciti. Vide *Athanaſ.* De Synodis, Socratem & Sozomenum. Vnde & τῶν ἑσπερίων τόμος, pro Ariminenſi concilio, apud Philoſtorgium IV, 12. & V, 1, VII, 6. Quanquam & de Orientalibus eo cogendis agat Theodoritus II, 18. & Socrates exertim teſtetur. II, 29. quoſdam Orientis Epiſcopos ibi fuiſſe. *Gothofr.* Εἰς γὰρ ὡρίσμενον ἐκ πασῶν τῶν πρὸς δύσιν πόλεων εἰς τὸ αὐτὸ πάντες οἱ ἐπίσκοποι συνήλθομεν. In *Epiſtola Synodica* ad Conſtantium, apud Theodoritum II, 19. Olim vel ante ſchiſma Eccleſiæ, ex Imperii in Orientale & Occidentale diſtinctione, quaſi ſeparata ac diſtincta utriuſque orbis in rebus Eccleſiaſticis habebantur concilia. Sardicenſe concilium ex ſolis Occidentalibus Epiſcopis congregatum fuit. Ariminenſe ſimiliter ſolos habuit Occidentales, vetuitque Conſtantius, literis ad illud concilium miſſis, quicquam in eo tractari & definiri de Orientalibus. *Non enim*, inquit, *de Orientalibus Epiſcopis in concilio veſtro patitur ratio aliquid definiri. Proinde ſuper his tantum, quæ ad eos pertinere cognoſcit gravitas veſtra, tractare debetis.* Salmaſ.

Quibus omnibus annonas & cellaria dare Imperator præceperat.] Malim *dari*, ne ſubaudias, *Tauro.* Annonæ & cellaria idem ſunt, atque quod Romani dicebant, *loca, lautia.* Cellaria enim pro hoſpitiis, ſive cellis hoſpitalibus accipio. *Sigon.* Gloſſarium Vulcanii: *cellarium ταμεῖον.* Lex. Græco-Lat. vetus:

rat: ſed id noſtris, id eſt, Aquitanis, Gallis, ac Britannis, indecens viſum: repudiatis fiſcalibus, propriis ſumptibus vivere maluerunt. Tres tantum ex Britannia, inopia proprii, publico uſi ſunt, cum oblatam à cæteris collationem reſpuiſſent: ſanctius putantes, fiſcum gravare, quam ſingulos. Hoc ego Gavidium Epiſcopum noſtrum, quaſi obtrectantem, referre ſolitum audivi: ſed longe aliter ſenſerim, laudique attribuo Epiſcopis, tam pauperes fuiſſe, ut nihil proprium haberent, neque ab

κελλάριος, penuarius, κελλάριον, penum, κελλαρικὸν, penarium. Onom. *cellaria*, οἰνὼν, *cellarius*, ταμίας. Crediderim Sulpitium hac voce potulenta intelligere, ut per annonam ἐδώδιμα.

Sed id noſtris, id eſt, Aquitanis, Gallis, ac Britannis, indecens viſum.] Auſim affirmare, illa verba (*id eſt, Aquitanis, Gallis, ac Britannis*) eſſe gloſſema imperiti alicujus, quod ex margine in textum irrepſerit. Nam Sulpicius ferme cum dicit *noſtros*, Catholicos intelligit, non Gallos. Et ſi *noſtri* pro Gallis eſſent accipiendi, cur Britannos nominaret? Iam vero cum Galliarum provinciæ tum eſſent ſeptemdecim, atque Aquitaniæ duæ inter eas numerentur, ridiculum videtur, Aquitanos à Gallis diſtinguere, quaſi vero Aquitani non ſint Galli. Addo etiam, Sulpicium in hoc modeſtiam Catholicorum laudare velle, non Gallorum. Iuſſit ergo Conſtantius dari omnibus annonas, id eſt, Catholicis & Arrianis, ſed noſtri, id eſt, Catholici, repudiatis fiſcalibus, proprio vivere maluerunt, præter tres tantum Epiſcopos ex Britannia. *Sigonius*. Recte idem obſervat, multa ab aliis in hoc concilio prætermiſſa Sulpicium narrare. Quod vero Sigonius dicit, *ridiculum videtur, Aquitanos à Gallis diſtinguere, quaſi vero Aquitani non ſint Galli?* non perpendit morem ejus ſeculi, & ipſius Sulpicii. Cujus hæc ſunt, Dialogo 1, 20. *dum cogito me hominem Gallum inter Aquitanos verba facturum.* Et paulo poſt: *Celtice, aut ſi mavis, Gallice loquere.* Horn.

Repudiatis fiſcalibus.] Vlpianus in l. 1x. Ne quid in loco publico fiat: *Res*, inquit, *fiſcales, quaſi propriæ & privatæ principis ſunt.* In Pandectis Græcis πατριμωνιάλια καὶ ἰδιόκτητα χωρία vocantur fundi fiſcalis & privatæ rationis. *Budæus*. Gloſſarium *Fiſcalion*, βασιλικόν. Græci φίσκοι definiunt ταμεῖον Καίσαρος, ἐν ᾧ περιφυλάττεται τὰ φισκάλια χρήματα, καὶ εἰσφέρονται ταμιακὰ, ἅτινα τὸ παλαιὸν ὄντα τοῦ δήμου μετηνέχθησαν ἐν τῇ τοῦ βασιλέως οὐσίᾳ.

Collationem.] Sic vocat, quæ & *Symbola* Græcis ac Latinis. *Sigon.* Vnde *collativus venter*, in quem omnia edulia conferuntur, Plauto.

Hoc ego Gavidium Epiſcopum noſtrum.] *Noſtrum* intellige aut amicum, aut ejuſdem provinciæ, aut earundem partium. *Sigon.* De Gavidio hoc nihil occurrit alibi. Gaudentius eo tempore Arimini Epiſcopus fuit, qui Arianos damnavit. Sed hic Gavidius haud dubie Gallus Aquitanus fuit. *Horn.*

Laudique tribuo Epiſcopis, tam pauperes fuiſſe, ut nihil proprium haberent.] Vix ullam Severus caſtigandi Epiſcopos ſui temporis occaſionem prætermittit, imprimis ob duo graviſſima vitia, avaritiam

ab aliis potius, quam fiſco, ſumerent, ubi neminem gravabant, ita in utriuſque egregium exemplum. De reliquis, nihil memoria dignum traditur. Sed redeo ad ordinem. Poſteaquam omneis, ut ſupra dictum, in unum collecti ſunt, fit partium ſeceſſio. Eccleſiam noſtri obtinent, Arriani tam Edentum de induſtria vacantem, orationis loco capiunt: ſed hi non amplius quam octoginta. Reliqui noſtrarum partium erant. Igitur frequentibus conciliis nihil actum, noſtris in fide manentibus, illis de perfidia non cedentibus. Ad poſtremum pla-

tiam & ſuperbiam. Sic ſupra lib. I. & Dial. I, 14, 18. II, 7. III, 15.

Ita in utriuſque egregium exemplum.] Neque hic locus mendo caret, quantum ego poſſum judicare: itaque opem illi afferat, qui poteſt. *Giſelin.* Lego, *vita in utriuſque egregium exemplum*, ut utramque vitam intellexerit, paupertatem in habendo, modeſtiam in capiendo. *Sigon.* Probo, *ita in utreiſque*, niſi mavelis *vitæ in utreiſque*. Hoc eſt, tam in iis qui ex publico alebantur, quam in iis qui ex proprio vivebant. Vide Fabrum loco ſuperius citato. *Druſ.*

Eccleſiam noſtri obtinent.] Frequentiſſime Eccleſiam Sulpicius, ſeculi ſui more, pro templo ponit. Exempla paſſim in opuſculis ejus obvia. Auguſtin. Quæſt. ſuper Levit. lib. III. quæſt. LVII. *Eccleſia dicitur locus, quo Eccleſia congregatur. Et hoc quotidianus loquendi uſus obtinuit, ut* ad Eccleſiam prodire, *&* ad Eccleſiam confugere *nihil aliud, niſi quod ad locum ipſum parieteſque prodierit vel confugerit, quibus Eccleſiæ congregatio continetur.* De quo infra pluribus.

Arriani tam Edentum de induſtria vacantem.] Et hic mihi aqua hæret, ex Edentum tentavi facere *ædem tum*: ſed nihil mihi promovere ſum viſus. *Giſelinus.* Sigonius legit: *Arriani tum ædem, tum de induſtria.*

Orationis loco capiunt.] Cum hactenus ad Aëtii exortum uſque homoouſiaſtæ cum Arianis communicarent, καὶ εὐχῶν καὶ ὕμνων καὶ βουλευμάτων, & omnibus ferme aliis δεσμοῖς φιλίας καὶ συνηθείας, excepta tantum Euchariſtia, ubi ſemel Aëtius circa preces & hymnos diſſenſionem cœpit, Homoouſiaſtæ & Arriani omnia quibus hactenus jungebantur, amicitiæ & conſuetudinis vincula ruperunt, initio Antiochiæ facto. Communicaſſe autem antehac Arianos & Orthodoxos in precibus & hymnis, etiam ex Sozomeno III, 19. IV, 27. probatur. Atque hæc totalis diviſio & ſciſſura inter partes diſſentientes. *Philoſtorg.* III, 14. Idem Severus noſter innuit, cum dicit Arianos alio loco ab Orthodoxis orationes ſuas habuiſſe in Ariminenſi Synodo.

Non amplius quam octoginta.] Athanaſius quinquaginta vel plures. *De Synodis.* Idem ait, ducentos partis Catholicæ Ariminum conceſſiſſe. *Ad Africanos.*

Frequentibus conciliis nihil actum.] Concilia vocat conventus, quibus inter ſe diſceptabant in unum locum convocati. *Sigon.* Quod alia voce Eccleſiaſtica, *Seſſionem* vocant. *Papias* vocabuliſta barbarus: *Seſſio*, conventus, congregatio, ut in Synodis.

Noſtris in fide manentibus, illis de perfidia non cedentibus.] Ariani omnes machinas

placuit, decem legatos mitti ad Imperatorem, ut quæ eſſet partium fides & ſententia, cognoſceret, ſciretque, pacem cum hæreticis eſſe non poſſe. Idem Arriani faciunt, mittuntque numero pari legatos, qui adverſum noſtros, coram Imperatore, confligerent. Sed ex parte noſtrorum, leguntur homines adoleſcentes, parum docti, & parum cauti: ab Arrianis autem miſſi ſenes callidi, & ingenio valentes, veterno perfidiæ imbuti, qui apud regem facile ſuperiores extiterunt. Sed noſtris mandatum, ne quo modo cum Arrianis communionem inirent, omniaque integra Synodo reſervarent. Interim in Oriente, exemplo Occidentalium, Imperator jubet cunctos fere Epiſcopos, apud Seleuciam Iſauriæ oppi-

chinas expugnandis Occidentalibus adhibuerunt. Dicebant μὴ χρῆναι δυοῖν ἕνεκα λέξεων, καὶ τούτων ἀγράφων, διασπασθῆναι τῆς ἐκκλησίας τὸ σῶμα· ἀλλ' εἰπεῖν μὲν ὅμοιον τῷ γεννήσαντι τὸν υἱὸν κατὰ πάντα, τὸ δὲ τῆς οὐσίας παραλιπεῖν, ὡς ἄγραφον, ὄνομα. Sed Occidentales quanquam ἁπλοῖς ἤθεσι χρώμενοι, non ignorarunt fraudem hæreticam; ideoque Nicænam Synodum conſtanter defenderunt. Παῖδες γὰρ ἔφασκον εἶναι καὶ κληρονόμοι τῶν ἐν Νικαίᾳ πατέρων. *Theodoritus* II, 18.

Decem legatos mitti ad Imperatorem.] Ita enim Conſtantius juſſerat. *Sozomen.* IV. 15. Et quanquam referant, juſſiſſe ut decem Occidentales, totidemque Orientales mitterent: tamen cum Orientales Seleuciam evocati eſſent, Ariani Ariminenſes eorum loco decem miſerunt. Quod callidum ſtrategema fuit: ut qui in Synodo, ob majorem numerum, & conſtantiam, debellari non poterant; eos aula, pari adverſariorum numero, corrumperet. *Horn.*

Qui apud regem facile ſuperiores extiterunt.] Præcipui fuerunt Valens & Vrſacius, non quidem ex numero decem legatorum; ſed eos antegreſſi. Nam cum ob Sirmienſem formulam hæreticam, quo ab ea deſiſtere nollent, abdicati ab Orthodoxis eſſent, propere ad Regem contendunt, ejuſque animum falſis criminationibus & ſuſpicionibus occupant. *Sozomen.* IV, 16, 18. Notum eſt autem Imperatores eo tempore à Græcis etiam βασιλεῖς dictos. Quod nomen tum in Occidente, antiquato jam priſcorum Romanorum edicto, *ne quem Regem paterentur*, invaluit.

Iubet cunctos fere Epiſcopos, apud Seleuciam Iſauriæ oppidum congregari.] Τῆς Ἰσαυρίας τραχείας. *Socrat.* Hæc Synodus non eſt illa quæ Nicomediæ indicta fuit. Sic enim Philoſtorgius exiſtimavit, Ariminenſe & Nicomedienſe concilium ſimul indicta. Poſtea hoc, ob terræmotum in Bithynia, Seleuciam tranſlatum. IV. 10. Et ei conſentire Socrates videtur II. 19. Sed uterque errat. Nam Nicomedienſis Synodus indicta Datiano & Cereale Coſſ. A. CCCLVII.

pidum congregari. Qua tempeſtate Hilarius, quartum jam exilii annum in Phrygia agens, inter reliquos Epiſcopos, per Vicarium ac Præſidem, data evectionis copia, adeſſe compellitur: cum tamen nihil de eo ſpecialiter mandaſſet Imperator. Indices tantum generalem juſſionem ſequuti, qua omnes Epiſcopos ad concilium cogere jubebantur, hunc quoque, inter reliquos, volentes miſcere,

CCCLVII. ut *Socrates* tradit II, 31. *Sex. Aurel. Victor.* cap. XVI. *Idacius* in Faſtis. Ariminenſis vero & Seleucienſis anno poſt CCCLIX. Euſebio & Hypatio Coſſ. v. Kal. Octobr. Epiſcopi Orientis circiter CLX. convenerunt. *Sozomenus* & *Socrates*. CL. *Theodoritus*. De hoc concilio agunt *Socrates* II, 31. *Theodorit.* II, 27, 28. *Sozomen.* IV, 17, 18. *Nicephor.* IX, 43. *Athanaſ.* lib. de Synodis Arimini & Seleuciæ. *Epiphan.* in Semiarianis, Hæreſ. LXXIII. *Baſil.* I. contra Eunomium.

Hilarius, quartum jam exilii annum in Phrygia agens.] Ex Notitia Imperii Orientalis apparet, Phrygias duas fuiſſe Pacatianam & Salutarem, atque eas, duos, quos nominat, magiſtratus, Vicarium & Præſidem habuiſſe.

Data evectionis copia.] Quid ſit evectionis copia, declaratur ex Codicis lib. XII. de curſu publico: *Evectionum copiam, cum proficiſcendi ad nos neceſſitas fuerit, ſerenitas noſtra largita eſt.* Ergo Vicarius, & Præſes Phrygiæ, data evectionis copia, id eſt, tuti itineris fide, Hilarium quoque in Phrygia exulantem adeſſe compulerunt, licet ſpeciale de illo evocando mandatum ab Imperatore non haberent. *Sigonius.* Vetus interpres Theodoriti libro V. hiſtoriæ Trip. capite 17. ſed curſus, *inquit*, publicus non ſufficit ſubvectui epiſcoporum. *Giſelinus.* Atque hoc in Conſtantio Imperatore criminatur quoque Marcellinus, cum frequentiſſimis Synodis, religionem non tam promoviſſe, quam impediviſſe. Ipſe Sigonius, & Druſius legunt *evectionis*. Vnde poſtea Iulianus Apoſtata, de Conſtantio conqueſtus eſt; ejus tempore curſus publicos nimium fuiſſe fatigatos. l. 12. C. *Theodoſ.* doſ. de curſ. publ.

Volentes miſcere.] Giſelinus prolixe conqueritur de vitio hujus loci. Nam hoc loco, *inquit*, quis nullo majorum exemplo ferat nominandi caſum ablativi abſolute poſiti vicem ſubire? quare ego, *miſcuere*, potius ſcriptum opinabor, dum aliorum mſ. librorum teſtimonio confuter. Volentes, oppono epiſcopis compulſis & coactis concilio adeſſe. *Giſelin.* Ego malim *volentem*, ut ſit judices vi generalis mandati, quo omnes epiſcopos agere, id eſt, advocare ad concilium jubebantur, Hilarium quoque, inter cæteros, quia volebat, miſcuere. Quaſi vero ſi abnuiſſet, vim facturi non fuerint. *Sigonius.* Quibus turbis opus non eſt. Nam ſenſus clariſſimus: *hunc quoque*, *Hilarium*, *inter reliquos, volentes miſcere*, ſive *miſcuere*. Volentes refertur ad judices, qui, etiamſi nihil ſpecialiter de Hilario mandaſſet Imperator, tamen eum volentes, id eſt, ſua ſponte, nullo mandato, niſi generali, Synodo miſcuerunt. *Horn.* Ab hac calumnia Eccleſias Gallicas vindicat Synodus Pariſienſis, poſt reditum Hilarii ex Oriente celebrata, ut patet ex Epiſtola ejus Synodali ad Orientales: *Homouſii ſermonem, ad veram & legitimam ex Deo patre, unigeniti Dei, nativitatem, ſumus amplexi, deteſtantes ſecundum Sabellii blaſphemias ipſam unionem, neque aliquam partem pa-*

re. Vt ego conjicio, Dei nutu ita geſtum, ut vir divinarum rerum inſtructiſſimus, cum de fide diſceptandum erat, intereſſet. Is ubi Seleuciam venit, magno cum favore exceptus, omnium in ſe animos & ſtudia converterat. Ac primum quæſitum ab eo, quæ eſſet Gallorum fides: quia tum Arrianis prava de nobis vulgantibus, ſuſpecti ab Orientalibus habebamur, trionymam ſolitarii Dei unionem, ſecundum Sabellium, crediſſe. Sed expoſita fide ſua, juxta ea quæ Nicææ erant à patribus conſcripta, Occidentalibus perhibuit teſtimonium. Ita abſolutis omnium animis, intra conſcientiam communionis, nec non etiam in ſocietatem receptus, conciliоque aſcitus eſt. Agi deinde cœptum: re-

per-

tris eſſe filium intelligentes.

Vt ego conjicio.] Illa verba, *ut ego conjicio*, alii ad ſuperiora retulerunt, ego ad ſequentia malim, ut conjecturam ſuam afferat de Dei concilio. *Sigonius.*

Trionymam ſolitarii Dei unionem, ſecundum Sabellium, crediſſe.] Sabellius docuit; eundem eſſe Patrem, filium & Sp. Sanctum, ita ut ſint in una ſubſtantia tres nomenclaturæ. Aut velut in homine corpus eſt, & anima & ſpiritus: in ſole vis illuminans, calefaciens; & ipſa circumferentiæ forma. *Epiphanius.* hæreſ. LXII. Hoc Sulpicius noſter vocat, *trionymam ſolitarii Dei unionem.* Cæterum hanc hæreſin omnibus orthodoxis Ariani impegerunt. Vnde & cum Meletius in Antiocheno concilio dixiſſet: *τρία τὰ νοούμενα, ὡς ἑνὶ δὲ διαλεγόμεθα*, Ariani ſtatim exclamarunt eum *τὰ Σαβελλίου φρονεῖν. Theodorit.* II, 31. Sabellium crediſſe, eundem eſſe Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, & tantum inter ſe nominibus diverſos fuiſſe Quare Deum unum, & ſolitarium extitiſſe, & trium nominum diverſorum unionem effectam eſſe. Vnde S. Hieronymus contra Luciferianos: *In tribus vocabulis trinominem eſſe credens Deum in Sabellii hæreſim incurrit.* Qui vero reſiſtit Arrio, de eo facile ſuſpicari licet, quod faveat Sabellio, nam inter ſe adverſantur. *Sigon.*

Agi deinde cœptum.] Cum inter Epiſcopos convenire non poſſet, de fide prius, an perſonis agendum eſſet, *ἡ ζήτησις εἰς τοὺς παρόντας ἐχώρησε*, conciliumque in duas partes diviſum eſt. Quarum alteri Acacius Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopus, Georgius Alexandriæ, Vranius Tyri, Eudoxius Antiochiæ, cum quibus XXX. alii conſpirabant, præfuere: alteri Georgius Laodiceæ Syriæ, Sophronius Pompeiopolis Paphlagoniæ, & Eleuſius Cyzici. Cum illa viciſſet ſententia quæ primum de fide agi voluit, Acaciani fidem Nicænam abrogandam & novam ſcribendam cenſuere. Altera pars Nicænæ Synodo adhæſit, *μόνην δὲ τὴν τοῦ ὁμοουσίου λέξιν ἐμέμφοντο.* Magnæ poſtea contentiones fuerunt inter Baſilianos & Acacianos, de quibus *Socrates* II, 32. *Sozomen.* IV, 21. *Athanaſ.* de Synodis. *Philoſtorgius* IV, XI, & alii. Inter eas

Aria-

pertique pravæ hæreſis auctores, atque ab Eccleſiæ corpore avulſi. In eo numero fuêre, Georgius ab Alexandria, Acatius, Eudoxius, Vranius, Leontius, Theodoſius, Euagrius, Theodulus. Sed confecta Synodo, decreta ad Imperatorem legatio, quæ geſta inſinuaret. Damnati quoque ad regem profecti, ſatis freti ſociorum viribus, & Principis ſocietate. Interea legatos Arimi-

Arianorum & Semiarianorum conflictationes, Ægyptii Epiſcopi, excepto Georgio Alexandrino, conſtantiſſimos ſe ὁμοουσίου propugnatores oſtenderunt. *Hilarius* contra Conſtant.

Repertique pravæ hæreſis auctores, atque ab Eccleſiæ corpore avulſi.] Hi Acaciani fuerunt, ſive Aëtiani, qui οὐσίαν & ὁμοουσίαν rejiciebant, ἀνομοίῳ & ἑτερουσίῳ introducto. Cumque in pertinacia ſua perſiſterent, abdicati ſunt, hoc eſt, ut Sulpicius loquitur, ab Eccleſiæ corpore avulſi. Concilium Ariminenſe verum & orthodoxum fuit, quia ibi Nicæna fides conſtanter confirmata fuit. Vnde & Athanaſius illud frequenter, ut vere orthodoxum laudat. *Athanaſ.* de Synod. & Epiſt. ad ad African. *Theodorit.* 11,83. *Sozomen.* IV, 18. Ambroſius quoque teſtatur majorem numerum Ariminenſium Epiſcoporum Nicæni concilii fidem probaſſe, Arianaque decreta damnaſſe. Quæ vero poſt multos menſes, per vim & motum extorta ſunt, à legitimo Ariminenſi concilio à patribus jure fuerunt diſcreta. *Baronius.*

Vranius.] Tyri Epiſcopus. Sic enim cum Sulpicio & aliis Sozomenus vocat. Apud Socratem οὐρσάκιος dicitur. Sed facile colligitur locum illum vitioſum eſſe, legendumque οὐράνιος. Quia Vrſacius occidentis Epiſcopus fuit, nomenque ejus Latinum. Contra hic Orientalis, & Græcus, ſicut & nomen οὐράνιος. *Horn.*

Leontius.] Galeſinius, *Leontinus*. Sed apud Socratem exertim legitur: λεόντιος, τριπόλεως τῆς λυδίας. Vt nihil mutandum ſit. *Horn.*

Decreta ad Imperatorem legatio.] Decem legati, ut in Ariminenſi factum, Conſtantinopolin miſſi. *Sozomenus* IV, 22.

Damnati quoque ad Regem profecti.] Acaciani. *Sozomenus.*

Principis ſocietate.] Quippe perductis in ſuam ſententiam, qui in aula plurimum poterant, διὰ τῶν πραγματευσάμενοι τὴν παρὰ τοῦ κρατοῦντος εὔνοιαν, rebus ſuis proſpexerant. *Sozomen.*

Interea legatos Ariminenſis concilii.] Ne intellige hæc accidiſſe confecta jam Synodo Seleuciana, & miſſis ad Conſtantium legatis. Vtraque enim eodem tempore habebatur, ut oſtendunt litteræ Ariminenſis concilii, de hiemis aſperitate expoſtulantes, lib. 5. cap. 23. hiſt. Tripart. & cap. 34. ejuſdem libri ac hiſtoriæ, quod refert, initam eſſe Synodum Seleucianam 27. Septembris. quo capite ac ſequente acta ejus Synodi, nempe contentiones partium, diſceſſiones, ac denique ad Conſtantium legatio, fuſe ac dilucide à Socrate & Sozomeno narrantur. Quod ipſum quo in Ariminenſis Synodi actis minus præſtitum eſt, hoc diligentior fuit noſter Severus: à quo ſolo ea quæ deinceps tractantur, petenda ſunt. *Giſelinus.* Socrates, Sozomenus, & cæteri Græci tradunt, Imperatorem noluiſſe legatos Catholicos audire, ſed in aliud tempus

minenſis concilii ex parte noſtrorum compellit Imperator, uniri hæreticorum communioni: eiſdemque conſcriptam ab improbis fidem tradit, verbis fallentibus involutam, quæ Catholicam diſciplinam, perfidia latente, loqueretur. Namque Vſiæ verbum, tanquam am-

eos rejeciſſe, bellicas occaſiones cauſſatum. Atque ita Ariminenſe concilium eſſe dimiſſum. Ex quo apparet, eos rerum Occidentalium plane rudes fuiſſe. Nam noſtri multo plura ad rem conficiendam addiderunt, quæ nunc à Sulpicio afferuntur, quorum unum hoc eſt, coëgiſſe eum, ut legati Catholici, Arrianorum legatorum communionem, contra mandata inirent. *Sigon.*

Compellit Imperator.] Theodor. lib. 11, cap. 15. litteras quidem Homouſianorum Conſtantio redditas narrat: ſed ipſis legatis aditum fuiſſe præcluſum: quod principes Arrianorum Regia potentia abutentes, dicerent curis Reipub. Imperatorem implicari. Idemque affirmant litteræ Conſtantii, quas epiſcopis Catholicis, audientiam legatis ſuis, & ſibi diſceſſum rogantibus, reſcripſit. *Sigonius.* Atque hoc eſt quod Sulpicius ſupra innuit, *miſſos ab Ariminenſibus homines adoleſcentes, parum doctos & parum cautos, quibus mandatum, ne quo modo cum Arrianis communionem inirent, omniaque integra Synodo reſervarent.*

Vniri hæreticorũ communioni.] Chronicon Hieron. *Synodus apud Ariminum & Seleuciam Iſauriæ facta, in qua antiqua Patrum fides, decem numero legatorum, dehinc omnium proditione, damnata eſt.*

Conſcriptam ab improbis fidem.] Nicææ Thracum. Formula ejus extat apud Theodorit. 11, 21. Nam Ariani, cum adhuc legatos & concilium Ariminenſe detineret Conſtantius, interea Epiſcopos multos ἄκοντας Nicæam Thraciæ traduxerunt, καὶ πείθουσι, τοὺς μὲν βουκολήσαντες δι' ἀπλότητα, τοὺς δὲ δεδιξάμενοι, τὴν μὲν ΟΥΣΙ'ΑΝ καὶ τὸ ὉΜΟΟΥ'ΣΙΟΝ ἐξορύξαι τῆς πίστεως, ἐνθεῖναι δὲ ἀντὶ τούτων τὸ ὍΜΟΙΟΝ.

Verbis fallentibus involutam, quæ Catholicam diſciplinam, perfidia latente, loqueretur.] Solenne hoc Arrianis fuit, quod ab Archihæretico Ario didicecerunt. Vnde quotieſcunque cum Orthodoxis loqui vel ſcribere videbantur, illud ὑπούλως καὶ οὐκ εἰλικρινῶς fecerunt.

Vſiæ verbum.] Nec non ὁμοουσίας. Ariani, quæ ipſorum calliditas fuit, Imperatori cæteriſque perſuaſum ibant, Nicænam fidem cætera à ſe probari libenter, dummodo voces οὐσίας, ὁμοουσίας, ὁμοιομουσίας, tollerentur. Argumentis autem iis uſi ſunt, quæ Sulpicius recenſet, *Verba eſſe ambigua, & temere à Patribus uſurpata, neque ex authoritate Scripturarum profecta.* Contra ipſi ambiguas voces, & ſub quibus venenũ hæreſeos ſuæ occultabant, obtrudere Patribus, velut ὁμοιούσιος, ὅμοιος, aliaſque. Præcipue tamen Ariminenſi & Seleucienſi concilio, voces οὐσίας & ὁμοουσίας, quibus ſolis Ariani conſtringebantur à Catholicis, ſubverſæ ſunt. Nam Ariani plurimos Epiſcopos Nicæam Thraciæ ἄκοντας traduxerunt, & fraude miniſque effecerunt, ut omiſſo *Vſiæ* vocabulo, *Similitudinis* ejus loco nomen poneretur. Vnde in formula Nicæenſi Thracum Ariani dicebant: τὸ ὄνομα τῆς οὐσίας ὥσπερ ἁπλούστερον ἐντεθὲν ὑπὸ τῶν πατέρων, ἀγνοούμενον δὲ τοῖς λαοῖς σκάνδαλον ἔφερε διὰ τὸ ἐν ταῖς γραφαῖς τοῦτο μὴ ἐμφέρεσθαι, ἤρισε περιαιρεθῆναι,

ambiguum, & temere à patribus uſurpatum, neque ex authoritate ſcripturarum profectum, ſub ſpecie falſæ rationis abolebat, ne unius cum Patre ſubſtantiæ filius crederetur. Eadem fides ſimilem patri filium fatebatur. Sed interius aderat fraus parata, ut eſſet ſimilis, non eſſet æqualis. Ita dimiſſis legatis, Præfecto mandatum, ut Synodum non ante laxaret, quam conſcriptæ fidei conſentire ſe omnes ſubſcriptionibus profiterentur. Ac, ſi qui pertinacius obſiſterent, dummodo is numerus intra quindecim eſſet, in exilium pellerentur. Sed regreſſis legatis, licet vim regiam deprecantibus, negata communio. Enimvero, compertis quæ decreta erant, major rerum & conſiliorum perturbatio: dein paulatim plerique noſtrorum, partim imbecillitate ingenii, partim tædio peregrinationis evicti, dedere ſe adverſariis, jam poſt reditum legatorum ſuperioribus, & Eccleſiam, noſtris inde detruſis, obtinentibus, factaque ſemel inclinatione animorum, catervatim in partem alteram

θλῖψαι, καὶ παντελῶς μηδεμίαν μνήμην οὐσίας τοῦ λοιποῦ γίνεσθαι, διὰ τὸ μάλιστα τὰς θείας γραφὰς μηδαμοῦ περὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ οὐσίας μεμνῆσθαι. *Theodorit.* 11, 21. Epiſtola Synodalis Concilii Patiſienſis ad Orientales: *Plures numero, qui aut Arimini aut Nicææ adſuerunt, ſub auctoritate veſtri nominis, ad Vſiæ ſilentium ſunt coacti: quod verbum à vobis quondam contra Ariomanitarum hæreſim inventum, nobis ſemper ſancte fideliterque ſuſceptum eſt.* Vide Epiphanium contra Semiarianos.

Eadem fides ſimilem patri filium fatebatur.] Verba ſunt: ὅμοιον δὲ λέγομεν τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν, καθὼς καὶ αἱ θεῖαι γραφαὶ λέγουσι. *Theodoret.* 11, 21.

Factaque ſemel inclinatione.] Omiſſa ſunt hæc, aut potius de induſtria reticentur ab auctoribus Hiſtoriæ Tri. Atque adeo, quod magis mirere, refert Theodoritus capite 11, lib. XXII & Socr. hiſtor. Tripart. lib. V, cap. 25. lectis literis, quas modo dixi, Conſtantii, omnes ſoluta Synodo domum ſuam rediiſſe: Vrſatium vero, atque adverſariorum principes, exacerbato Imperatoris animo abutentes, invitos pleroſque Epiſcopos deduxiſſe in urbem Thraciæ, Nicæam nomine: ibique aliis ſimplicibus circumventis, aliis territis, perſuaſiſſe ut οὐσίας & ὁμοουσίας vocabulo è fidei profeſſione ejecto, ſolius τῆς ὁμοιότητος facerent mentionem. Quæ quidem utcumque conſentiunt cum iſtis, ſi exitum concilii ſpectes; at ea re plane è diametro diſſentiunt, quod illi Nicææ hæc geſta velint, noſter vero Arimini, in ea quidem Eccleſia, quam, Catho-

ram conceſſum: donec ad viginti uſque noſtrorum numerus imminutus eſt. Sed hi, quanto pauciores, tanto validiores erant, conſtantiſſimuſque inter eos habebatur, noſter Fœgadius, & Servatio Tungrorum Epiſcopus. Hos, quia minis & terriculis non ceſſerant, Taurus precibus aggreditur, ac lachrymans obteſtatur, mitiora uti conſulerent. Clauſos intra unam urbem Epiſcopos, jam ſeptimum menſem agere. Injuria hyemis & inopia confectis, nullam ſpem reverſionis dari. Quis tandem eſſet finis? Sequerentur plurium exemplum, auctoritatem ſaltem ex numero ſumerent. Etenim vero Fœgadius paratum ſe exilio, atque ad omne ſupplicium, in quod depoſceretur, profiteri: ſe ab Arrianis conceptam fidem non recepturum. Ita in hoc certamine ali-

Catholicis inde detruſis, Arriani aliorum defectionibus aucti poſtmodum obtinuerunt. Niſi fortaſſe, quæ Nicææ geſta ſunt, ea poſt ſolutionem Synodi Ariminenſis acciderunt. Quod ſi ita ſeſe habeat, ut habere ſe aperte Socrates teſtatur: illud certe conſtat, à neutro, de iis, quæ, antequam Arimino diſceſſum eſt, ibi adeo fœde hic commemorantur, ne verbum eſſe factum. Quæ tamen Gallus homo de iis, qui forſitan interfuerant, audire potuit multo certius, & fidelius memoriæ prodere. *Giſelin.*

Fœgadius.] Rectum eſt *Phœbadius*, cujus eruditiſſima epiſtola in Arianos ſcripta, excuſa eſt ab Henrico Stephano. Epiſcopus erat Aginni Nitiobrigum in Aquitania, unde illud *noſter Phœbadius*. Nam Sulpicius etiam Aquitanus erat. Perperam in Hieron. *Sœbadius* ex Sophronii Σοιβάδιος. Nam manuſcriptus liquido habet *Febadius*. Druſius.

Clauſos intra unam urbem Epiſcopos, jam ſeptimum menſem agere. Injuria hyemis & inopia confectis.] Hæc ex Hilario expreſſa eſſe, nullum dubium. Verba ejus ſunt: *Synodos contrahis, & Occidentalium fidem ad impietatem compellis, concluſis urbe una minis terres, fame debilitas, hyeme conficis, diſſimulatione depravas.* 111. ad Conſtantium.

Nullam ſpem reverſionis dari.] Ex hoc loco patet, quam rudes rerum Occidentalium Orientales fuerint. Quippe Græci tradunt, cum Conſtantius Epiſcopis Ariminenſibus reſpondere non dignaretur, ſingulos ad ſuas ipſorum civitates revertiſſe. Κατὰ πόλεις τὰς ἑαυτῶν ἀνεχώρησαν. *Socrates* 11, 29. *Sozom.* 1v, 18. Quod falſiſſimum commentum, pleniſſima ac accuratiſſima Sulpicii noſtri relatio confutat, quam ab ipſis, qui interfuerunt Aquitaniæ Epiſcopis, haud dubie hauſit. Igitur non alii, in hoc concilio fides habenda eſt. Et fatetur Sozomenus, nihil certi de exitu Ariminenſis concilii ſe proferre poſſe. Διάφορος γὰρ, inquit, λόγος περὶ τούτου εἰς ἐμὲ ἦλθεν. Vnde tam diverſa & ἀσύστατα tradunt illi Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Triumviti. *Horn.*

Profi-

aliquot dies tracti, ubi parum ad pacem proficiebant, paulatim & ipſe infractior, ad extremum, propoſita conditione evincitur. Namque Valens & Vrſatius affirmantes, præſentem fidem Catholica ratione conceptam, ab Orientalibus, Imperatore auctore, prolatam, cum piaculo repudiari, ut quis diſcordiarum finis foret, ſi quæ Orientalibus placuiſſet, Occidentalibus diſpliceret? Poſtremo ſi quid minus plene præſenti fide editum videretur, ipſi adderent, quæ addenda putarent: præbituros ſe, in his quæ eſſent adjecta, conſenſum. Favorabilis profeſſio pronis omnium animis excepta, nec ultra noſtri repugnare auſi, jam quoquo modo finem rebus imponere cupientes. Dein conceptæ à Fœgadio & Servatione profeſſiones edi cœpere: in quîs primum damnatur Arrius, totaque ejus perfidia: cæterum non etiam

Proficiebant.] Sigonius: *proficiebat*, Taurum intelligens.

Valens & Vrſatius.] Quos ſupra *Principes* Arianæ factionis appellavit. Sciendum eſt in conciliis fuiſſe quoſdam anteſignanos, *οἱ προεστήκεσαν*, alios vero in ſecundis vel ſuppetiis eorum fuiſſe, qui *συνελαμβάνοντο*. Sic in Synodo Ariminenſi, Valenti & Vrſacio *συνελαμβάνοντο* Germanius, Auxentius, Demophilus & Cajus, teſte Socrate II, 29. Sozomen. IV, 16. Hi *συναγωνίζοντες* & *δευτεραγωνισταὶ* vocantur.

Ab Orientalibus, Imperatore auctore, prolatam.] Hanc Valentis & Vrſacii fraudem Sozomenus detegit. Quippe illi Ariminenſibus per ſubornatos quoſdam, perſuaſum ibant, Orientales, qui tum Seleuciæ congregati, nunquam quieturos, *εἰ μὴ τὸ τῆς οὐσίας ὄνομα περιαιρεθείη*. Ita Occidentales ſubverſos exemplo, quod veteratorie confictum erat, Orientalium; & Orientales exemplo Occidentalium ad eandem perfidiam coactos. Vide eum IV, 18.

Vt quis.] Sigonius, *ecquis*.

Diſcordiarum finis foret, ſi quæ Orientalibus placuiſſet, Occidentalibus diſpliceret?] Et tamen hæc diſcordia impoſterum fere inter Eccleſias Occidentis & Orientis duravit. Diviſio inter eas, primo ex linguæ diverſitate orta. Deinde ex diſtincto regimine imperii. Tandem ſchiſma acceſſit, & tum plane divortium utriuſque Eccleſiæ factum eſt. Quælibet res ſuas ſibi agere, in ſuum concilium concedere. Tota tunc Eccleſia in duo velut majora concilia dividebatur, in Orientale & Occidentale. Orientalis præſes habebatur Conſtantinopolitanus, id eſt, Novæ Romæ Epiſcopus: Occidentalis Romæ veteris antiſtes. Ex utroque conflatum concilium generale habebatur. In Aquileienſi concilio ſub Ambroſio, ſoli Occidentales fuerunt. Cur Orientales non venerint, cauſam adfert Ambroſius: *quia ſcierunt conſue-*

etiam patri æqualis, & ſine initio, ſine tempore, Dei filius pronunciatur. Tum Valens, tanquam noſtros adjuvans, ſubjecit ſententiam, cui inerat occultus dolus: filium Dei non eſſe creaturam, ſicut cæteras creaturas: ſeſellitque audientes fraus profeſſionis. Etenim his verbis, quibus ſimilis eſſe cæteris creaturis filius negabatur, creatura tamen, potior tantum cæteris, pronunciabatur. Ita neutra pars viciſſe ſe penitus, aut victam putare poterat: quia fides pro Arrianis, profeſſiones vero poſtea adjectæ, pro noſtris erant: præter illam quam Valens ſubjunxerat, quæ tum non intellecta, ſero demum animadverſa eſt. Hoc vero modo concilium dimiſſum, bono initio, fœdo exitu, eſt conſummatum. Igitur Arriani rebus nimium proſpere & ſecundum vota fluentibus, Conſtantinopolim ad Imperatorem concurrunt: ibi re-

conſuetudinem hujuſmodi, ut in Oriente Orientale eſſet concilium, intra Occidentem Occidentalium, ideo non putaverunt eſſe veniendum. Salmaſ.

Et ſine initio.] Non poteſt hæc eſſe pars ipſius profeſſionis: eſſet enim falſa. Nam ipſi Arriani in fidei profeſſióne Arimini lecta filium Dei agnoſcunt fuiſſe ante omnia ſæcula, & ante omne principium, & ante omne, quod cogitari poteſt, tempus, &c. Quare niſi me fallit opinio, legendum: *Cæterum non etiam patri æqualis, ſet ſine principio*, &c. ut unum s. alterum abſorpſerit: quomodo dial. III. cap. 15. ex *firmaret*, ultima, ut fit, ſyllaba repetita, factum erat, *firmaret* ſet. Quibus mendis nihil frequentius. Set autem per t. ſcribi ſolere, ſolus Faërnus pro me teſtabitur, cujus hæc perpetua eſt in Terentio ſuo orthographia. *Giſelinus.*

Creatura tamen, potior tantum cæteris, pronunciabatur.] Hieronymus adverſus Luciferianos, ait, in concilio hoc nomine, unitatis & fidei infidelitatem ſcriptam eſſe. Nam illo tempore nihil tam pium tamque conveniens ſervis Dei viſum eſſe, quam unitatem ſequi, & à totius mundi communione non ſcindi, præſertim cum ſuperficies expoſitionis nihil jam ſacrilegum præferret. Sed cum poſt ſolutum concilium Vrſacius & Valens, cæterique nequitiæ eorum ſocii cœpiſſent palmas ſuas jactare, dicentes; ſe filium non creaturam negaſſe, ſed ſimilem cæteris creaturis: tunc uſiæ ſive ſubſtantiæ nomen abolitum eſſe, tunc Nicænæ fidei damnationem conclamatum eſſe, *totumque ingemuiſſe orbem, & ſe Arianum eſſe miratum.* Quod ſic intelligendum, non quaſi tunc Patres Orthodoxi facti ſint Ariani, ſed quod in nova fidei regula, conſubſtantialitatis nomine prætermiſſo, atque ſubſtantiæ pariter ablegato, viſi eſſent Nicænæ fidei proditores. *Baronius.*

Conſtantinopolim ad Imperatorem concurrunt.] Conſtantius ex procinctu Sarmati-

repertos Seleucienſis Synodi legatos, vi regia compellunt, exemplo Occidentalium, pravam illam fidem recipere. Plerique abnuentes, injurioſa cuſtodia ac fame vexati, captivam conſcientiam dedere. Multi conſtantius retinentes, adempto Epiſcopatu, in exilium detruſi, atque in eorum locum alii dati. Ita optimis ſacerdotibus aut metu territis, aut exilio deductis, perfidiæ paucorum cuncti conceſſerant. Aderat ibi tum Hilarius, à Seleucia legatos ſecutus; nullis certis de ſe manda-

matico, pergens ad bellum Perſicum, hyeme, menſe Octobri, ejuſdem anni CCCLIX. Conſtantinopolin venit. *Ammian.* XIX. *Zoſimus.* Ibi feſtine convocati ex Bithynia L. Epiſcopi. *Socrat.* II, 32. Quod factum ante ſolutam ſynodum Ariminenſem & Seleucienſem. Deinde Occidentales & Orientales eo evocati. *Philoſtorgius* IV, 12. Sed Occidentalium non niſi decem legati adfuerunt. *Sozomen.* IV, 22. Cæteri Orientales fuerunt. *Theodorit.* II, 27. De hac Synodo *Baſilius* I. adv. Eunomium & Epiſt. LXXII. *Nazianz.* in laud. Athanaſii. *Socrates* II, 32, 33. *Theodorit.* II, 27. *Sozomen.* IV, 22, 23, 24. *Philoſtorgius* IV, 12.

Ibi repertos Seleucienſis Synodi legatos.] Non videtur Severus hunc conventum Conſtantinopolitanum, pro Synodo agnoviſſe: cum tantum legati Ariminenſium & Seleucienſium adeſſent. Sed huic repugnant cæteri ſcriptores, maxime Græci. Nam Phlioſtorgius exertim dicit: συναθροίζοντο ἐκ τε τῆς ἑσπερίων καὶ τῆς ἑῴας καὶ λιβύης μικροῦ σύμπαντες. Socrates etiam ex proxima provincia Bithyniæ Epiſcopos vocatos dicit. Eum Sozomenus & Theodoritus ſequuntur. Quicquid ſit, conciliabulum male compoſitum, ex fraude, perfidia, metu, fuit indignum concilii nomine. Aëtius tamen ibi damnatus fuit, quod ἀπαραλλάκτως ὅμοιον filium diceret, non κατ' οὐσίαν, ut Baſilius; ſed alio ſenſu. Vide Gothofr. ad Philoſtorgium IV, 12.

Exemplo Occidentalium.] Sozomeni verba de hac ipſa re agentis lib. 5. Trip. hiſt. c. 35. omnino à Severo faciunt. *Giſelin.*

Pravam illam fidem recipere.] Quæ ab Arianis Ariminenſi Synodo fuerat obtruſa. Et cum οὐσίας nomen tantum in Ariminenſi Synodo rejectum fuiſſet, ὑποστάσεως quoque nomen in Conſtantinopolitana damnatum fuit. *Philoſtorg.* X, 2. *Athanaſ.* de Synodis & Epiſtola ad African. *Socrates* II, 33. V, 33. *Sozomen.* IV, 23. Et hoc eſt quod veteres dicunt, Ariminenſi fidei in Conſtantinopolitana aliquid additum fuiſſe, προσθέντες, inquit Sozomenus, ἐπὶ θεοῦ τοῦ λοιποῦ οὐσίαν ἢ ὑπόστασιν ὀνομάζειν μηδόλως.

Retinentes.] Druſius legit: *renitentes.* Sæpe uſus fuit hoc verbo in Dialogo I, cap. 3. *Adverſum hæc Epiſcopi obſtinatius renitentes.* & cap. XXV. *renitentibus cunctis, & præcipue loci illius Abbate renitente.*

Perfidiæ paucorum cuncti conceſſerant.] Ea tempeſtate facies Eccleſiæ fœda admodum ac turpis fuit, cum non, ſicut prius, ab externis, ſed propriis vaſtaretur

datis operiens Imperatoris voluntatem, ſi forſitan redire ad exilium juberetur. Is ubi extremum fidei periculum animadvertit, Occidentalibus deceptis, Orientales per ſcelus vinci: tribus libellis, publice datis, audientiam regis popoſcit, ut de fide coram adverſariis diſceptaret. Id vero Arriani maximopere abnuere. Poſtremo, quaſi diſcordiæ ſeminarium, & perturbator Orientis, redire

tut, nec niſi fugæ, prævaricationes, lapſus, cernerentur. *Rufin.* 1, 21.

Tribus libellis, publice datis, audientiam regis popoſcit.] Hi fuerunt libelli ſupplices, diverſi à tribus illis qui extant adverſum Conſtantium ſcripti. Qui diverſo tempore, & ob aliam cauſam ſcripti ſunt. *Baronius.* Primum, qui ſic incipit, *Benignifica natura tua*, in ipſo exilio videtur ſcripſiſſe, quippe in quo Imperatorem rogat, ut Epiſcopos exules reſtituat Eccleſiis ſuis. Secundum, cujus initium, *Non ſum neſcius Imperator*, Conſtantio ipſi tradidit Conſtantinopoli: ſed nec admiſſus nec auditus. *Hieronym.* in Catalogo & Chronico. Tertius ſic incipit: *Tempus eſt loquendi*, diciturque contra Conſtantium jam defunctum ſcriptus. Falſo. Nam ſcriptus quinto exilii anno, uno ante obitum Conſtantii anno. Ille autem, cujus Hieronymus meminit: *Et alius in Conſtantium, quem poſt mortem ejus ſcripſit*, haud dubie diverſus ab hoc eſt, quique nunc deſideratur. *Scultet.* Vtcunque ante obitum Imperatoris ſcriptus; non tamen eo vivo publicatus fuit. Quis enim credat hoc impune laturum Hilarium? Qui graviſſima Conſtantio crimina, acertimis verbis, impingit. *Horn.*

Perturbator Orientis.] Orienti enim ſuo maxime conſultum volebat Conſtantius, & libet ſuſpicari, Iuliani jam tum bonis ſimul & malis adulantis, atque epiſcopos à Conſtantio relegatos ad ſuam quemque eccleſiam revocantis, nonnullam rationem eſſe habitam. Non enim de nihilo eſt, quod Hilarius audientiam poſcens à Conſtantio his verbis utatur: Nec levem habeo querelæ meæ teſtem, dominum meum religioſum, Cæſarem tuum Iulianum, qui plus in exſilio meo à malis contumeliæ, quam ego injuriæ, pertulit. Et *Hieronym.* dial. in Luciferianos: *Tunc* (poſt utramque Synodum) *omnes epiſcopi, qui de propriis ſedibus fuerant exterminati, per indulgentiam novi Principis ad Eccleſias redeunt. Tunc Hilarium ſuum de prælio revertentem, Galliarum Eccleſia complexa eſt.* Per novum principem intelligit, Iulianum. *Giſelin.*

Redire ad Gallias jubetur.] Conſtantius juſſit, ut domum rediret, ſed exilium non remiſit. Mortuo mox Conſtantio, Iulianus omnibus reditum indulſit, tumque demum Hilarius cum cæteris in Galliam per Italiam rediit. Vnde Sulpicius in vita S. Martini: *Nec multo poſt, cum Sancto Hilario comperiſſet Regis pœnitentia poteſtatem indultam fuiſſe redeundi, Romæ ei tentarit occurrere, profectuſque ad urbem eſt.* Sic ſenſit S. Hieronymus, ut poſt apparebit. *Sigonius.* Magno Dei miraculo accidit, ut Hilarius poſt exhibitum tertium librum Conſtantio, quo Tyrannidem ejus acerrime reprehendit, tanquam pro præmio ſacerdotalis libertatis ſit juſſus reverti ad ſuos. Quod hoc anno CCCLX. contigit. *Hieron.* in Chron. & adverſ. Lucifer. *Baron.* Sane magnum id miraculum, ſi verum. De quo jure dubitari poteſt. Verba Hieronymi ſunt:

re ad Gallias jubetur, abſque exilii indulgentia. Verum ubi permenſus eſt orbem pene terrarum, malo perfidiæ infectum, dubius animi, & magna curarum mole æſtuans, cum pleriſque videretur, non ineundam cum

his

Hilarius cum apud Conſtantinopolin librum pro ſe Conſtantio porrexiſſet, ad Gallias redit. In Chronico. Et in Catalogo manifeſte diſtinguit inter libellum quem Hieronymus viventi Conſtantio porrexit, & alterum illum. Prior vocatur, *Ad Conſtantium.* Alter, *in Conſtantium.* Fuit ergo invectiva, nec pro Hilario, ſed contra Conſtantium liber ſcriptus. *Horn.*

Abſque exilii indulgentia.] Vide finem cap. quarti in vita B. Martini, ubi hunc locum ex alio ſumus interpretati. *Giſelinus.* Conſtantius imperator, licet Hilarium juberet domum redire, ne Orientem turbaret, tamen non remiſit ei exilium, ita vita B. Martini, cap. 4. *Nec multo poſt cum S. Hilarius comperiſſet regis pœnitentia poteſtatem indultam fuiſſe redeundi, Romæ ei tentavit occurrere.* Hieronymus adverſus Luciferianos, *Tunc omnes epiſcopi, qui de propriis ſedibus fuerant exterminati, per indulgentiam novi principis* (Iuliani) *ad Eccleſias revertuntur. Tunc Hilarium ſuum de prœlio revertentem Galliarum Eccleſia complexa eſt.* Druſ. Mortuo Conſtantino ſucceſſit Iulianus, qui ſe initio Chriſtianis æquiſſimum præbuit, atque epiſcopis exulantibus reditum condonavit. Quare ita pergit S. Hieronymus: *Omnes epiſcopi, qui de propriis ſedibus fuerant exterminati, per indulgentiam novi principis ad Eccleſias redeunt. Tunc triumphatorem ſuum Athanaſium Aegyptus excepit. Tunc Hilarium de prœlio revertentem eccleſia Galliarum complexa eſt. Tunc ad reditum Euſebii lugubres veſtes Italia mutavit. Concurrebant Epiſcopi, qui Ariminenſibus dolis irretiti ſine conſcientia hæretici ferebantur, conteſtantes corpus Domini, & quicquid in Eccleſia ſanctum eſt, ſe nihil mali in ſua fide ſuſpicatos. Putavimus,* dicebant, *ſenſum congruere cum verbis, nec in eccleſia Dei, ubi ſimplicitas, ubi pura confeſſio eſt, aliud in corde clauſum eſſe, aliud in labiis proferri timuimus. Decepit nos bona de malis exiſtimatio, non ſumus arbitrati, ſacerdotes Chriſti adverſus nos pugnare.* Hæc in univerſum ab epiſcopis acta ſunt, ad emendanda, quæ ſubſcriptione Ariminenſi commiſſa erant. *Sigonius.*

Orbem pene terrarum, malo perfidiæ infectum.] Hæc ſunt illa tempora, de quibus ſupra ex Hieronymo dictum: *Totus ingemuit orbis, & ſe Arianum eſſe mirabatur.* Adv. Lucifer. Hæc eſt fœda illa Eccleſiæ facies. *Rufinus* 1, 21. Vide eundem lib. x, cap. 30, & 31. qui hæc eadem tradit, & Hilarium ante cæteros exules revocatum eſſe innuit. *Giſelinus.*

Cum pleriſque videretur, non ineundam cum his communionem, qui Ariminenſem Synodum recepiſſent.] Innuit Luciferianos, de quibus paulo poſt: *Lucifer in tantum eos qui Arimini fuerant, condemnavit, ut ſe etiam ab eorum communione ſecreverit, qui eos ſub ſatisfactione vel pœnitentia recepiſſent.* S. Cœna dicebatur communio, διὰ τὸ ὅτε κοινωνεῖν τοὺς ἀξίους πάντας τῶν μυστηρίων. *Pachymer.* Dionyſii Interpres. Vide Caſaubon. Exercit. XVI. Ad ea, quæ perperam acta in Ariminenſi concilio erant, emendanda, duo conſilia proponebantur. Vnum, ut omnes epiſcopi, qui ſe ſubſcriptione contaminaſſent, communione integrorum excluderentur, quod cenſuit Lucifer: alterum, ut ad pœnitentiam adhiberentur, quod cenſuit Hilarius. Hic enim cum in reditu ex Oriente, omnes homines perfidia Ariana pollutos eſſe reperiſſet, videretque pleroſque cum Lucifero in ea ſen-

his communionem, qui Ariminenſem Synodum recepiſſent, optimum factu arbitratus, revocare cunctos ad emendationem & pœnitentiam, frequentibus intra Gallias

tentia eſſe, ne cum epiſcopis, qui Ariminenſi concilio ſubſcripſiſſent, communio iniretur, ipſe longe aliter ſentiens, poſtquam in Italiam & Gallias venit, mulra concilia habuit. Ibi vero cum epiſcopi errorem ſuum confiterentur, & ſe decepros aſſererent, iis prope verbis utentes, quæ ſupra ex S. Hieronymo in hunc commentarium intexuimus, juranies ſe nihil mali in ſua fide ſuſpicatos, ex omnium conſenſu condemnavit formulam Ariminenſem, qua filius parri ſimilis, & creatura, non ſicut cæteræ creaturæ, ſtatuebatur, & fidem in priſtinum ſtatum redegit, ut filius crederetur genitus, non factus, conſubſtantialis patri, ex Deo natus ante omnia ſecula. *Sigon.*

Optimum factu arbitratus.] Hic iterum nominarivus verbo comite deſtitutus lectorem ſuſpenſum reliquit: niſi fortaſſe verbis periodum hanc claudentibus ad ſingularem numerum reflexis, ſcribi debeat, *condemnavit*, & *reformavit.* Quod ſine libris audeat qui volet, non ego. *Giſelin.* Imo vero ſcribe *condemnans*, & *reformans*, litera *t* in *s* mutata, & omnia clara erunt. *Horn.*

Revocare cunctos ad emendationem & pœnitentiam.] Socrates 11, 8. *Hilarius Pictavorum Epiſcopus. (eſt autem hæc civitas Aquitaniæ ulterioris) ante Euſebium, Epiſcopus tum in Gallia, Catholicæ fidei dogmata diligenter docuit, ſocio uſus Euſebio Vercellenſium Epiſcopo. Vterque fidem ſtrenne propugnavit.* Γλαφυρός τε καὶ ἐλλόγιμος ὢν βιβλίοις τῇ Ῥωμαίων γλώττῃ τὰ τοῦ ὁμοουσίου παρέδωκε δόγματα, ἀμυνάμενος δὲ καὶ τῶν Ἀρειανῶν δογμάτων καθήψατο.

Intra Gallias conciliis.] Ex conciliis autem, quæ mulra habuit, unum fuit Biterrenſe, ut ipſe ſignificat in libro de Synodis: *Ego graviſſimum fidei periculum longe antea providens poſt ſanctorum virorũ exilia Paulini, Euſebii, Luciferi, Dionyſii quinto abhinc anno, à Saturnini & Vrſatii, & Valentis communione me cũ Gallicanis epiſcopis ſeparavi indulta cæteris conſortibus eorũ reſipiſcendi facultate. Quibus poſtea per factionem eorum pſeudapoſtolorum ad Biterrenſem Synodum compulſis cognitionem hujus hæreſeos obtuli. ſed hi timentes publicæ conſcientiæ audire ingeſta à me noluerunt.* Hinc S. Auguſtinus contra Maximinum: *Hoc eſt illud Homouſion, quod in concilio Nicæno adverſus hæreticos Arrianos à Catholicis patribus veritatis auctoritate, & auctoritatis veritate firmatum eſt. quod poſtea in concilio Ariminenſi propter novitatem in verbis minus, quam oportuit, intellectum, multis paucorum fraude deceptis, hæretica impietas ſub hæretico Imperatore Conſtantio labefactare tentavit: ſed non poſt longum tempus libertate fidei Catholicæ prævalente, poſteaquam vis verbi, ſicut debuit, intellecta eſt, Homouſion illud Catholicæ fidei ſanitate, longe lateque defenſum eſt.* Sigonius. Extat Synodalis epiſtola miſſa ex Pariſienſi tunc celebrato concilio ad Orientales, quam Nicolaus Faber edidit. Ejus inſcriptio ſic ſe habet: *Incipit Fides Catholica expoſita apud Fariſeam civitatem ab Epiſcopis Gallicanis ad Orientales Epiſcopos.* Pro *Fariſeam* reſtituendum *Pariſiam*, ut Faber monuit. In ea epiſtola profitentur, ſe Vſiæ & ὁμοουσίου vocem & Orthodoxum ſenſum ſemper retenturos.

Atque omnibus fere epiſtolis.] Vt infra, ſic hoc etiam loco reſtitui, epiſcopis pro epiſtolis: audaciter quidem, ſed tamen vere. Quod ſpero omnes mihi donaturos. Sequitur enim, cæteris (poſt Saturninum & Paternum ſacerdotio pulſos) venia data, &, unius Hilarii beneficio Gallias noſtras piaculo hæreſis liberatas. *Giſelinus.*

Satur-

lias conciliis, atque omnibus fere epiſtolis de errore profitentibus, apud Ariminum geſta condemnant, & in ſtatum priſtinum Eccleſiarum fidem reformant. Reſiſtebat ſanis conſiliis Saturninus, Arelatenſium epiſcopus, vir ſane peſſimus, & ingenio malo, pravoque. Verum etiam præter hæreſis infamiam, multis atque infandis criminibus convictus, Eccleſia ejectus eſt. Ita partium vires, amiſſo duce, infractæ. Paternus etiam à Petrocoris æque vecors, nec detrectans perfidiam profiteri, ſacerdotio pulſus: cæteris venia data. Illud apud omnes conſtitit, unius Hilarii beneficio, Gallias noſtras, piaculo hæreſis liberatas. Cæterum Lucifer, tum Antiochiæ, longe diverſa ſententia fuit. Nam in tantum

eos

Saturninus Arelatenſium Epiſcopus.] De quo paulò ante.

Præter hæreſis infamiam.] Commendatur conſtantia & ſincera fides Eccleſiæ Gallicanæ, cum in tanto numero Epiſcoporum tam pauci ſint reperti qui adhæſerint Arianis, reliquis omnibus ſequentibus Sanctum Hilarium. *Baronius.*

Amiſſo duce infractæ.] Ioh. Iacobus Grynæus auctor vitæ B. Hilarii, Baſilææ evulgatæ, corrigendum putat *fracta.* quod ſane ille non putaret, ſi paulo poſt de Fœgadio legiſſet. Paulatim & ipſe *infractior.* Quid, quod Cicero aliter loqui nunquam ſolet? *Giſelinus.*

A Petrocoris.] Petrocorii, Aquitaniæ populi, in provincia Burdegalenſi. Sunt autem Marliano Petragorii, Gal. *Perigeux.* Druſius. Petrocoritana Eccleſia fuit in Aquitania ſecunda. *Sigon.*

Unius Hilarii beneficio Gallias noſtras piaculo hæreſis liberatas.] Hiero. *Gallia per Hilarium Arrianæ perfidiæ dolum damnat.* Ruffinus 1, 30, 31. de Hilario & Euſebio: *Ita duo iſti viri, velut magnifica quædam mundi lumina, Illyricum, Italiam, Galliaſque ſuo ſplendore radiarunt, ut omnes etiam de abditis angulis & abſtruſis, hæreticorum tenebræ fugarentur.* Qui tamen alias obtrectatur Hilarium, fingens eum poſt Ariminenſe concilium, ab Epiſcopis excommunicatum. Quam fabulam Hieronym. Apol. lib. II. confutat. Vide & *Socratem* III, 8. *Sozomen.* V, 12. *Niceph.* X, 17.

Lucifer.] Epiſcopus Calaritanus in Sardinia, de quo ſupra. Ab hoc Luciferiani, contra quos Hieronymus Dialogum ſcripſit. Extat inter epiſtolas ejus. De hoc ſchiſmate *Socrates* XI, 7. *Sozomen* V, II. *Niceph.* X, 17. Fuit homo vehementiſſimi ingenii, quod ex ſcriptis ejus apparet; & qui in Conſtantium acerrime invectus eſt.

Tum Antiochiæ.] Relegatus enim in Palæſtinam, Antiochiæ Paulinum Epiſcopum deſignavit. Unde lis ei aliqua cum Euſebio Vercellenſi. *Socrates* & alii.

In tantum eos qui Arimini fuerant condemnavit, ut ſe etiam ab eorum communione ſecreverit, qui.] Hæc vera cauſa ſchiſmaris Luciferiani. Nam quod Socrates, Sozomenus, Ruſinus, eam rejiciunt in

 diſſi-

eos qui Arimini fuerant condemnavit, ut ſe etiam ab eorum communione ſecreverit, qui eos ſub ſatisfactione vel pœnitentia recepiſſent. Id recte, an perperam conſtituerit, dicere non auſim. Paulinus & Rhodanius in Phrygia defuncti. Hilarius ſexto anno, poſtquam redierat, in patria obiit.

Se-

diſſidium ejus cum Euſebio ob Paulini electionem, falſum eſt, ut Baronius oſtendit. Vide *Sozom.* v, 12. *Ruffin.* I, 32. *Socrat.* III, 7. Incidit autem in diſſidium cum Euſebio, quod auctor ejus decreti eſſe videretur, quo Epiſcopis lapſis communicario Catholica reſtituebatur. Hieronymus: *Lucifer cum Georgio Epiſcopo Hiſpaniarum, & Philone Lybiæ, nunquam ſe Arianæ miſcuit pravitati.* Hoc non ſic accipiendum, ac ſi duntaxar hi immunes fuerint ab Ariana hæreſi: ſed quod abſtinuerint à communicatione Epiſcoporum illorum qui cum Arianis pœnitentibus communicaverant. *Baronius.* Circa lapſos diſciplina fuit admodum ſevera & prorſus admiranda. Nam in admittendis lapſis ad ſacram Communionem quinque gradus obſervati, ſive, ut loquuntur ſcriptores Eccleſiaſtici, τέσσαρας τόπους ἐπιτιμίων ἀνύσεως, quatuor loca pœnæ obiri præcepit, antequam pervenirent ad ipſã communionẽ. Primus locus erat quẽ vocarunt πρόσκλαυσιν, quaſi *præfletum*, ubi in primo aditu Eccleſiæ, ſeparati non ſolum à fidelibus, ſed etiam Catechumenis, aliquot annos. Tres ut plurimum manebant pœnitentes in ſquallore & pœdore, *omnibus fidelibus legationes deprecationis injungentes*, ut loquitur Tertull. libro de Pœnit. Proximus locus erat ἀκρόασις, ubi plerumque aliis tribus annis admittebantur tantum ut audirent verbum Dei, quando legebatur in Eccleſia. His fas non erat precibus intereſſe. Tertius gradus erat ὑπόπτωσις, cum ad preces quoque admittebantur, & ut Catechumeni erant. Cæteri duo erant, σύστασις & μέθεξις, *initiatio* & *participatio.* Caſaubon.

Recte, an perperam conſtituerit, dicere non auſim.] Imo perperam, Sulpici. Excandeſcit in Iohannem Arcam, Sardum, quod Lucifero huic locum inter Sanctos Inſulæ Sardiniæ dederit, Baronius appendice ad Tomum IV. Annal. Hieronymus ejus factum, quantum poteſt, excuſat. *Vnum eſt*, inquit, *quod etiam in præſenti conſtanter loquar; verbis eum à nobis diſſentire, non rebus: ſiquidem eos recipiat, qui ab Arrianis baptiſma conſecuti ſunt.* Adverſ. Lucifer. Qui ejus in ſchiſmate perſeverantiam lamentabiliter deflet, *de Scriptor. Eccleſ.* in Lucifero.

Paulinus & Rhodanius.] De S. Paulino ſic Beda: *Prid. Kalend. Septembris Treviris celebratur natalis S. Paulini epiſcopi, & confeſſoris, qui à Conſtantio Imperatore ob Catholicam fidem relegatus exilio, & uſque ad mortem extra Chriſtianum nomen mutando exilia fatigatus, ad ultimum apud Phrygiam defunctus, beatæ paſſionis coronam à Domino percepit.* Omiſit Dionyſium, de quo ſic Vſuardus: *Dionyſius epiſcopus Mediolanenſis, & Confeſſor, apud Cappadociam pro fide Catholica damnatus exilio, ibidem quievit.* Sigonius.

Hilarius ſexto anno, poſtquam redierat, in patria obiit.] Quarto Valentis & Valentiniani anno, ut Gregor. Turonenſis ſcriptum reliquit lib. I. hiſtor. quod ita demum verum videri poteſt, ſi duos annos, aut ſaltem ſeſquiannum, in eccleſiis toto orbe obeundis ac reſtaurandis conſumpſerit. *Giſelm.* Idem S. Hierony-

Sequuntur tempora ætatis noſtræ gravia & periculoſa, quibus, non uſitato malo, polluta Eccleſiæ, & perturbata omnia. Namque tum primum infamis illa Gnoſticorum hæreſis intra Hiſpanias deprehenſa, ſuperſtitio exitiabilis, arcanis occultata ſecretis. Origo iſtius

ronymus in Chronico: *Mortuus eſt Pictavis, Valentiniano & Valente regnantibus, nempe anno* CCCLXVI. De eo ſic Beda: *Pictavis Idibus Ianuarii natalis colitur S. Hilarii, epiſcopi & confeſſoris, qui ob Catholicam fidem quadriennio apud Phrygiam relegatus, inter alias virtutes fertur, quod mortuum ſuſcitaverit.* Sigon. Inſigne mendacium eſt, quod Laurentius Surius ſcribit, B. Hilarii oſſa à Calviniſtis anno cIↃ IↃ LXII. fuiſſe combuſta. Addit Bellarminus libro de Reliquiis: *Corpus Hilarii fuiſſe effoſſum & in profluentem projectum.* Quæ æque vera ſunt, ac alterum illud Surii mendacium, cadaver Franciſci II. Regis Galliarum ab iiſdem fuiſſe crematum Aureliis, quod hodieque in Dionyſiano majorum ſepulcro jacet reconditum. *Scultet.*

Infamis illa Gnoſticorum hæreſis.] Quæ ex plurimis hæreſibus conflata. Auguſtin. de hæreſ. cap. LXX. *Priſcillianiſtæ,* quos in Hiſpania Priſcillianus inſtituit, maxime *Gnoſticorum & Manichæorum dogmata permixta ſectantur: quamvis & ex aliis hæreſibus in eas ſordes, tanquam in ſentinam quandam, horribili confuſione, conflaxerint.* Leo Epiſt. XCIII. ad Turibium: *Manichæi & Priſcillaniſtæ inter ſe mutuo fœdere ſunt connexi, ut ſolis nominibus diſcernantur.* Vnde & Iſidorus de viris Illuſtribus, *Marcum Manis diſcipulum* vocat, non quod Manis tempore vixerit, ſed quod ejus doctrinam amplecteretur. *Hieronymus* in cap. XLIV. Ieſ. eos Baſilidis, Balſami, Theſauri, Barbelonis quoque & Leuſibote portentoſa nomina ſuſcepiſſe dicit. Eorum dogmata recenſent, *Epiphanius, Auguſtinus, Oroſius* in Epiſtola ad Auguſtinum. *Hieronymus* adverſus Pelagianos ad Cteſiphontem. *Leo* epiſt. XCIII. ad Turibium, & alii. Horrenda eorum impietas fuit, & deteſtabilis immaniſque libido. Comedebant immaturos fœtus, aliaque ſpurca, dicentes: *Hoc eſſe corpus & ſanguinem Chriſti edere.* Negarunt reſurrectionem carnis. Alia vide apud Epiphanium Hæreſi XXVI. Hinc illæ gentilium in omnes Chriſtianos horribiles calumniæ. Nam abominanda illa καθάρματα ſub Chriſtianorum nomine cenſebantur. *Lactant.* IV. 30. *Irenæus* I, 20, 27. *Euſeb.* II. Hiſt. Eccl. 13, III, 29. Vnde Chriſtianis objecerunt ἀνθρωπίνων σαρκῶν βορὰς καὶ ἀναιδεῖς μίξεις, Cœnas Thyeſtæas. *Iuſtin.* Martyr Apolog. ad Antonin. *Orig.* VI. contra Celſum. Infanticidum. *Tertull.* Apol. *Iuſtin.* Apol. II. *Athanaſ.* Apol. *Theophil.* II. ad Autolycum. *Minucius Felix* in Octavio. Huc accedebat illud Chriſti: ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίετε τὸ αἷμα, quo & gentiles & Gnoſtici abuſi ſunt. *Horn.*

Arcanis occultata ſecretis.] Vt ſe occultarent Gnoſtici, in ſpeluncis & latibulis montium habitare conſueverant. Vnde in Cæſar-auguſtana Synodo decretum: *Ne habitent in latibulis cubiculorum ac montium, qui in ſuſpicionibus perſeverant: ſed exemplum ac præceptum cuſtodiant ſacerdotum: & ad alienas villas agendorum conventuum cauſa ne conveniant.* Iidem ut laterent, convenientes ad Eccleſiam Catholicam, ſic accipiebant euchariſtiam, ut eam non comederent. Synodus Cæſar-auguſtana: *Euchariſtiæ gratiam ſi probatur quis acce-*

 ptam

iſtius mali, oriens ab Ægyptiis. Sed quibus ibi initiis coaluerit, haud facile eſt differere. Primus eam intra Hiſpanias Marcus intulit, Ægypto profectus; Memphis ortus. Hujus auditores fuere, Agape

ptam non conſumſiſſe in Eccleſia, anathema ſit in perpetuum. Vnde & propter occulrandas contaminationes & turpitudines ſuas, habebant in dogmatibus ſuis hæc verba: *Iura, perjura, ſecretum prodere noli.* Auguſtin. de Hæreſib. cap. LXX. Habebant autem μυστήρια quædam, in quibus ſummam ἐποπτείας ſuæ collocabant. Quæ fuerunt horrenda illa ſecretarum libidinum monſtra, cædes infantium, & alia: de quibus graviter Euſebius in Simone Mago: τὰ δὲ τούτων αὐτοῖς ἀπορρητότερα, ὧν φασὶ τὸ πρῶτον ἐπακούσαντα, ἐκπλαγήσεσθαι, καὶ κατά τι παρ' αὐτοῖς λόγιον ἔγγραφον θαμβωθήσεσθαι, θάμβους ὡς ἀληθῶς καὶ φρενῶν ἐκστάσεως καὶ μανίας ἔμπλεω τυγχάνει τοιαῦτα ὄντα, ὡς μὴ μόνον μὴ δυνατὰ εἶναι παραδοθῆναι γραφῇ, ἀλλ' οὐδὲ χείλεσιν αὐτὸ μόνον δι' ὑπερβολὴν αἰσχρουργίας τε καὶ ἀρρητοποιίας, ἀνδράσι σώφροσι λαληθῆναι. II. Hiſt. 12.

Origo iſtius mali, oriens ab Aegyptiis fuit. Sed quibus ibi initiis coaluerit, haud facile eſt differere.] Simon Magus omnium hæreticorum πατὴρ καὶ δημιουργὸς, fundamenta Gnoſticorum poſuit. *Euſebius* II. Hiſt. 12. *Epiphanius* hæreſi XXI. Eum ſecuti ſunt Menandriani, Saturniliani, Baſilidiani, Nicolaitæ, qui omnes tandem in unam Gnoſticorum hæreſin coaluerunt, receptis etiam in Societatem Manichæis. Quoniam vero magnam partem in Ægypto laruerunt, hinc Sulpicius dicit originem hujus mali ab Ægyptiis fuiſſe. *Horn.* Multo fuſius, ac multo clarius, quam quiſquam alius, acta hujus hæreſis narrat Sulpicius. Quare multa haber ſingularia, maxime memorabilia. *Sigonius.*

Intra Hiſpanias Marcus intulit, Aegypto profectus.] Epiphanius cum in Ægypto juvenis eſſet, impegit in ejuſmodi latentes ibi Gnoſticos, parumque abfuit quin & ipſe blanditiis illius ſectæ fœminarum fuerit irretitus. Eos latitantes circiter LXXX. Epiſcopis indicavit, à quibus Ægypto expulſi ſunt. *Hæreſi* XXVI. Hos in Hiſpaniam veniſſe, ex Severo colligimus. Certe conveniunt tempora, nempe Epiphanii juventus cum Marco ex Ægypto veniente. *Baronius* ad A. CCCLXXXI. Marcum autem primo in Gallias, deinde in Hiſpaniam navigaſſe, Hieronymus in Iſa. cap. XLIV. tradit. Verba ejus ſunt: *Gnoſtics per Marcum Aegyptium Galliarum primum circa Rhodanum, deinde Hiſpaniarum nobiles fœminas decerpſerunt.* Legendum putarim *deceperunt*. Iſidorus de viris Illuſtribus: *Idatius Hiſpaniarum Epiſcopus, cognomento & eloquio clarus, ſcripſit quendam librum ſub Apologetici ſpecie: in quo deteſtanda Priſcilliani dogmata, & maleficiorum ejus artes, libidinumque ejus probra demonſtrat; oſtendens Marcum quendam Memphiticum Magiæ ſcientiſſimum, Nianis & Priſcilliani magiſtrum.*

Memphis ortus.] Galeſin. *Memphi.* Memphis Ægypti antiquiſſima regia & metropolis. Vnde *Memphitica regna*, pro Ægypto. *Dialogo* I. In ſacris libris dicitur נוף, Eſa. XIX, 13. Ier. II, 16. & מוף alibi, in Targum מפיס. Arabice *Minph.* Abulfeda. Hodie Cairi ampliſſimo ambitu concluditur, & nihil ejus, præter nomen, reſtat. *Poſtell. Ortel.*

Agape

Agape quædam non ignobilis mulier, & rhetor Helpidius. Ab his Priſcillianus eſt inſtitutus, familia nobilis, prædives opibus, acer, inquies, facundus, multa lectione eruditus, diſſerendi ac diſputandi promptiſſimus. Fælix profecto, ſi non pravo ſtudio corrupiſſet optimum ingenium; prorſus multa in eo animi & corporis bona cerneres. Vigilare multum, famem ac ſitim fere poterat, habendi minime cupidus, utendi parciſſimus. Sed idem vaniſſimus, & plus juſto inflatior profanarum rerum ſcientia: quin & magicas artes ab adoleſcentia eum exercuiſſe creditum eſt. Is ubi

do-

Agape quædam non ignobilis mulier.] Hieron. de Agape hac quæ ſeduxit Hiſpidium: *Mulier virum, cæca cæcum duxit in foveam, ſucceſſoremque ſui Priſcillianum habuit.* Adv. Pelag. ad Cteſiphont. Notant id antiqui, mulierculas, imprimis nobiles, in deteſtabilem Gnoſticorum Hæreſin conſenſiſſe. De quo paulo poſt. Vidimus his proximis annis triſtia Gnoſticorum talium, apud Anglos exempla. Quis non Schiſmaticorum execrabiles furores execretur? Norum eſt Hutchinſoniæ in Nova Anglia tragicum exemplum. Quis enumeret eos, qui ſimili inſania, hodie in veteri Anglia laborant?

Rhetor Helpidius.] Hieron. ad Cteſiphontem contra Pelag. *Agape fœmina ſeduxit Helpidium.* Hujus filius non eſt ille cujus meminit Fl. Lucius Dexter in Chronico, ad A. CCCLXXXV. *Bivarius.*

Priſcillianus.] Hic nomen Priſcillianiſtis dedit. Qui non confundendi cum Priſcillianis, quos alio nomine Quintillianos ſive Pepuzianos vocarunt, & Ἀρτοτυρίταις. His enim nomen dedit Quintilla ſive Priſcilla quædam: fueruntque iidem cum Phrygibus. Tradidere, Quintiliam aut Priſcilliam, in Pepuza dormiviſſe, & Chriſtum ad ipſam veniſſe, ipſique revelaſſe, Pepuzam (qui locus eſt in ſuperiore Phrygia) eſſe cœleſtem illam Ieruſalem, & civitatem de qua Prophetæ vaticinati ſint. Laudabant Evam, quod lapſus & ſalutis cauſa fuiſſet. Vide Epiphanium hæreſi XLIX.

Eſt inſtitutus.] Proſper in Chronico: *Anno Chriſti CCCLIX. Priſcillianus de Gallacia ex Manichæorum & Gnoſticorum dogmate hæreſim nominis ſui condidit.* S. Auguſtinus: *Priſcillianiſtæ quos in Hiſpania Priſcillianus inſtituit, maxime Gnoſticorum & Manichæorum dogmata permixta ſectantur. Quamvis & ex aliis hæreſibus in eas ſordes, tanquam in ſentinam quandam horribili confuſione confluxerunt.* Sigon.

Acer, inquies, facundus.] Fl. Lucius Dexter in Chronico ad A. CCCLXXXIV. *Priſcillianus hæreticus, præceps, difficultatum patiens, verſatilis ingenii, verſutus & eloquens, multum inſanit.* Expreſſit naturam Priſcilliani ex Catilina Salluſtii, cujus frequens imitator. *Horn.*

Magicas artes ab adoleſcentia eum exercuiſſe creditum eſt.] Nihil mirum cum etiam Marcus, qui hanc hæreſin primus in Hiſpanias intulit, artis magicæ ſcientiſſimus fuerit. *Druſius.* Hieron. adv. Pelag. ad Cteſiph. *Priſcillianus Zoroaſtris Magi ſtudioſiſſimus, & ex Mago Epiſcopus, cui juncta Galla non gente ſed nomine Germana, huc illucque currentem alte-*

 rius

doctrinam exitiabilem aggreſſus eſt, multos nobilium, pluresque populares, autoritate perſuadendi, & arte blandiendi, allicuit in ſocietatem. Ad hoc mulieres novarum rerum cupidæ, fluxa fide, & ad omnia curioſo ingenio, catervatim ad eum confluebant. Quippe humilitatis ſpeciem ore & habitu prætendens, honorem ſui & reverentiam, cunctis injecerat. Iamque paulatim perfidiæ iſtius tabes, pleraque Hiſpaniæ pervaſerat: quin & nonnulli Epiſcoporum depravati, inter quos Inſtantius & Salvianus, Priſcillianum non ſolum conſenſione, ſed ſub quadam etiam conjuratione ſuſceperant. Quo Adyginus epiſcopus Cordubenſis, ex vicino agens, comperto, ad Idatium emeritæ ætatis ſacerdotem refert. Is vero ſine modo, & ultra quam oportuit, Inſtantium ſocioſque ejus laceſſens, facem quandam naſcenti incendio ſubdidit: ut exaſperaverit malos potius, quam

rius & vicina hæreſis reliquit hæredem.

Doctrinam exitiabilem aggreſſus eſt.] Hieronymus adverſus Pelagianos: *Priſcilliani in Hiſpania pars Manichæi de turpitudine, cujus te diſcipuli diligunt plurimum, verbum perfectionis, & ſcientiæ ſibi temere vindicantes, ſoli cum ſolis clauduntur mulierculis, & illud eis inter coitum, amplexuſque decantant:*

Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Conjugis in gremium lætæ deſcendit, & omnes
Magnus alit, magno commiſtus corpore fœtus.

Sigonius.

Mulieres novarum rerum cupidæ.] Hoc jam in Simone Mago annotat Euſebius: ἡ τῶν δὲ μυσαρωτάτη αἵρεσις, ταῖς ἀθλίαις καὶ παντοίων ὡς ἀληθῶς κακῶν σεσωρευμένας γυναιξὶ καταπαιζόντων. 11. *Hiſt.* 12. Hieron. in Eſaiam XLIV. *Hiſpaniarum & Luſitaniæ deceptæ ſunt mulierculæ oneratæ peccatis, quæ ducuntur deſideriis variis.*

Adyginus epiſcopus Cordubenſis.] Infra Iginus vocatur: ſed legendum utrobique *Hyginus*. Hic Hoſio in Epiſcopatu ſucceſſit. *Druſ.*

Ad Idatium emeritæ ætatis ſacerdotem refert.] Aſſentior iis qui legunt, *Emeritæ civitatis.* Auguſta Emerita civitas Luſitaniæ, quæ Ptolemæo ἠμέριτα, ab Auguſti militibus emeritis ſic appellata creditur. *Druſius.* Tum vero Emerita metropolis habebat dignitatem, quæ poſt à Caliſto II. Pont. Compoſtellam traducta eſt. Poteſt etiam legi, *Quo Hyginus comperto*, omnino enim Hygini, non Adhygini nomen eſt retinendum. Pro Idacio vero S. Hieronymus habet *Hylatium*, in libro de ſcriptoribus eccleſiaſticis. *Sigon.* Sacerdotem autem, more ſuo, Epiſcopum vocat.

Poſt

quam compreſſerit. Igitur poſt multa inter eos, & digna memoratu certamina, apud Cæſar-auguſtam Synodus congregatur: cui tum etiam Aquitani Epiſcopi interfuere. Verum hæretici committere ſe judicio non auſi, in abſentes tum lata ſententia, damnatique Inſtantius & Salvianus Epiſcopus, Helpidius & Priſcillianus laici. Additum etiam, ut ſi quis damnatos in communionem recepiſſet, ſciret in ſe eandem ſententiam promendam. Atque id Ithacio Soſſubenſi epiſco-

Poſt multa inter eos, & digna memoratu certamina.] Crebræ, ut videtur, A. CCCLXXXIV. contra Priſcillianiſtas ſynodi habitæ. Fl. Luc. Dexter in Chronico: A. CCCLXXXIV. *Emeritæ Auguſtæ in Hiſpania Epiſcopus Metropolitanus Pontifex Luſitaniæ, contra Priſcillianum concilium contrahit.*

Apud Cæſar-auguſtam ſynodus congregatur.] Extant fragmenta quædam ejus concilii, in nominibus Epiſcoporum enormiter depravati, atque errore collectoris rejecti ad tempora Hormiſdæ Papæ, cum ſub Damaſo collocandum fuiſſet. Id exhibet & emendat Baronius ad A. CCCLXXXI. *Cæſar-auguſtæ alterum Concilium contrahitur; præfuit Phægadius Epiſcopus ...... interfueruntque Epiſcopus Burdegalenſis, Toloſanus, Helenenſis, Idatius Metropolitanus Bracarenſis, Audentius Metropolitanus Toletanus, Etherius Epiſcopus Oſſinenſis, Cartherius Vxamenſis, Lupus Telenſis, Valerius Cæſar-auguſtanus & alii, in quibus Emila Barcinonenſis, & etiam ex Galliis S. Martinus Turonenſis.* Fl. Luc. Dexter. Hoc eſt illud Cæſar-auguſtanum concilium, cujus octo Canones extant in Tomo conciliorum Hiſpaniæ. Garſias de Loayſa falſo exiſtimat, aliud eſſe omnino ab illo Cæſar-auguſtano, in quo Priſcillianiſtæ damnati. Nam unum fuit, ut ex nominibus Epiſcoporum patet: ſive id anno 380. quod Acta volunt, vel 384. quod Dexter vult, celebratum ſit. Quod autem damnatio Priſcilliani ibi non extat, id vel dolo Priſcillianiſtarum factum, vel quia paulo poſt in Toletano I. Concilio prolixe repetitur. *Bivarius.* Quantum ex Sulpicio colligi poteſt, concilium illud Cæſarauguſtanũ non anno CCCLXXXIV. ſed quadriennio ante, CCCLXXX. vel anno poſt habitum eſt. Ergo vel fallitur Dexter, vel aliud concilium innuit, quam de quo Sulpicius loquitur. Tum & illud mirum, quod dicit Martinum Turonenſem interfuiſſe. De quo nihil Sulpicius, quanquam Aquitaniæ Epiſcoporum meminerit. *Horn.*

Inſtantius & Salvianus Epiſcopus.] Lego, *Epiſcopi.* Nam Inſtantius etiam Epiſcopus fuit, ut ex ſequentibus patet. *Druſ.*

Si quis damnatos in communionem recepiſſet.] Hæc verba dubitare nos non ſinunt, fragmenta Cæſar-auguſtani concilii, eſſe ejuſdem cujus hoc loco Severus meminit. Nam ibi Canon. V. eſt: *Item lectum eſt:* ut hi qui per diſciplinam aut ſententiam Epiſcopi ab Eccleſia fuerint ſeparati, ab aliis Epiſcopis non ſint recipiendi. Quod ſi ſcientes Epiſcopi fecerint, non habeant communionem. Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt: *Qui hoc commiſerit, Epiſcoporum non habeat communionem.*

Id Ithacio Soſſubenſi epiſcopo negotium datum.] Non ſolum decreta faciunt, ut damnent hæreticos, ſed executionem etiam mandant uni ex epiſcopis Itha-

ſcopo negocium datum, ut decretum Epiſcoporum in omnium notitiam deferret, maximeque Iginum extra communionem faceret: qui cum primus omnium inſectari palam hæreticos cœpiſſet, poſtea turpiter depravatus, in communionem eos recepiſſet. Interim Inſtantius & Salvianus, damnati judicio ſacerdotum, Priſcillianum etiam laicum, ſed principem malorum omnium, una ſecum Cæſarauguſtana Synodo notatum, ad confirmandas vires ſuas, Epiſcopum in Labinenſi oppido conſtituunt: rati nimirum, ſi hominem acrem & callidum ſacerdotali auctoritate armaſſent, tutiores fore ſeſe. Tum vero Idacius atque Ithacius acrius inſtare, arbitrantes poſſe inter initia malum comprimi: ſed parum ſanis conſiliis, ſeculares judices adeunt, ut eorum de-

cio Soſſubenſi. Quæ autem civitas ſit Soſſuba, nondum repeti. Anſpicor, ne Oſſonobenſi ſcribendum ſit. Nam Oſſonoba fuit civitas Luſitaniæ, & Vincentius epiſcopus Oſſonobenſis interfuit Concilio Eliberitano. Ni quis malit Oxomenſi. Nam Vxama Plinio & Ptolemæo in Hiſpania celebratur, & in conciliis legitur. Epiſcopus Oxomenſis, vulgo Oſma. Iſidorus vocat Ithacium Hiſpaniarum Epiſcopum. *Sigonius.*

Iginum extra communionem faceret.] Lege Higinum. Paulo ante: *Adiginus Epiſcopus Cordubenſis.* Hic primus errores Priſcilliani detexit; ipſe tamen paulo poſt in eandem hæreſim lapſus, ſemelque & iterum relapſus, eſt ſed tandem à Maximo Imp. exilio damnatur. Doluit ejus ſenectam S. Ambroſius ad Valentinianum ſcribens: *Hoc ſolo dolore percitus, quod Higinium Epiſcopum ſenem in exilium duci comperi, cui jam non niſi extremus ſupereſſet ſpiritus.* Fl. Lucius Dexter CCCXXXIV. *Higinius Epiſcopus Cordubenſis tactus hæreſi Priſcillianorum, quam ante deteſtatus fuerat, juſſu Maximi ex Hiſpania vinctus Treviros adducitur, poſtea vero criminis convictus, in exilium mittitur ad Leronem inſulam Galliæ.* Hæc inſula tum ſerpentibus plena erat: poſtmodum ab iis, Honorati Arelantenſis virtute, liberata. Alio nomine Lerinum dicitur, vulgo S. Honorato, Lirinenſi monaſterio inſignis. *Bivarius.*

Epiſcopum in Labinenſi oppido conſtituunt.] Quæſivi quod ſit Labinenſe oppidum in Hiſpania, nec repeti. Quare Abilenſi legendum putavi. Eſt enim Abila, ſeu Abula nota & veteribus, & præſentibus temporibus in Hiſpania. Confirmavit meam opinionem S. Hieronymus, qui in libro *de ſcriptoribus Eccleſiaſticis* Priſcillianum Abilæ epiſcopum vocat. *Sigon.* Ita & locum hunc Sulpicii Baronius in Annalibus corrigit. Patria ei Gallæcia. Colligo ex his verbis Chronici, *Priſcillianus epiſcopus de Gallæcia*, ut dicat, Priſcillianus de Gallæcia, non epiſcopus de Gallæcia. Nam Abila certe in Gallæcia non eſt. *Druſ.*

Seculares judices adeunt.] Vt autem hære-

decretis atque executionibus hæretici urbibus pellerentur. Igitur poſt multa & fœda, Idacio ſupplicante, elicitur à Gratiano tum Imperatore reſcriptum, quo univerſi hæretici excedere non Eccleſiis tantum aut urbibus, ſed extra omnes terras propelli jubebantur. Quo comperto, Gnoſtici diffiſi rebus ſuis, non auſi judicio certare, ſponte ceſſere, qui Epiſcopi videbantur: cæteros metus diſperſit. At tum Inſtantius, Salvianus & Priſcillianus Romam profecti, ut apud Damaſum, urbis ea tempeſtate Epiſcopum, objecta purgarent. Sed iter eis præter interiorem Aquitaniam fuit: ubi tum ab imperitis magnifice ſuſcepti, ſparſere perfidiæ ſemina: maximeque Eluſanam plebem, ſane tum bonam & religioni ſtudentem, pravis prædicationibus pervertere. A Burdigala per Delphinum repulſi, tamen in agro Euchrociæ aliquantiſper morati, infecere nonnullos ſuis erroribus. Inde iter cœptum ingreſſi, turpi ſane pudibun-

hæretici Priſcilliano epiſcopo conſtituto ſe muniverunt, ſic Catholicorum principes ad præſidium ſecularium judicum contra eos confugerunt, atque à Gratiano tum Imperatore in Galliis agente reſcriptum elicuerunt, ut omnes hæretici eccleſiis, urbibus, ac terris omnibus pellerentur. Factum eſt hoc anno CCCLXXX. *Sigon.*

Vt apud Damaſum, urbis ea tempeſtate Epiſcopum.] Obſervanda veterum de Romano Pontifice loquendi mos. Semper eum vocant Romæ, nunquam univerſalis Eccleſiæ Epiſcopum. Sic concilium Nicænum: Τῷ τῆς Ῥώμης, vel ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ. Sic Euſebius, Hieronymus, Proſper, Auguſtinus & alii. Ex quo patet eos Romanam Eccleſiam pro particulari tantum, non univerſalia, gnoviſſe. *M. Anton.* de Dominis.

Objecta purgarent.] Quoniam Romanus Epiſcopus Imperatoris fultus erat potentia, hinc frequenter ad eum confugerunt oppreſſi, non tanquam ad ſummum judicem; ſed tanquam ad illum qui magnæ authoritatis in Eccleſia eſſet, & curam univerſalem totius Eccleſiæ imprimis, non ſolus tamen, ſuſtineret. Ex quibus appellationibus haudquaquam ſequitur Monarchia Papæ, qualem ſibi jam arrogat. *M. Anton.* de Dominis. *Salmaſius. Forbeſius.*

Eluſanam plebem.] Eluſates Galliæ populos nominavit quoq; Plinius. Nihil mutandum. Eluſo opidum in finibus Nitiobrigum, qua amni Draguto à Perrocoriis dividuntur. Vulgo Lauſum. *Druſ.*

A Burdigala per Delphinum repulſi.] Martyrol. Roman. ad XXIV. Decemb. *Burdegalæ Sancti Delphini Epiſcopi, qui Theodoſii tempore claruit Sanctitate.* Ad eum extant multæ Epiſtolæ Paulini Nola-

bundoque comitatu, cum uxoribus atque alienis etiam fœminis, in quîs erat Euchrocia, ac filia ejus Procula: de qua fuit in ſermone hominum, Priſcilliani ſtupro gravidam, partum ſibi graminibus abegiſſe. Hi ubi Romam pervenere, Damaſo ſe purgare cupientes, ne in conſpectum quidem ejus admiſſi ſunt. Regreſſi Mediolanum, æque adverſantem ſibi Ambroſium repererunt. Tum vertere conſilia, ut quia duobus Epiſcopis, quorum ea tempeſtate ſumma authoritas erat, non illuſerant, largiendo & ambiendo, ab Imperatore cupita extorquerent. Ita corrupto Macedonio, cum Magiſtro of-

Nolanii. Ejuſdem mentio fit in fragmentis Cæſar-auguſtiani Concilii, & apud Ambroſ. Epiſt. LV.

Euchrocia, ac filia ejus Procula.] Euchrocia ſive Euchrotia uxor erat Delphidii rhetoris, quem Auſonius recenſet inter Burdegalenſes profeſſores. Idem Euchrociam cum filia Procula ſignificat, cum ait, Delphidium alloquens,

Minus malorum munere expertus Dei.
Medio quod ævi raptus es,
Errore quod non deviantis filiæ,
Pœnaque læſus conjugis.

Regreſſi Mediolanum, æque adverſantem ſibi Ambroſium repererunt.] A. CCCLXXXVIII. Aliquot Epiſcopi Priſcillianæ factionis ad Ambroſium Mediolanenſem Epiſcopum confugiunt, qui anteactæ vitæ & ſuorum errorum valde dolentes, confeſſione ad gremium Eccleſiæ redire ſatagunt. In quibus Dictinius tunc presbyter, poſtea vero Epiſcopus Aſturicenſis, Symphoſius Epiſcopus è Gallæcia, & etiam alii complures. *Dexter* in Chronico. Eadem fere Idatius in Chronico ſuo habet.

Quorum ea tempeſtate ſumma authoritas erat.] Baronius miſere ſe torquet, ut authoritatem Papæ Romani αὐτοκεφαλικὴν, ab hiſtoria Priſcillianorum vindicet. Nam in Concilio Toletano & Taurinenſi, Ambroſius Epiſcopus Mediolanenſis, & Romanæ Eccleſiæ ſacerdos, pari gradu locantur. Verba Concilii Taurinenſis ſunt cap. V. *Iuxta literas Venerabilis memoriæ Ambroſii Epiſcopi, vel Romanæ Eccleſiæ Sacerdotis.* Hoc telum ut evitet, omnia mandato Papæ Syricii, cujus in ejuſmodi cauſa Mediolanenſes Epiſcopi legati fuerint, acta eſſe dicit. Sed hæc conficta eſſe quis non videt? Imo Sulpicius noſter aperte confutat, dum Damaſo & Ambroſio æque ſummam authoritatem tribuit. Abſurda enim haud dubie locutio, ſi Damaſi vel Syricii legatus Ambroſius, dici ſummam utriuſque authoritatem fuiſſe. Perinde ac ſi dicas Regis Galliæ & legati ejus, ſummam utriuſque authoritatem eſſe. *Horn.*

Ab Imperatore cupita extorquerent. Ita corrupto Macedonio.] Immane profecto piaculum, quo ſuggeſtione Macedonii Gratianus princeps maxime pius, ejus quod pie ſanxerat, prævaricator eſt factus: ex quo quidem facinore ſibi necem comparavit. Nam Deus Maximum Tyrannum ſuſcitavit, qui & Imperatori & hæreticis necem intulit. Nec inultus abiit Macedonius, ut Paulinus

in

*officiorum, reſcriptum eliciunt, quo calcatis, quæ prius decreta erant, reſtitui Eccleſiis jubebantur. Hoc freti Inſtantius & Priſcillianus, repetivere Hiſpanias. Nam Salvianus in urbe obierat: ac tum ſine ullo certamine Eccleſias, quibus præfuerant, recepere. Verum Trachio ad reſiſtendum non animus, ſed facultas defuit: quia hæretici, corrupto Volventio proconſule, vires ſuas confirmaverant. Quinetiam Ithacius, ab his, quaſi perturbator Eccleſiarum reus poſtulatus, juſſuſque per atrocem executionem deduci, trepidus profugit ad Gallias: ibi Gregorium præfectum adiit. Qui compertis quæ geſta erant, rapi ad ſe turbarum authores jubet, ac de omnibus ad Imperatorem refert, ut hæreticis viam ambiendi præcluderet. Sed id fruſtra fuit: quia per libidinem & potentiam paucorum, cuncta ibi venalia erant. Igitur hæretici, ſuis artibus, grandi pecunia Macedonio data, obtinent, ut Imperiali autoritate præfecto erepta cognitio, Hiſpaniarum vicario *. Nam jam pro-*

in vita Ambroſii docet.

Cum Magiſtro officiorum.] Legendum, *tum magiſtro*, ut Macedonius intelligatur eo tempore magiſter officiorum. Atque ita Inſtantius & Priſcillianus eccleſias ſine certamine receperunt. Nam Salvianus Romæ diem ſuum obierat. *Sigon.* Non diſplicet conjectura. *Druſ.*

Trachio.] Sententia poſtulat ut reponatur Ithacio. *Sigon.*

Corrupto Volventio proconſule.] Eſt autem intelligendum, non omnes provincias habuiſſe proconſulem, ſed tantum Africam, & Hiſpanias, quæ proconſulem, & vicarium habuerunt, cum aliæ præſidem & vicarium haberent. Gratianus autem hoc tempore, ut poſt apparebit, proconſulem Hiſpaniæ removit, ac ſolum vicarium reliquit. Itaque in Notitia Imperii Occidentalis ſola Africa proconſularis nominatur, quod etiam Salvianus ſcripſit, in libro de providentia Dei. Pro *Trachio* ſententia poſtulat, ut reponatur *Idacio.* Sigonius.

Ibi Gregorium præfectum adiit.] Prætorio. Hic poſtea Epiſcopus factus eſt. Fl. Luc. Dexter A. CCCLXXXVIII. *Auguſtali in ſede Bætica Iliberritana ſuccedit Gregorius ex præfecto prætorio Galliæ, jam confectæ & gravioris ætatis, vir apprime pius, & egregie bonas artes doctus.* Et ad A. CCCCXXIII. *obiit Gregorius, Bæticus, cum prius dicaſſet librum, de Fide, vel de Trinitate, Gallæ Placidiæ Auguſtæ, fœminæ lectiſſimæ.*

Hiſpaniarum vicario.] Marcellin. de Iuliano agens lib. XXIII. Octavianum Proconſulem Africæ: Venuſto Vicariam

proconſulem habere deſierant: miſſique à Magiſtro officiales, qui Ithacium, tum in Treveris agentem, ad Hiſpanias retraherent. Quos ille callide fruſtratur: ac poſtea, per Pritannium Epiſcopum defenſus, illuſit. Iam rumor inceſſerat Clementem Maximum intra Britannias ſumpſiſſe imperium, ac brevi in Gallias erupturum. Ita tum Ithacius ſtatuit, licet rebus dubiis, novi Imperatoris adventum expectare: interim ſibi nihil agitandum. Igitur ubi Maximus oppidum Treverorum victor ingreſſus eſt, ingerit preces, plenas in Priſcillianum ac ſocios ejus invidiæ atque criminum. Quibus permotus Imperator, datis ad præfectum Galliarum atque ad vicarium Hiſpaniarum literis, omnes omnino quos labes illa involverat, deduci ad Synodum Burdegalenſem jubet. Ita deducti Inſtantius & Priſcillianus: quorum Inſtantius prior juſſus cauſam dicere, poſtquam ſe parum expurgabat, indignus eſſe epiſ-

co-

riam commiſit Hiſpaniæ. Lacunam hanc ſatis veriſimili, & ad ſententiam adcommodato verbo inſerto explevit Galeſin. legens: *vicario deferatur.* Eo itaque licebit eſſe contentis, dum è libris mſ. verius quid depromatur. *Giſelinus.*

Ithacium, tum in Treveris agentem.] Hæc ante multos annos noſtra fuit conjectura: quam nunc adeo non muto, ut veram omnino eſſe nihil ambigam. Hiſtoriæ certe veritas à me facit. nam Treveris adventum Maximi videtur ille exſpectaſſe, qui ibidem advenientem excepit, ubi & mox infra à B. Martino, ut cœptis deſiſteret, monitus eſſe narrabitur. Filæus etiam noſtram conjecturam in tralatione ſua comprobat. Galeſinio tamen verius viſum eſt *Arvernis* quod ſine libris & hiſtoriis diverſum prodentibus redarguere ac rejicere ſit difficile. Vulgata ſcriptura erat: Ithacium tum in æreveris agentem. *Giſelinus.*

Clementem Maximum intra Britannias ſumpſiſſe Imperium.] Anno CCCLXXXIII. Clemens Maximus militum præfectus Gratiani Imp. in Britannia militari favore Imperator adverſus Gratianum ipſum appellatus, tantas mox opes adeptus eſt, ut ex Britannia in Galliam penetrarit, ac Gratianum Treviris fugientem perſecutus, ipſum apud Lugdunum occiderit, & Gallias, Hiſpaniaſque ſibi adjunxerit. Ithacius ergo ubi audivit, Maximum in Galliam erupturum, licet dubia victoria proponebatur, tamen adventum ejus expectare, atque interim nihil agere ſtatuit. *Sigonius.*

Ad Synodum Burdegalenſem.] Ar. Pontanus Burdigalenſis in Chronographia ſua hanc ſynodum refert ad annum Chriſti 413. quæ ſi à Maximo coa-

cta

copatu pronunciatus eſt. Priſcillianus vero, ne ab Epiſcopis audiretur, ad Principem provocavit: permiſſumque id noſtrorum inconſtantia, quia aut ſententiam in refragantem ferre debuerant, aut ſibi ipſi ſuſpecti habebantur, aliis Epiſcopis audientiam reſervare, non cauſam Imperatori de tam manifeſtis criminibus permittere. Ita omnes, quos cauſa involverat, ad regem deducti. Secuti etiam accuſatores, Idacius & Ithacius epiſcopi: quorum ſtudium in expugnandis hæreticis non reprehenderem, ſi non ſtudio vincendi, plus quam opor-

cta eſt, qui anno Chriſti 388. periit, non pluribus ille quam 24. annis nos aut ſe potius fallit. *Giſelin.* Ea habita A. CCCLXXXV. Arcadio & Bautone Coſſ. *Proſper.* Interfuit ei Martinus Turonenſis. Vide Dial. III. 15.

Ad Principem provocavit.] Maximum Tyrannum. Proſper in Chronico: *Priſcillianus in Synodo Burdegalenſi ſe damnandum intelligens, ad Imperatorem Maximum provocavit.*

Permiſſumque id noſtrorum inconſtantia.] Reprehendit factum epiſcoporum Catholicorum, qui Priſcilliani provocationi ad Imperatorem ceſſerint, cum debuiſſent aut in eum refragantem ſententiam ferre, aut ſi ipſe eos epiſcopos ſuſpectos haberet, ad alios epiſcopos cognitionem transferre, non cauſſam ſacerdotum de tam manifeſtis criminibus Imperatori laico permittere, de qua Valentiniani Imp. reſcriptum extabat, ut ſcribit S. Ambroſius in epiſtola ad Valentinianum majorem: *Valentinianus major Imp. non ſolum ſermone reſpondit, ſed etiam legibus ſuis ſanxit, in cauſa fidei, vel eccleſiaſtici alicujus ordinis eum judicare debere, qui nec munere impar ſit, nec jure diſſimilis* (hæc enim verba reſcripti ſunt) *hoc eſt, ſacerdotes de ſacerdotibus voluit judicare. Quin etiam ſi alias quoque argueretur epiſcopus, & morum eſſet examinanda cauſſa, etiam hanc voluit ad epiſcopale judicium pertinere.* Sigon. Cauſſa erat eccleſiaſtica, ac proinde pertinebat ad ſacerdotes non ad ipſum imperatorem. Sed ea ætate ipſi ſacerdotes adulabantur principibus. Quo factum ut multi indigna ſacerdotali dignitate commiſerint. *Cum ad Maximum* inquit hic noſter in vita Martini, *ferocis ingenii virum & bellorum civilium victoria elatum, plures ex diverſis partibus epiſcopi conveniſſent, & fœda circa Principem adulatio notaretur, ſeque degeneri inconſtantia regiæ clientelæ ſacerdotalis dignitas ſubdidiſſet, in ſolo Martino apoſtolica autoritas permanebat.* Hæc ibi Sulpicius, cap. 23. *Druſ.*

Idacius & Ithacius.] Pro Idacius legitur Hylatius in Hieron. de viris illuſtribus. Sed eſt qui pro eo reponat Vrſatius: Nam Iſidorus, Sigebertus Gemblacenſis & Hermannus Contractus ſcribunt Vrſatium cum Ithacio propter accuſationem Priſcilliani communione eccleſiæ privatum & exilio damnatum. Vide ſequentia. *Druſ.*

Si non ſtudio vincendi, pluſquam oportuit, certaſſent.] Arguit accuſatores vincendi potius ſtudio, quam hæreſis odio reos uſque ad extremnm peregiſſe. Quod etiam ſentire videtur Hieronymus, cum ſcripſit: *Priſcillianum Idacii & Ithacii factione à Maximo tyranno cæſum fuiſſe.* Huic nota inde-

oportuit, certaſſent. Ac mea quidem ſententia eſt, mihi tam reos quam accuſatores diſplicere. Certe Ithacium nihil penſi, nihil ſancti habuiſſe, definio. Fuit enim audax, loquax, impudens, ſumptuoſus, ventri & gulæ plurimum impertiens. Hic ſtultitiæ eo uſque proceſſerat, ut omnes etiam ſanctos viros, quibus aut ſtudium inerat lectionis, aut propoſitum erat certare jejuniis, tanquam Priſcilliani ſocios aut diſcipulos, in crimen arceſſeret. Auſus etiam miſer eſt, ea tempeſtate, Martino Epiſcopo, viro plane Apoſtolis conferendo, palam ob-

indelebilis inuſta Epiſcopo accuſatori. *Baron.* Vtcunque Ithacius nimio fervore peccarit, puniti illi ſunt, non ob hæreſin, ſed propter immania, quæ patrabant, ſcelera. Nam Synodis & diſputationibus coërceri haudquaquam potuerunt. Quæ crebræ contra eos in Hiſpania. Fl. Luc. Dexter: *Audentius Epiſcopus Toletanus, editis contra Priſcillianum libris, ac habitis publice contra Priſcillianiſtas diſputationibus, mirifice floret.* Et A. CCCXXXVI. *Toleti concilium habetur contra omnes Epiſcopos rebelles ex ſecta Priſcilliani, qui vehementer urgentur.*

Mihi tam reos quam accuſatores diſplicere.] Lego, ſic poſtulante ſententia, *mihi non tam reos, quam accuſatores diſplicere.* Sigon.

Ithacium nihil penſi, nihil ſancti habuiſſe, definio.] Tantus vir, de fide Catholica contra Priſcillianum & ejus ſequaces optime meritus, paſſus eſt Severum detrectatorem. Sed cui potius aſſentiendum? Sulpicio an Iſidoro? cognomento & eloquio Clarum, Idatium vocat Iſidorus, & hic tantus, audax, loquax erit? nihil penſi, nihil Sancti habuit? Hoc unum ſcio, Priſcillianum toto orbe ab ipſo inſectatum, & eo agente, ab ipſo tandem orbe repulſum. *Bivarius* in Fl. Lucii Dextri Chronicon.

Aut propoſitum erat certare jejuniis.] Ithacius voluptuoſus, quoſque jejunantes, etiam Catholicos (ut accidit de S. Martino) cum Priſcilliano ſentire criminabatur. *Baronius.* Nam Priſcillianiſtæ jejunabant die Dominico & tempore Natalis Domini. Vnde Canon in Cæſar-auguſtana latus: *Ne quis jejunet die Dominico cauſa temporis aut perſuaſionis aut ſuperſtitionis.*

Auſus etiam miſer eſt, ea tempeſtate, Martino Epiſcopo.] Nominatim inter bonos, & ſanctos viros, quos Ithacius inſectatus eſt, S. Martinum Turonenſem epiſcopum vexare objecto hæreſis crimine voluit. Quod mox declarat. Et hoc loco vereor, ne verba illa, *ea tempeſtate*, luxata ſint, & locum ſuum non teneant, malimque ita legi; *Auſus etiam miſer eſt, Martino epiſcopo, viro ea tempeſtate plane apoſtolis conferendo, objectare hæreſis infamiam.* Hoc enim auget crimen, non quod tum Martino hæreſim objectarit, ſed quod Martino objectarit, qui ea tempeſtate ſuperabat omnes ſanctitate, ut conferri cum apoſtolis poſſet. Vnde alio loco vocavit *beatum, & per omnia Apoſtolis ſimilem.* Sigonius.

Apoſtolis conferendo.] Mirum ni ſcripſit, *conſerendo.* Sic epiſt. 2. de hoc eodem Martino, *ut eſt conſertus Apoſtolis & Prophetis.* Druſ. Martinus Epiſcopus Turonenſis, Apoſtolicis virtutibus exi-

objectare hæreſis infamiam. Namque tum Martinus apud Treveros conſtitutus, non deſinebat increpare Ithacium, ut ab accuſatione deſiſteret: Maximum orare, ut ſanguine infelicium abſtineret: ſatis ſuperque ſufficere, ut Epiſcopali ſententia hæretici judicati, Eccleſiis pellerentur: novum eſſe & inauditum nefas, ut cauſam Eccleſiæ judex ſeculi judicaret. Denique quoad uſque Martinus Treveris fuit, dilata cognitio eſt, & mox diſceſſurus, egregia authoritate à Maximo elicuit ſponſionem, nihil cruentum in reos conſtituendum. Sed poſtea Imperator per Magnum & Rufum epiſcopos depravatus, & à mitioribus conſiliis deflexus, cauſam præfecto Euodio permiſit, viro acri, & ſevero. Qui Priſcillianum gemino judicio auditum, convictumque maleficii, nec diffitentem obſcœnis ſe ſtuduiſſe doctrinis, nocturnos etiam turpium fœminarum egiſſe conven-

eximie clarus, & gloria miraculorum celebratur. *Dexter.*

Martinus apud Treveros conſtitutus.] Maximum per hoc tempus Treviris verſatum, docet S. Ambroſius, epiſtola XXVII. ad Valentinianum Imperatorem. S. Martinum Treviris cum Maximo de negotio Priſcillianiſtarum collocutum, oſtendit Sulpicius in Vita S. Martini, & in dialogo tertio. Favit autem S. Martinus hæreticis, non cauſſa hæreticorum, ſed Eccleſiæ Catholicæ, cujus auctoritatem agi videbat, cum à ſeculari judice cauſſa Sacerdotum cognoſceretur, & in reos capitali ſupplicio animadverteretur. Ergo & judicem, & pœnam improbabat. Itaque rem ad epiſcopos revocandam, & mitiori brachio tractandam cenſebat, nempe Eccleſiis, non vita, adimendis. Novam enim & pravam judicii rationem introduci, ut cauſſam Eccleſiæ judex ſeculi judicaret. *Sigon.*

Rufum.] Quærendum an is ſit qui poſt Epiſcopatu dejectus fuit, quod Pſeudo-Prophetam quendam, qui ſe Eliam fingebat, in Hiſpaniis adoraſſet. Ejus mentio in vita Martini. *Druſius.* Proculdubio is ipſus eſt. Verba ſunt: *in quo etiam adeo illuſit, ut cum quidam Epiſcopus, nomine Rufus, ut Dominum adoraret.*

Cauſam præfecto Euodio permiſit.] Meminit ejuſdem Euodii, & conſulis, & prætorio præfecti Sulpicius in Vita S. Martini: *Convivæ aderant*, inquit, *veluti ad feſtum diem evocati ſummi, atque illuſtres viri, præfectus, idemque conſul Euodius, vir quo nihil unquam juſtius fuit.* Conſul autem fuit Euodius anno Chriſti CCCLXXXVI. *Sigon.*

Nocturnos etiam turpium fœminarum egiſſe conventus.] Præcipue tales conventus frequentabantur à Gnoſticis, in quibus luminibus per canes extinctis promiſcue inter ſe libidinis gratia miſcebantur: quod gentiles Chriſtianis

ventus, nudumque orare ſolitum, nocentem pronunciavit, redegitque in cuſtodiam, donec ad Principem referret. Geſtis ad palatium delatis, cenſuit Imperator, Priſcillianum ſocioſque ejus, capitis damnari oportere. Cæterum Ithacius videns, quam invidioſum ſibi apud Epiſcopos foret, ſi accuſato etiam poſtremis rerum capitalium judiciis aſtitiſſet (etenim iterari judicium neceſſe erat) ſubtrahit ſe cognitioni fruſtra, callido jam ſcelere perfecto. At tum per Maximum accuſator apponitur Patricius quidam, fiſci patronus. Ita eo inſiſtente, Priſcillianus capitis damnatus eſt, unaque cum eo Fe-

Catholicis crimini objecerunt, cum hoc eſſet hæreticorum flagitium, non Catholicorum. *Tertullianus.*

Nocentem pronunciavit.] Quod hic dicit, *nocentem pronunciavit*: in hoc etiam morem Romanum ſervatum oſtendit; quo Prætor cognita cauſſa ex judicum ſententia pronunciabat, *Videri feciſſe, aut non jure feciſſe.* Sigon.

Capitis damnari oportere.] Proſper in Chronico: *Audituſque Treviris ab Euodio præfecto prætorio, ab eodem Maximo gladio addictus eſt cum Euchrocia Delphidii Rhetoris conjuge & Latroniano, aliiſque erroris conſortibus. Quo tempore Burdegalæ quædam Priſcilliani diſcipula, nomine Vrbica, ob impietatis pertinaciam, per ſeditionem vulgi, lapidibus extincta eſt.*

Ithacius videns, quam invidioſum ſibi apud Epiſcopos foret, ſi accuſato etiam poſtremis rerum capitalium judiciis aſtitiſſet.] Hoc in Ithacio Latinus Pacatus, Paneg. Theodoſii admodum criminatur. Nam cum egiſſet de accuſatione & condemnatione Priſcilliani: *Quid hoc majus*, inquit, *poterat intendere accuſator ſacerdos? Fuit enim, fuit & hoc delatorum genus, qui nominibus antiſtites, revera autem ſatellites atque adeo carnifices, non contenti avitis evolviſſe patrimoniis, calumniabantur in ſanguinem, & vitas premebant reorum jam pauperum. Quinetiam cum in judiciis capitalibus adſtitiſſent, cum gemitus ac tormenta miſerorum auribus ac luminibus hauſiſſent, cum lictorum arma, cum damnatorum frena tractaſſent, pollutas pœnali manus contactu ad ſacra referebant, & ceremonias quas inceſtaverant mentibus, etiam corporibus inquinabant.* Hæc Rhetor ille paganus. Nondum enim de Epiſcopo aliquo auditum fuerat in Eccleſia Dei, de ſontibus pœnam ſanguinis exegiſſe. *Baronius.*

Per Maximum accuſator apponitur Patricius quidam, fiſci patronus.] Maximus in bona eorum inhiabat, ut inquit Dialogo III. *Sigon.*

Priſcillianus capitis damnatus eſt, unaque cum eo Feliciſſimus & Armenius.] Horum apud alios etiam mentio. S. Hieronymus in libro de ſacris ſcriptoribus: *Priſcillianus Abilæ epiſcopus factione Hylatii & Hythacii Treveris à Maximo tyranno cæſus eſt, Matronianus provinciæ Hiſpaniæ valde eruditus cæſus eſt, & ipſe Treviris cum Priſcilliano, Feliciſſimo, Iuliano, Euchrocia ejuſdem factionis auctoribus.* Proſper in Chronico: *Priſcillianus auditus Treviris ab Euodio præfecto prætorio, à Maximo gladio addictus eſt cum Euchrocia Delphidii rhetoris conjuge, & Latroniano, aliiſque erroris conſortibus.* Euchrociæ quoque ſuppli-

ciun

Feliciſſimus & Armenius, qui nuper à Catholicis, clerici Priſcillianum ſecuti, deſciverant. Latronianus quoque, & Euchrocia, gladio perempti. Inſtantius, quem ſuperius ab Epiſcopis damnatum diximus, in Sylinam inſulam, quæ ultra Britanniam ſita eſt, deportatus. Itum deinde in reliquos ſequentibus judiciis, damnatique Aſarinus & Aurelius diaconus gladio. Tiberianus, ademptis bonis, in Sylinam inſulam datus. Tertullus, Potamius, & Iohannes, tanquam viliores per-

cium exprobrat Maximus Pacatus in Panegyrico his verbis: *Sed nimirum graves ſuberant, invidioſæque cauſſæ, ut ad pœnam clari vatis matrona raperetur: objiciebatur enim nimia religio & diligentius culta divinitas.* Appellat autem Euchrociam clari vatis matronam, quod Delphidii rhetoris, & poëtæ uxor eſſet, teſte Proſpeto. Deinde cum in Epiſcopos Priſcilliani accuſatores debacchatus fuiſſet, addit: *Hos ille Phalaris in amicis habebat: hi in oculis ejus atque etiam in oſculis erant; nec injuria, à quibus tot ſimul votiva veniebant, avaro divitum bona, cruento innocentium pœna, impio religionis injuria.* Hæc Pacatus, nullum gentilis homo delectum habens inter Catholicos & hæreticos, putans ſuperſtitioſos Gnoſticos Priſcillianiſtas, Chriſtianæ religionis exactiſſimos fuiſſe cultores. *Baronius.* Hieronymus adv. Pelag. *Quid loquar de Priſcilliano, qui & ſeculi gladio, & totius orbis auctoritate damnatus eſt?* Et de Script. Eccleſ. tradit eum *multa edidiſſe opuſcula habuiſſeque defenſores, qui eum excuſarent non ſenſiſſe cum Gnoſticis, ſicut adverſarii fuerant criminati.*

Latronianus quoque.] Eum Hieronymus Matroniannm vocat, libro de Scriptoribus Eccleſ. *Matronianus provinciæ Hiſpaniæ, vir valde eruditus, & in metrico opere veteribus comparandus, cæſus eſt & ipſe Treviris cum Priſcilliano, Feliciſſimo, Iuliano, Euchrocia ejuſdem factionis auctoribus. Extant ejus ingenii opera diverſis metris edita.* Proſper Aquitanus in Chronico ſuo. Vide Hieron. de viris illuſtribus & Chronicon Vaſæi. *Druſ.*

Euchrocia.] Cujus cædem imprimis Latinus Pacatus in Panegyrico ad Theodoſium Oratorie exaggerat. Euchrocia enim eſt illa *clari vatis* (Delphidii) *matrona.*

In Sylinam inſulam.] Plinius Silumnum vocat. *Sigon.* Vide Cambd. in Britan. Sunt Oeſtrymnidum inſulæ, Belerio promontorio adverſæ, *Sillyes*, & veteribus Syllinæ. *Seldenus.* Qui Caſſiterides à priſcis dictas exiſtimant, haudquaquam errant.

Damnatique Aſarinus & Aurelius diaconus gladio.] Horum mentionem apud alios adhuc non reperi. *Sigon.*

Tiberianus ademtis bonis.] De hoc ſic S. Hieronymus: *Tiberianus Bæticus ſcripſit pro ſuſpicione, qua cum Priſcilliano accuſabatur hæreſeos, apologeticum, tumenti compoſitoque carmine. Poſtea poſt ſuorum cædem tædio victus exilii mutavit propoſitum, & juxta ſanctam ſcripturam, canis reverſus ad vomitum ſuum, filiam devotam Chriſto virginem matrimonio copulavit*, id eſt, ut interpretatur Sophronius, nubere compulit. *Sigon.*

Tertullus, Potamius, & Iohannes.] Neque horum alibi mentio reperitur. Harum vero omnium rerum ſic meminit S. Leo in epiſtola ad Turibium: *Merito*

Ff 2 *patres*

perſonæ, & digni miſericordia, quia ante quæſtionem ſe ac ſocios prodidiſſent, temporario exilio intra Gallias relegati. Hoc fere modo homines luce indigniſſimi, peſſimo exemplo necati, aut exiliis multati: quod initio jure judiciorum & egregio publico defenſum, poſtea Ithacius in jurgiis ſolitus, ad poſtremum convictus, in eos retorquebat, quorum id mandato & conſiliis effecerat, ſolus tamen omnium epiſcopatu detruſus. Nardacius,

patres noſtri, ſub quorum temporibus hæreſis hæc nefanda prorupit, per totum mundum inſtanter egere, ut impius furor ab univerſa eccleſia pelleretur. quoniam etiam principes mundi ita hanc ſacrilegam amentiam deteſtati ſunt, ut auctorem ejus, ac pleroſque diſcipulos legum publicarum enſe proſternerent. Sigon.

Homines luce indigniſſimi, peſſimo exemplo necati.] Magna apud antiquos de hac Priſcillianiſtarum cæde, quæſtio fuit, & quidam Maximum criminabantur. Cujus tamen factum Leo Papa commendat ad Turibium Epiſcopum Aſtuticenſem: *Principes mundi ita hanc ſacrilegam amentiam deteſtati ſunt, ut auctorem ejus ac diſcipulos pleroſque legum publicarum enſe proſternerent. Videbant enim omnem curam honeſtatis auferri, omnem conjugiorum copulam ſolvi, ſimulq; divinum jus humanumque ſubverti, ſi hujuſmodi hominibus uſquam vivere cum tali profeſſione licuiſſet.* Sed nemo Sanctorum patrum laudavit aliquando id poſſe vel debere fieri ſuggeſtione Sacrorum Antiſtitum, quin imo Ithacianam factionem graviſſime reprehenderunt, atque ab ejus communione abſtinuerunt. *Ambroſius* epiſt. LXXV. III. Et ipſe Maximus in Epiſtola ad Papam Siricium inquit: *Quid adhuc proxime proditum ſit Manichæos ſceleris admittere, non argumentis, neque ſuſpicionibus dubiis vel incertis, ſed ipſorum confeſſione inter judicia prolatis, malo quod ex geſtis ipſis tua ſanctitas, quam ex noſtro ore cognoſcat: quia hujuſcemodi non modo factu turpia, verum etiam fœda dictu, proloqui ſine rubore non poſſumus.*

Egregio publico.] *Egregio publico* dixit, quomodo Livius libro II. *Peſſimo publico. Neque ambigitur, quin Brutus peſſimo publico reges exacturus fuerit, ſi libertatis immatura libidine priorum regum alicui regnum extorſiſſet. In jurgiis* autem, inquit, id eſt, in judiciis epiſcoporum. nam jurgium eſt inter benevolos, lis inter inimicos. Vnde Cicero libro IV. de Rep. *Benevolorum concertatio, lis, inimicorum, non jurgium dicitur.* Licet autem hoc modo ſe tueretur, ſolus tamen ex accuſatoribus epiſcopatu detruſus eſt. *Sigon.* Giſelinum neſcio quid turbat in clariſſimo & puriſſimo loco. Nam conjectura ejus, legendum *vi regia publice*, nihili eſt. Huc pertinent illa quæ inferius Dial. III. cap. XV. occurrunt.

Solus tamen omnium.] Theogniſtus quidam non Ithacium modo, ſed omnes epiſcopos, qui Ithacio communicantes communem ſibi cauſſam fecerant, ſolus lata ſententia condemnaverat. Dialog. III. ſegm. XV. *Druſius.*

Epiſcopatu detruſus.] Hæc de Ithacio, non Nardacio, accipienda ſunt. Iſidor. de viris Illuſtr. cap. 2. *Hic Ithacius cum Vrſacio Epiſcopo, ob necem ejuſdem Priſcilliani, cujus accuſatores extiterant, Eccleſiæ communione privatus, exilio condemnatur, ibiq; die ultimo fungitur, Theodoſio majore & Valentiniano regnantibus.*

Quæ

cius, licet minus nocens, ſponte ſe epiſcopatu abdicaverat. Sapienter id, & verecunde, niſi poſtea amiſſum locum repetere tentaſſet. Cæterum Priſcilliano occiſo, non ſolum non repreſſa eſt hæreſis, quæ illo authore proruperat, ſed confirmata, latius propagata eſt. Namque ſectatores ejus, qui cum prius ut ſanctum honoraverant, poſtea ut martyrem colere cœperunt. Peremptorum corpora ad Hiſpanias relata, magniſque obſequiis ce-

Quæ accidiſſe putamus poſtquam extinctus eſt Maximus, cujus præſidio fovebatur. *Baron.*

Nardacius, licet minus nocens.] Et hic legendum puto, *Nam Idacius*. Ithacio tamen addit S. Proſper in Chronico *Vrſatium*. Sic enim inquit: *Timaſio, & Promoto Coſſ. Ithacius, & Vrſacius epiſcopi ob necem Priſcilliani, cujus accuſatores fuerant, eccleſiæ communione privantur* anno Chriſti CCCLXXXIX. hoc enim Promotus, & Timaſius conſulatum geſſerunt. Vtriuſque etiam meminit S. Iſidorus in libro de viris illuſtribus: *Ithacius cum Vrſatio epiſcopo ob necem Priſcilliani, cujus accuſatores extiterant, eccleſiæ communione privatus exilio condemnatur, ibique die ultimo fungitur, Theodoſio majore, & Valentiniano regnantibus*. Satis autem conſtat, S. Martinum ab eorum conſuetudine ſe removiſſe, qui cum Ithacio communionem inierant. Traditur hoc in dialogo III. apud Sulpicium: *Maximus Imp.* inquit, *depravatus conſiliis ſacerdotum, poſt Priſcilliani necem Ithacium epiſcopum Priſcilliani accuſatorem, cæteroſque illius ſocios, quos nominari non eſt neceſſe, vi regia tuebatur, ne quis ei crimini daret, opera illius cujuſcunque modi hominem fuiſſe damnatum*. Sigonius. Legendum ex editione nupera, & alia Pariſienſi, *Vrſatius*. Sic etiam Iſidorus. Sigebertus autor propterea communione privatos, quod epiſcopi nefas eſſe ducerent, cujuſcunque modi hominem epiſcoporum accuſatione necari. *Druſius.* Haud dubie, juxta Sulpicium noſtrum, errat uterque. Nam is Nardacii cauſam manifeſte ab Ithaciana ſejungit, tum minus nocentem fuiſſe dicens, tum ſponte Epiſcopatu ceſſiſſe. Quod de Vrſacio dici non poteſt, qui communione privatus eſt, Proſpero teſte. *Horn.*

Confirmata, latius propagata eſt.] Adeo ut Imperatores ſeveriſſimis edictis eam coërcere coacti fuerint. Honorius, debellato Rhadagaiſo, contra Priſcillianiſtas legem condidit, quæ eſt l. XL. de *hæred.* Cod. Theodoſ. & l. IV. c. de Hæreticis. Idem poſtea Theodoſ. Præcipue circa A. CCCCVIXII. invaluit. Dexter in Chronico: *Hæreſis Priſcillianiſtarum multum in Hiſpania repullulat.*

Vt martyrem colere cœperunt.] Huc vero pertinent illa S. Hieronymi: *Priſcillianus uſque hodie à nonnullis Gnoſticæ hæreſeos accuſatur, defendentibus aliis, non ita ſenſiſſe, ut arguitur.* Satis quidem liquet, teſte Ioanne Vaſco, Priſcillianum adhuc in quibuſdam martyrologiis tanquam martyrem numerari, quod eorum qui id fecerunt, imprudentiæ, non impietati attribuo. *Sigon.* Petrus de Natalibus, ut habetur in Chronico Hiſpaniæ, Priſcillianum & Matronianum in ſanctorum martyrum catalogum cooptavit. Quod Hieronymi autoritate confirmare dum voluit, næ ille palam oſtendit ſe in ejus viri libris plane hoſpitem eſſe. *Druſ.*

celebrata eorum funera. Quin & jurare per Priſcillianum ſumma religio putabatur, ac inter noſtros perpetuum diſcordiarum bellum exarſerat: quod jam per quindecim annos fœdis diſſenſionibus agitatum, nullo modo ſopiri poterat. Et nunc, cum maxime diſcordiis Epiſcoporum turbari aut miſceri omnia cernerentur, cunctaque per eos odio aut gratia, metu, inconſtantia, invidia, factione, libidine, avaritia, arrogantia, deſidia, eſſent depravata: poſtremo plures adverſum paucos bene conſulentes, inſanis conſiliis & pertinacibus ſtudiis certabant: inter hæc plebs Dei, & optimus quiſque, probro atque ludibrio habebatur.

Per quindecim annos.] Et hic numerus ſuperioribus optime congruit. Ad Stiliconem enim ab anno tertio Maximi, quo hanc Synodum deſignavimus, anni xv. numerantur. *Giſelinus.*

Nunc, cum maxime diſcordiis Epiſcoporum turbari aut miſceri omnia cernerentur.] Hos tumultus Stilicone cos. editos, nemo præter Sulpicium tradidit, qui eos tamen obſcure ſignificavit. Extat tantum in concilio Toletano Stilicone cos. habito hoc caput: *Si quis in errore Priſcilliani ſectam ſequitur, vel profitetur, anathema ſit.* S. Auguſtinus in libro contra mendacium invehitur in Priſcillianiſtas, qui, quo Catholici viderentur, Priſcillianum deteſtarentur, & epiſcopos, à quibus illa hæreſis nudata, & oppugnata eſſet, miris laudibus efferrent. *Sigon.*

Pertinacibus ſtudiis certabant.] Hilarius II. ad Conſtantium: *Aut in noſtris aliena, aut in alienis noſtra damnamus, & mordentes invicem, jam abſumti ſumus.*

F I N I S.

SVL-

SULPICI SEVERI

OPVSCVLA,

Quæ complectuntur

VITAM B. MARTINI,

EPISTOLAS,

DIALOGOS.

SULPICI SEVERI

AD DESIDERIUM, IN LIB. SUUM DE VITA B. MARTINI

PRÆFATIO.

SEVERUS *Deſiderio fratri cariſſimo ſalutem. Ego quidem, frater unanimis, libellum quem de vita ſancti Martini ſcripſeram, ſcheda ſua premere, & intra domeſticos parietes cohibere decreveram: quia, ut ſum natura infirmus, judicia humana vitabam, ne (quod fore arbitror) ſer-*

IN LIB. SUUM DE VITA B. MARTINI.] Lazius tria hæc opuſcula toto genere diverſa, librum dico de vita B. Martini, Epiſtolas tres, ac totidem Dialogos, unum opus facit, hoc titulo, *de Vita B. Martini libri tres.* Ac primo complectitur epiſtolam ad Euſebium, & libellum Deſiderio dedicatum: ſecundo epiſtolas ad Aurelium & ad Baſſulam: tertio tres dialogos. Quæ pártitio ex libro ipſius mſ. deprompta eſſe nequit; cum eidem illi, novem mſ. noſtri conſtanter adverſentur, & in eam, quam ex iiſdem attulimus, unanimiter conſpirent. Quid, quod ipſe auctor ipſaque rei veritas illam averſentur; ut ſuo loco docebimus. Reliquum eſt igitur, ut ejus diſtinctionis auctores habeat & ſecutus ſit Gennadium, Gregorium Turonenſem, & Abbatem Spanhaymenſem. quod ſi eſt; tamen ut Gennadii auctoritate nitatur, non debuit epiſtolas huic trium librorum numero includere, quas Gennadius excluſit. Neque ille trium librorum meminit, ſed duorum dumtaxat, nempe libelli Deſiderio nuncupati, & Collationis Poſtumiani & Galli, quam in duas deinde inciſiones ſecat. Greg. Turonenſis verba lib. x. hiſtoriarum accipienda verius exiſtimem de triplici ſcriptorum Severi genere, in eadem propemodum re verſantium, nempe libello, epiſtolis, & dialogis: niſi mavis eo numero potius deſignari libellum & duos poſteriores dialogos, qui unam eandemque rem exſequuntur. Nam quod ad Spanhaymenſem attinet, qui vitam in tres libros diſpertit, & Collationem in alteros totidem, tam in eo verus eſt, quam illo, quod ſubjungit, claruiſſe Severum anno Dom. CCCCCXX. *Giſelinus.* Vita Martini, noſtrum per omnia ſecuti, carmine ſcripſerunt, Paulinus libris VI. Venantius Honorius Clementianus Fortunatus, Pictavienſis Epiſcopus libris IV. Proſa Gregorius Turonenſis. Odo quoque Cluniacenſis Abbas miracula quædam ejus, diu poſt facta, recenſer.

Deſiderio fratri.] Hunc Deſiderium in Galliis egiſſe, cum ex aliis, tum ex eo certe conſtat, quod Paullinus ad Severum ſuum litteras daturus, Victori internuntio, ſuas item adjunxerit ad Deſiderium, quem, ut habet titulus, appellat ſanctum & merito venerabilem fratrem, & deſideratiſſimum deſideriorum ſuorum deſiderium. Eas adeat, qui hominem proprius volet cognoſcere. *Giſelin.* Fuit Presbyter Gallus, qui una cum Ripario Hieronymum excitavit, ut adverſus Vigilantium ſcriberet. Sic ipſe Hieronymus teſtatur. *Baron.*

Frater

ſermo incultior legentibus diſpliceret, omniumque reprehenſione digniſſimus judicarer, qui materiam diſertis merito ſcriptoribus reſervandam, impudens occupaſſem. Sed petenti tibi ſæpius, negare non potui. Quid enim eſſet, quod non amori tuo, vel cum detrimento mei pudoris impenderem? Verumtamen ea tibi fiducia libellum edidi, qua nulli à te prodendum reor, quia id ſpopondiſti. Sed vereor, ne tu ei janua ſis futurus: & emiſſus ſemel, non queat revocari. Quod ſi acciderit, & ab aliquibus eum legi videris: bona id venia à lectoribus poſtulabis, ut res potius quam verba perpendant, & æquo animo ferant, ſi aures eorum vitioſus forſitan ſermo perculerit: quia regnum Dei non in eloquentia, ſed in fide conſtat. Meminerint etiam, ſalutem ſæculo non ab oratoribus, ſed à piſcatoribus prædicatam: cum utique, ſi utile fuiſſet, id quoque Dominus præſtare potuiſſet. Ego enim cum primum animum ad ſcribendum appuli, quia nefas putarem tanti viri latere virtutes, apud me ipſe didici, ut ſolœciſmis non erubeſcerem: quia nec magnam iſtarum unquam rerum ſcientiam contigiſſem: & ſi quid ex his ſtudiis olim fortaſſe libaſſem, totum id deſitudine tanti temporis perdidiſſem. Sed tamen ne nos maneat tam moleſta defenſio, ſuppreſſo, ſi tibi videtur, nomine, libellus edatur. Quod ut fieri valeat, titulum frontis erade, ut muta ſit pagina: &, quod ſufficit, loquatur materiam, non loquatur auctorem.

Frater unanimis.] Ita omnes l. mſſ. epitheton omiſit Lazius, vocem eo ſæculo ſanctis ſcriptoribus uſitatiſſimam, ut indicio ſunt tum epigraphæ epiſtolarum Paullini ad Severum, tum ipſæ epiſtolæ, quæ nonnumquam tertio quoque verſu eam vocem repetunt. Vide epiſt. XIV. ad Severum. *Giſelin.*

Libellum quem.] Sic & mox, libellum edidi. & in fine dialogi primi, immo ubique de libro hoc ut ſingulari loquitur. quodque ad rem propius facit, hoc epilogo librum claudit: *Sed jam finem liber poſtulat, ſermo claudendus eſt, &c.* quid ni igitur à reliquis opuſculis eum diſparabimus, quem & ſolum edidit, & multo ante quam de aliis vel per ſomnium cogitaret. Immo, ut è locis modo laudatis liquido apparet, unus hic liber reliquorum princeps fuit occaſio, atque auctor. *Giſelin.*

Edidi.] *Edendi* verbo ſimiliter uſus eſt Paullinus epiſt. 3. ad Sever. *Neque ſuffecit litterarum ad nos editione maturare.* Giſel.

Didici.] In quibuſdam mſſ. eſt, decidi pro didici: quod non diſpliceret, ſi meliores libri ſuffragarentur. & illa, *apud me ipſe*, melius paullo, cum verbo, *didici*, cohærerent. *Giſelin.*

Deſitudine.] Hanc vocem novam & fortaſſe nuſquam alibi lectam, Giſelin. Severo reſtituit, ſecutus Mſſ. Trudon.

SULPICI SEVERI

DE

BEATI MARTINI VITA

LIBER.

PLerique mortales ſtudio gloriæ ſæcularis inaniter dediti, exinde perennem (ut putabant) memoriam nominis ſui quæſiverunt, ſi vitas clarorum virorum ſtylo illuſtraſſent. Quæ res utique non perennem quidem, ſed aliquantulum tamen conceptæ ſpei fructum afferebat; quia & ſui memoriam, licet incaſſum, propagabant: & propoſitis magnorum virorum exemplis, non parva æmulatio legentibus excitabatur. Sed tamen nihil ad beatam illam æternamque vitam hæc eorum cura pertinuit. Quid enim aut ipſis occaſura cum ſæculo ſcriptorum ſuorum gloria profuit? aut quid poſteritas emolumenti tulit, legendo Hectorem pugnantem, aut Socratem philoſophantem? cum eos non ſolum imitari ſtultitia ſit, ſed non accerrime etiam impugnare, dementia: quippe qui humanam vitam præſentibus tantum actibus æſtimantes, ſpes ſuas fabulis, animas ſuas ſepulcris dederint. Siquidem ad ſolam hominum memoriam ſe perpetuandos crediderunt: cum hominis officium ſit, perennem potius vitam, quam perennem memoriam, quærere, non ſcribendo, aut pugnando, vel philoſophando: ſed pie, ſan-

ćte, religioſeque vivendo. Qui quidem error humanus, litteris traditus, intantum valuit, ut multos plane æmulos, vel inanis philoſophiæ, vel ſtultæ illius virtutis, invenerit. Unde facturus mihi operæpretium videor, ſi vitam ſanctiſſimi viri, exemplo aliis mox futuram, perſcripſero: quo utique ad veram ſapientiam, & cœleſtem militiam, divinamque virtutem legentes incitabuntur. In quo ita noſtri quoque rationem commodi ducimus, ut non inanem ab hominibus memoriam, ſed æternum à Deo præmium exſpectemus. Quia & ſi ipſi non viximus, ut aliis exemplo eſſe poſſimus: dedimus tamen operam, ne is lateret, qui eſſet imitandus. Igitur S. Martini vitam ſcribere exordiar, & quæ vel ante epiſcopatum, vel in epiſcopatu geſſerit. Quamvis nequaquam ad omnia illius potuerim pervenire: adeo ea, in quibus ipſe tantum ſibi conſcius fuit, neſciuntur: quia laudem ab hominibus non requirens, quantum in ipſo fuit, omnes virtutes ſuas latere voluiſſet. Quamquam etiam ex his, quæ comperta nobis erant, plura omiſimus: quia ſufficere credidimus, ſi tantum excellentiora notarentur. Simul & legentibus conſulendum fuit, ne quod his pareret copia congeſta faſtidium. Obſecro autem eos qui lecturi ſunt, ut fidem dictis adhibeant: neque me quidquam, niſi compertum & probatum ſcripſiſſe, arbitrentur: aliòquin tacere, quam falſa dicere, maluiſſem.

I. IGITVR MARTINVS Sabariæ Pannoniarum oriundus fuit, ſed intra Italiam Ticini altus eſt, parentibus ſecundum ſæculi dignitatem non infimis, gentilibus tamen. Pater ejus miles primum, poſt tribunus militum fuit. Ipſe armatam militiam in adoleſcentia ſecutus, inter ſchola-

MARTINVS *Sabariæ Pannoniarum oriundus fuit.*] Μαρτῖνος, ἀπὸ Σαβαρίας τῆς Παννονίας. Sozomen. III, capite 13.

Parentibus ſecundum ſeculi dignitatem non infimis.] Ἐπίσημος καὶ τὸ γένος. Sozomenus.

Inter ſcholares alas.] Alæ equitum, Cohortes peditum. Alæ dividebantur in Scholas, ut ex Vitruvio patet. *Salmaſ.* Sic ſcripſi ex Trud. I. Parc. & Bethlem. Veteranorum enim filii ſcholares dicebantur, cum adoleſcentes armatam militiam ſequerentur, ut ex Vegetio liquet,

lares alas ſub rege Conſtantio, deinde, ſub Juliano Cæſare militavit: non tamen ſponte: quia à primis fere annis, divina potius ſervitute, ſacra illuſtris pueri ſpiravit infantia. Nam cum eſſet annorum decem, invitis parentibus ad Eccleſiam confugit, ſeq; catechumenum fieri poſtulavit. Mox mirum in modum totus in Dei opere converſus, cum eſſet annorum duodecim, eremum concupivit: feciſſetque votis ſatis, ſi ætatis infirmitas non obſtitiſſet. Animus tamen aut circa monaſteria, aut circa Eccleſiam ſemper intentus, meditabatur adhuc in ætate puerili, quod poſtea devotus implevit. Sed cum edictum eſſet à regibus, ut veteranorum filii ad militiam ſcriberentur, prodente patre, qui felicibus ejus actibus invidebat, cum eſſet annorum quindecim, raptus & catenatus, ſacramentis militaribus implicatus eſt, uno tantum ſervo comite contentus: cui tamen verſa vice dominus ſerviebat: adeo ut plerumque ei & calceamenta detraheret, & ipſe detergeret: cibum una caperent, hic tamen ſæpius miniſtraret. Triennium fere ante baptiſma in armis fuit, integer tamen ab iis vitiis, quibus illud hominum genus implicari ſolet. Multa illi circa commilitones benignitas, mira caritas: patientia vero atque humilitas ultra humanum modum. Nam frugalitatem in eo laudare non eſt neceſſe, qua ita uſus eſt, ut jam illo tempore non miles, ſed monachus putaretur. Quibus rebus ita ſibi omnes commilitones ſuos devinxerat, ut eum miro affectu venerarentur. Nec dum tamen regeneratus in Chriſto, agebat quen-

liquet, & XII. lib. Codicis, titulo, de ſcholatium privilegiis. iis ſcholis qui præerant (erant autem variæ, & plurimæ, ut ex Comment. Reip. Rom. Lazii lib. 4. cap. 13. conſtat) modo capita ſcholarum, modo comites ac tribuni dicebanturut iidem auctores modo laudati memoriæ prodiderunt. *Giſelinus.*

Sub rege Conſtantio.] Sic feliciter emendavit Giſelinus, cum antea legeretur *Conſtantino.* Quod nec de Conſtantino magno, nec filio ejus, intelligi, temporum rationes, & Martini ætas, permittunt.

Nec dum tamen regeneratus in Chriſto.] Veteres baptiſmum abſolute neceſſarium putabant ad regenerationem & ſalutem. Ambroſ. lib. de his qui initiantur cap. IV. *Credit Catechumenus, ſed niſi baptizetur remiſſionem peccatorum non poteſt obtinere, neque gratiæ ſpiritualis munus haurire.* Auguſt. Tract. XIII. in Iohannem: *Quantumcunque Catechumenus*

quendam bonis operibus baptiſmatis candidatum: aſſiſtere ſcilicet laborantibus, opem ferre miſeris, alere egentes, veſtire nudos, nihil ſibi ex militiæ ſtipendiis præter quotidianum victum reſervans: jam tum Euangelii non ſurdus auditor, de craſtino non cogitabat.

II. Quodam itaque tempore, cum jam nihil præter arma & ſimplicem militiæ veſtem haberet, media hyeme, quæ ſolito aſperior inhorruerat, adeo ut pleroſque vis algoris exſtingueret, obvium habet in porta Ambianenſium civitatis pauperem nudum: qui cum prætereuntes, ut ſui miſererentur, oraret, omneſque miſerum præterirent: intellexit vir Deo plenus, ſibi illum, aliis miſericordiam non præſtantibus, reſervari. Quid tamen ageret? nihil præter chlamydem, qua indutus erat, habebat: jam enim reliqua in opus ſimile conſumpſerat. Arrepto itaque ferro, quo accinctus erat, mediam dividit, partemque ejus pauperi tribuit, reliqua rurſus induitur. Interea de circumſtantibus ridere nonnulli, quia deformis eſſet, & truncatus habitu videretur: multi tamen, quibus erat mens ſanior, altius gemere, quod nihil ſimile feciſſent: cum utique plus habentes, veſtire pauperem ſine ſua nuditate potuiſſent. Nocte igitur inſecuta, cum ſe ſopori dediſſet, vidit Chriſtum chlamydis ſuæ, qua pauperem texerat, parte veſtitum. Intueri diligentiſſime Dominum, veſtemque quam dederat, jubetur agnoſcere. Mox ad Angelorum circumſtantium multitudinem, audit Jeſum clara voce dicentem: *Martinus adhuc catechumenus,*

menus proficiat, adhuc ſarcinam iniquitatis portat, non illi dimittitur niſi quum pervenerit ad baptiſmum. Sic & alii patres.

Baptiſmatis candidatum.] Baptizati olim erant albati. Paulinus epiſt. XII. ad Severum:

Inde parens ſacro ducit de fonte ſacerdos
Infantes niveos, corpore, corde, habitu.

Multa ejus moris teſtimonia extant apud Ambroſium, Dionyſium Areopagitam, Gregorium Turonenſem V. Hiſt. XI. Socratem VII, 17. Rabanum Maurum & alios. *Iuretus.*

Nihil præter chlamydem.] Fortunatus indicat eam more Romanorum militum albam fuiſſe, quod nec Severus nec Paulinus notarunt. Vnde apud Marcellinum XXV. & XXXI. *Candidati* pro militibus. Claudianus *niveas cohortes* vocat. In quartum conſulatum Honorii. Sic & alii multi. *Idem.*

Adhuc catechumenus.] In quibuſdam Eccleſiis Græcanicis, immo vel in plu-

nus, hac me veſte contexit. Vere memor Dominus dictorum ſuorum, (qui ante prædixerat: *Quamdiu feciſtis hac uni ex minimis iſtis, mihi feciſtis*) ſe in paupere profeſſus eſt fuiſſe veſtitum: & ad confirmandum tam boni operis teſtimonium, in eodem ſe habitu, quem pauper acceperat, eſt dignatus oſtendere. Quo viſo, vir beatus non in gloriam eſt elatus humanam, ſed bonitatem Dei in ſuo opere cognoſcens, cum eſſet annorum duodeviginti, ad baptiſmum convolavit. Nec tamen ſtatim militiæ renuntiavit, tribuni ſui precibus evictus, cui contubernium familiare præſtabat. Etenim tranſacto tribunatus ſui tempore, renuntiaturum ſe ſæculo pollicebatur. Qua Martinus exſpectatione ſuſpenſus, per biennium fere, poſtquam eſt baptiſma conſecutus, ſolo licet nomine, militavit.

III. Interea irruentibus intra Gallias Barbaris, Julianus Cæ-

plurimis, prima die dicebantur *Chriſtiani* qua crediderant & ſe credere profeſſi erant, ſequente die in Catechumenos conſcribebantur, tertia exorcizabantur & inſufflabantur, poſtea inter Catechumenos diu manebant audientes Scripturas, poſtremo baptizabantur. Cum baptiſmo autem ſimul comprehendebatur chriſmatio, quia ultimus ejus erat actus. In Occidente ſimiliter prima credendi profeſſione fiebant Chriſtiani, quam concilium Eliberitanum *fidem primam credulitatis* appellat Can. XLII. *Eos qui ad fidem primam credulitatis accedunt, ſi bonæ fuerint converſationis intra biennium placuit ad baptiſmi gratiam admitti debere.* Prima illa fidei credulitate cum impoſitione etiam manuum, quaſi benedictione, recipiebantur inter Catechumenos & Chriſtiani tum demum dici incipiebant, ut liquet ex ejuſdem concilii can. XLIV. his verbis: *Qui aliquando fuerit Catechumenus & per infinita tempora nunquam ad Eccleſiam acceſſerit, ſi eum de clero quiſque cognoverit eſſe Chriſtianum, aut teſtes aliqui extiterint fideles, placuit ei baptiſmum non negari.* Cum Chriſtiani hoc modo fierent & hoc nomen mererentur ex prima fidei Chriſtianæ profeſſione, manuum impoſitione tunc etiam benedicebantur. *Salmaſ.*

Annorum duodeviginti.] Paulinus: *Quatuor à luſtris.*

Tranſacto tribunatus ſui tempore.] Erant enim eo tempore milites fere Chriſtiani: atque hoc illud eſt, cur Iulianus ad demerendos militum animos antequam Auguſtus ſalutaretur, Chriſtianiſmum ſimularit. Vide Theodoritum hiſt. Eccleſ. lib. III, cap. 4. & Nazianz. in eundem. *Giſelin.*

Solo licet nomine.] Paulinus: *Sed ſolo nomine miles.* Militiam nomine-tenus cultam illi opponit, quam armatam in adoleſcentia ſub Conſtantio ſecutum eſſe ſupra dixit. *Giſelin.*

Irruentibus intra Gallias Barbaris, Iulianus Cæſar.] De ipſa re, ſic *Socrates* ſcribit lib. 6. hiſt. Trip. cap. 1. Poſt hæc igitur Imperator (Conſtantius) evocavit Iulianum, & conſtituit Cæſarem, danſque ei conjugem Conſtantiam (Helenam vocat Ammianus lib. 15.) ſororem ſuam, contra Barbaros eum deſtinavit ad Gallias. Hi namque Barbari, quo-

Cæſar, coacto in unum exercitu apud Vangionum civitatem, donativum cœpit erogare militibus, ut eſt conſuetudinis, ſinguli citabantur, donec ad Martinum ventum eſt. Tum vero oportunum tempus exiſtimans, quo peteret miſſionem (neque enim integrum ſibi fore arbitrabatur, ſi donativum non militaturus acciperet) *Hactenus*, inquit ad Cæſarem, *militavi tibi: patere ut nunc militem Deo: donativum tuum, militaturus accipiat: Chriſti ego miles ſum. Pugnare mihi non licet.* Tum vero adverſus hanc vocem Tyrannus infremuit, dicens, eum metu pugnæ, quæ poſtera die erat futura, non religionis gratia, detrectare mili-

quorum Imp. Conſtantius contra Magnentium auxilia petierat, cum nihil profuiſſent contra tyrannum, Romanorum vaſtabant urbes. & mox: *& cum illi* (Barbari) *per legatos, litteras Imperatoris eos ad provincias invitantis oſtenderent, &c.* Hæc igitur accidiſſe videntur ineunte anno illo, quo ipſe conſul primum cum Conſtantio Conſ. VIII. in Gallias ad Alemannorum incurſus coërcendos miſſus eſt. ii enim tum temporis Conſtantio aliis occupato, tantis viribus atque impetu è ſuis finibus in Gallias proruperant, eaſque nullo renitente adeo ad internecionem vaſtarant, pæne ut eas Auguſtus pro deploratis habuerit, & Iulianum patruelem fratrem ea una ſolaque de cauſſa coactus ſit in imperii ſocietatem adſciſcere. Adſcitus igitur ille Fl. Arbetione, & Mavortio Lolliano coss. ipſis Kal. Decemb. Viennæ ut hibernaret, ex urbe egreſſus eſt. ibi cum omnia ad bellum Gallicum neceſſaria comparaſſet; confecto raptim per Auguſtodunum, Antiſſiodorum, & Tricaſſas, perdifficili & periculoſo itinere (omnia enim ea loca hoſtes populabundi inſederant) Remis tandem exercitus ſuos conjunxit: atque inde per decem pagos Alemanam plebem aggreſſus, quæ Argentoratum, Brotomagum, Tabernas, Saliſonem, Nemetas, Vangionas & Maguntiacum civitates poſſidebant, eorumque territoria habitabant: primam omnium Brotomagum occupavit: ibique occurrentem Germanorum manum partim cecidit, partim fugæ celeritate ſalutem ſibi quærere coëgit. Hæc è lib. XVI. Ammiani pluribus adduxi, tum ut ipſi hiſtoriæ lucem nonnullam afferrem, tum quod hoc uno loco tota Chronologiæ noſtræ ratio & fundamentum nitantur. Omnino enim mihi perſuadeo, B. Martinum hanc, de qua nunc agimus, miſſionem impetraſſe Remis aut certe Brotomagi. ex quo & illud neceſſario efficitur, ſi biennio ante miſſionem baptiſmo fuerit initiatus, vigeſimo fere ætatis anno militiæ ſacramento exauctoratum fuiſſe, qui annus incidit in annum imperii Conſtantii XX. Vrbis cond. M. CVIII. Chriſti vero CCC. LVI. ſupputante Onuphrio. *Giſelin.*

Donativum.] Proprium hoc militis, ut congiarium civium & plebis. *Iuretus.*

Chriſti ego miles ſum. Pugnare mihi non licet.] Hæc nihil pro Anabaptiſtis. Quanquam videatur vel Martinus, ſi hæc dixit, vel Severus, qui hæc ſcripſit, non recte Chriſtianam libertatem intellexiſſe. Cur non pugnemus contra barbaros? Chriſtiani cavere debent bella civilia, contra fratres ſuos. Turcam, Tatarum, immanem belluam debellare, Chriſtus non prohibet, ſed jubet

litiam: At Martinus intrepidus, immo illato ſibi terrore conſtantior: *Si hoc*, inquit, *ignaviæ aſcribitur, non fidei, craſtina die ante aciem inermis adſtabo: & in nomine Domini Ieſu, ſigno crucis, non clypeo protectus, aut galea, hoſtium cuneos penetrabo ſecurus*. Retrudi ergo in cuſtodiam jubetur, facturus fidem dictis, ut inermis barbaris objiceretur. Poſtera die hoſtes legatos de pace miſerunt, ſua omnia ſeſeque dedentes. Unde quis dubitet, hanc vere beati viri fuiſſe victoriam, cui præſtitum ſit, ne inermis ad prœlium mitteretur. Et quamvis pius Dominus ſervare militem ſuum, licet inter hoſtium gladios & tela potuiſſet: tamen ne vel aliorum morte ſancti violarentur obtutus, exemit pugnæ neceſſitatem. Neque enim aliam pro milite ſuo Chriſtus debuit præſtare victoriam, quam, ut ſubactis ſine ſanguine hoſtibus, nemo moreretur.

IV. Exinde relicta militia, ſanctum Hilarium, Pictavæ epiſcopum civitatis, cujus tunc in Dei rebus ſpectata & cognita fides habebatur, expetivit: & aliquamdiu apud eum commoratus eſt. Tentavit autem idem Hilarius, impoſito Diaconii officio, ſibi eum arctius implicare, & miniſterio vincire divino. Sed cum ſæpiſſime reſtitiſſet, indignum ſe eſſe

bet potius, ſi nos offendant & opprimant. *Horn.*

Signo crucis.] Veteres ſe cruce munierunt, non quod externo ſigno tantam vim adſcriberent, ſed ob fiduciam in mortem Chriſti. Chryſoſtom. Hom. LV. in Matth. *Crucem non ſimpliciter digito in corpore, ſed magna profecto fide in mente formari oportet*. Crux tranſiens apud puriorem Eccleſiam in uſu fuit, non crux permanens.

Legatos de pace miſerunt.] Si conjecturis locus eſt, ſcite huc quadrare poſſint verba illa Marcellini: *Igitur Agrippinam ingreſſus* (recto itinere ex Brotomago) *non ante motus eſt exinde, quam Francorum regibus furore miteſcente perterritis, pacem Reip. firmaret, & urbem reciperet munitiſſimam.* Sed hæc conjectura tantum eſt, vera an falſa, viderint alii. *Giſelin.*

Aliorum morte ſancti violarentur obtutus.] Minucius in Octavio, de Chriſtianis: *Nobis homicidium nec videre fas, nec audire.* Virgil. 11. Æneid.

——— Nati me cernere letum
Feciſti, & patrios fœdaſti ſanguine vultus.

Epiſcopum.] Presbyteri & Epiſcopi differebant ſola ordinatione. Chryſoſtomus dixit, μόνῃ τῇ χειροτονίᾳ ἀναβεβηκέναι Epiſcopos ſupra presbyteros, hoc eſt, *ſuperiores eſſe ſola ordinatione*. Theophylactus presbyteros μόνῃ τῇ χειροτονίᾳ ὑποβεβηκέναι, id eſt, *inferiores eſſe*. Hoc plane eſt diſcrimen internæ poteſtatis quo Hieronymus ſcripſit majores presbyteris eſſe Epiſcopos

eſſe vociferans: intellexit vir altioris ingenii, hoc eum modo poſſe conſtringi, ſi id ei officii imponeret, in quo quidam locus injuriæ videretur. Itaque exorciſtam eum eſſe præcepit. Quam ille ordinationem, ne deſpexiſſe tanquam humiliorem videretur, non repudiavit. Nec multo poſt admonitus per ſoporem, ut patriam parenteſque, quos adhuc gentilitas detinebat, religioſa ſollicitudine viſitaret, ex voluntate ſancti Hilarii profectus eſt, multiſque ab eo adſtrictus precibus & lacrymis ut rediret, mœſtus (ut ferunt) peregrinationem illam aggreſſus eſt, conteſtatus fratres, multa ſe adverſa paſſurum. Quod poſtea probavit eventus. Ac primum inter Alpes devia ſecutus, incidit in latrones. Cumque unus ſecurim elevatam in caput ejus libraſſet, ictum ferientis dextera ſuſtinuit alter: vinctis tamen poſt tergum manibus, uni ſervandus & ſpoliandus traditur. Qui cum eum ad remotiora duxiſſet, percontari ab eo cœpit, quiſnam eſſet? Reſpondit, Chriſtianum ſe eſſe. Quærebat etiam ab eo, an timeret? Tum vero conſtantiſſime profitetur, numquam ſe fuiſſe tam ſecurum, quia ſciret miſericordiam Domini maxime in tentationibus affuturam: ſe magis dolere illi, qui Chriſti miſericordia, utpote latrocinia exer-

copos, & inferiores presbyteros Epiſcopis, non vero poteſtatem externam gubernationis reſpexit. *Salmaſius.*

Exorciſtam eum eſſe præcepit.] Paulinus. Nat. IV. Felicis:

——— Primis lector ſervivit in annis,
Inde gradum cœpit, cui munus voce fideli,
Adjurare malos & ſacris pellere verbis.

Epiſtola VI. ad Amandum, vocat exorciſtam dæmonis terribilem. Epiſt. XVI. ad Delphinum, ait ex nomine exorciſtæ gravitatem aſſumi & reverentiam dari. Vt dubitem cur Severus ita vile officium putarit, ut injuriæ conjungat. *Iuret.* In libro Pontificali Damaſi, Cajus Epiſcopus Romæ qui vixit ſub finem tertii ſæculi conſtituiſſe dicitur. *Si quis Epiſcopus eſſe mereretur, ut eſſet Oſtiarius, Lector, Exorciſta, Sequens, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, & exinde Epiſcopus ordinarius.* Vbi *Sequentem* vocat qui Græcis ἀκόλυθος, & Romani *Aceluthum* voce Græca, & corrupta *Acolythum*. Septem ibi habes ordines Eccleſiæ, quorum ſummus eſt presbyter. *Salmaſius.*

Chriſtianum ſe eſſe.] Hoc olim moris fuit omnibus Chriſtianis, ut à Iudice, aut in ſummis periculis de patria & origine interrogati, unum illud reſponderent, Chriſtianos ſe eſſe. *Giſelin.*

Se magis illi dolere.] Similem loquendi formam obſervavi in vita Beregeſi Abbatis, c. V. his verbis, *dolere ſe illi, quippe quem videret diabolo ſubditum, &c.* loquitur de Pipino. Adſervatur ea vita

exercens, eſſet indignus. Ingreſſuſque Euangelicam diſputationem, verbum Dei latroni prædicabat. Quid longius morer? Latro credidit, proſecutuſque Martinum viæ reddidit, orans ut pro ſe Dominum precaretur. Idemque poſtea religioſam agens vitam viſus eſt, ut hæc quæ ſupra retulimus, ab ipſo audita dicantur. Igitur Martinus inde progreſſus, cum Mediolanum præteriſſet, diabolus in itinere, humana ſpecie aſſumpta ſe ei obvium tulit, Quo tenderet, quærens? Cumque id à Martino reſponſi accepiſſet, ſe quo Dominus vocaret, intendere: ait ad eum, *Quocumque ieris, vel quæcunque tentaveris, diabolus tibi adverſabitur.* Tunc ei prophetica voce reſpondit: *Dominus mihi adjutor eſt, non timebo, quid faciat mihi homo.* Statimque è conſpectu ejus inimicus evanuit. Itaque ut animo ac mente conceperat, matrem Gentilitatis abſolvit errore, patre in malis perſeverante: plures tamen ſuo ſalvavit exemplo. Deinde cum hæreſis Arriana per totum orbem & maxime intra Illyricum pullulaſſet, cum adverſus perfidiam ſacerdotum ſolus pæne acerrime pugnaret, multiſque ſuppliciis eſſet affectus (nam publice virgis cæſus eſt, & ad extremum de civitate exire compulſus) Italiam repetens, cum intra Gallias quoque diſceſſu ſancti Hilarii, quem ad exſilium hæreticorum vis coëgerat, turbatam eccleſiam comperiſſet, Mediolani ſibi Monaſterium ſtatuit. Ibi quoque cum Auxentius, auctor & princeps Arrianorum, graviſſime inſectatus eſt: multiſque affectum injuriis, de civitate ex-

vita deſcripta manu in bibliotheca S. Trudonis.

Hæreſis Arriana per totum orbem.] Supra 11. Hiſt. *perturbato orbe terrarum.*

Hilaris, quem ad exſilium hæreticorum vis coëgerat.] Supra: *Hilarius Pictavorum Epiſcopus, datur exilio.* Vide ad eum locum notas.

Mediolani ſibi Monaſterium ſtatuit.] Origo Monaſteriorum ex perſecutionibus fuit. Quas dum fugere conantur viri Sancti & innocentes, ad ſolitudines ſe receperunt, vel extra urbes, ubi eremi, vel in urbibus, ubi monaſteria. Sic Martinus monaſterium ſoli ſibi ſtruit Mediolani. Quod eremus dici non poteſt, nec monaſterium hodierno ſenſu, ubi plures cohabitant. *Horn.*

Auxentius.] Εἰς Μεδιολάνον ἐλθὼν, καθ' ἑαυτὸν διέτριβεν· ὑπεχώρησέ τε ἔνθεν ἐπιβουλευόμενος παρὰ Αὐξεντίου τοῦ ἐπισκόπου, οὐδὲ αὐτοῦ ὑγιῶς ἔχοντος περὶ τὴν πίστιν ἐν Νικαίᾳ συνελθόν-

exturbavit. Cedendum itaque tempori arbitratus, ad inſulam Gallinariam nomine ſeceſſit: comite quodam presbytero, magnarum virtutum viro. Hic aliquamdiu radicibus vixit herbarum: quo tempore elleborum, venenatum, ut ferunt, gramen, in cibum ſumpſit. Sed cum vim veneni in ſe graſſantis vicina jam morte ſenſiſſet, imminens periculum oratione repulit, ſtatimque omnis dolor fugatus eſt. Nec multo poſt cum ſancto Hilario comperiſſet regis pœnitentia poteſtatem indultam fuiſſe redeundi, Romæ ei tentavit occurrere, profectuſque ad urbem eſt.

V. Cum jam Hilarius præteriſſet, ita eum eſt veſtigiis proſecutus: cumque ab eo gratiſſime fuiſſet ſuſceptus, haud longe ſibi ab opido monaſterium collocavit. Quo tempore ſe ei quidam catechumenus junxit, cupiens ſanctiſſimi viri inſtitui diſciplinis: pauciſque interpoſitis diebus languore correptus, vi febrium laborabat. Ac tum Martinus forte diſceſſerat: & cum per triduum defuiſſet, regreſſus corpus exanime invenit: ita ſubita mors fuerat, ut abſque baptiſmate humanis rebus excederet, corpus in medio poſi-

tum

ἐλθόντων. *Sozomen.* III,13.

Ad inſulam Gallinariam nomine ſeceſſit.] Καὶ ἐπί τινα χρόνον ῥίζαις βοτανῶν ἀρκούμενος, νῆσον ᾤκησεν ἣν Γαλληνάριαν καλοῦσι. Μικρὰ δὲ αὕτη καὶ ἀοίκητος ἐν τῷ Τυρρηνικῷ πελάγει κειμένη. *Sozomen.* III,13. & *Nicephor.* IX,19.

Elleborum, venenatum, ut ferunt.] Non quidem toto ſubſtantiæ genere ut ſunt omnia δηλητήρια: ſed quia naturæ alendæ minus idonea: qualia καθαρτικὰ omnia. quibus ſi quis abutatur, mera fiunt venena. *Giſelin.*

Hilario comperiſſet regis pœnitentia.] Severus ſecundo libro Sacræ hiſtoriæ ſibi ipſi eſt interpres, cum ait, Hilarium quaſi diſcordiæ ſeminarium & perturbatorem Orientis redire ad Gallias juſſum eſſe, abſque exſilii indulgentia, id eſt, non remiſſo tamen ei exſilio, ita ut ei, unde exſulandum erat, ibi etiam tum exſuli degendum eſſet. Pœnitebat videlicet impium Imp. eo relegatum fuiſſe Hilarium, ubi ſuis Arrianis multo plus mali & damni daret, quam in ipſa Gallia fuerat daturus. Ratio ex ipſa hiſtoria petenda, quam Severo nemo accuratius deſcripſit. *Giſelinus.*

Monaſterium collocavit.] Ligugiacum id poſteri appellarunt, quadraginta diſtans ab urbe Pictavienſi ſtadiis, deſignante Greg. Turonenſi. *Idem.*

Abſque baptiſmate humanis rebus excederet.] Veteres baptiſmum abſolute neceſſarium aſſeruerunt ad ſalutem de adultis. Id probant loca Ambroſ. lib. de his qui initiantur, c. IV. & Auguſt. Fract. XIII. in Iohannem producta. Quibus adde hæc. Author de fide ad Petrum cap. III. *abſque ſacramento baptiſmatis, præter eos, qui in Eccleſia ſine baptiſmate pro*

tum triſti mœrentium fratrum frequentabatur officio, cum Martinus flens & ejulans accurrit. Tum vero ſanctum ſpiritum tota mente concipiens, egredi cellulam, in qua corpus jacebat, cæteros jubet: ac foribus obſeratis, ſuper exanimata defuncti fratris membra proſternitur: & cum aliquamdiu orationi incubuiſſet, ſenſiſſetque per ſpiritum Domini adeſſe virtutem, erectus paullulum, & in defuncti ora defixus, orationis ſuæ ac miſericordiæ Domini intrepidus exſpectabat eventum: vixque duarum fere horarum ſpatium interceſſerat: vidit defunctum paulllatim membris omnibus commoveri, & laxatis in uſum videndi palpitare luminibus. Tum vero magna ad Dominum voce converſus gratias agens, cellulam clamore compleverat: quo audito, qui pro foribus aſtiterant, ſtatim irruunt. Mirum ſpectaculum, quod videbant vivere, quem mortuum reliquiſſent. Ita redditus vitæ, ſtatim baptiſma conſecutus, plures poſtea vixit annos: primuſque apud nos Martini virtutum vel materia vel teſtimonium fuit. Idem tamen referre erat ſolitus, ſe corpore exutum ad tribunal judicis ductum, deputatumque obſcuris locis & vulgaribus turbis triſtem exceepiſſe ſententiam: tum per duos angelos judici fuiſſe ſuggeſtum, hunc eſſe pro quo Martinus oraret: ita per eoſdem angelos ſe juſſum reduci, & Martino redditum, vitæque priſtinæ reſtitutum. Ab hoc primo tempore beati viri nomen eni-

te pro Chriſto ſanguinem fundunt, nec regnum cœlorum poteſt quiſquam accipere, nec vitam æternam. Et Author apud Auguſtin. de eccleſ. dogm. cap. LXXIV. *Baptizatis tantum iter eſſe ſalutis credimus. Nullum Catechumenum, quamvis bonis operibus defunctum, vitam æternam habere credimus, excepto martyrio, ubi tota baptiſmi ſacramenta implentur.* Interdum tamen de hac ſeveritate remiſerunt. Sic Ambroſ. in Orat. in obitum Valentiniani junioris, alloquens ſorores ejus: *Hunc ſua pietas abluit & voluntas. Non amiſit gratiam quam popoſcit.*

Hunc eſſe pro quo Martinus oraret.] Hæc jam illo ævo ſuperſtitio invaluit, juvari viventium interceſſione mortuos. Primus Tertullianus meminit, & ex traditione ortam conſuetudinem fatetur. *De corona militis.* Cæteri diu dubitanter locuti ſunt, Auguſtinus, Chryſoſtomus, alii. Cyprianus orthodoxus: *Quando hinc exceſſum eſt, nullus jam pœnitentia locus, nullus ſatisfactionis effectus.* Ex hoc commento fabuloſus purgatorii ignis ſuccenſus eſt, ad quem ſe pingues Monachi calefaciunt. *Horn.*

enituit, ut qui ſanctus jam ab omnibus habebatur, potens etiam & vere Apoſtolicus haberetur.

VI. Nec multo poſt, dum agrum Lupicini cujuſdam honorati ſecundum ſæculum viri præteriret: clamore & luctu turbæ plangentis excipitur. Ad quam ſolicitus cum aſtitiſſet, & quis eſſet hic fletus, inquireret, indicatur, unum è familia ſervulum laqueo ſibi vitam extorſiſſe: quo cognito, cellulam, in qua corpus jacebat, ingreditur: excluſiſque omnibus turbis, ſuperſtratus corpori, aliquantiſper oravit: mox viviſcente vultu, marceſcentibus oculis in ora illius defunctus erigitur: lentoque conamine eniſus aſſurgere, adprehenſa beati viri dextera, in pedes conſtitit: atque ita cum eo uſque ad veſtibulum domus, turba omni inſpectante, proceſſit.

VII. Sub idē fere tempus ad epiſcopatum Turonicæ eccle-ſiæ

Vere Apoſtolicus.] Ex hac de Martino opinione, orta diu poſt controverſia, an ſine hæreſi Apoſtolis conferri queat? Quod propugnat multis argumentis Odo Abbas Cluniacenſis peculiari tractatu, in quo Martinum Apoſtolis ubique comparat, & eo titulo digniſſimum eſſe probare vult. Cæterum meræ nugæ & ludibria ſunt. *Horn.*

Agrum Lupicini cujuſdam.] Meminerunt faſti conſulares cujuſdam Fl. Lupicini conſulis eodem illo anno, quo Gratianus Auguſtus creatus. Sive autem ager hic ejuſdem Lupicini fuerit, quod vero non eſt abſimile; ſive alius: nobis ſatis fuit, adducto exemplo veram ſcripturam conſtituere, alias ab eo nomine evariantes pro falſis ducere. *Giſelin.* Sic & Paulinus & Fortunatus eum vocant. Cuſpinianus Comment. in Chronicon Caſſiodori, putat hunc eſſe Lupicinum qui Conſul fuit cum Iovino ſub Valentiniano Imperatore. *Iuret.*

Sub idem fere tempus.] A. CCCLXXV. IV. Non. Iul. *Gregor.* Turon. II. Hiſt. Franc. 14. & I. Miracul. 6. Nam cum ſediſſe eum dicat Gregorius Turon. annos XXVI. menſes IV. dies XXVII, perveniſſe oportet ad A. CCCII. ad quod uſque tempus Martinum vixiſſe, ex Severo colligimus. Ac licet à Severo diſcrepet Gregorius, dum ait VIII. anno Valentiniani Martinum fuiſſe electum Epiſcopum: præſtat tamen audire Severum. *Baron.*

Ad Epiſcopatum Turonicæ eccleſiæ petebatur.] De ætate B. Martini hic verbum nullum. Greg. Turonenſis, qui illum Attico & Cæſario COSS. anno ætatis 81. epiſcopatus vero 26. mortuum ſcribit, indicare iiſdem verbis videtur, eum 55. ætatis anno ad epiſcopatum fuiſſe allectum. Quæ omnia quam vera ſint, ex auctoris noſtri verbis expendamus. Conſtat ex ſuperioribus B. Martinum tertio poſt baptiſmum ſuum anno, Hilario aliquandiu convixiſſe: eidemque poſt quintum annum ab exſilio ad ἐπισκοπῆς ſuæ ſedem redeunti, Romæ occurriſſe, indeque cum illo ad Pictavos reverſo non procul ab opido ſibi monaſterium ædificaſſe. Eſt autem veriſimile, egiſſe tum illum ætatis annum 27. Auctor igitur dum res deinde geſtas ordine perſequitur,

ſiæ petebatur: ſed cum erui à monaſterio ſuo facile non poſſet, Ruricius quidam, unus è civibus, uxoris languore ſimulato, ad genua illius provolutus, ut egrederetur obtinuit. Ita diſpoſitis jam in itinere civium turbis, ſub quadam cuſtodia ad civitatem uſque deducitur. Mirum in modum incredibilis multitudo non ſolum ex illo oppido, ſed etiam ex vicinis urbibus ad ſuffragia ferenda convenerat. Una omnium voluntas, eadem vota, eademque ſententia, Martinum epiſcopatu eſſe digniſſimum, felicem fore tali Eccleſiam ſacerdote. Pauci tamen, & nonnulli ex Epiſcopis, qui ad conſtituendum antiſtitem fuerant evocati, impie repugnabant, dicentes: *Scilicet contemptibilem eſſe perſonam, indignum eſſe epiſcopatu, hominem vultu deſpicabilem, veſte ſordidum, crine deformem.* Ita à populo ſen-

tur, non aliis utitur tranſitionibus, quam, *Quo tempore:* &, *Non multo poſt:* item, *Sub idem fere tempus.* Amabo te, lector, num his tranſitionibus triginta annorum ſpatium videtur poſſe deſignari? Dabo nunc aliud, quod totam Gregorii rationem multo fœdius turbet. Dialogo 2. cap. 6. ait Severus Martino ſuum primum epiſcopatum datum Valentiniano ſeniore rerum potiunte. Fuerunt ille, ut minimum, Valentiniani annus 4. Chriſti vero 367. Inde jam certo & evidenti argumento evincam B. Martinum eo tempore non 53. ætatis annum, ſed 33. demum egiſſe. nam inter exauctoritatem ejus & eum quem nominavi annum, tantum 12. interjiciuntur. *Giſelin.*

Ruricius quidam.] Sic optimi libri. & Ruricium Præſidem lego apud Marcellinum lib. 27. *Idem.*

Ex vicinis urbibus ad ſuffragia ferenda.] Presbyteri cum diaconis, non ſine populi ſuffragio olim Romæ & Alexandriæ ſive primum presbyterum, ſive Epiſcopum elegerunt & ordinarunt. Multa ejus moris veſtigia extant, in libro Pontificali Damaſi, & in vitis Romanorum Epiſcoporum, etiam quarto ſeculo, ſub Conſtantino & Conſtantio. Leo *Epiſt.* XD. de ordinationibus Epiſcoporum: *Teneatur ſubſcriptio clericorum, honoratorum teſtimonium, ordinis conſenſus & plebis.* Hæc igitur quatuor requirebantur in electione miniſtri. Ordinandi etiam coram Eccleſia prædicari ſoliti. Lampridius in Alexandro Severo: *Dicebatque grave eſſe, cum id Chriſtiani & Iudæi facerent in prædicandis ſuis ſacerdotibus qui ordinandi ſunt, non fieri in provinciarum rectoribus.* Quid autem ſit *prædicare*, oſtendunt paulo antecedentia; *Nomina eorum proponebat hortans populum, ut ſi quis quid haberet criminis, probaret manifeſtis rebus.* Salmaſius.

Ex epiſcopis, qui ad conſtituendum antiſtitem fuerant evocati.] Cum Epiſcopus eſſet eligendus aut presbyter aliquis, omnes presbyteri qui parœcias ſuas ſinguli curabant, ad matricem illam Eccleſiam & principalem, relictis titulis ſuis ſolebant convenire, ut electioni & ordinationi clericorum intereſſent ac ſubſcriberent. *Salmaſius.*

Veſte ſordidum.] Qua utebantur Aſcetæ. Hieron. Epiſt. IV. ad Ruſticum: *Sordidæ veſtes candidæ mentis indicia ſunt. Vilis tunica contemtum ſeculi probet.* Monachi olim, ut Cynici, ſordes affectarunt.

ſententiæ ſanioris hæc illorum irriſa dementia eſt, qui illuſtrem virum, dum vituperare cupiunt, prædicabant. Nec vero aliud his facere licuit, quam quod populus Domino volente cogebat. Inter Epiſcopos tamen qui affuerat, præcipue Defenſor quidam nomine, dicitur reſtitiſſe: unde animadverſum eſt, graviter illum lectione prophetica tunc notatum. Nam cum fortuito lector, cui legendi eo die officium erat, interclufus à populo defuiſſet, turbatis miniſtris, dum exſpectatur qui non aderat, unus è circumſtantibus ſumpto pſalterio, quem primum verſum invenit, arripuit. Pſalmus autem erat: *Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos, ut deſtruas inimicum & defenſorem.* Quo lecto clamor populi tollitur, pars diverſa confunditur. Atque ita habitum eſt, divino nutu pſalmum hunc lectum fuiſſe, ut teſtimonium operis ſui Defenſor audiret, quia ex ore infantium atque lactentium in Martino Domini laude perfecta, & oſtenſus pariter & deſtructus eſt inimicus. Iam vero ſumpto epiſcopatu, qualem ſe quantumque præſtiterit, non eſt noſtræ facultatis evolvere. Idem enim conſtantiſſime perſeverabat, qui prius fuerat.

ctarunt. Nam quam ſemel tunicam induiſſent, nunquam exuebant priuſquam penitus tota uſu derrita & ſciſſa eſſet, ac de altera habenda cogitandum foret. Hieronymus in vita Hilarionis: *Saccum quo ſemel fuerat indutus nunquam lavans, & ſuperfluum eſſe dicens munditias in cilicio quærere: nec alteram tunicam mutavit, niſi prior penitus ſciſſa eſſet.* Quantum ſordium putamus contraxiſſe talem tunicam? Rutilius Gallus in Itinerario illuviem & ſqualorem Monachorum non ſemel exagitat. De Capraria:

Squalet lucifugis, inſula tota viris.
Hi ſeſe Grajo Monachos cognomine dicunt.

Et alio loco de Solitario:

Infelix putat illuvie cœleſtia paſci.

Salmaſius.

Crine deformem.] Qui, ut moris ſqualentibus, impexus, rigidus, incompoſitus. Alias tondebant Monachi & clerici, ſolo capillorum circulo circa aures relicto. *Concil. Tolet.* IV, c. 40. *Iſidor.* de Offic. Eccleſ. II, 4. Non ergo tum radebant. Hieronymus in Ezechielis cap. XLIV. *Diſcimus hic nec calvitiem novacula eſſe faciendum, nec ita ad preſſum tondendum caput, ut raſorum ſimiles eſſe videamur, ſed in tantum capillos dimittendos ut operta ſit cutis.* Idem *Clemens* III. Pædag. cap. XI. *Optatus* II. contra Parm.

Pſalterio.] Cujus uſus tum in Eccleſia & Monaſteriis invaluit.

Pars diverſa.] Sic Giſelinus correxit, putans vocem, *adverſa*, ſubdititiam eſſe & merum redolere Scholion. At locus Paulini lib. II.

Adverſæ penitus removens molimina partis,

innuit

tat. Eadem in corde ejus humilitas, eadem in veſtitu ejus vilitas erat: atque ita plenus auctoritatis & gratiæ, implebat epiſcopi dignitatem, ut non tamen propoſitum monachi, virtutemque deſereret. Aliquamdiu ergo adhærente ad Eccleſiam cellula uſus eſt: deinde cum inquietudinem frequentantium ferre non poſſet, duobus fere extra civitatem milibus monaſterium ſibi ſtatuit. Qui locus tam ſecretus & remotus erat, ut eremi ſolitudinem non deſideraret. Ex uno enim latere, præciſa montis excelſa rupe ambiebatur: reliquam planiciem Liger fluvius reducto paullulum ſinu clauſerat: una tantum eademque arcta admodum via adiri poterat: ipſe ex lignis contextam cellulam habebat. Multi quidem è fratribus in eundem modum, plerique ſaxo ſuperjecti montis cavato, receptacula ſibi fecerant. Diſcipuli vero octoginta erant, qui ad exemplum beati magiſtri inſtituebantur. Nemo ibi quidquam proprium habebat: omnia in medio conferebantur. Non emere, aut vendere (ut pleriſque monachis moris eſt) quidquam licebat. Ars ibi, exceptis ſcriptoribus, nulla habebatur: cui tamen operi minor ætas deputabatur: majores orationi vacabant. Ra-

rus

innuit Latine dici, partem adverſam. Sic & Symmachus & Sidonius loquuntur. *Iuretus.*

Eadem in veſtitu ejus vilitas erat.] Nondum ergo illa veſtimentorum varietas in Eccleſia invaluerat. *Primis temporibus communi veſtimento induti Miſſas agebant, ſicut & hactenus quidam Orientalium facere perhibentur.* VValefridus Strabo de Reb. Eccleſ. cap. XXIV.

Adhærente ad Eccleſiam cellula.] Eccleſiam pro templo ponit, more ſeculi ſui. De quo ſupra ad lib. II. Iſidorus Peluſiota diſtinguit appoſite inter ἐκκλησιαστήριον & ἐκκλησίαν, & quam vocat ἄθροισμα τῶν ἁγίων τὸ ἐξ ὀρθῆς πίστεως καὶ πολιτείας ἀρίστης συγκεκροτημένον. Addit: ἄλλο ἐστιν ἐκκλησιαστήριον, ἡ μὲν γὰρ ἐξ ἀμώμων ψυχῶν συνέστηκε, τὸ δὲ ἀπὸ λίθων καὶ ξύλων οἰκοδομεῖται. Vide Spanhem. III. Dub. Euangel. LXXVII.

Monaſterium ſibi ſtatuit.] Id, ſi bene memini, poſteri Majus monaſt. dixerunt, in quo & baſilicam B. Petro & Paullo dedicavit. Gregor. Turonenſis lib. X. *Giſelin.* Monaſteria veterum ut plurimum fuerunt Scholæ publicæ: *Chryſoſt.* III. contra Vituperat. vitæ Monaſticæ. Idem ex ſequentibus Severi verbis apparet. Dicit enim in monaſterio Martini octoginta diſcipulos fuiſſe. Erant autem laici, non clerici, nedum diaconi vel presbyteri. Hieron. ad Heliodor. *alia Monachorum eſt cauſa, alia clericorum. Clerici paſcunt oves, ego paſcor.* Concil. Chalced. cap. IV. proviſum ne Monachi ſe Eccleſiaſticis negotiis immiſceant.

 Ad

rus cuiquam extra cellulam fuit egreſſus, niſi cum ad locum orationis conveniebant. Cibum una omnes poſt horam jejunii accipiebant. Vinum nemo noverat, niſi quem infirmitas coëgiſſet. Plerique camelorum ſetis veſtiebantur. Mollior ibi habitus pro crimine erat. Quod eo magis ſit mirum neceſſe eſt, quod multi inter eos nobiles habebantur, qui longe aliter educati, ad hanc ſe humilitatem & patientiam coëgerant; pluresque ex his poſtea epiſcopos vidimus. Quæ enim eſſet civitas, aut Eccleſia, quæ non ſe de Martini monaſterio cuperet habere ſacerdotes?

VIII. Sed ut reliquas virtutes ejus, quas in Epiſcopatu egit, aggrediar, erat haud longe ab opido proximus monaſterii locus, quem falſa hominum opinio, velut conſepultis ibi martyribus ſacraverat. Nam & altare ibi à ſuperioribus Epiſcopis conſtitutum habebatur. Sed Martinus non temere adhibens incertis fidem, ab his qui majores natu erant presbyteris, vel clericis, flagitabat ſibi nomen martyris, vel tempora paſſionis oſtendi: grandi ſe ſcrupulo permoveri, quod nihil certi conſtans ſibi majorum memoria tradidiſſet.

Ad locum orationis.] Et μαρτύρια & μοναστήρια quæ in territorio erant, cui præerat Epiſcopus, cum ſuis presbyteris ei ſubjacebant. Nam & μαρτύρια & monaſteria habuere presbyteros præpoſitos, qui monachis ſacramentum euchariſtiæ adminiſtrabant, & ſynaxin tenebant. *Salmaſius.*

Camelorum ſetis.] Paulinus II.

Multis veſtis erat ſetis contexta Cameli.

Vide ejus Epiſtolam ad Severum: & epiſtola VII. ad eundem: *conſervuli & compallidi noſtri, non veſtibus pictis ſuperbi, ſed horrentibus cilicibus humiles.*

Nobiles.] Vide infra cap. XXIV. Paul.

Nam multos illic priſco de ſanguine claros
Traxerat ad talem prudens ſententia vitam.

Velut conſepultis ibi martyribus conſecraverat.] Martyria, id eſt loca & monumenta ſacra Sanctis Martyribus & Confeſſoribus erecta. Ammian. XXII. *Cineres projecit in mare, id metuens, ut clamabat, ne collectis ſupremis, ædes iis exſtruerentur ut reliquis, qui deviare à religione compulſi, pertulere cruciabiles pœnas, aduſque glorioſam mortem intemerata fide progreſſi, & nunc martyres appellantur.* Auguſtinus XXII. Civ. Dei 10. *Nos Martyribus noſtris non templa ſicut diis, ſed memorias, ſicut hominibus mortuis, ſabricamus. Neque ibi erigimus altaria in quibus ſacrificemus martyribus, ſed uni Deo ſacrificium immolamus.* Eorum reliquias ſub altari ponebant. *Ambroſ.* X. epiſt. 85. ſub finem. *Durand.* in Rationali. *Prudentius* III. περὶ στεφάνων de Eulalia:

Oſſibus altar & impoſitum.

Cyrillus Eremita in Vita Euthymii: *Corpus beati Viri transfert ad ædem quam recenter fuerat fabricatus, & in ſacro depoſuit loculo, ut nunquam poſſit amplius aperiri.*

Nec

ſet. Cum aliquamdiu ergo à loco illo ſe abſtinuiſſet, nec derogans religioni, quia incertus erat: nec auctoritatem ſuam vulgo accommodans, ne ſuperſtitio convaleſceret: quodam die paucis ſecum adhibitis fratribus, ad locum pergit. Deinde ſuper ſepulcrum ipſum aſtans, oravit ad Dominum, ut quis eſſet, vel cujus meriti ſepultus, oſtenderet. Tum converſus ad lævam, vidit prope aſſiſtere umbram ſordidam, trucem. Imperat, nomen meritumque ut loqueretur. Nomen edicit, de crimine confitetur, *latronem ſe fuiſſe, ob ſcelera percuſſum, vulgi errore celebratum, ſibi nihil cum Martyribus eſſe commune; cum illos gloria, ſe pœna retineret.* Mirum in modum vocem loquentis, qui aderant, audiebant, perſonam tamen non videbant. Tum Martinus, quid vidiſſet, expoſuit: juſſitque ex eo loco altare, quod ibi fuerat, ſubmoveri: atque ita populum ſuperſtitionis illius abſolvit errore.

IX. Accidit autem inſequenti tempore, dum iter ageret, ut Gentilis cujuſdam corpus, quod ad ſepulcrum cum ſuperſtitioſo funere deferebatur, obvium haberet: conſpicatuſque eminus venientium turbam, quidnam id eſſet ignarus, paullulum ſtetit: nam fere quingentorum paſſuum intervallum erat, ut difficile fuerit dignoſcere quid videret. Tamen quia ruſticam manum cerneret, & agente vento linteamina corpori ſuperjecta volitarent, profanos ſacrificiorum ritus agi credidit; quia eſſet hæc Gallorum ruſticis conſuetudo, ſimulacra dæmonum candido tecta velamine, miſera per agros ſuos circumferre dementia. Elevato ergo in

Nec derogans religioni.] Gregorius Thaumaturgus, gentilium ferias in feſta Sanctorum Martyrum muravit, ſicut Gregorius Nyſſenus in vita ejus teſtatur. Theodoretus de Euangelicæ veritatis cognitione lib. VIII. *Pro pandiis, & Diaſiis & Dionyſiis, hoc eſt Iovis Liberique patris ſolemnitatibus, Petro, Paulo, Thomæ, Sergio, Marcello, Leontio, Antonino, Mauritio, aliiſque ſanctis martyribus, ſolemnitates, populari epulo, peraguntur.* Hæc enim conſuetudo fuit ut ad memorias martyrum epulas facerent.

Simulacra dæmonũ candido tecta velamine, miſera per agros ſuos circumferre dementia.] Hæc gentilium ambarvalia fuerunt. Candidus color in ſacris uſitatus, velut puritatis indicina. Vnde & Arabibus Apoſtoli الحواريين dicuntur, quaſi dicas, *Viros albis veſtibus indutos.*

in adverſo ſigno crucis, imperat turbæ, non moveri loco, onuſque deponere. Hic vero mirum in modum videres miſeros primum velut ſaxa riguiſſe. Dein, cum promovere ſe ſummo conamine niterentur, ultra accedere non valentes, ridiculam in vertiginem rotabantur: donec victi pondere, corporis onus deponunt: attoniti & ſemet invicem aſpectantes, quidnam ſibi accidiſſet, taciti cogitabant. Sed beatus vir cum comperiſſet, exſequiarum eſſe illam frequentiam, non ſacrorum, elevata rurſum manu, dat eis abeundi & tollendi corporis poteſtatem. Ita eos & cum voluit, ſtare compulit: & cum libuit, abire permiſit.

X. Item, dum in vico quodam templum antiquiſſimum diruiſſet, & arborem pinum quæ fano erat proxima, eſſet aggreſſus excidere, tum vero antiſtes loci illius, cæteraque gentilium turba cœpit obſiſtere: & cum iidem illi dum templum evertitur, imperante Domino quieviſſent, ſuccidi arborem non patiebantur. Ille eos ſedulo commonere, nihil eſſe religionis in ſtipite: Deum potius, cui ſerviret ipſe, ſequerentur. Arborem illam excidi oportere, quia eſſet dæmoni dedicata. Tum ex illis unus, qui erat audacior cæteris: *Si habes*, inquit, *aliquam de Deo tuo, quem dicis te colere, fiduciam, noſmetipſi ſuccidemus hanc arborem, tu ruentem excipe: & ſi tecum eſt tuus, ut dicis, Dominus, evades.* Tum ille intrepide confiſus in Domino, facturum ſe pollicetur. Hic vero ad iſtiuſmodi conditionem, omnis illa Gentilium turba conſentit: facilemque arboris ſuæ habuêre jacturam, ſi inimicum ſacrorum ſuorum caſu illius obruiſſent. Itaque cum unam in partem pinus illa eſſet acclinis, ut

non

tos. Ita enim vocem eam Retinenſis in verſione Alcorani explicat. *Seldenus.*

Elevata rurſum manu.] Pro quo Paulinus dixit, *ſigno crucis.* Fortunatus 1.12. *Juſſit abire procul digitis crucis arma repingens.* Hieron. in Epitaph. Pauli ad Euſtorgium: *digitumque ad os tenens, crucis ſignum pingebat in labiis.* In vita Hilarionis. *Cum tria crucis ſigna pinxiſſet in ſabulo.* Crebro ſic loquitur Sulpicius de cruce: *elevato in adverſo ſigno crucis*, & *elevato obviam manu ſignum ſalutis opponit.* Quia cruces ejuſmodi manu elata, fronti, vel ori impreſſa, gliſcente paulatim ſuperſtitione.

Diruiſſet.] Paulinus & Fortunatus incenſum volunt.

Acclinis.] Fortunatus: *Paullatim inclinans jam victa ſecure ruebat.* Giſelin.

Signum

non eſſet dubium quam in partem ſucciſa corrueret, eo loco vinctus ſtatuitur pro arbitrio ruſticorum, quo arborem eſſe caſuram nemo dubitabat. Succidere igitur ipſi ſuam pinum cum ingenti gaudio lætitiaque cœperunt. Aderat eminus turba mirantium. Jamque paulatim nutare pinus, & ruinam ſuam caſura minitari. Pallebant eminus monachi, & periculo jam propiore conterriti, ſpem omnem fidemque perdiderant, ſolam Martini mortem exſpectantes. At ille confiſus in Domino, intrepidus opperiens, cum jam fragorem ſui pinus concidens ediḍiſſet, jam cadenti, jam ſuper ſe ruenti, elevata manu, ſignum ſalutis opponit. Tum vero turbinis modo (retroactam putares) diverſam in partem ruit adeo, ut ruſticos qui tuto loco ſteterant, pæne proſtraverit. Tum vero in cœlum clamore ſublato, gentiles ſtupere miraculo, monachi flere præ gaudio, Chriſti nomen in commune ab omnibus prædicari; ſatiſque conſtitit, eo die ſalutem illi veniſſe regioni. Nam nemo fere ex immani illa multitudine gentilium fuit, qui non impoſitione manus deſiderata, Dominum Jeſum, relicto impietatis errore, crediderit. Et vere ante Martinum pauci admodum, imo pæne nulli in illis regionibus Chriſti nomen receperant; quod adeo virtutibus illius, exemploque convaluit,

Signum ſalutis opponit.] Sic Paulinus & Fortunatus. Hieron. in Hilar. *Chriſti crucem ſignavit in fronte, talique armatus caſſide, & lorica fidei circumdatus, fortius præliabatur.* Idem in Paulo Heremita: *Salutaris ſigni impreſſione armat frontem.*

Qui non impoſitione manus deſiderata.] Sic infra: *cunctos, impoſita univerſis manu, catechumenos fecit.* Dialogo. XI, 5. Manus impoſitæ non baptizatis tantum, quod *confirmatio* dicebatur, ſed etiam Catechumenis, qui nomen ſuum Chriſto dabant. Concilium Eliberitanum: *Gentiles, ſi in infirmitate deſideraverint ſibi manus imponi, ſi fuerit eorum ex aliqua parte vita honeſta, placuit eis manum imponi, & fieri Chriſtianos.* Concilium I. Arelatenſe, Canone VI. *De his qui in infirmitate credere volunt, placuit debere iis manum imponi.* Quod non eſt accipiendum de confirmatione. Non enim confirmabantur priuſquam baptizati eſſent. Prima impoſitione manuum dicebantur *Chriſtiani*, ante baptiſmum: ultima qua perficiebantur poſt baptiſmum, *fideles* ac *juſti.* Vnde & paſſim in vetuſtis conciliis, fidelis idem eſt qui baptiſmum accepit. Hinc in Canone LIX. Concilii Eliberini, Chriſtianus & fidelis ita diſtinguuntur. *Chriſtianus* eſt Catechumenus, qui ad fidem accedens, manuum impoſitione prima meruit fieri Chriſtianus: *Fidelis*, qui integrum ſuum baptiſmum acceperat; hoc eſt, qui manuum impoſi-

luit, ut jam ibi nullus locus ſit, qui non aut eccleſiis frequentiſſimis, aut monaſteriis ſit repletus. Nam ubi fana deſtruxerat, ſtatim ibi aut eccleſias, aut monaſteria conſtruebat.

XI. Nec minorem ſub idem fere tempus eodem in opere virtutem edidit. Nam cum in vico quodam, fano antiquiſſimo & celeberrimo ignem immiſiſſet, in proximam, immo adhærentem domum agente vento, flammarum globi ferebantur. Quod ubi Martinus advertit, rapido curſu rectum domus ſcandit, obvium ſe advenientibus flammis inferens, tum vero mirum in modum cerneres contra vim venti ignem retorqueri, ut compugnantium inter ſe elementorum quidam conflictus videretur. Ita virtute Martini ibi tantum ignis eſt operatus, ubi juſſus eſt.

XII. In vico autem, cui Leproſum nomen eſt, cum idem templum opulentiſſimum ſuperſtitione religionis voluiſſet evertere, reſtitit ei multitudo Gentilium, adeo ut non abſque injuria ſit repulſus. Itaque ſeceſſit ad proxima loca, ibique per triduum cilicio tectus & cinere, jejunans ſemper atque orans, precabatur à Domino; ut quia templum illud evertere humana manu non potuiſſet, virtus illud divina dirueret. Tum ſubito ei duo Angeli haſtati atque ſcutati inſtar militiæ cœleſtis ſe obtulerunt, dicentes, miſſos ſe à Domino, ut ruſticam multitudinem fugarent, præſidiumque Martino ferrent, ne quis, dum templum dirueretur, obſiſteret. Rediret ergo, & opus cœptum devotus impleret. Ita regreſſus ad vicum, inſpectantibus Gentilium turbis, & quieſcentibus, dum profanam ædem uſque ad fundamentum dirueret, aras omnes atque ſimulacra redegit in pulverem. Quo viſo, ruſtici cum ſe intelligerent divino nutu obſtupefactos atque perterritos, ne Epiſcopo re-

poſitione ultima perfectus fuerat. *Salm.*

Aut eccleſiis frequentiſſimis, aut monaſteriis.] Nominat Gregor. Turonen. eccleſias in vico Alingavienſi, Solonacenſi, Ciſomagenſi, Tornomagenſi, Condatenſi. lib. x. Hiſtor. *Giſelin.*

Cui Leproſum nomen eſt.] In quadam vetuſta editione Severi reperi: *Cui Libroſo* nomen eſt. In alio quodam v. c. *Libroſſo.* Iuret.

Aedua-

repugnarent, omnes fere in Jeſum Dominum crediderunt, clamantes palam, & confitentes Deum Martini colendum, idola negligenda, quæ ſibi adeſſe non poſſent.

XIII. Quid etiam in pago Æduorum geſtum ſit, referam. Vbi dum templum itidem everteret, furens Gentilium ruſticorum in eum irruit multitudo. Cumque unus audacior cæteris, ſtricto eum gladio peteret, rejecto pallio nudam cervicem percuſſori præbuit. Nec cunctatus ferire Gentilis; ſed cum dexteram altius extuliſſet, reſupinus ruit; conſternatuſque divino metu, veniam precabatur.

XIV. Nec diſſimile huic fuit illud, cum eum idola deſtruentem cultro quidam ferire voluiſſet, in ipſo ictu ferrum ei de manibus excuſſum, non comparuit. Plerumque autem contradicentibus ſibi ruſticis, ne fana eorum deſtrueret, ita prædicatione ſancta Gentilium animos mitigabat, ut luce eis veritatis oſtenſa, ipſi ſua templa ſubverterent. Curationum vero tam potens in eo gratia erat, ut nullus fere ad eum ægrotus acceſſerit, qui non continuo receperit ſanitatem; quod vel ex conſequenti lucebit exemplo.

XV. Treveris puella quædam dira paralyſis ægritudine tenebatur, ita ut jam per multum tempus nullo ad humanos uſus corporis officio fungeretur, omni ex parte præmortua, vix tenui ſpiritu palpitabat. Triſtes ad ſolam funeris exſpectationem adſiſtebant propinqui: cum ſubito nuntiatur ad civitatem illam veniſſe Martinum. Quod ubi pater puellæ comperit, excurrit, exanimi pro filia rogaturus. Et forte Martinus jam Eccleſiam fuerat ingreſſus. Ibi inſpectante populo, multiſque aliis Epiſcopis præſentibus, ejulans ſenex, genua ejus amplectitur, dicens; *Filia mea moritur miſero genere languoris, & quod ipſa eſt morte crudelius, ſolo ſpiritu vivit, jam carne præmortua. Rogo ut eam adeas, atque benedicas;*

Aeduorum.] Lib. Trud. Æduorum. quod addo, ut ejus libri auctoritate hanc antiquiſſimam ſcribendi formam confirmem. *Giſelin.*

Genua ejus amplectitur.] Quod ſignum ſummæ obteſtationis erat. Frequens apud Poëtas, Homerum, Virgilium, alios.

Dari

cas: confido enim quod per te reddenda ſit ſanitati. Qua ille voce confuſus obſtupuit, & refugit, dicens, hoc ſuæ non eſſe virtutis, ſenem errare judicio, non eſſe ſe dignum per quem Dominus ſignum virtutis oſtenderet. Perſtare vehementius flens pater, & orare ut exanimem viſitaret. Poſtremo à circumſtantibus Epiſcopis ire compulſus, deſcendit ad domum puellæ. Ingens turba pro foribus exſpectabat, quidnam Dei eſſet facturus. Ac primum, quæ erant illius familiaria in iſtiuſmodi rebus arma, ſolo proſtratus oravit. Deinde ægram intuens, dari ſibi oleum poſtulat; quod cum benedixiſſet, in os puellæ vim ſancti liquoris infudit, ſtatimque vox reddita eſt. Tunc paullatim ſingula contactu ejus cœperunt membra viviſcere, donec firmatis greſſibus, populo teſte, ſurrexit.

XVI. Eodem tempore Tetradii cujuſdam proconſularis viri ſervus dæmonio correptus, dolendo exitu cruciabatur. Rogatus ergo Martinus, ut ei manum imponeret, deduci eum ad ſe jubet; ſed nequam ſpiritus nullo proferri modo ex cella in qua erat potuit. Ita in advenientes rabidis dentibus ſæviebat. Tum Tetradius ad genua beati viri advolvitur, orans ut ad domum in qua dæmoniacus habebatur,

Dari ſibi oleum poſtulat: quod cum benedixiſſet, in os puellæ.] Sic infra Dial. III. 2. *puſillum olei cum exorciſmi præfatione benedicit, atque ita in os puellæ ſanctificatum liquorem, cum & linguam illius digitis teneret, infudit.* Vnctio apud veteres fiebat in morbo, & in iis membris, quæ maxime dolebant. Surdo mutoque oleum infuſum ori & vertici capitis. *Gregorius.* Turon. VI. Hiſt. Franc. 7. Peſte laboranti brachium oleo ſancto illitum. *Fortunatus* in Vita S. Germani. Victor Antiochenus ad Caput VI. Marci: *Oleum quod in ſancta unctione adhibetur, & Dei miſericordiam & morbi ſanationem, & cordis illuminationem denotat. Dici tamen poteſt Orationem hæc omnia efficere, oleum autem eorum omnium quæ fiunt, externum tantum ſymbolum eſſe.* Extrema unctio Pontificiorum plane diſcrepat ab illa veteri unctione. *Perkinſ.* Vnctio qua Apoſtoli ægros curabant cum oratione, tota extraordinaria fuit. Cum ipſis hæc virtus evanuit, nec uſurpanda eſt amplius, ubi nil efficit, niſi quis mimum agere velit. Nec deploratis ægris, aut ſemimortuis, ut nunc fit, conferebatur, ſed omnibus ut ſanari per eam poſſent. Opinio etiam illa nova, qua cenſent periculoſum eſſe ex hac vita migrare ſine hac unctione. Hoc quoque novum quod oleum illud benedicitur, cum ex ſimplice oleo fieret Apoſtolorum ætate. *Salmaſ.*

Tetradii cujuſdam proconſularis viri ſervus.] Hic fortaſſe idem ille eſt Tetradius, ad cujus filium optimæ ſpei poëtam, clarorum virorum uſu & frequentia florentem ſcribit Auſonius conſul anno urbis 1131. epiſt. 16. *Giſelin.*

Cate-

tur, ipſe deſcenderet. Tum vero Martinus negare, ſe profani & Gentilis domum adire poſſe. Nam Tetradius eodem tempore adhuc Gentilitatis errore implicitus tenebatur. Spondet igitur ſe, ſi de puero dæmon fuiſſet exactus, Chriſtianum fore. Ita Martinus impoſita manu puero, immundum ab eo ſpiritum ejecit. Quo viſo, Tetradius Dominum Jeſum credidit: ſtatimque catechumenus factus, nec multo poſt baptizatus eſt, ſemperque Martinum ſalutis ſuæ auctorem miro coluit affectu.

XVII. Per idem tempus in eodem opido ingreſſus patrisfamilias cujuſdam domum, in limine ipſo reſtitit, dicens: *Horribile in atrio domus dæmonium ſe videre.* Cui cum, ut diſcederet, imperaret, quendam è familia, qui in interiore parte ædium morabatur, arripuit; ſævire dentibus miſer cœpit, & obvios quoſcunque laniare. Commota domus, familia turbata, populus in fugam verſus. Martinus ſe furenti objecit, ac primum ſtare ei imperat. Sed cum dentibus

Catechumenus factus, nec multo poſt baptizatus eſt.] Vide Notas ad cap. II. Ritus quidam in baptiſmo obtinuerunt olim, qui nunc ab omnibus omittuntur. Hujus generis ſunt oſculari baptizandum. *Cyprian.* III. ep. 8. uſus lactis & mellis. *Tertull.* I. contra Marc. lactis & vini. *Hieron.* in Eſai. cap. LV. ablutio pedum. *Cyprian.* de unctione Chriſmatis. Adminiſtrabatur autem extra Eccleſias, in fontibus & fluminibus. VValafridus Strabo de reb. Eccleſ. XXVI. *Sciendum autem primo ſimpliciter in fluviis vel fontibus, baptizatos credentes.* Deinde baptiſteria inſtituta, ſed extra Eccleſiam. Paulin. Epiſt. XII. ad Severum: *Tu vero etiam baptiſterium, baſilicis duabus interpoſitum, condidiſti.* Tandem in parochialibus Eccleſiis conſtituta. De *Conſecrat.* diſt. IV. c. 160. *Perkinſ.* βάπτειν, à quo βαπτίζειν immerſionem ſignificat, non adſperſionem. Nec aliter veteres, quam merſione vel unica, vel trina, baptizabant. Græca Eccleſia etiam hodie baptizandos mergit. Tempore Hieronymi omnes Eccleſiæ hunc morem obſervabant in baptiſmo, ut ter caput ſub aqua mergerent. *Adverſus* Lucifer. Erat igitur trina κατάδυσις, immerſio, & trina ἀνάδυσις, emerſio. *Cyrill.* Hieroſol. in Catecheſi. Nec invocatio Trinitatis ſuper baptizatum Apoſtolici inſtituti & moris eſt, cum Apoſtoli in ſolo nomine Ieſu baptizarent. Soli clinici, quod decumberent, baptizati ſunt eo quo poterant modo, non lavacro integro, ut hi qui caput ſub aqua mergunt, ſed toto corpore aqua perfuſo. *Cyprianus* IV. Epiſt. 7. Sic Novatus baptiſmum accepit æger, περιχυθεὶς non βαπτισθείς. Euſeb. VI. Hiſt. 43. *Salmaſius.* In veteri Eccleſia baptiſmum & chriſma ſtatim ſequebatur ἐπιχρισία, quam etiam infantibus, ut reliquis νεοφωτίστοις dabant. *Caſaubon.*

Quendam è familia.] Paulinus & Fortunatus Cocum fuiſſe referunt. Vnde & Iuretus ex vetuſto codice ſuo, qui haber,

bus fremeret, hiantique ore morſum minaretur, digitos ei Martinus in os intulit; *Si habes*, inquit, *aliquid poteſtatis, hos devora.* Tum vero, ac ſi candens ferrum faucibus accepiſſet, longe reductis dentibus digitos beati viri vitabat attingere; & cum fugere de obſeſſo corpore pœnis & cruciatibus cogeretur, nec tamen exire ei per os liceret, fœda relinquens veſtigia, fluxu ventris egeſtus eſt.

XVIII. Interea cum de motu atque impetu barbarorum ſubita civitatem fama turbaſſet, dæmoniacum ad ſe exhiberi jubet, imperat, ut an verus eſſet hic nuntius, fateretur. Tunc confeſſus eſt; *ſedecim dæmones fuiſſe, qui rumorem hunc per populum diſſeminaſſent, ut hoc ſaltem metu ex illo Martinus opido fugaretur: barbaros nihil minus quam irruptionem cogitare.* Ita cum hæc immundus ſpiritus media in Eccleſia fateretur, metu & turbatione præſenti civitas liberata eſt.

XIX. Apud Pariſios vero, dum portam civitatis illius magnis ſecum turbis euntibus introiret, leproſum miſerabili facie horrentibus cunctis oſculatus eſt, atque benedixit, ſtatimque omni malo emundatus eſt. Poſtero die ad Eccleſiam veniens nitenti cute, gratias pro ſanitate, quam receperat, agebat. Sed nec hoc prætereundum eſt, quod fimbriæ veſtimenti ejus, cilicioque detractæ, crebras ſuper infirmantibus egere virtutes. Nam aut digitis illigatæ, aut collo inditæ perſæpe ab ægrotantibus morbos effugaverunt.

XX. Arborius autem, vir præfectorius, ſancti admodum & fidelis ingenii, cum filia ejus graviſſimis quartanæ febribus ureretur, epiſtolam Martini, quæ caſu ad eum delata fuerat, pectori puellæ in ipſo acceſſu ardoris inſeruit, ſtatimque fugata febris eſt. Quæ res apud Arborium intantum valuit, ut ſtatim puellam Deo voverit, & perpetuæ virginitati dicarit;

bet, *Coquum patrisfamilias*, qui emendandum ita Sulpicium cenſet.

Egeſtus eſt.] Paulinus: *Egeſtus fluxu.* Fortunatus: *Sordibus egreditur.*

Sedecim dæmones fuiſſe, qui rumorem hunc per populum diſſeminaſſent.] Quorum eſt falſos rumores ſpargere. Minucius in Octavio: *Sic eſt negotium dæmonum; ab ipſis enim falſus rumor & ſeritur & fovetur.*

Arborius autem, vir præfectorius.] Idem Dial. III, 14. ex *præfecto* appellatur.

Habi-

rit; profectuſque ad Martinum, puellam ei, præſens virtutum ejus teſtimonium, quæ per abſentem licet curata eſſet, obtulit: neque ab alio eam, quam à Martino, habitu virginitatis impoſito, paſſus eſt conſecrari.

XXI. Paullinus vero, vir magni poſtmodum futurus exempli, cum oculum graviter dolere cœpiſſet, & jam pupillam ejus craſſior nubes ſuperducta texiſſet, oculum ei Martinus peniculo contigit, priſtinamque ei ſanitatem ſublato omni dolore reſtituit.

XXII. Ipſe autem cum caſu quodam eſſet de cœnaculo devolutus, & per confragoſos ſcalæ gradus decidens, multis vulneribus eſſet affectus, cum exanimis jaceret in cellula, & immodicis doloribus cruciaretur, nocte ei angelus viſus eſt eluere vulnera, & ſalubri unguine contuſi corporis membra contingere: atque ita poſtero die reſtitutus eſt ſanitati, ut nihil unquam pertuliſſe incommodi putaretur. Sed quia longum eſt ire per ſingula, ſufficiant hæc vel pauca de plurimis: ſatiſque ſit nos & in excellentibus non ſubtrahere veritatem, & in multis vitare faſtidium.

XXIII.

Habitu virginitatis impoſito.] Virgines contemnentes impietatem ſeculi, ſolitariæ vivebant, ſine voto ſolemni & perpetuo, velo notæ quando egrediebantur, non è monaſterio, ſed è ſuis paternis ædibus. Ejuſmodi virgines multæ fuerunt uſque ad Hieronymi ſeculum, quæ extra monaſterium, privatim & libere vovebant continentiam. Imo tales aliquando fuerunt fœminæ nobiles, quæ domi ſuæ vivebant, & multis ancillis comitatæ procedebant. *Hieron.* ad Demetriad. circa A. cccc. Marcella Romæ inter primas fuit Moniales. *Hieronymus* in Epitaphio ejus.

Conſecrari.] Conſecrare, quo verbo utuntur in ſacrorum ordinum collatione, nihil aliud eſt quam εὐλογεῖν, & benedicere. Alia voce, *conſignare*, dicebatur. *Salmaſ.*

Paullinus vero.] Fuit hic Paullinus, vir conſularis, & in ſeculari etiam amicitia Severo dilectiſſimus, ut initio Epiſt. 5. ad Severum, ipſe teſtatur: quem Martinus Chriſto ſe ſuaque omnia conſecrantem omnibus pietatis exemplum proponit, cap. XXVI. *Giſelin.*

Peniculo.] Fortunatus, qui hanc eandem Martini vitam carmine profecto non nimium fortunato deſcripſit, neutrius fecit mentionem: tantum adjicit:

Martini digitis, oleo manante lucernæ
Cuncta ſalutifero ſuperans collyria tactu.

Giſelin.

Sublato omni dolore.] Iterum tamen poſtea morbo oculorum laboravit, ut ex libro ejus primo patet, ubi rogat Martinum:

——*Vultus mihi redde ſalutem.*

Contuſi corporis membra contingere.] Ita Giſelinus. Sed illa verba: *membra contingere*, deſunt in meo V.C. quorum loco additum reperi: *corporis ſuperlinire dolores.* Quæ lectio elegans valde mihi ar-

XXIII. Atque ut minora tantis inſeram (quamvis, ut eſt noſtrorum ætas temporum, quibus jam depravata omnia atque corrupta ſunt, pæne præcipuum ſit, adulationi regiæ ſacerdotalem non ceſſiſſe conſtantiam) cum ad Imperatorem Maximum, ferocis ingenii virum, & bellorum civilium victoria elatum, plures ex diverſis partibus epiſcopi conveniſſent, & fœda circa principem omnium adulatio notaretur, ſeque degeneri inconſtantia regiæ clientelæ ſacerdotalis dignitas ſubdidiſſet, in ſolo Martino Apoſtolica auctoritas permanebat. Nam etſi pro aliquibus ſupplicandum regi fuit, imperavit potius quam rogavit: & à convivio ejus frequenter rogatus abſtinuit, dicens, *ſe menſæ ejus participem eſſe non poſſe, qui duos Imperatores unum regno, alterum vita expuliſſet.* Poſtremo cum Maximus ſe non ſponte ſumpſiſſe imperium affirmaret, ſed impoſitam ſibi à militibus divino nutu regni neceſſitatem armis defendiſ-

hi arridet. *Iuret.*

Maximum, ferocis ingenii virum.] Vide infra Dialogo II, cap. VII. & ibidem.

Degeneri inconſtantia regiæ clientelæ ſacerdotalis dignitas ſubdidiſſet.] Iam hoc ævo illa clericorum à civili magiſtratu exemtio, invaluiſſe videtur. Hinc eam toties inculcat Severus, maxime in cauſa Ithaciana. Quorſum & hæc ejus reſpiciunt verba. In cauſis mere civilibus Iuſtinianus ſanxit leges, ut ſoli Epiſcopi de Monachorum & Monialium cauſis cognoſcerent. *Nov.* LXXIV. c. I. licebat tamen, pro natura cauſæ, ad civiles quoque judices pergere. *Nov.* LXXXIII. in præf. & CXXIII. c. 21. At in criminalibus, judicio ſubjecti Magiſtratus erant: *& ſi pœna judicaret dignum clericum, tunc ſpoliari ab Epiſcopo Sacerdotali dignitate, atque ita ſub legum fieri manu decernit.* Nov. LXXXIII. c. I. & CXXIII. c. 21. Sed tamen ante Iuſtiniani tempora, in quibuſdam Eccleſiis, Clerici à civili juriſdictione exemti fuerunt. Concil. Agathenſ. c. XXXII. *Clericum nullus præſumat apud ſecularem judicem, Epiſcopo non permittente, pulſare: ſed ſi pulſatus fuerit, non reſpondeat, vel proponat, nec audeat criminale negotium in ſeculari judicio proponere.* Perkinſius.

Imperavit potius quam rogavit.] Sic Dial. I. *Cum nec ſolum comitibus, aut præfectis, ſed ipſis etiam Regibus imperaret.* Fortunatus II.

In Imperatori Martinus & imperat ipſi. Paulinus:

——— *quaſi jure jubentis.*

Impoſitam ſibi à militibus divino nutu regni neceſſitatem.] A. C. CCCLXXXIV. Gratianus Imp. Catechumenus 8. Kal. Septembris occiditur. Fl. Maximus Vir Catholicus tyrannice à militibus Imperator Galliæ, Angliæ & Hiſpaniæ ſalutatur. *Fl. Luc. Dexter.* Vnam alarum ad Hiſpaniam, alteram ad Italiam extendit, throno imperii apud Treveros locato. *Gildas* Sapiens de excidio Britanniæ. Fuit Britannus. *Socrates.* V. XI. Hiſpanus. *Sozom.* IV. Conſtantini conſanguineus, vocaturque Fl. Clemens Maximus. *Baron.*

Con-

diſſe, & non alienam ab eo Dei voluntatem videri, penes quem tam incredibili eventu victoria fuiſſet, nullumque ex adverſariis niſi in acie occubuiſſe. Tandem victus vel ratione vel precibus, ad convivium venit: mirum in modum gaudente rege, quod id impetraſſet. Convivæ autem aderant veluti ad diem feſtum evocati, ſummi atque illuſtres viri; præfectus, idemque conſul Euodius, vir quo nihil unquam juſtius fuit, comites duo ſumma poteſtate præditi, frater regis & patruus; medius inter hos Martini presbyter accubuerat; ipſe autem ſellula juxta regem poſita conſederat. Ad medium vero convivium (ut moris eſt) pateram regi miniſter obtulit. Ille ſancto admodum epiſcopo potius dari jubet, exſpectans atque ambiens ut ab illius dextera poculum ſumeret. Sed Martinus ubi ebibit, pateram preſbytero ſuo tradidit, nullum ſcilicet exiſtimans digniorem, qui

Conſul Euodius, vir quo nihil unquam juſtius fuit.] Supra II. Hiſt. circa finem: *cauſam præfecto Euodio permiſit, viro acri & ſevero.*

Comites duo ſumma poteſtate præditi.] Amici & comites Auguſti dicebantur, qui à conſiliis Auguſti erant, & amici quidem, quod in interiorem familiaritatem principis admiſſi & in contubernium adſciti, omnibus ejuſdem conſiliis intereſſent. Comites iidem dicebantur, quod Auguſtum in omnibus proceſſibus, ut vocabant, & expeditionibus bellicis comitarentur. *Conſiliarii* etiam Auguſtorum dicebantur, ut in hac inſcriptione Romæ: PROC. AD. BONA. DAMNATORVM. PROC. AD. ALIMENTA. CONSILIARIO. AVGG. Comites igitur iſti eodem & nomine & munere uſque ad poſteriores imperatores manſerunt. nam *comites conſiſtorii vel conſiſtoriani*, dicebantur, conſiſtorium, ut notum eſt τὸ συνέδριον principis. Conſtantinus, ut honorarius eſſet titulus, effecit, & ad varias præfecturas & adminiſtrationes & artes extendit, quas hoc titulo honoravit. Atque hæc Comitum origo, *Salmaſius.*

Medius inter hos.] Locus ille honoratiſſimus eſt. Sic apud Ovidium IV. Met. *Ara Iovis media eſt*, inter Mercurii & Palladis aram. Salluſtius in Iugurtha: *Hiempſal dextra Adherbalem adſedit, ne medius ex tribus, quod apud Numidas honori ducitur, Iugurtha foret.* Horn.

Martinus ubi ebibit, pateram presbytero ſuo tradidit, nullum ſcilicet exiſtimans digniorem, qui poſt ſe biberet.] Presbyteri & Epiſcopi Hieronymi ævo, ſola ordinatione differebant. Chryſoſtomus dixit: μόνῃ τῇ χειροτονίᾳ ἀναβεβηκέναι Epiſcopos ſupra presbyteros. Theophylactus presbyteros, μόνῃ τῇ χειροτονίᾳ ὑποβεβηκέναι, id eſt, inferiores eſſe. Quod diſcrimen circa Nicænum concilium invaluit. Antea enim presbyter & Epiſcopus iidem erant. Deinde ex novo Eccleſiæ inſtituto facta nominis, ordinis & muneris diviſione, unus ex eodem olim ordine ac collegio, *Epiſcopus* dictus eſt cum majore dignitate, cæteri *presbyteri* cum minore. Quæ forma regiminis nec Apoſtolica fuit, nec Apoſtolicæ ac divinæ inſtitu-

qui poſt ſe biberet: nec integrum ſibi fore, ſi aut regem ipſum, aut eos qui à rege erant proximi, presbytero prætuliſſet. Quod factum Imperator, omneſque qui tunc aderant, ita admirati ſunt, ut hoc ipſum eis in quo contempti fuerant placeret: celeberrimumque per omne palatium fuit, feciſſe Martinum in regis prandio, quod in infimorum judicum conviviis epiſcoporum nemo feciſſet. Eidemque Maximo longe ante prædixit futurum, ut ſi ad Italiam pergeret, quo ire cupiebat, bellum Valentiniano Imperatori inferens, ſciret ſe primo quidem impetu futurum eſſe victorem, ſed parvo poſt tempore eſſe periturum. Quod quidem ita vidimus. Nam primo adventu ejus Valentinianus in fugam verſus eſt, deinde poſt annum fere reſumtis viribus, captum intra Aquileiæ muros Maximum interfecit.

XXIV.

ſtitutionis, nec etiam Apoſtolicæ ſucceſſionis. *Salmaſ.*

Bellum Valentiniano Imperatori inferens.] Cauſa ejus, vel prætextus fuit illata Ambroſio injuria. Eum enim, inſtinctu Iuſtinæ matris Arianæ, Valentinianus templo incluſum male tractarat. Quam occaſionem arripiens Maximus, primo per literas hortatur Valentinianum, ut à perſecutione piorum deſiſtat; mox bellum eidem, quaſi vindex Ambroſii, infert. *Theodor.* v. 13, 14. *Socrates* v, xi. *Nicephor.* xii, 19, 20.

Valentinianus in fugam verſus eſt.] Adventu Maximi cognito, Valentinianus Mediolano in Illyricum fugit, auxilia Theodoſii contra Maximum implorans. *Iidem*, & Oroſius.

Captum intra Aquileiæ muros Maximum interfecit.] Proſper Aquitanicus: *Theodoſio* II. *& Cynegio* Coss. *Maximus tyrannus à Valentiniano & Theodoſio Imp. tertio ab Aquileia lapide ſpoliatus indumentis regiis, ſiſtitur & capite plectitur.* Auſonius in claris urbibus de Aquileia:

—ſed magis illud
Eminet, extremo quod te ſub tempore legit,
Solveret exacto cui juſta piacula bello
Maximus, armigeri quondam ſub nomine lixæ.
Felix quæ tanti ſpectatrix læta triumphi
Puniſti Auſonio Rutupinum morte latronem.

Anno CCCLXXXVIII. VI. Kal. Septembr. Sextus Flavius Maximus cum Victore filio necatur. Hoc uno maxima ſaltem laude dignus, quod fraudes detexit Hereſiarchæ Priſcilliani, eumque de Hiſpaniis expulit, reluctantemque parere concilio Cæſarauguſtano, deinde Burdegalenſi, coëgit ire Treviros: ac tandem dignas de homine impuro ſceleratoque pœnas ſumſit, licet non ſervato juris ordine, tamen convictum gladio animadverti juſſit. *Dexter.* Eadem fere Idatius Lamacenſis in Hiſpania Epiſcopus, habet, cujus Chronicon Iacobus Sirmundus publicavit. De cæde Maximi ſic: *Aera* 426 (A.C. 388.) *Maximus Tyrannus occiditur per Theodoſium tertio lapide ab Aquileia*, v. *Kal. Auguſt. & eodem tempore vel ipſo anno, in Galliis per Arbogaſtem comitem filius Maximi, nomine Victor, extinctus eſt.* Vide & Oroſium.

Con-

XXIV. Conſtat autem etiam Angelos ab eo plerumque viſos, ita ut conſerto invicem apud eum ſermone loquerentur: Diabolum vero tam conſpicabilem & ſubjectum oculis habebat, ut ſive ſe in propria ſubſtantia contineret, ſive in diverſas figuras ſpiritualeſque nequitias tranſtuliſſet, qualibet ab eo ſub imagine videretur. Quod cum diabolus ſciret ſe effugere non poſſe, conviciis eum urgebat frequenter, quia fallere non poſſet inſidiis. Quodam autem tempore cornu bovis cruentum in manu tenens, cum ingenti fremitu cellulam ejus irrupit, cruentamque oſtentans dexteram, & admiſſo recens ſcelere congaudens: *Vbi eſt*, inquit, *Martine virtus tua? unum de tuis modo interfeci.* Tunc ille convocatis fratribus refert, quid diabolus indicaſſet: ſolicitos eſſe præcepit per cellulas ſingulorum, quinam hoc caſu fuiſſet adfectus. Neminem quidem deeſſe de monachis, ſed unum ruſticum mercede conductum, ut vehiculo ligna deferret, eſſe ad ſilvam nuntiant. Jubet igitur aliquos ire ei obviam. Itaque haud longe à monaſterio jam pæne exanimis invenitur. Extremum tamen ſpiritum trahens, indicat fratribus caſum mortis & vulneris: junctis ſcilicet bubus dum diſſoluta arctius lora conſtringit, bovem ſibi excuſſo capite inter inguina cornu injeciſſe. Nec multo poſt vitam reddidit. Videtis quo judicio Domini, diabolo data fuerit hæc poteſtas. In Martino illud mirabile erat, quod non ſolum hoc quod ſupra retulimus, ſed multa iſtiuſmodi, quoties accidiſſent, longe ante prævidebat, & ſibi nuntiata fratribus indicabat. Frequenter autem diabolus, dum mille nocendi artibus ſanctum virum conabatur illudere, viſibilem ſe ei formis diverſiſſimis ingerebat. Nam interdum in Jovis perſonam, plerumque Mercurii, perſæpe etiam ſe Veneris ac

Convocatis fratribus.] Paulinus ſubſtituit, *proceres.* Vt alludat ad nobiles multos qui in Monaſterio Martini fuerunt: de quibus ſupra cap. VII. Fratres inter ſe omnes Chriſtiani, atque ita invicem ſe olim appellabant. Tertullian. in Apologetico: *At quanto dignius fratres & dicuntur & habentur qui unum patrem Deum agnoverunt.* Inde eſt quod Epiſcopi antiqui quoſlibet è plebe *fratres* appellare ſolebant. *Salmaſ.*

Indicat fratribus caſum mortis] Codex Iureti: *cauſam mortis.* Quod rectius.

ac Minervæ transfiguratum vultibus offerebat. Adverſus quem ſemper interritus, ſigno ſe crucis & orationis auxilio protegebat. Audiebantur etiam plerumque convicia, quibus illum turba dæmonum protervis vocibus increpabat. Sed omnia falſa & vana cognoſcens, non movebatur objectis. Teſtabantur etiam aliqui ex fratribus, audiſſe ſe dæmonem protervis Martinum vocibus increpantem, cur intra monaſterium aliquos ex fratribus, qui olim baptiſmum diverſis erroribus perdidiſſent, converſos poſtea recepiſſet, exponentem crimina ſingulorum: Martinum diabolo repugnantem reſpondiſſe conſtanter, antiqua delicta melioris vitæ converſatione purgari; & per miſericordiam Domini abſolvendos eſſe peccatis, qui peccare deſinerent. Contradicente diabolo, non pertinere ad veniam criminoſos, & ſemel lapſis nullam à Domino clementiam præſtari; tunc in hanc vocem fertur exclamaſſe Martinus; *Si tu ipſe, ô miſerabilis, ab hominum inſectatione deſiſteres, & te factorum tuorum vel hoc tempore, cum dies judicii in proximo eſt, pœniteret, ego tibi vere confiſus in Domino, Chriſti miſericordiam pollicerer.* O quam ſancta de Domini pietate præſumptio, in qua etſi auctoritatem præſtare non potuit, oſtendit affectum. Et quia de diabolo, ejuſdemque artibus ſermo exortus eſt, non ab re videtur, licet extrinſecus referre quod geſtum eſt; quia & quædam in eo Martini virtutum portio eſt, & res digna miraculo recte memoriæ mandabitur, in exemplum cavendi, ſi quid deinceps uſpiam tale contigerit.

XXV. Clarus quidam nomine, adoleſcens nobiliſſimus,

mox

Signo ſe crucis & orationis auxilio protegebat.] Sic ſæpe. Vide ſupra cap. IX. & Epiſt. 2. *Ubi vero auxilium crucis & orationis arma repetiiſſet.* Nimirum ſuperſtitio illa paulatim tum invaluit.

Chriſti miſericordiam pollicerer.] Intolerabilis hic Martini error. Nec Sulpicius excuſatione ſua demit, ſed auget. Origenes primus ejus erroris author. Diabolos enim ſalvandos, docuit Homil. IX. in Hierem. & I. περὶ ἀρχῶν. 6, 8. Alibi contrarium aſſerit. Vide Dial. I, 3. *Horn.*

Clarus quidam.] Hic Martino fuit cariſſimus diſcipulus, ut indicio eſt epiſtola Severi ad Aurelium, qui domino & præceptori ſuo præmortuus, à Severo fratre dedicato altari, à Paullino epita-

mox presbyter, nunc felici beatus exceſſu, cum relictis omnibus ſe ad Martinum contuliſſet, brevi tempore ad ſummum fidei virtutumque omnium culmen enituit. Itaque cum haud longe ſibi ab epiſcopi monaſterio tabernaculum conſtituiſſet, multique apud eum fratres commorarentur, juvenis quidam ad eum Anatolius nomine, ſub profeſſione monachi omnem humilitatem atque innocentiam mentitus acceſſit, habitavitque aliquamdiu in commune cum cæteris. Dein procedenti tempore, angelos apud ſe loqui ſolere dicebat. Cum fidem nullus adhiberet, ſignis quibuſdam pleroſque ad credendum cohortabatur. Poſtremo eouſque proceſſit, ut inter ſe ac Deum angelos diſcurrere prædicaret; jamque ſe unum ex prophetis haberi volebat. Clarus tamen nequaquam ad credendum cogi poterat. Ille ei iram Domini & præſentes plagas, cur ſancto non crederet, comminari. Poſtremo in hanc vocem erupiſſe ſe fertur; *Ecce hac nocte veſtem mihi candidam Dominus de cælo dabit, qua indutus in medio veſtrum diverſabor: idque vobis ſignum erit, me Dei eſſe virtutem, qui Dei veſte donatus ſim.* Tum vero grandis omnium ad hanc profeſſionem exſpectatio. Itaque ad mediam fere noctem fremitu inſultantium commoveri omne monaſterium loco viſum eſt. Cellulam autem, in qua idem adoleſcens continebatur, crebris cerneres micare luminibus, fremituſque in ea diſcurrentium, & murmur quoddam multarum vocum audiebatur.

epitaphiis tribus honeſtatus eſt: è quibus è Paullini epiſt. XII. illud primũ eſt,

Nominis ut titulo ſic mentis lumine Clarus,
Presbyter hoc tegitur, ſed membra caduca, ſepulcro.

Giſelin. Epiſtola 11. *presbyterum ſanctum Clarum, qui nuper exceſſerat.*

Presbyter.] Hoc nomen ex Iudaiſmo recentiori, poſt urbis excidium, ad Chriſtianos fluxit. זקנים iis dicebantur, quos LXX. πρεσβυτέρους tranſtulere. Vide Cod. Theodoſ. lib, XVI, tit 8. l. VIII, 14. *Seldenus.*

Haud longe ſibi ab epiſcopi monaſterio tabernaculum conſtituiſſet.] In veterum Monaſteriis non cohabitabant omnes Monachi, ſed fere ſinguli, in vicino quodam tractu, cellas ſibi in rupibus, vel ex alia materia, ſtruebant. In Vita Antonii Cap. XXI. *Erant in monte monaſteria tanquam tabernacula.* Ruffinus de vitis Monachorum Ægypti: *Commanent per eremum diſperſi & ſeparati cellulis.* Plurima ejuſmodi exempla in vitis Patrum extant. *Horn.* Vide Notas ad Dial. I. cap. V.

In medio veſtrum diverſabor.] Hac voce ni-

tur. Deinde facto ſilentio egreſſus, unum de fratribus, Sabatium nomine ad ſe vocat, tunicamque ei, qua erat indutus, oſtendit. Obſtupefactus ille convocat cæteros. Ipſe etiam Clarus accurrit; adhibitoque lumine, veſtem omnes diligenter inſpiciunt. Erat autem ſumma mollitie, candore eximio, micanti purpura, nec tamen cujus eſſet generis aut velleris, poterat agnoſci. Curioſius tamen oculis aut digitis attrectata, non aliud quam veſtis videbatur. Interea Clarus fratres admonet, orationi inſtare, ut manifeſtius eis Dominus quidnam eſſet oſtenderet. Itaque reliquum noctis hymnis pſalmiſque conſumitur. At ubi illuxit dies, adprehenſum dextera trahere ad Martinum volebat, bene conſcius, illudi illum diaboli arte non poſſe. Tum vero reniti ac reclamare miſer cœpit, interdictumque ſibi dicebat, ne ſe Martino oſtenderet. Cumque invitum ire compellerent, inter trahentium manus veſtis evanuit. Unde quis dubitet hanc etiam Martini fuiſſe virtutem, ut phantaſiam ſuam diabolus, cum erat Martini oculis ingerenda, diſſimulare diutius, aut tegere non poſſet. Animadverſum eſt tamen eodem fere tempore fuiſſe in Hiſpaniis juvenem, qui cum ſibi multis ſignis auctoritatem paraviſſet, eouſque elatus eſt, ut ſe Heliam profiteretur. Quod cum plerique temere credidiſſent, addidit, ut ſe Chriſtum eſſe diceret: in quo etiam adeo illuſit, ut eum quidam epiſcopus, nomine Rufus, ut Dominum adoraret: pro-

ce nihil hîc & apud Marcellinum, aliosque horum æquales frequentius. *Giſelin.*

Hymnis pſalmiſque conſumitur.] Paulinus docet jam tum temporis Pſalmos in monaſteriis decantatos fuiſſe:

—— Ocyus omnis
Turba ad conſuetos modulamina dulcia pſalmos
Advolat & ſanctis ſolatia quærit in hymnis.

Et libro I.

—— cellamque replevit.
Et ſanctas cecinit cõcors Symphonia voces.

Sigebertus in Chronico author eſt, Damaſum Papam rogatu Hieronymi Pſalterium in Gallicanis Eccleſiis decantari inſtituiſſe.

Quidam epiſcopus, nomine Rufus, ut Dominum adoraret.] Fl. Iul. Dexter in Chronico A.C. CCCCXXIV. *Ruffus ex Charia, Epiſcopus in Hiſpania creatur, qui per aliquot annos mirifice deceptus, de gradu Pontificio ex ſententia frequentis concilii dejicitur.* Ad quem locum Bivarius: Rem geſtam ſcripſit Severus in Vita Martini, capite vigeſimoquinto.

Qui

propter quod eum poſtea ab epiſcopatu dejectum vidimus. Plerique etiam nobis è fratribus retulerunt, eodem tempore in Oriente quendam exſtitiſſe, qui ſe Joannem eſſe jactitaret. Ex quo conjicere poſſumus, iſtiuſmodi pſeudoprophetis exiſtentibus, Antichriſti adventum imminere, qui jam in iſtis myſterium iniquitatis operatur. Neque enim prætereundum videtur, quanta Martinum ſub iiſdem diebus diabolus arte tentaverit. Quodam enim die præmiſſa præ ſe, & circumjectus ipſe luce purpurea, quo facilius claritate adſumpti fulgoris illuderet, veſte etiam regia indutus, diademate ex gemmis auroque redimitus, calceis auro illitis, ſereno ore, læta facie, ut nihil minus quam diabolus putaretur, oranti in cellula aſtitit. Cumque Martinus primo aſpectu ejus fuiſſet hebetatus, diu multumque ſilentium ambo tenuerunt. Tunc prior diabolus: *Agnoſce*, inquit, *Martine, quem cernis. Chriſtus ego ſum: deſcenſurus ad terram, prius me manifeſtare tibi volui.* Ad hæc cum Martinus taceret, nec quidquam reſponſi referret, iterare auſus eſt diabolus profeſſionis audaciam: *Martine quid dubitas credere, cum videas? Chriſtus ego ſum.* Tum ille, revelante ſibi ſpiritu, ut intelligeret diabolum eſſe, non Deum; *Non ſe*, inquit, *Ieſus Dominus pur-*

Qui ſe Ioannem eſſe jactitaret.] Vltimis his in Anglia annis, ſecta quædam peſtilens exorta eſt, eorum qui ſe Quærentes vocant ſive expectantes. Illi expectant Apoſtolum Ioannem, quem adhuc vivere credunt, & brevi compariturum ut Eccleſias reſtituat. Alii dixerunt eum jam in Suffolcia conſpectum. Iuxta alios vero in Tranſylvania adhuc hæret; & eo deſtinarunt literas, quibus ipſum hortantur, ut maturet in Angliam venire. Ideo moris apud eos eſt, cum peregrinum aliquem vident, inquirendi num is Iohannes Apoſtolus ſit. *Honorius Reggius.*

Antichriſti adventum imminere, qui jam in iſtis myſterium iniquitatis operatur.] Supra 11. Hiſt. de Nerone; *ſub ſeculi fine mittendus, ut myſterium iniquitatis exerceat.* Vide Dialog. 11. cap. XVI.

Calceis auro illitis.] Fortunatus 11, 10. —*cui calceus illitus auro.*
Vſitatum id veteribus. *Athenæus* XII, 18. Plautus Bacchid. *qui ſoccis habeat auro ſuppactum ſolum.* Lampridius in Heliogabalo: *quæ aurum vel gemmas in calceamentis haberent.*

Diu multumque ſilentium ambo tenuerunt.] Fortunatus:

Mutuaque ambo diu tenuere ſilentia faſtu,
Mirans ille virum, dum deſpicit iſte ſuperbum.

Chriſtus ego ſum.] Simili fraude Diabolus apparuit Pachomio. In vita ejus: *Introivit ad eum diabolus habitu ſimulato &*

purpuratum & diademate renitentem venturum eſſe prædixit. Ego Chriſtum, niſi in eo habitu, formaque qua paſſus eſt, niſi crucis ſtigmata proferentem, veniſſe non credam. Ad hanc ille vocem ſtatim ut fumus evanuit, & cellulam tanto fœtore complevit, ut indubia indicia relinqueret, diabolum ſe fuiſſe. Hoc ita geſtum, ut ſupra retulimus, ex ipſius Martini ore cognovi, ne quis forte exiſtimet fabuloſum.

XXVI. Nam cum olim audita fide ejus, vita atque virtutibus, deſiderio illius æſtuaremus, gratam nobis ad eum videndum peregrinationem ſuſcepimus, ſimul quia jam ardebat animus vitam illius ſcribere; partim ab ipſo, inquantum ille interrogari potuit, ſciſcitati ſumus; partim ab his qui interfuerant, vel ſcribebant, cognovimus. Quo quidem tempore credi non poteſt, qua me humilitate, qua benignitate ſuſceperit; congratulatus plurimum, & gaviſus in Domino, quod tanti eſſet habitus à nobis, quem peregrinatione ſuſcepta expetiſſemus. Miſerum me (pæne non audeo confiteri) cum me ſancto convivio ſuo dignatus eſt adhiberi; aquam manibus noſtris ipſe obtulit, ad veſperum autem ipſe nobis pedes abluit; nec reniti ad hoc aut contraire conſtantia fuit. Ita auctoritate illius oppreſſus ſum, ut nefas putarem ſi non acquieviſſem. Sermo autem il-

& ex adverſo conſiſtens: Ave, *inquit*, Pachomi. Ego ſum Chriſtus, & venio ad te fidelem amicum meum.

Niſi crucis ſtigmata proferentem.] Quæ ſibi impreſſa fuiſſe Franciſcus finxit, & Monachus ille Bernenſis ſupetiori ſeculo, de quo Sleidanus in commentariis. Reſpiciunt hæc Thomæ incredulitatem. Nam etiam ſtigmata crucis Diabolus, fallendis hominibus, repræſentare poſſet. *Horn.*

Cellulam tanto fœtore replevit.] Dæmoni fœtorem tribuebant, ut ex multis Paulini locis patet. Hieron. in Hilarione: *Habebat ſenex hanc gratiam, ut ex odore corporum, veſtiumque ſciret, cui dæmoni vel cui vitio ſubjaceret.*

Dignatus eſt adhiberi.] Eam loquendi formam obſervavimus loco non uno: nominatim, ubi de manna agit: *Sexto tamen die, quia ſabbatho colligi non liceret, duplum præſumerent.* Et Exodi 1. *Nec diſſimulari cruentum imperium licebat.* Giſelinus.

Ipſe nobis pedes abluit.] Pedes abluere Orientalibus in uſu, qui plerumque diſcalceati incedebant. Quod ſi quis alteri eos ablueret, id ſummæ humilitatis ſignum. Et hoc Chriſtus oſtendit cum diſcipulis ſuis pedes lavaret. Hinc ritus ille in Eccleſia invaluit, adeo ut ablutionem pedum Cyprianus lib. de unctione Chriſmatis dicat à Chriſto in æternum inſtitutam. Vnde Papa quotannis, & magni Reges ac Reginæ, pedes pauperum, mimico ritu, & vaniſſima ſuperſtitio-

illius non alius apud nos fuit, quam mundi hujus illecebras & ſæculi onera relinquenda, ut Dominum Jeſum liberi expeditique ſequeremur; præſtantiſſimumque nobis præſentium temporum illuſtris viri Paullini, cujus ſupra mentionem fecimus, exemplum ingerebat, qui ſummis opibus abjectis, Chriſtum ſecutus, ſolus pæne his temporibus Euangelica præcepta compleſſet; illum nobis ſequendum, illum clamabat imitandum; beatumque eſſe præſens ſæculum, tantæ fidei virtutiſque documento, cum ſecundum ſententiam Domini dives & poſſidens multa, vendendo omnia & dando pauperibus, quod erat factu impoſſibile, poſſibile feciſſet exemplo. Iam vero in verbis & confabulatione ejus quanta gravitas, quanta dignitas erat! quam alacer, quam efficax, & quam in exſolvendis ſcripturarum quæſtionibus promptus & facilis! Et quia multos ad hanc partem incredulos ſcio, quippe quos viderim, meipſo etiam referente, non credere; Jeſum teſtor, ſpemque communem, me ex nullius unquam ore tantum ſcientiæ, tantum ingenii, tam boni, & tam puri ſermonis audiſſe. Quanquam in Martini virtutibus quantula eſt iſta laudatio? niſi quod mirum eſt, homini illitterato ne hanc quidem gratiam defuiſſe. Sed jam finem liber poſtulat, ſermo claudendus eſt; non quod omnia quæ de Martino fuerant dicenda, defecerint; ſed quia nos, ut inertes poëtæ, extremo in opere negligentes, victi materiæ mole ſuccumbimus. Nam etſi facta illius explicari verbis utcumque potuerunt; interiorem vitam illius, & quotidianam converſationem, & animum cœlo ſemper intentum nulla unquam (vere profiteor) explicabit oratio, illam ſcilicet perſeveran-

ſtitione, abluunt, cum omni humilitate interna careant. *Horn.*

Illuſtris viri Paullini.] Hic eſt epiſcopus ille Nolanus, vir imprimis ſæculo ſuo celebris & Martino charus. Ejus oculum ſanavit, ſupra cap. xxi. Alium hunc fuiſſe ab illo Paullino, qui carmine vitam & miracula Martini ſcripſit, Baronius multis probat argumentis.

Non quod omnia quæ de Martino erant dicenda, defecerint.] Epiſtol. 1. *Cum ibidem ſim profeſſus, me non omnia illius facta complexum: quia ſi perſequi univerſa voluiſſem, immenſum volumen legentibus edidiſſem.*

Nun-

rantiam, & temperamentum in abſtinentia & jejuniis, potentiam in vigiliis & orationibus; noctesque ab eo perinde ac dies actas, nullumque vacuum ab opere Dei tempus, quo vel otio indulſerit, vel negotio. Sed nec cibo aut ſomno quidem, niſi inquantum naturæ neceſſitas cogebat. Vere fatebor, non ſi ipſe (ut ajunt) ab inferis Homerus emergeret, poſſet exponere; adeo omnia majora in Martino ſunt, quam ut verbis concipi queant. Nunquam hora ulla momentumque præteriit, quo non aut orationi incumberet; aut ſi quid aliud forte agebat, nunquam animum ab oratione laxabat. Nimirum ut fabris ferrariis moris eſt, qui inter operandum pro quodam laboris levamine incudem ſuam feriunt; ita Martinus etiam dum aliud agere videretur, ſemper orabat. O vere beatus, in quo dolus non fuit; neminem judicans, neminem condemnans, nulli malum pro malo reddens! Tantam quippe adverſum omnes injurias patientiam adſumpſerat, ut cum eſſet ſummus ſacerdos, impune etiam ab infimis clericis læderetur; nec propter id eos aut loco unquam amoverit, aut à ſua quantum

Nunquam hora ulla momentumque præteriit, quo non aut orationi incumberet.] Nondum eo ſeculo horæ Canonicæ invaluerant; ſed libere obſervabant tempora precandi. VValafridus Strabo cap. xxv. longo poſt Apoſtolos tempore eas inſtitutas ait. Caſſianus, *primæ* officium ſuo tempore inſtiturum aſſerit III. Inſtit. Cœnob. 4. Falſum eſt quod Baronius dicit *de quatuor diurnis horis*, ſæpe agere Chryſoſtomum & Baſilium. *Perkinſ.*

Summus ſacerdos.] Id eſt Epiſcopus. Qui etiam Papæ illis ſeculis dicti. Quod ex Cypriano, Hieronymo, aliis inferioris multo ævi patet. Nam & Anſelmus Cantuarienſis Archiepiſcopus ab Vrbano II. vocatus eſt *Papa alterius orbis*, quod legitur apud Gervaſium Dorobernienſem Monachum in lib. Mſſ. quem ſub titulo *Imaginationis*, contra Robertum Abbatem S. Auguſtini, annis ab hinc amplius quadringentis compoſuit. *Selden.* Ab initio omnes Epiſcopi dicti ſunt Pontifices & ſummi ſacerdotes, non ſolus Epiſcopus Romanus. Ab Eccleſia Iudaica hæc appellatio fluxit, ut plurima alia ritus Iudaici nomina à Synagoga in Eccleſiam Chriſti poſt primum & alterum ſeculum migrarunt, ut *Sacerdotes*, *Levitæ*, *altaria*, *ſacrificia*, *azyma*, temporibus Apoſtolicis plane incognita, & ab eorum inſtitutis ac Chriſtiana religione prorſus aliena. *Summus* autem *Sacerdos* non ſemper apicem poteſtatis aut Imperii ſignificabat, ſed etiam qui in aliqua re aut ordine primus cenſebatur, nuncupatus etiam ſummus eſt. Sic *ſummus Senator*, *ſummus Lictor*, & alia. *Salmaſius.* Sic Iohannes Baptiſta vocatur הכהן הגדול in Hiſtoria Ebraica & Chronico templi ſecundi, & in Iohaſin Auguſtinus.

Non

tum in ipſo fuit, caritate repulerit. Nemo unquam illum vidit iratum, nemo commotum, nemo mærentem, nemo ridentem; unus idemque ſemper, cœleſtem quodammodo lætitiam vultu præferens, extra naturam hominis videbatur. Nunquam in illius ore niſi Chriſtus, nunquam in illius corde niſi pietas, niſi pax, niſi miſericordia inerat. Plerumque etiam pro eorum qui obtrectatores illius videbantur, ſolebat flere peccatis, qui remotum & quietum venenatis linguis & vipereo ore carpebant. Et vere nonnullos experti ſumus invidos virtutibus vitæque ejus, qui in illo oderant, quod in ſe non videbant, & quod imitari non valebant. Atque ô nefas dolendum & ingemiſcendum, non alii fuere inſectatores ejus, licet pauci admodum, non alii tamen quam epiſcopi ferebantur! Nec vero quenquam nominare neceſſe eſt, licet noſmetipſos plerique circumlatrent. Sufficit, ut ſi quis ex his hæc legerit, & agnoverit, erubeſcat. Nam ſi iraſcitur, de ſe ipſe dictum fatebitur, cum fortaſſe nos de alio ſenſerimus. Non refugimus autem, ut ſi qui ejuſmodi ſunt, nos quoque cum tali viro oderint. Illud facile confido, omnibus ſanctis opuſculum iſtud gratum fore. De cætero ſi quis hæc infideliter legerit, ipſe peccabit. Ego mihi conſcius ſum, me rerum fide, & amore Chriſti impulſum, ut hæc ſcriberem, manifeſta expoſuiſſe, vera dixiſſe: paratumque, ut ſpero, habebit à Deo præmium, non quicunque legerit, ſed quicumque crediderit.

Non alii tamen quam Epiſcopi.] Paulinus *Sacerdotes* nominat. Quia nempe iidem Sacerdotes qui Epiſcopi, ut ex Paulino apparet, & Gregor. Turon. lib. de glor. Confeſſ. cap. XVII. Ambroſ. v. epiſt. XXX. *Iuretus.*

Ferebantur.] Iuretus ex Codice ſuo emendat *videbantur.*

SULPICI SEVERI

EPISTOLÆ.

AD
EVSEBIVM PRESBYTERVM,

Contra æmulos virtutum B. Martini,

EPISTOLA I.

HESTERNA die cum ad me plerique Monachi veniſſent, inter fabulas juges, longumque ſermonem, mentio incidit libelli mei, quem de vita B. viri Martini edidi, ſtudioſeque eum à multis legi, libentiſſime audiebam. Interea indicatur mihi, dixiſſe quendam malo ſpiritu ſuſcitatum, cur Martinus, qui mortuos ſuſcitaſſet, flammas domibus depuliſſet, ipſe nuper aduſtus incendio, periculoſæ fuiſſet obnoxius paſſioni. O iſtum, quiſquis eſt, miſerum! Iudæorum in verbis ejus perfidiam & dicta cognoſcimus, qui in cruce poſitum Dominum his verbis increpabant: *Alios ſalvos fecit, ſe ipſum ſalvum facere non poteſt.* Vere plane iſte, quicumque eſt, ſi illis temporibus natus eſſet, & in Dominum hac voce dicere potuiſſet, qui ſimili ſanctum Domini-

AD EVSEBIVM PRESBYTERVM.] Lazius hanc epiſtolam ſuperiori libro præmittit, & ad eundem Deſiderium miſſam vult. cui adſtipulantur tres mſſ. Lovanienſes. Verum reliqui iidemque antiquiſſimi eandem Euſebio presbytero, poſtmodum epiſcopo, inſcribunt, ſumpto eodem hoc titulo ex verbis Galli Dial. 2. ſegm. 9. Quid, quod ex ſolo epiſtolæ argumento certa poterat fieri conjectura ad Deſiderium non eſſe ſcriptam? Eſt enim perpetua querela de libello ſuo apud quoſdam male audiente. Cujus quidem querelæ tota culpa, in eo ſolo hærebat, qui ejuſdem non modo nemini, ſed etiam improbis copiam fecerat. Cur hic Deſiderium eo nomine non accuſat, ut epiſtola 3. ſuam ſocrum, quam non anteſtatione nuda, ſed obtorto collo quaſi loris adſtrictam ad tribunal prætoris rapit. Deſiderio enim ſoli eum libellum ediderat, & ediderat non prodendum: quod & ille ita fore ſpoponderat. Denique non niſi eraſo frontis titulo, & ſuppreſſo auctoris nomine legi à quoquam eum voluerat. Atqui horum hic nulla mentio. Quæ ſine dubio fuiſſet, ſi eidem Deſiderio fuiſſet inſcripta. *Giſel.*

Non

mini blaſphemat exemplo. Quid ergo, quiſquis es, Martinus ideo non potens, ideo non ſanctus, quia eſt periclitatus incendio? O beatum, & per omnia ſimilem Apoſtolis, etiam in his conviciis, virum! Nempe hoc & de Paullo gentiles illi, cum eum vipera momordiſſet, ſenſiſſe referuntur: *Hic homo debet homicida eſſe, quem ſalvum factum de mari, fata vivere non ſinunt.* At ille, excuſſa vipera in ignem, nihil mali patiebatur. Illi autem ſubito caſurum, & repente moriturum eum putabant: ſed cum viderent nihil mali contingere ei, convertentes ſe, dicebant eum Deum eſſe. Alioquin, vel horum exemplo, omnium mortalium infeliciſſime, perfidiam tuam coarguere ipſe debueras: ut ſi tibi ſcandalum moverat, quod Martinus flamma ignis videbatur attactus, hunc rurſum attactum ad merita illius & virtutem referres, quod circumſeptus ignibus non periſſet. Agnoſce enim miſer, agnoſce quod neſcis, omnes fere ſanctos magis inſignes periculorum ſuorum fuiſſe virtutibus. Video quidem Petrum fide potentem, rerum obſtante natura mare pedibus ſupergreſſum, & inſtabiles aquas corporeo preſſiſſe veſtigio. Sed non ideo minor mihi videtur gentium prædicator, quem fluctus abſorbuit, & poſt triduum totidemque noctes emergentem è profundo unda reſtituit: atque haud ſcio, an pæne plus fuerit vixiſſe in profundo, an ſupra maris profunda tranſiiſſe. Sed hæc tu, ut arbitror, ſtulte non legeras, aut lecta non audieras. Neque enim abſque divi-

Non ſinunt.] Fortaſſe verior ſit lectio, *ſinerunt.* Nam hoc etiam præteritum à *ſino* formari teſtatum reliquit Diomedes lib. 1. Gramm. Publius de vita ſua: *Quod ſi me invitum abire ſiniſſet.* Item Scaurus: *Prædium non ſini fieri.* Giſelinus.

Gentium prædicator, quem fluctus abſorbuit.] De Paulo, non de Iona loquitur. Meminit hujus rei II Cor. XI, 25. νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα. Quæ Severus ita transfert: *Poſt triduum totidemque noctes emergentem è profundo unda reſtituit: atque haud ſcio, an pene plus fuerit vixiſſe in profundo, an ſupra maris profunda tranſiiſſe.* Male νυχθήμερον de integro triduo accepit, cum ſit una tantum, cum die, nox. Cæterum quomodo Paulus ἐν βυθῷ fuerit, variæ interpretum ſententiæ ſunt. Quidam id de loco, cui nomen βυθὸς, accipiunt, in quo Paulus Lyſtræ latuerit. Alii de mari in quo poſt naufragium natarit. Sic Græcus Scholiaſtes: νυχθήμερον νηχόμενος μετὰ τὸ ναυάγιον. Severus eum in ipſo maris profundo fuiſſe opinatur. *Horn.*

divino conſilio iſtiuſmodi exemplum beatus Euangeliſta ſacris litteris protuliſſet, niſi ut ex his humana mens erudiretur naufragiorum atque ſerpentium caſus: &, ſicut Apoſtolus refert, qui nuditate, fame, latronumque periculis gloriatur, omnia hæc ſanctis hominibus, atque omnibus ad perpetiendum quidem eſſe communia: ſed his tolerandis atque vincendis præcipuam ſemper juſtorum fuiſſe virtutem, dum per omnia tentamenta patientes, ſemper invicti, tanto fortius vincerent, quanto gravius pertuliſſent. Unde hoc, quod ad Martini infirmitatem vocatur, plenum eſt dignitatis & gloriæ: ſi quidem periculoſiſſimo caſu tentatus, evicerit. Cæterum id omiſſum à me in libello illo, quem de vita illius ſcripſimus, nemo miretur: cum ibidem ſim profeſſus, me non omnia illius facta complexum: quia ſi perſequi univerſa voluiſſem, immenſum volumen legentibus edidiſſem. Neque ſunt tam parva quæ geſſit, ut omnia potuerint comprehendi. Sed tamen hoc de quo quæſtio incidit, latere non patiar, & rem omnem, ut geſta eſt, referam, ne forte inconſultum hoc, quod ad vituperationem beati viri poterat opponi, prætermiſiſſe videamur. Cum ad diœceſim quandam pro ſolenni conſuetudine (ſicut Epiſcopis viſitare Eccleſias ſuas moris eſt) media fere hyeme Martinus veniſſet, manſionem ei in ſecretario Eccleſiæ clerici para-

ra-

Me non omnia illius facta complexum.] Sic in Prologo vitæ Martini teſtatur. Vide etiam cap. xxv.

Ad diœceſin quandam.] Ante Conſtantinum nullæ notæ Diœceſos, quæ plures Provincias complecterentur, & vicariis paterent. Hic primus plures Provincias in unum velut corpus redactas, uni dedit adminiſtrandas. Adminiſtratio ejus *διοίκησις*. Plures vicarii uni præfecto ſuberant. Quatuor tales præfecti prætorio in toto Imperio Romano. Hinc & in Eccleſia diœceſeon Exarchi & Patriarchæ. Diœceſis igitur Epiſcopi, eſt cujuſcumque territorii juriſdictio ad unius civitatis Epiſcopum pertinens. *Salmaſ.*

In ſecretario Eccleſiæ.] De ſecreto ſive ſecretario Eccleſiæ vide Baronium Tomo VI. ad A. CCCCLI. Appellatur etiam *diaconicum* & [illegible] Nazianzeno Orat. XX. & Paſtophoria. Hieronymus in Ezechiel. XLII. dicit in omnibus Eccleſiis duo paſtophoria exſtrui conſueviſſe, eaque hinc inde apud apſidem (ubi Epiſcopi ſedes) poſita fuiſſe. De uſu eorum Paulinus epiſtol. XII.

Hic locus eſt veneranda penus, qua conditur, & qua
Promitur alma ſacri pompa miniſterii.

Sic infra Dial. II, I. *Secretarium ingreſſus, cum ſolus, ut erat illi conſuetudo, reſide-*

raverunt, multumque ignem ſcabro jam & pertenui pavimento ſubdiderunt, lectumque ei plurimo ſtramine exſtruxerunt. Dein cum ſe Martinus cubitum collocaſſet, inſuetam mollitiem ſtrati male blandientis horreſcit: quippe qui nuda humo, uno tantum cilicio ſuperjecto, cubare conſueverat. Itaque quaſi accepta permotus injuria ſtramentum omne projecit. Caſu ſuper fornaculam, partem paleæ illius, quam removerat, aggeſſit. Ipſe, ut erat moris, nuda humo, laſſitudine itineris urgente requievit. Ad mediam fere noctem, per interruptum, ut ſupra diximus, pavimentum ignis æſtuans, areſcentes paleas apprehendit. Martinus ſomno excitus, re inopinata, ancipiti periculo, & maxime (ut referebat) diabolo inſidiante atque urgente præventus, tardius quam debuit ad orationis confugit auxilium. Nam erumpere foras cupiens, cum peſſulo, quem oſtio abdiderat, diu multumque luctatus, graviſſimum circa ſe ſenſit incendium: adeo ut veſtem, qua indutus erat, ignis aſſumpſerit. Tandem in ſe reverſus, non in fuga, ſed in Domino eſſe præſidium: ſcutum fidei & orationis arripiens, mediis flammis totus ad Dominum converſus, incubuit. Tum vero divinitus igne ſubmoto, innoxio ſibi orbe flammarum, orabat. Monachi autem, qui pro foribus erant, crepitante & colluctante incendii ſono, obſeratas effringunt fores: dimotoque igne, mediis flammis Martinum auferunt, cum jam penitus eſſe conſumptus tam diuturno incendio putaretur. Cæterum (ut verbis meis Dominus eſt teſtis) mihi ipſe referebat, & non ſine gemitu fatebatur, in hoc ſe diaboli arte deceptum, ut excuſſus è ſomno conſilium non haberet, quo per fi-

ſideret (hanc enim ſibi etiam in Eccleſia ſolitudinem, permiſſa clericis libertate præſtabat) cum quidem in alio ſecretario presbyteri ſederent, vel ſalutationibus vacantes, vel audiendis negotiis occupati.

Nuda humo, uno tantum cilicio ſuperſtratus.] Ita moris erat illis Aſcetis. Quod etiam Stoicos atque Iudæorum Eſſenos feciſſe legimus. Sic Epiſtola III. de eodem Martino: *nuda humo, uno tantum cilicio ſuperjecto, cubare conſueverat.*

Ignis aſſumſerit.] Simile illi, ignis areſcentes paleas apprehenderit. Langii liber *abſumpſerit*, Laz. *conſumpſerit*. Neutrum credo verum. Si enim tota veſtis fuiſſet abſumpta, ipſe qui veſtis fartum erat, paullo propius ſenſiſſet. *Giſelinus.*

fidem & orationem periculo repugnaret: denique tam diu circa ſe ſæviſſe ignem, quamdiu erumpere oſtium turbatus mente tentaverit. Ubi vero auxilium crucis & orationis arma repetiſſet, medias ceſſiſſe flammas: ſeque tunc ſenſiſſe rorantes, quas male eſſet expertus urentes. Unde intelligat, quiſquis hæc legerit, tentatum quidem illo Martinum periculo, ſed probatum.

EPISTOLA II.

AD

AVRELIVM DIACONVM;

De obitu, & apparitione B. Martini.

SVLPICIVS Severus Aurelio diacono Salutem. Poſteaquam à me mane digreſſus es, eram reſidens ſolus in cellula, ſubieratque me illa quæ ſæpius occupat, ſpes futurorum, præſentiumque faſtidium, judicii metus, formido pænarum, & quod conſequens erat, atque unde cogitatio tota deſcenderat, peccatorum meorum recordatio triſtem me confectumque reddide-

Auxilium crucis & orationis arma.] Sic ſupra: *Signo ſe crucis & orationis auxilio protegebat*. cap. XXIV. vitæ Martini. Vetus Eccleſia & in vitæ communis uſu, & in riribus ſacris, multum uſa eſt venerabili ſigno crucis, ſed ut pia ceremonia, quæ orationi adjecta, animos fidelium ad Chriſti ctucem eveheret, non materiæ alicui terrenæ aut figuræ aut geſtui affigeret. *Caſaubon.* Vide Nazianzenum ad Nemeſium, Origenem contra Celſum III, & VIII. Theodotetum in Petro & Thalaſſio, Euſebium VIII. Hiſtor. 7. Victorem II. De perſecutione Vandalica, & alios.

AVRELIO DIACONO.] Diaconi nudi Epiſcoporum miniſtri erant ὑπηρετοῦντες, qui etiam in Synodis & diſputationibus exceptorum ſeu Notariorum munere fungebantur, vel aliqua Epiſcopos adjutabant. *Epiphan.* Hæreſ. LXXI. *Rufin.* I. Hiſt. 14. Hanc Epiſtolam Baſſula ſocrus Severi publicarat. Cum qua peramanter proptetea expoſtulat ſequenti epiſt. De hac ita Paullinus Epiſt. I. *Merito ſocrum ſanctam omni liberaliorem parente in matrem ſortitus æternam.* Hanc igitur inſtituti ſui habuit ſociam, mortua, uti ego exiſtimo, uxore, ut Theraſiam ſuam habuit Paullinus. *Giſel.*

Cum

derat. Deinde cum fatigata angore animi in lectulo membra poſuiſſem, ut plerumque ex mœſtitudine ſolet, ſomnus obrepſit: qui ut ſemper matutinis horis levior incertuſque, ita ſuſpenſus & dubius per membra diffunditur: ut quod in alio ſopore non evenit, pæne vigilans dormire te ſentias. Cum repente ſanctum Martinum epiſcopum videre mihi videor, prætextum toga candida, vultu igneo, ſtellantibus oculis, crine purpureo: atque ita mihi in ea habitudine corporis, formaque, quam noveram, videbatur, ut quod eloqui nobis pæne difficile eſt, non poſſet aſpici, cum poſſet agnoſci. Arridenſque mihi paululum, libellum quem de vita illius ſcripſeram, dextera præferebat. Ego ſancta genua ejus amplexus, benedictionem pro conſuetudine flagitabam: ſuperpoſitamque capiti meo manum tactu blandiſſimo ſentiebam, cum inter benedictionis verba ſollennia familiare illud ori ſuo crucis nomen iteraret, mox in eum luminibus intentis, cum exſatiari vultu illius conſpectuque non poſſem, ſubito mihi in ſublime ſublatus eripitur: donec emenſa aëris iſtius vaſtitate, cum tamen rapida nube ſubvectum acie ſequeremur oculorum, patenti cœlo receptus, videri ultra non potuit. Nec multo poſt, presbyterum ſanctum Clarum, diſcipulum illius, qui nuper exceſſerat, video eandem, quam magiſtrum, viam ſcandere. Ego im-

Cum repente ſanctum Martinum Epiſcopum videre mihi videor.] Hæc Monachorum ſomnia originem tot monſtroſis erroribus ac fabulis de apparitione & ſtatu mortuorum dederunt.

Benedictionem pro conſuetudine flagitabam.] Hæc, ut ex ſequentibus apparet, fieri ſolita manus impoſitione, recitatiſque verbis ad eam rem ſolennibus, inter quæ Martino familiare crucis nomen. Sic infra Dial. I. cap. XIV. de eodem Martino: *Epiſcopi quoque ſanctiſſimi, ſacerdotali authoritate depoſita, contingi ſe ab ea atque benedici, humiliter poſtulantes, ſanctificatos ſe ac divino munere illuſtratos, quoties manum illius veſtemque contigerant, non immerito crediderunt.*

Patenti cœlo receptus, videri ultra non potuit.] Sic Romulum ad ſuperos tranſiiſſe dejerabat Iulius Proculus. *Livius* I. *Dion. Halic.* II. Sic & Iulium Cæſarem ac aliòs Imperatores. Hinc orta ἀποθέωσις. Vide Senecam in Apocolocynthiſi.

Sanctum Clarum.] Supra in Vita cap. XXV. *Clarus quidam nomine, adoleſcens nobiliſſimus, mox presbyter, nunc felici beatus exceſſu.* In eum, ipſo Severo poſcente, Paulinus Epiſcopus Nolanus, duo Epitaphia verſibus conſcripſit. *Paulin.* Epiſt. XII.

impudens ſequi cupiens, dum altos greſſus molior & conitor, evigilo: ſomnoque excitus, congratulari cœperam viſioni, cum ad me puer familiaris ingreditur, ſolito triſtior vultu, loquentis pariter & dolentis. Quid tu tam triſtis loqui geſtis? *Duò*, inquit, *monachi modo à Turonis adfuerunt: Dominum Martinum obiiſſe nuntiant.* Concidi fateor, obortiſque lacrymis flevi uberrime. Quinetiam dum hæc ad te frater ſcribimus, fluunt lacrymæ, nec ullum impatientiſſimi doloris admitto ſolatium. Te vero, ubi hoc nuntiatum eſt, participem eſſe volui luctus mei, qui eras ſocius amoris. Veni ergo ad me ſtatim, ut pariter lugeamus, quem pariter amamus: quamquam ſciam virum illum non eſſe lugendum, cui poſt evictum triumphatumque ſæculum, nunc demum reddita eſt corona juſtitiæ. Sed tamen ego non poſſum mihi imperare, quin doleam. Præmiſi quidem patronum, ſed ſolatium vitæ præſentis amiſi: & ſi rationem ullam dolor admitteret, gaudere deberem. Eſt enim ille, ut eſt conſertus Apoſtolis ac prophetis, &, quod pace ſanctorum omnium

Molior & conitor.] Sumptum videri poſſit ex illo Terent. Heaut. *Dum moliuntur, dum conantur:* ut quidem Faërnus, & alii legunt. Coniti potius, quam conniti veteribus uſitatum fuiſſe, docuerunt alii. *Giſel.*

Dominum Martinum.] Giſelinus legit: *Domnum.* Hæc vox, *inquit*, ita conciſa per mediæ vocalis extritionem media ea ætate pluſculum dignitatis, atque, ut ita dicam, majeſtatis præ ſe ferre viſa eſt. unde & Domnionis nomen apud Hieronymum eſt deformatum. *Giſelinus.* Domini appellatio eo tempore paſſim frequentabatur in converſatione civili inter familiares ac pares, *Domine frater.* Quod etiam irridet Græci Epigrammatici auctor: *Δόμινε φράτερ εὐθὺς ἔγραψεν. Salmaſ.* Feſtum ejus celebratum fuit Octobr. Quod antiquitus etiam Miſſa dicebatur. Nam ſic ſolennem aliquam feſtivitatem nominabant. In capitulari Caroli Magni, libro 11, 18. *Vt abſque ulla excuſatione cito poſſit emendari, ſpatium uſque ad Miſſam S. Martini dare decrevimus.* Et 20. *ita ut ad Miſſam Sancti Andreæ reſtaurati fiant.* Et ita non raro apud Aimoinum & id genus ſcriptores. *Caſaubon.*

Triumphatumque ſeculum.] Sic Tacitus loqui amat: *Triumphati magis quam victi Germani.*

Reddita eſt corona juſtitiæ.] Alludit ad verba Pauli II Tim. cap. IV. ℣ſ. 8. *ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος.* Præcipue in Martyrio ea voce utebantur. Vnde locutiones creberrimæ: *Martyrio coronatus eſt. Coronam Martyrii accepit.* Hinc factum ut Scholaſtici varias coronas fingerent. Aureolas aſſignarunt Virginibus, Doctoribus, Martyribus. De quibus vide Magnum Theologum Fredericum Spanhemium tertio Dubior. Euangelicor. LXXXIX.

nium dixerim, in illo juſtorum grege nulli ſecundus, ut ſpero, credo, confido, illis potiſſimum, qui ſtolas ſuas in ſanguine agni laverunt, adgregatus: agnum ducem ab omni integer labe comitatur. Nam licet ei ratio temporis non potuerit præſtare martyrium, gloria tamen martyris non carebit, quia voto atque virtutibus & potuit eſſe martyr, & voluit. Quod ſi ei Neronianis Decianiſque temporibus, in illa quæ tunc exiſtit, dimicare congreſſione licuiſſet, teſtor Deum cæli atque terræ, ſponte equuleum aſcendiſſet, ultro ſe ignibus intuliſſet: Hebræiſque pueris æquandus, inter flammarum globos media licet hymnum Domini in fornace cantaſſet. Quod ſi Eſaianum illud ſupplicium perſecutori forte placuiſſet, nunquam profecto impar Prophetæ, ſerris & laminis diſſecari membra timuiſſet. Ac ſi præciſis rupibus, abruptiſque montibus agere felicem furor impius maluiſſet, perhibeo confiſus teſtimonium veritatis, ſponte cecidiſſet. Si vero gentium doctoris exemplo gladio deputatus inter alias, ut ſæpe provenit, victimas duceretur, primus omnium carnifice compulſo, palmam ſanguinis occupaſſet. Jam vero adverſus omnes pœnas atque ſupplicia, quibus plerumque humana ceſſit infirmitas, ita à con-

In illo juſtorum grege nulli ſecundus.] Fuit in opinione illa Sulpicius, dari gradus gloriæ in æterna vita. Quam Hieronymus acriter propugnavir contra Iovinianum, dicentem poſt reſurrectionem duos tantum ordines futuros, ovium & hircorum, juſtorum & peccatorum, ſtantium à dextris & ſtantium à ſiniſtris. Vide eum II. contra Iovinian. cap. XII. Contra non dari tales gradus, diſputat Spanhemius III. Dub. Euangel. CXXXV.

Qui ſtolas ſuas in ſanguine agni laverunt.] Deſumtum ex Apocalypſi.

Et potuit eſſe Martyr & voluit.] Martinus per effuſionem ſanguinis martyr non fuit: niſi quod tota vita ejus martyrium fuit. *Odo* Cluniacenſis, in libro quo probat Martinum Apoſtolis parem.

Hebræiſque pueris æquandus.] De quibus ſupra II. Hiſt. pag. 277. ubi Notas vide.

Si Eſaianum illud ſupplicium perſecutori forte placuiſſet.] Serra diſſectum à Manaſſe Eſaiam, antiqui tradunt. Vide Epiphanium & Dorotheum in vitis Prophet.

Laminis diſſecari membra.] Hoc unum ex graviſſimis Chriſtianorum ſuppliciis fuit. Vide Euſebii Hiſtoriam Eccleſiaſticam in Diocletiani perſecutione, & alibi. Vide Gallonium.

Gentium Doctoris exemplo gladio deputatus.] Vide ſupra II. Hiſtor. pag. 372. & ibi Notas.

Palmam ſanguinis.] Palma victoriæ ſignum. Hinc Martyres cum palmis pinguntur. Ergo palma idem quod Martyrium hoc loco. *Horn.*

confeſſione Domini non recedens, immobilis ſtetiſſet, ut lætus ulceribus congaudenſque cruciatibus quælibet inter tormenta riſiſſet. Sed quamquam iſta non tulerit, implevit tamen etiam ſine cruore martyrium. Nam quas ille pro ſpe æternitatis humanorum dolorum non pertulit paſſiones, fame, vigiliis, nuditate, jejuniis, opprobriis invidorum, inſectationibus improborum, cura pro infirmantibus, ſolicitudine pro periclitantibus? Quo enim ille dolente non doluit? quo ſcandalizante non uſtus eſt? quo pereunte non gemuit? præter illa quotidiana illius adverſum humanæ ſpiritaliſque nequitiæ diverſa certamina, dum in eo variis tentationibus appetito, ſemper exſuperat fortitudo vincendi, patientia exſpectandi, æquanimitas ſuſtinendi. O vere ineffabilem virum, pietate, miſericordia, charitate, quæ quotidie etiam in ſanctis viris ſeculo frigente frigeſcit: in illo tamen uſque ad finem aucta, indies perſeveravit! quo ego illius bono vel ſpecialiter fruitus ſum, cum me indignum & non merentem unice diligebat. En rurſus lacrymæ fluunt, imoque de pectore gemitus erumpit: in quo mihi poſt hæc homine ſimilis requies, in cujus erit charitate ſolatium? Me miſerum, me infelicem, poterone unquam, ſi diutius vixero, non dolere, quod Martino ſuperſtes ſum? Erit mihi poſthæc vita jucunda, erit dies aut hora ſine lacrymis: aut tecum, frater dilectiſſime, potero illius mentionem habere ſine fletu: aut unquam loquens apud te aliud quam de illo loqui potero? Sed quid te in lacrymas fletuſque commoveo? ecce nunc te cupio conſolatum eſſe, qui me conſolari ipſe non poſſum. Non deerit nobis ille, mihi crede, non, non deerit, intererit de ſe ſermocinantibus, adſtabit orantibus, quod-

Sine cruore martyrium.] Tales Confeſſores dicebantur, atque etiam Martyres. Vide Euſebium v. Hiſtor. Eccleſiaſt. 11.

Scandalizante.] Vox Eccleſiaſtica, ex Novo Teſtamento petita.

Intererit de ſe ſermocinantibus, adſtabit orantibus.] Creditum vulgo præſentes adeſſe ſanctos Martyres ſepulcris ſuis, aut ubi vellent. *Hieronymus* contra Vigilantium. Nam is negaverat *Martyres poſſe ſuis tumulis aut ubi vellent, præſentes eſſe.* Maximus Taurinenſis in Natali Martyrum Tauricorum: *Univerſi ſan-*

quodque jam hodie præſtare dignatus eſt, videndum ſe in gloria ſua ſæpe præbebit, & aſſidua, ſicut ante paullulum fecit, benedictione nos proteget. Inde ſecundum ordinem viſionis, qua cælum ſequentibus ſe patere monſtravit, quo ſequendus eſſet, edocuit: quo ſpes noſtra tendenda, quo animus dirigendus inſtruxit. Quid tamen fiet frater? quod mihi ipſe ſum conſcius, conſcendere arduum illud, ac penetrare non potero, ita ſarcina moleſta me prægravat, & peccati mole depreſſum negato in aſtra conſcenſu, ſæva miſerabilem ducit in tartara. Spes tamen ſupereſt, illa ſola, illa poſtrema, ut quod per nos obtinere non poſſumus, ſaltem pro nobis orante Martino mereamur. Sed quid te frater diutius occupo epiſtola tam loquaci, demororque venturum? ſimul jam pagina impleta non recipit. Mihi tamen hæc fuit ratio, ſermonem iſtum longius proferendi, ut quia doloris nuntium epiſtola deferebat, eadem tibi ex quadam noſtri confabulatione præſtaret charta ſolatium.

ſi ſancti ubique ſunt & omnibus proſunt. Semper nobiſcum morantur, hoc eſt, & in corpore nos viventes cuſtodiunt, & de corpore recedentes excipiunt. Baſilius, Nazianzenus & alii Patres, oratorio more, per προσωποποιΐαν ſanctos tanquam præſentes, in Panegyricis alloquebantur. Vnde Sanctorum invocatio poſtea fluxit.

Quod per nos obtinere non poſſumus, ſaltem pro nobis orante Martino mereamur.] Veteres, præſertim poſt annum cccc. in Sanctorum Invocatione peccarunt. Paulinus in Natal. III. Felicis:

Exora ut precibus plenis meritiſque redonet
Debita noſtra tuis. ———

In vita Martini lib. II.

Dulcis, adorande, & mihi pectore vere colende,
Fer pietatis opem miſero, miſeri miſerere.

Et paulo poſt:

Inter me & Dominum mediator adeſto benigne.

EPISTOLA III.

AD

BASSULAM SOCRUM SUAM,

Quomodo B. Martinus ex hac vita ad immortalem tranſierit.

SVLPICIVS Severus Baſſulæ parenti venerabili ſalutem. Si parentes vocari in jus liceret, te plane expilationis furtique ream, ad prætoris tribunal juſto loro traheremus. Quid enim non conquerar, quam à te patior injuriam? Nullam mihi domi chartulam, nullum libellum, nullam epiſtolam reliquiſti: ita furaris omnia, ita univerſa divulgas. Si quid ad amicum familiariter ſcripſi, ſi quid forte dum ludimus, quod velim tamen occultum eſſe, dictavi, omnia ad te prius pæne, quam fuerint ſcripta, aut dictata, perveniunt. Nimirum obæratos habes notarios meos, per quos tibi noſtræ ineptiæ publicantur. Nec tamen adverſum eos poſſum moveri, ſi tibi parent, qui in jus noſtrum ex tua potiſſimum liberalitate venerunt, ſeque adhuc tuos quam meos eſſe meminerunt. Tu ſola ea rea, tu ſola culpabilis, quæ & mihi inſidiaris, & illos fraude circumvenis, ut ſine delicto ullo familiariter ſcripta, aut negligenter emiſſa, inlucubrata tibi penitus atque impolita traduntur. Nam ut de reliquis taceam, rogo quemadmodum tam cito ad te epiſtola illa potuit pervenire, quam nuper ad Aurelium Diaconum ſcripſeramus? Ego enim Toloſæ poſitus, tu Treveris conſtituta, & tam longe à patria filio inquietante divulſa, qua tandem familiarem illam epiſtolam occaſione furata es? Namque accepi litteras tuas,

AD BASSVLAM.] De hac ita Paullinus epiſt. 1. *Merito ſocrum ſanctam omni liberaliorem parente in matrem ſortitus æternam.* Hanc igitur inſtituti ſui habuit ſociam, mortua, uti exiſtimo uxore, ut Theraſiam ſuam habuit Paullinus. *Giſelin.*

Quam nuper ad Aurelium Diaconum ſcripſeram.] Ea eſt Epiſtola præcedens.

Conda-

tuas, quibus ſcribis, in eadem epiſtola, qua de obitu Domini Martini fecerim mentionem, ipſum beati viri tranſitum exponere debuiſſem. Quaſi vero ego illam epiſtolam aut legendam alii, præterquam ipſi, ad quem miſſa videtur, ediderim: aut ego tanto ſim operi deſtinatus, ut omnia quæ de Martino cognoſci oportet, me potiſſimum ſcribente noteſcant. Itaque ſi qua de obitu ſancti epiſcopi audire deſideras, ab illis potius qui interfuere, cognoſce. Ego tibi ſtatui nihil ſcribere, ne ubique me publices. Tamen ſi das fidem, nulli te eſſe lecturam, paucis tuæ ſatisfaciam voluntati. Itaque præſtabo te his, quæ mihi ſunt comperta, participem.

Martinus igitur obitum ſuum longe ante præſcivit, dixitque fratribus diſſolutionem ſui corporis imminere. Interea cauſſa exſtitit, qua Condatenſem diœceſim viſitaret. Nam clericis inter ſe eccleſiæ illius diſcordantibus, pacem cupiens reformare, licet finem dierum ſuorum non ignoraret: proficiſci tamen iſtiuſmodi ob cauſſam non recuſavit: bonam hanc virtutum ſuarum conſummationem exiſtimans, ſi pacem eccleſiæ redditam reliquiſſet. Ita profectus cum ſuo illo, ut ſemper frequentiſſimo diſcipulorum ſanctiſſimoque comitatu, mergos in flumine conſpicatur piſcium prædam ſequi, & rapacem ingluviem aſſiduis urgere capturis. *Forma*, inquit, *hæc dæmonum eſt, inſidiantur incautis, capiunt neſcientes: captos devorant, exſaturarique non queunt devoratis.* Imperat deinde potenti virtute verborum, ut eum cui innatabant gurgitem relinquentes, aridas peterent, deſer-

Condatenſem diœceſin viſitaret.] Epiſtola I. *Cum ad diœceſin quandam, pro ſolemni conſuetudine (ſicut Epiſcopis viſitare Eccleſias ſuas moris eſt) media fere hyeme Martinus veniſſet.* Dial. II, IV. *Iter cum eo, dum diœceſes viſitat, agebamus.* Guibertus Gemblacenſis epiſtola ad Philippum epiſcopum Colonienſem cap. XII. Condatum vocat ipſum opidum, in Turonum & Pictavorum finibus ſitum: quod hodieque à Martini ibidem mortui celebritate S. Martini nomen uſurpat. *Giſelinus.*

Mergos.] Avis voraciſſima, helluonum & Dæmonum imago. Refert Scaliger Exerc. CCXXXIII. contra Cardanum: *Venetiis quendam habuiſſe cicuratum mergum, quem ſolitus fuerit manu emittere, atque mergum ingreſſum in mare quæſiviſſe cibos, & ſatiatum rediiſſe ad Dominum.*

Re-

ſertaſque regiones: eo nimirum circa aves illas uſus imperio, quo dæmones fugare conſueverat. Ita grege facto, omnes in unum illæ volucres congregatæ, relicto flumine, montes ſilvaſque petierunt, non ſine admiratione multorum, qui tantam in Martino virtutem viderent, ut etiam avibus imperaret. Aliquamdiu ergo in vico illo, vel in eccleſia ad quam ierat, commoratus, pace inter clericos reſtituta, cum jam regredi ad monaſterium cogitaret, viribus corporis cœpit repente deſtitui: convocatiſque diſcipulis, indicat ſe jam reſolvi. Tum vero mœror & luctus omnium, vox una plangentium: *Cur nos pater deſeris? aut cui nos deſolatos relinquis? invadent gregem tuum lupi rapaces: & quis eos à morſibus noſtris, percuſſo paſtore, prohibebit? Scimus quidem deſiderare te Chriſtum: ſed ſalva tibi ſunt tua præmia: nec dilata minuentur: noſtri potius miſerere, quos deſeris.* Tunc ille motus his fletibus, ut totus ſemper in Domino miſericordiæ viſceribus affluebat, lacrymaſſe perhibetur: converſuſque ad Dominum, hac tantum flentibus voce reſpondit: *Domine ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, non recuſo laborem: fiat voluntas tua.* Nimirum inter ſpem amoremque poſitus, dubitavit pæne quid mallet: quia nec hos deſerere, nec à Chriſto volebat diutius ſeparari: nihil tamen in voto ſuo ponens, aut voluntati relinquens, totum ſe Domini arbitrio poteſtatique committens. Nonne tibi his pauciſſimis verbis dicere videtur; *Gravis quidem eſt Domine corporea pugna militiæ, & jam ſatis eſt, quod hucuſque certavi; ſed ſi adhuc in eodem labore pro caſtris tuorum ſtare me præcipis, non recuſo, nec fatiſcentem cauſſabor ætatem. Munia tua devotus implebo, ſub ſignis tuis quod ipſe tu juſſeris militabo. Et quamvis optata ſit ſeni miſſio poſt laborem, eſt tamen animus victor annorum, & cedere neſcius ſenectuti. Ac ſi jam parcis ætati, bonum eſt mihi Domine voluntas*

Reſolvi.] Sic ſupra *diſſolutionem* dixit, exprimens illa Apoſtoli Phil. 1, 23. τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι.

Cur nos pater deſeris? aut cui nos deſolatos relinquis?] Hæc ex Virgilio expreſſa ſunt IV. Æneid. 323.

Salva tibi ſunt tua præmia; nec dilata minuentur.] Etiam hæc ex Poëtâ expreſſit.

Nobi-

tas tua: hos vero, quibus timeo, ipſe cuſtodies. O virum ineffabilem, nec labore victum, nec morte vincendum, qui in nullam ſe partem pronior inclinaverat, nec mori timuit, nec vivere recuſavit. Itaque cum jam per aliquot dies vi febrium teneretur, non tamen à Dei opere ceſſabat; pernox in orationibus & vigiliis, fatiſcentes artus ſervire ſpiritui cogebat, nobili illo ſtratu ſuo, in cinere & cilicio recubans. Et cum à diſcipulis rogaretur, ut ſaltem vilia ſibi ſineret ſtramenta ſupponi; *Non decet*, inquit, *filii, Chriſtianum, niſi in cinere mori. Ego ſi aliud vobis exemplum relinquo, ipſe peccavi.* Oculis igitur ac manibus in cœlum ſemper intentus, invictum ab oratione ſpiritum non relaxabat. Et cum à presbyteris, qui tum ad eum confluxerant, rogaretur, ut corpuſculum lateris mutatione relevaret; *Sinite*, inquit, *ſinite me fratres cælum potius reſpicere, quam terram, ut ſuo jam itinere iturus ad Dominum ſpiritus dirigatur.* Hæc locutus, diabolum vidit prope aſſiſtere. *Quid hic*, inquit, *aſtàs cruenta beſtia? nihil in me, funeſte, reperies. Abrahæ me ſinus recipit.* Cum hac ergo voce flagitantem divinis operibus ſpiritum cælo reddidit; teſtatique nobis ſunt, qui affuerant, jam exanimo corpore glorificati hominis vidiſſe ſe gloriam. Vultus luce clarior renitebat, cum membra cætera ne tenuis quidem macula fuſcaret. In aliis etiam, & in illo tantum artubus non pudendis, ſeptennis quodammodo pueri gratia videbatur. Quis iſtum unquam cilicio tectum, quis cineribus crederet involutum? ita vitro purior, la-

Nobili illo ſtratu ſuo, in cinere & cilicio recubans.] Sic ſupra Epiſt. I. *humo, uno tantum cilicio ſuperjecto, cubare conſueverat.*

Spiritum cœlo reddidit.] A.C. CCCCII. ut ex Severo & aliis demonſtrari poteſt. Nam, ex Severi ſententia, ſub conſulatu Euodii LXX. fuit, anno nimirum CCCLXXXVI. & ſupervixit, eodem aſſerente XVI. annos. ergo defunctus anno CCCCII. ætatis LXXXVI. Cum ſediſſet annos XXXI. Tot enim numerandi ſunt anni Epiſcopatus Martini, ſi Gregorii ſententiæ conſenſerimus X. Hiſt. 31. dicentis creatum fuiſſe Epiſcopum anno octavo Valentiniani & Valentis Imper. Obiit eadem die, qua feſtum ejus celebratum poſtea fuit. Ex quibus omnibus erroris arguuntur, qui Cæſario & Atrico conſulibus, ſuæ ætatis anno LXXXI. Martinum mortuum eſſe tradunt. In qua opinione eſt Gregor. Turon. I. Hiſt. 48. Vide Baronium Tomo V. ad A. CCCCII.

Sanctæ

lacte candidior, jam in quadam futuræ reſurrectionis gloria, & natura demutatæ carnis, oſtenſus eſt. Jam vero in obſequium funeris, credi non poteſt, quanta hominum multitudo convenerit. Tota civitas obviam corpori ruit, cuncti ex agris atque vicis, multique ex vicinis etiam urbibus affuerunt. O quantus luctus omnium! quanta præcipue mœrentium lamenta monachorum: qui eo die fere ad duo millia conveniſſe dicuntur, ſpecialis Martini gloria ejus exemplo in Domini ſervitutem ſtirps tanta fructificaverat. Agebat nimirum ante ſe paſtor exſtinctus greges ſuos, ſanctæ illius multitudinis pallidas turbas, agmina palliata, & aut emeritorum laborum ſenes, aut juratos Chriſti in ſacramenta tirones. Tum virginum chorus, fletu abſtinens præ pudore, cum lætandum potius illi eſſe ſentiret, quem jam ſuo Dominus gremio confoveret, quam ſancto diſſimulabat gaudio quod dolebat! ſiquidem fides flere prohiberet, gemitum extorqueret affectus. Etenim tam erat ſancta de illius gloria exſultatio, quam pia de morte confuſio. Ignoſceres flentibus, gratularere gaudentibus: quia & pium eſt gaudere Martino, & pium eſt flere Martinum, dum unuſquiſque & ſibi præſtat ut doleat: & illi debet ut gaudeat.
Hoc

Sanctæ illius multitudinis pallidas turbas.] Monachi, auſtera vita & crebris jejuniis ac vigiliis pallorem affectabant. Notum id ex vitis Patrum, Caſſiano & aliis.

Agmina palliata.] Pallium *ſacerdotalis habitus* appellatur, quod eo habitu tunc ſacerdotes uterentur Chriſtiani. Non igitur omnes Chriſtiani palliati; ſed ſolorum presbyterorum hic habitus. Neque hoc omnium olim Græcorum erat geſtamen; ſed proprie τὸ τῶν φιλοσόφων σχῆμα: ac propterea hunc etiam habitum vindicarunt ſibi è Chriſtianis, qui φιλοσοφικώτεροι in vera religione erant. Ita aſcetæ καὶ ἀκολούθως χριστιανίζοντες veſtem olim mutare ſoliti & pallium Philoſophi ſumere. Vide Tertull. I. de Pallio. *Salmaſius.* In funere igitur Martini, *agmina palliata*, Sacerdotes ſive presbyteri ſunt. Nam quinque ordines funus comitabantur, Monachi, Presbyteri, Senes, Tirones, Virgines.

Iuratos in Chriſti ſacramenta tirones.] Catechumenos intelligit. Qui ſacramento in fidem Chriſti adigebantur, & Diabolo abjurabant. Notum ex Patribus.

Virginum chorus.] Illæ erant, quæ virginitatem Deo voverant, aliæ tamen à Monialibus. Supra in vita cap. xx. *Vt ſtatim puellam Deo voverit, & perpetuæ virginitati dicarit: neque ab alio eam, quam à Martino, habitu virginitatis impoſito, paſſus eſt conſecrari.* Qualem virginem infra Dialogo III, XIII. deſcribit.

Ad-

Hoc igitur beati viri corpus uſque ad locum ſepulcri, hymnis canora cæleſtibus turba proſequitur. Comparetur, ſi placet, ſæcularis illa pompa, non dicam funeris, ſed triumphi: quid ſimile Martini exſequiis conferetur? Ducant illi præ curribus ſuis vinctos, poſt terga captivos: Martini corpus, hi qui mundum ductu illius vicerant, proſequuntur. Illos confuſis plauſibus populorum honoret inſania, Martinus hymnis cœleſtibus honoratur. Illi poſt triumphos ſuos in tartara ſæva truduntur, Martinus Abrahæ ſinu lætus excipitur; Martinus hîc pauper & modicus, cœlum dives ingreditur: illinc nos, ut ſpero, cuſtodiens me hæc ſcribentem reſpicit, te legentem.

Ad locum ſepulcri.] *Copiatæ* ſeu *laboratores* tumulos componebant. Epiphanius in fine Panarii: λοιπὸν δὲ καὶ κοπιαταὶ, οἱ τὰ σώματα περιστέλλοντες τῶν κοιμωμένων καὶ θυρωροί. Iidem clericis interdum accenſebantur. De quo vide Bellarminum I. de Clericis. Mirandum ſane, cum hic B. Martini exſequias, & pompam funebrem adeo accurate deſcribat Severus, nullum eum verbum facere de Pictavis & Turonibus migrante eo altercantibus: deque ejus corpore, dum Pictavi violento ſopore oppreſſi ſtertunt, à Turonibus furtim in navim demiſſo, indeque è vico Condarenſi per Vingennam fluvium ac Ligerim ad ſuum opidum avecto. De quibus copioſe Greg. Turonenſis libro X. Hiſt. extremo, ubi addit Turonis ſepultum fuiſſe, & Briccium eidem in Epiſcopatu ſuccedentem ſanctiſſimi viri corpus baſilica ornaſſe, cujus Baſilicæ (ſive ea ipſa ſit, ſive quæ à Perpetuo Epiſcopo VI. amplior facta eſt) deſcriptionem, ut in Trudon. L. antiquiſſimo exarata eſt, lubet adſcribere. Baſilica S. Martini abeſt è civitate paſſus D. fere & L. habet in longitudine pedes CLX. in latitudine pedes LX. in altitudine uſque ad cameram pedes XLV. feneſtras in altario XXXII. columnas XLI. in toto ædificio feneſtras LXXII. columnas CXX. oſtia VIII. tria in altario, quinque in capſo. Addam etiam quod in eodem libro additum reperi. Sollennitates ipſius Baſilicæ III. Idus Novemb. Diſpoſitio S. Martini: unde viceſima dies menſis miſſa, IV. Nonas Iulias, ordinatio Epiſcopatus. *Giſelinus.*

Hymnis canora cœleſtibus turba proſequitur.] In vita Simeonis Stylitæ cap. XIX. *Supponentes corpus feretro, cum pſalmis & hymnis duxerunt Antiochiam.* Cap. XXI. *Corpus ſancti Simeonis cum pſalmis & hymnis, & cum multis lampadibus portaverunt in Eccleſiam.* Cum Pſalmis & Hymnis deducta olim cadavera. Frequentiſſimum hoc in vitis Patrum. *Chryſoſt.* Homil. IV. in Epiſt. ad Hebr.

SVL-

SVLPICI SEVERI

DIALOGI TRES.

DIALOGVS I.

De virtutibus Monachorum Orientalium.

CVM in unum locum ego & Gallus noſter conveniſſemus, vir mihi & propter Martini memoriam (ex illius enim diſcipulis erat) & propter ſua merita cariſſimus, intervenit nobis Poſthumianus meus, noſtri cauſa ab Oriente, quo ſe ante triennium patriam relinquens contulerat, regreſſus. Complexi hominem amantiſſimum, exoſculatique genua & pedes ejus, cum uno atque altero ſpatio quaſi obſtupefacti, invicem flentes gaudio, deambulaſſemus: jactis in terram ciliciis conſedimus. Tum prior Poſthumianus me intuens: Cum eſſem, *inquit*, in remotis Ægypti, libuit ut ad mare uſque procederem. Navim illinc onerariam offendi, quæ cum mercibus Narbonam petens, ſolvere parabat. Eadem nocte aſtare in ſomnis mihi viſus es, & injecta me manu trahere, ut navim illam conſcenderem, mox tenebras rumpente diluculo, cum eo loco, in quo quieveram, ſurrexiſſem, ſomnium meum ipſe mecum reputans, tanto tui deſiderio ſubito correptus ſum, ut nihil cunctatus, navim conſcenderem: triceſimo die Maſſiliam adpulſus, inde huc decimo pevenerim. Adeo proſpera navigatio piæ adfuit voluntati. Tu modo, propter quem tot maria tranſnavigavimus, tantum terræ tranſcucurrimus, complectendum, perfruendumque te, remotis omnibus, trade. Ego vero, *inquam*, etiam cum tu in Ægypto morareris, totum ſemper animo & cogitatione

POSTHVMIANVS MEVS.] Labitur Reatinus Victorius in vita S. Hieronymi, qui exiſtimavit Severum in Ægyptum profectum, cum ipſe Poſthumiani profectionem narret. *Roſvveydus.*

Gallus

tione verſabat: neque de te dies ac noctes cogitantem, totum tua caritas poſſidebat: nedum modo tibi æſtimes puncto temporis defuturum, quo minus amore tuo pendens, te intuear, te audiam: tecum loquar: nullo penitus in ſecretum noſtrum, quod hæc remotior cellula præſtat, admiſſo. Nam hujus noſtri, ut arbitror, Galli præſentiam non moleſte feres: quia hoc adventu tuo, ut vides, perinde atque ego ipſe, triumphat gaudio. Recte plane, *inquit* Poſthumianus, in ſocietate noſtra Gallus iſte retinebitur: quia etſi mihi parum cognitus eſt, pro ẽo tamen quod tibi eſt cariſſimus, non poteſt mihi non eſſe carus, maxime cum ex Martini ſit diſciplina. Neque gravabor quamlibet conſerte vobiſcum, ut poſcitis, fabulari: quippe cum huc propter hoc venerim, ut me hujus Sulpicii mei (me autem utraque manu complectebatur) deſiderio etiam verboſus impenderem. Enimvero, *inquam*, ſatis probatis, quantum plus amor poſſit, qui noſtri cauſſa tot maria, tantumque terrarum emenſus, à ſummo (ut ita dicam) ſolis egreſſu, uſque in ejus occidua veniſti. Age ergo, & quia ſecreti inter nos, nec occupati ſumus, & ſermoni tuo vacare debemus, ediſſeras nobis velim omnem peregrinationis tuæ hiſtoriam, qualiter in Oriente fides Chriſti floreat, quæ ſit ſanctorum quies, quæ inſtituta monachorum, quantiſque ſignis ac virtutibus in ſuis Chriſtus operetur. Nam certe, quia in regionibus, inter iſta quæ vivimus, ipſa nobis vita faſtidio eſt: libenter ex te audiemus, ſi vel in eremo vivere Chriſtianis licet. Ad hæc Poſthumianus: Faciam, *inquit*, ut deſiderare te video. Sed quæſo prius ex te audiam, an iſti omnes quos hic reliqueram ſacerdotes, tales ſint, quales eos antequam proficiſcerer, noveramus. Tum ego: Abſit, te, *inquam*, iſta quærere, quæ aut una mecum, ut puto, noſti, aut ſi ignoras, non audire ſit melius. Illud reticere non poſſum, non ſolum illos de quibus in-

Gallus iſte.] Qui Martini diſcipulus, & Severi amicus intimæ admiſſionis fuit. Cujus etiam nomine Dialogum II. inſcripſit. Hieronymus: *Et nuper Severus noſter in Dialogo cui Gallo nomen poſuit.* In Ezech. xxxvi.

interrogas, nihil meliores quam noveras factos; ſed unum illum noſtri quondam amantem, in quo reſpirare ab iſtorum inſectationibus ſolebamus, aſperiorem nobis fuiſſe, quam debuit. Nec vero quidquam in illum inclementius dicam, quia & amicum colui, & tunc etiam amavi, cum putabatur inimicus. Me autem hæc tacitis cogitationibus revolventem, admodum dolor iſte compungit, pæne nos ſapientis & religioſi viri amicitia deſtitutos, illum quondam tam amarum in nos eſſe potuiſſe. Verum hæc quæ mœroris plena ſunt, relinquamus; te potius, ut dudum ſpoponderas, audiamus. Ita, *inquit*, fiat, Poſtumianus. Quod cum dixiſſet, paullulum omnes conticuimus. Dein cilicium cui inſederat, ad me propius admovit, aque ita exorſus eſt.

II. Ante hoc triennium, quo tempore tibi Sulpici hinc abiens valedixi, ubi Narbona navim ſolvimus, quinto die portum Africæ intravimus, adeo proſpera Dei nutu navigatio fuit. Libuit animo adire Carthaginem, loca viſitare ſanctorum, & præcipue ad ſepulcrum Cypriani Martyris adorare. Quintodecimo die ad portum regreſſi, provectique in altum, Alexandriam petentes, reluctante Auſtro, pæne in Syrtes illati ſumus; quod providi nautæ caventes, jactis navim anchoris ſiſtunt. Sub oculis autem terra continens erat, in quam ſcaphis egreſſi, cum vacua ab humano cul-

Cilicium cui inſederat.] Paulo ante: *jactis in terram ciliciis conſedimus.* Vnde paiet ſolo inſediſſe, Orientalium modo.

Ante hoc triennium.] Quæ ſequuntur uſque ad caput XVI. ex Sulpicio vitis Patrum inſerta ſunt, ſed ita ut quædam omittantur, quædam paſſim addantur. Vide Roſvveydum, IV. Vitarum.

Loca viſitare ſanctorum.] Peregrinationes ad Martyria & loca ſancta, jam tum invaluerant. De Ieroſolymitana vide Hieronymum epiſt. XVII. ad Marcellam, & Præfation. in IV. Comment. Ierem.

Ad ſepulchrum Cypriani Martyris adorare.] Qui ſub Decio paſſus. Vide Notas ad pag. 384. b. Eum Carthaginenſes imprimis coluerunt, ſtructo extra urbem ad littus maris templo magnifico. Feſtum quoq; diem ὢ Κυπριανὰ καλῦσι, in memoriam ejus inſtituerunt. *Euagrius* IV. Hiſt. XVI. ex Procopii Vandalicis. *Baſilius* in Hexaemer.

Pene in Syrtes illati ſumus.] Syrtes duæ ſunt, major & minor, loca importuoſa & atrocia, ob vadorum frequentiam, & alternos pelagi motus. *Mela.* 1, 7. Hinc *barbaras Syrtes* vocat Flaccus II. Carm. Vide Lucan. IX. Salluſt. Iugurth.

Sicut

cultu omnia cerneremus, ego ſtudioſius explorandorum locorum gratia longius proceſſi, tribus fere millibus à litore parvum tugurium inter arenas conſpicio; cujus tectum, ſicut Salluſtius ait, quaſi carina navis erat, contiguum terræ, ſatis firmis tabulis conſtratum, non quod ibi vis imbrium ulla timeatur; fuiſſe autem illic pluviam, nequando quidem auditum eſt: ſed quod ventorum ea vis eſt, ut ſi quando vel clementiori cælo aliquatulus ſpirare flatus cœperit, majus in illis terris, quam in ullo mari naufragium ſit. Nulla ibi ſemina, germina nulla proveniunt; quippe inſtabili loco arentibus arenis, ad omnem motum ventorum cedentibus. Verum ubi averſa quædam à mari promontoria ventis reſiſtunt, terra aliquantulum ſolidior, herbam raram atque hiſpidam gignit. Ea ovibus eſt pabulum ſatis utile. Incolæ lacte vivunt. Qui ſolertiores ſunt, vel, ut ita dixerim, ditiores, hordeaceo pane utuntur. Ea ibi ſola meſſis eſt, quæ celeritate proventus, per naturam ſolis ſive aëris ventorum caſus evadere ſolet. Quippe fertur à die jacti ſeminis, triceſimo die matureſcere. Conſiſtere autem ibi homines non alia ratio facit, quam quod omnes tributo liberi ſunt. Extrema ſiquidem Cyrenorum ora eſt, deſerto illi contigua, quod inter Ægyptum & Africam interjacet, per quod olim Cato Cæſarem fugiens, duxit exercitum. Ergo ut ad turgurium illud, quod eminus conſpexeram, pertendi, invenio ſenem in veſte pellicea, molam manu verten-

Sicut Salluſtius ait.] In Iugurtha: *ædificia Numidarum agreſtium, quæ mapalia illi vocant, oblonga, incurvis lateribus tecta, quaſi navium carinæ ſunt.*

Non quod ibi vis imbrium ulla timeatur.] Salluſtius: *cælo terraque penuria aquarum.* Mela I, 4. *pleraque ejus ob ſitim cæli terrarumque deſerta ſunt.*

Ventorum ea vis eſt.] Idque ob arenas ad omnem motum ventorum cedentes. Vnde velut in mari, arenaceæ tempeſtates fluctuſque, quibus integri etiam exercitus Cambyſis obruti ſunt. Vide Herodotum.

Cato Cæſarem fugiens duxit exercitum.] De qua profectione vide Lucanum IX.

Senem in veſte pellicea.] Quæ veſtis ependytes dicitur, ſcriproribus Vitarum Patrum. Græcis ἐπένδυμα vel ἐπενδύτης omne extimum veſtimentum. Vita Antonii cap. XXIII. *Lavit ependyten ſuum.* Vita Hilarionis: *pelliceum habens ependyten.* Pelles ejuſmodi Græca voce *melotas* vocabant. Hieron. præfat. in regulam Pachomii: *Et caprinam pelliculam quam meloten vocant.* Caſſianus I. Inſtit. V. *Vltimus eſt habitus*

tentem. Conſolatus accepit nos benigne, ejectos nos in illud litus exponimus, & ne ſtatim repetere curſum poſſimus, maris mollitie adtineri: egreſſos in terram (ut eſt mos humani ingenii) naturam locorum, cultumque habitantium voluiſſe cognoſcere: Chriſtianos nos eſſe: id præcipue quærere, an eſſent aliqui inter illas ſolitudines Chriſtiani. Tum vero ille flens gaudio ad genua noſtra provolvitur: iterum nos ac ſæpius exoſculatos invitat ad orationem: deinde impoſitis in terram vervecum pellibus facit nos diſcumbere. Apponit prandium ſane locupletiſſimum, dimidium panem hordeaceum. Eramus autem nos quatuor, ipſe erat quintus. Faſciculum etiam herbæ intulit, cujus nomen excidit, quæ mentæ ſimilis, exuberans foliis, ſaporem mellis præſtabat; hujus prædulci admodum ſuavitate delectati atque exſatiati ſumus. Ad hæc ſubridens ego, ad Gallum meum, Quid, *inquam*, Galle, placetne tibi prandium, faſciculus herbarum, & panis dimidius viris quinque? Tum ille, ſicut eſt verecundiſſimus, aliquantulum erubeſcens, dum fatigationem meam accepit; Facis, *inquit*, Sulpici, tuo more, qui nullam occaſionem, ſi qua tibi porrecta fuerit, omittis quin nos edacitatis fatiges, ſed facis inhumane, qui nos Gallos homines cogis exemplo Angelorum vivere. Quanquam ego ſtudio manducandi etiam Angelos manducare credam. Nam iſtum dimidium hordeaceum timeo vel ſolus attingere. Sed contentus ſit hoc Cyrenenſis ille, cui vel neceſſitas vel natura eſt eſurire; vel poſtremo iſti, quibus credo marina jactatio inediam ci-

bi

bitus eorum pellis caprina, quæ melotes vel pera appellatur.

Conſolatus.] In vitis Pattum: *conſalutatus.*

Maris mollitie.] Legendum *malacia.*

Impoſitis in terram vervecum pellibus.] Vitæ Patrum: *ferinis pellibus.* De hoc ritu diſcumbendi, paulo ante, ad caput I. dictum.

Faſciculum etiam herbæ intulit.] Caſſianus IV. Inſt. XI, *Summæ reputantur deliciæ, ſi herba ſale condita, quam lapſanium vocant, aqua diluta, ad refectionem fratribus apponatur.* Et cap. XXII. *Apud quos ſecta ſingulis menſibus porrorum folia, lapſania, ſal frictum, olivæ, piſciculi minuti ſaliti, quos illi mænidia vocant, ſumma voluptas eſt.* Vnde Proverbium, *Lapſana vivere.* Dioſcorides λαμψάν vocat.

Edacitatis fatiges.] Sæpe cum Gallo Sulpicius ob edacitatem, jocatur. Nam Septentrionales, ob frigoris & humo-

rum

bi fecerat. Nos procul à mari abſumus, & quod tibi ſæpe teſtatus ſum, Galli ſumus. Sed pergat hic potius explicare ſui Cyrenenſis hiſtoriam. Enimvero Poſthumianus *ait*, cavebo poſthac cujuſquam abſtinentiam prædicare, ne Gallos noſtros arduum penitus offendat exemplum. Statueram autem etiam cœnam Cyrenenſis illius, vel conſequentia (ſeptem enim diebus apud ipſum fuimus) referre convivia. Sed ſuperſedendum eſt, ne Gallus ſe æſtimet fatigari. Cæterum poſtero die cum aliqui ex incolis ad nos viſendos confluere cœpiſſent, cognoſcimus illum hoſpitem noſtrum eſſe presbyterum, quod ſumma nos diſſimulatione celaverat. Deinde cum ipſo ad eccleſiam proceſſimus, quæ fere duobus millibus aberat, à conſpectu noſtro interjectu montis excluſa. Erat autem vilibus texta virgultis, non multo ambitioſior, quam noſtri hoſpitis tabernaculum, in quo niſi incurvus quis non poterat conſiſtere. Cum hominum mores quæreremus, illud præclarum animadvertimus, nihil eos neque emere, neque vendere. Quid ſit fraus aut furtum, neſciunt. Aurum atque argentum, quæ prima mortales putant, neque habent, neque habere cupiunt. Nam cum ego presbytero illi decem nummos aureos obtuliſſem, refugit, altiore conſilio proteſtatus, *Eccleſiam auro non ſtrui, ſed potius deſtrui.* Aliquantulum ei veſtimentorum indulſimus. Quod cum ille benigne accepiſſet, revocantibus nos ad mare nautis, diſceſſimus.

III. Proſperoque curſu ſeptimo die Alexandriam pervenimus, ubi fœda inter Epiſcopos atque monachos certamina gerebantur, ex ea occaſione, quia congregati in unum

rum abundantiam, cui quoque prava conſuetudo accedit, voraciſſimi ſunt.

Presbyterum.] Quales parœciæ, ſive parochiæ, ut nunc vocantur, curatores, qui hodierni ſunt *curati.* Salmaſ.

Refugit.] Vitæ Patrum: *refutavit.*

Alexandriam pervenimus.] Non quidem eodem anno, ſed tamen paulo poſt quam Synodus contra Origeniſtas habita. *Baron.*

Fœda inter epiſcopos & monachos certamina.] Non Oriens tantum, ſed & occidens eo tempore graviſſimis contentionibus flagravit ob Origenis errores. Lis ex libris περὶ ἀρχῶν orta eſt. Eos Ruffinus in Latinum tranſtulerat. Hinc errores illi in Latinas Eccleſias invecti. Quibus ut obviam iretur, Hieronymus

unum ſæpius Sacerdotes frequentibus decreviſſe Synodis videbantur, ne quis Origenis libros legeret, aut haberet: qui tractator ſacrarum ſcripturarum peritiſſimus habebatur. Sed Epiſcopi quædam in libris ipſius inſanius ſcripta memorabant, quæ adſertores ejus defendere non auſi, ab hæreticis potius fraudulenter inſerta dicebant: & ideo non propter illa, quæ in reprehenſionem merito vocarentur, etiam reliqua eſſe damnanda, cum legentium fides facile poſſit habere diſcrimen, ne falſata ſequeretur, & tamen catholice diſputata retineret. Non eſſe autem mirum, ſi in libris neotericis & recens ſcriptis fraus hæretica fuiſſet operata, quæ in quibuſdam locis non timuiſſet incidere Euangelicam veritatem. Adverſum hæc Epiſcopi obſtinatius renitentes pro poteſtate cogebant recta etiam univerſa cum pravis & cum ipſo auctore damnare: *quia ſatis ſuperque ſufficerent libri, quos eccleſia recepiſſet: reſpuendam eſſe penitus lectionem, quæ plus eſſet nocitura inſipientibus, quam profutura ſapientibus.* Mihi autem ex illius libris quædam curioſius indaganti, admodum multa placuerunt: ſed nonnulla deprehendi, in quibus illum prava ſenſiſſe non dubium eſt, quæ defenſores ejus falſata contendunt. Ego miror unum eundemque hominem tam diverſum à ſe eſſe potuiſſe, ut in ea parte qua probatur, neminem poſt Apoſtolos habeat æqualem: in ea vero quæ jure reprehenditur, nemo deformius doceca-

nymus aliam verſionem eorum librorum adornavit A.C. CCCXCIX. & Romam miſit. Vide eum Epiſtola LXV.

Frequentibus decreviſſe Synodis.] Quarum hæc, cujus mentio fit, habita A. CCCXCIX. per Theophilum Alexandrinum Epiſcopum. In ea notati errores Origenis, & ſectatores ejus condemnati. *Baronius.*

Ne quis Origenis libros legeret.] Non hoc de omnibus Origenis libris intelligendum, ſed illis tantum qui περὶ ἀρχῶν ſunt. Errat ergo Severus. *Baronius.*

Etiam reliqua eſſe damnanda.] Ego Origenem propter erudirionem ſic interdum legendum arbirror, quomodo Tertullianum, Novatum, Arnobium, Apollinarium & nonnullos Eccleſiaſticos Scriptores Græcos pariter & Latinos, ut bona eorum diligamus, vitemuſque contraria. *Hieronymus* Epiſtola LXXVI.

Ne falſata ſequeretur.] Origenis ſcripta ab hæreticis corrupta fuiſſe, contendit etiam Ruffinus, eumque ſecutus Sulpicius.

Recta etiam univerſa cum pravis & cum ipſo auctore damnare.] Ita Orthodoxos calumniati ſunt Origeniſtæ, & eorum

ceatur erraſſe. Nam cum ab epiſcopis excerpta in libris illius multa legerentur, quæ contra catholicam fidem ſcripta conſtaret, locus ille vel maximam parabat invidiam, in quo editum legebatur, quia Dominus Jeſus, ſicut pro redemptione hominis in carne veniſſet, crucem pro hominis ſalute perpeſſus, mortem pro hominis æternitate guſtaſſet, ita eſſet eodem ordine paſſionis etiam diabolum redempturus: quia hoc bonitati illius pietatique congrueret, ut qui perditum hominem reformaſſet, prolapſum quoque Angelum liberaret. Cum hæc atq; alia iſtiuſmodi ab Epiſcopis proderentur, ex ſtudiis partium orta eſt ſeditio. Quæ cum reprimi ſacerdotum auctoritate non poſſet, ſcævo exemplo ad regendam eccleſiæ diſciplinam præfectus aſſumitur, cujus terrore diſperſi fratres, ac per diverſas oras monachi ſunt fugati, ita ut propoſitis edictis in nulla conſiſtere ſede ſinerentur. Illud me admodum permovebat, quod Hieronymus vir maxime catholicus, & ſacræ legis periti ſſimus, Origenem ſecutus primo tempore putabatur, quem nunc idem præcipue, vel omnia illius ſcripta damnaret. Nec vero auſus ſum de quoquam temere judicare: præſtantiſſimi tamen viri & doctiſſimi ferebantur in hoc certamine diſſidere. Sed tamen ſive illud error eſt, ut ego ſentio, ſive hæreſis, ut putatur, non ſolum reprimi non potuit multis animadverſionibus ſacerdotum, ſed nequaquam tam late ſe potuiſſet effundere, niſi contentio-

rum fautores hiſtorici, Sozomenus, Socrates, Palladius & alii, quos Severus noſter per errorem, ſecutus eſt. *Idem.*

Etiam diabolum redemturus.] Vide Notas ad Vitam Martini cap. XXIV.

Diſperſi fratres.] Et ex Ægypto pulſi. Theophilus ad Hieronymum, epiſt. LXIX. *Origenis hæreſin in Monaſteriis Nitriæ quidam nequam & furioſi homines ſerere & fundare cupientes, prophetica falce ſucciſi ſunt.* Idem legatos in Palæſtinam miſit, qui & inde Origeniſtas expellerent. *Hieron.* epiſt. LXX.

Per diverſas oras Monachi ſunt fugati.] Coërcenda eſt freno veritatis hyperbole. Nam quod ad Monachos ſpectat, nonniſi Origeniſtas, ut turbarum auctores, expulſos eſſe, ex literis Theophili ad Hieronymum patet. *Baron.*

Origenem ſecutus primo tempore putabatur.] Valida hæc in Occidente opinio fuit, & plurimi exemplum ejus ſequebantur. Hinc coactus Hieronymus, ut ſe purgaret, libros περὶ ἀρχῶν, poſt Rufinum, qui eos interpolarat, vertere, & Apologiam ſcribere cœpit. Vide eum Epiſt. LXVI. & adv. Ruffinum, Apol. II. *Eodem fervore quo Origenem laudavimus, nunc damnatum toto orbe damnemus.*

Contentione creviſſet.] Nam ejecti ex

Nitria

tione creviſſet. Iſtiuſmodi ergo turbatione cum veni Alexandriam, fluctuabat. Me quidem epiſcopus illius civitatis benigne admodum,& melius quam opinabar excepit,& ſecum tenere tentavit. Sed non fuit animus ibi conſiſtere, ubi recens fraternæ cladis fervebat invidia. Nam etſi fortaſſe videantur parere Epiſcopis debuiſſe,non ob hanc tamen cauſſam multitudinem tantam ſub Chriſti confeſſione viventem, præſertim ab Epiſcopis oportuiſſet affligi.

IV. Igitur inde digreſſus, Bethleem opidum petii, quod ab Hieroſolymis ſex millibus diſparatur, ab Alexandria autem ſedecim manſionibus abeſt. Eccleſiam loci illius Hieronymus presbyter regit: nam parochia, eſt Epiſcopi, qui

Nittia Monachi, Conſtantinopolim fugerunt, ac de Theophilo apud Iohannem Chryſoſtomum graviter conqueſti ſunt. Ille apud Theophilum, pro exulibus, intercedit, ſed fruſtra. Hinc contentio inter eos, maxime Epiphanium Cypri Epiſcopum,& Chryſoſtomum. Hinc infinita Eccleſiarum mala fluxerunt. *Sozomen.* VIII, 15, 16. *Socrat.* VI, 13.

Recens fraternæ cladis fervebat invidia.] Alludit ad Monachos à Theophilo pulſos. Quam invidiam auxit, quod ab eodem expulſus eſt Paulus Epiſcopus, idemque confeſſor, cui apud Imperatorem Hieronymum faviſſe, Ruffinus loco criminis ei objicit. Vide eum II. Apol. contra Ruffin.

Bethleem opidum petii.] Hieron. in vita Paulæ: *Bethleem ingreſſa, & in ſpecum Salvatoris introiens, poſtquam vidit ſacrum virginis diverſorium & ſtabulum, &c.*

Sedecim manſionibus.] Vita Antonii cap. LIV. *ad primam manſionem Alexandriæ, quæ appellatur Chæreum.* Græce μονὴ, certus & ſtatus in itinere interquieſcendi locus. Quæ dictæ etiam ἀνάπαυσαι & σταθμοί. *Rosweydus.*

Hieronymus presbyter.] Vulgo dicunt Hieronymum Eccleſiæ Romanæ preſbyterum fuiſſe. Sic in vitis Patrum, in Baſilio. Contra eſt Hieronymus ipſe, qui Antiochiæ ſe ordinatum aſſerit. *Idem.*

Nam parochia.] Ex verbo παροικεῖν factum eſt nomen παροικία, quod non ſolum de Eccleſiæ parœcia accipiebatur, ſed etiam de diœceſana totius civitatis. Nam nomen παροικία etiam pro diœceſi civitatis uſurpatum eſt, ut & contra *diœceſis* pro parœcia, id eſt, pro membro particulari & regionali univerſæ civitatis Eccleſiæ. Falluntur autem viri docti qui putant in his vocibus παροικεῖν & παροικία, dum hoc ſenſu ſumuntur, ſignificationem ineſſe peregrinationis, cum incolatum ſimpliciter denotent,& παροικεῖν idem omnino ſit quod κατοικεῖν. Hæc eſt origo παροικιῶν & παροικουσῶν πόλιν ἐκκλησιῶν. Quæ vox aliquando plurium minutarum Eccleſiarum complexionem ſignificat, & unam Eccleſiam civitatis in plures diſpertitam minores conventus. Aliquando minores illos cœtus, qui ut *Eccleſiarum* nomine vocitabantur, ita etiam παροικιῶν. Vt ecce *Eccleſiæ* in Epiſtola Innocentii ad Decentium ſunt majores Eccleſiaſtici conventus, quas & παροικίας indigitarunt, *cum omnes Eccleſiæ noſtræ intra civitatem ſint conſtitutæ*, id eſt, omnes παροι-

qui Hieroſolymam tenet. Mihi jam pridem Hieronymus ſuperiore illa mea peregrinatione compertus, facile obtinuerat, ut nullum mihi expetendum rectius arbitrarer. Vir enim præter fidei meritum, dotemque virtutum, non ſolum Latinis atque Græcis, ſed & Hebræis etiam ita litteris inſtitutus eſt, ut ſe illi in omni ſcientia nemo audeat comparare. Miror autem, ſi non & vobis per multa quæ ſcripſit opera compertus eſt, cum per totum orbem legatur. Nobis vero, *Gallus inquit*, nimium nimiumque compertus eſt. Nam ante hoc quinquennium quendam illius libellum legi, in quo tota noſtrorum natio monachorum ab eo vehementiſſime vexatur & carpitur. Vnde interdum Belgicus noſter valde iraſci ſolet, quod dixerit, *nos uſque ad vomitum ſolere ſatiari.* Ego autem illi viro ignoſco; atque ita ſentio, de Orientalibus illum potius monachis, quam de Occidentalibus diſputaſſe. Nam edacitas in Græcis gula eſt, in Gallis natura. Tum ego; Scholaſtice, *inquam*, Galle defendis gentem tuam; ſed quæſo te, liber iſte, nunquid hoc ſolum vitium damnat in monachis? Immo vero, *inquit*, nihil penitus omiſit, quod non carperet, laceraret, exponeret; præcipue avaritiam, nec minus vanitatem inſectatus eſt. Multa de ſuperbia, non pauca de ſuperſtitione diſſeruit; vere fatebor, pinxiſſe mihi videtur vitia multorum. Cæterum de familiaribus virginum & mo-

παροικίαν. Alioquin circa illa ipſa tempora *parœcia* diſtinguebatur ab Eccleſia, præcipue in Africana Eccleſia: quia *Eccleſia* nomen proprie ſumebatur de matrice & principali Eccleſia. Sic Canon XIX. codicis Africani, *Tempore ſane quo non communicat, nec in ſua Eccleſia vel parœcia communicet.* Malim tamen hoc ibi intelligi ἐξηγητικῶς, ut parœciam exponat, quam dixerat Eccleſiam. Illud vero certum eſt eo tempore in Eccleſiis Occidentis *παροικίαν* appellatam, quæ pars eſſet Eccleſiæ civitatis, Baſilicam nempe particularem, cui unus presbyter præerat, in qua ſacramenta adminiſtrabantur, & conciones dicebantur. Totam autem civitatem Eccleſiaſticam ſub presbyterio ſuo vel Epiſcopo quæ ex multis ejuſmodi parœciis conſtabat, vocata fuit *diœceſis*. Διοίκησις plures provincias metropolitanas & Eccleſiaſticas complectebatur, id eſt, *ἐπαρχίας*. Ἐπαρχία, ſive provincia plures *παροικίας*, ſive ſedem Epiſcopalem cum territoriis ſuis, ſive *συνοικίας*. Infimis Latinitatis & Græciæ temporibus diœceſis etiam dicta eſt quæ olim fuit *παροικία*. *Salmaſ.*

monachorum, atque etiam clericorum, quam vera, quam fortia diſputavit. Unde à quibuſdam, quos nominare nolo, dicitur non amari. Nam ſicut Belgicus noſter iraſcitur, edacitatis nimiæ nos notatos; ita illi fremere dicuntur, cum in illo opuſculo ſcriptum legunt, *Cœlibem ſpernit virgo germanum fratrem, quærit extraneum.* Ad hæc ego; Nimium, *inquam*, Galle progrederis; cave ne & te aliquis, qui hæc fortaſſis agnoſcit, exaudiat, teque una cum Hieronymo incipiat non amare. Nam quia ſcholaſticus es, non immerito te verſu Comici illius admonebo; *Obſequium amicos, veritas odium parit.* Tua nobis potius, ut cœperas, Poſtumiane, repetatur Orientalis oratio. Ego, *inquit*, ut dicere inſtitueram, apud Hieronymum ſex menſibus fui; cui jugis adverſus malos pugna; perpetuumque certamen. Concivit odia perditorum. Oderunt eum hæretici, quia eos impugnare non deſinit; oderunt clerici, quia vitam eorum inſectatur, & crimina. Sed plane eum boni omnes admirantur, & diligunt; nam qui eum hæreticum eſſe arbitrantur, inſaniunt. Vere dixerim, catholica hominis ſcientia, ſana doctrina eſt. Totus ſemper in lectione, totus in libris eſt; non die, non nocte requieſcit; aut legit aliquid ſemper, aut ſcribit. Quod niſi mihi fuiſſet fixum animo, & promiſſum, Deo teſte, propoſitam eremum adire, vel exigui temporis punctum à tanto viro diſcedere noluiſſem. Huic ergo traditis atque commiſſis omnibus meis, omnique familia, quæ me contra voluntatem animi mei ſecuta tenebat implicitum, exoneratus quodammodo gravi faſce penitus ac liber, regreſſus Alexandriam,

vi-

Nam quia ſcholaſticus es.] Accepta vox pro erudito. Paſchaſius VII, 19. *Hic Eulogius Scholaſticus erat, ſecularibus literis eruditus.* Et VIII, 26. *fuit diſciplinarum liberalium ſcholaſticus.* Hieron. Catal. Illuſtr. Scriptor. cap. XCIX. *Serapion ob elegantiam ingenii, cognomen ſcholaſtici meruit.*

Quia eos impugnare non deſinit.] Cum adverſus hæreticos agendum eſſet magnis ſemper atque vehementibus ſpiritibus inſurrexit. De ſeipſo: *Canes latrant pro Dominis ſuis: tu non vis me latrare pro Chriſto?* 1. Apol. 1.

Oderunt eum hæretici.] Origeniſtæ, quorum in Occidente caput Ruffinus Presbyter, qui tres libros contra Hieronymum, acerbiſſimo ſtilo, ſcripſit. De hoc vide Baronium ad A. C. CCCC.

Supe-

viſitatis ibi fratribus, ad ſuperiorem inde Thebaida, id eſt, ad Ægypti extrema contendi. Ibi enim vaſtæ patentis eremi ſolitudines plurimum ferebantur habere monachorum.

V. Longum eſt, ſi omnia cupiam referre, quæ vidi: tamen pauca perſtringam è pluribus. Haud longe ab eremo contigua Nilo, multa ſunt monaſteria. Habitabant uno loco plerumque centeni; quibus ſummum jus eſt, ſub Abbatis imperio vivere, nihil arbitrio ſuo agere, per omnia ad nutum illius poteſtatemque pendere. Ex his, ſi qui majorem virtutem mente conceperint, ut acturi ſolitariam vitam ſe ad eremum conferant, non niſi permittente Abbate diſcedunt. Hæc illorum prima virtus eſt, parere alieno imperio. Tranſgreſſis ad eremum, Abbatis illius ordinatione panis, vel quilibet cibus alius miniſtratur. Caſu per illos dies, quibus illo adveneram, cuidam, qui nuper ad eremum ſeceſſerat, neque amplius ab hoc monaſterio, quam ſex millibus tabernaculum ſibi conſtituerat, panem Abbas per duos pueros miſerat, quorum major habebat ætatis annos quindecim, minor duodennis erat. His ergo inde redeuntibus, aſpis miræ magnitudinis fit obviam, cujus occurſu

ni-

Superiorem inde Thebaida.] Ægyptus olim varie diviſa, ſeu provincias ſeu diœceſes ſpectes. Sæpe occurrit *inferior* & *ſuperior*. Socrates IV, 18. ſuperiorem opponit Alexandriæ. Fere Thebais & Ægyptus inter ſe diſtinguuntur. Hieronymus in vita Pauli: *Multas apud Aegyptum & Thebaidem tempeſtas ſæva populata eſt.* Ptolemæus Thebaidem ſuperiorem facit Ægyptum, reliqua inferiorem. *Thebaida*, ſæpe pro Thebaide, caſu nominandi. Duplex erat, inferior & ſuperior. In vitis Patrum ſæpe.

Haud longe ab eremo contigua Nilo, multa ſunt monaſteria.] Quam illuſtrata fuerit Ægypti eremus Monachorum claſſibus, Chryſoſtomus narrat Homilia VIII. in Matth. cap. II. καὶ νῦν ἐλθὼν εἰς τὴν ἔρημον τῆς Αἰγύπτου παραδείσου παντὸς βελτίω τὴν ἔρημον ὄψει γεγενημένην καὶ χοροὺς ἀγγέλων μυρίους ἐν ἀνθρωπίνοις σχήμασι. Sic & Epiph. Hæreſ. LXXX. contra Maſſalianos. Vita Antonii: c. XXI. *Erant ibi monaſteria tanquam tabernacula, plena divinis choris pſallentium, legentiũ, orantium.*

Solitariam vitam.] Ruffinus de vitis Monachorum Ægypti, in Vitis Patrum, lib. II. *Commanent per eremum diſperſi & ſeparati cellulis, ſed charitate connexi. Ob hoc autem dirimuntur habitaculis, ut in ſilentii quiete & intentione mentis divina ſectantes, nec vox aliqua, nec occurſus ullus, aut ſermo aliquis otioſus obturbet. Sunt alii in ſuburbanis locis, alii per rura, plures autem per eremum diſperſi.*

Duodennis.] Ita legit Giſelinus, pro *duodecennis*. Vide Notas ejus.

Cærn-

nihil perterriti, ubi ante pedes eorum venit, quaſi incantata carminibus, cærula colla depoſuit. Minor è pueris manu adprehenſam, ac pallio involutam ferre cœpit. Deinde monaſterium quaſi victor ingreſſus, in occurſum fratrum, inſpectantibus cunctis, captivam beſtiam, reſoluto pallio, non ſine jactantiæ tumore depoſuit. Sed cum infantium fidem atque virtutem cæteri prædicarent, Abbas ille altiori conſilio, ne infirma ætas inſoleſceret, virgis utrumque compeſcuit, multum objurgatos, *cur ipſi, quod per eos Dominus operatus fuerat, prodidiſſent. Opus illud non ſuæ fidei, ſed divinæ fuiſſe virtutis; diſcerent potius, Deo in humilitate ſervire, non in ſignis & virtutibus gloriari: quia melior eſſet infirmitatis conſcientia, virtutum vanitate.* Hoc ubi ille monachus audivit, & periclitatos infantulos ſerpentis occurſu, & ipſos inſuper multa verbera victo ſerpente meruiſſe, abbatem obſecrat, ne ſibi poſt hæc panis ullus, aut cibus aliquis mitteretur. Jamque octavus dies fuerat emenſus, quo ſe homo Chriſti intra periculum famis ipſe concluſerat; arebant membra jejunio, ſed deficere mens cœlo intenta non poterat; corpus inedia fatiſcebat, fides firma durabat. Cum interim admonitus Abbas ille per ſpiritum, ut diſcipulum viſitaret, pia ſolicitudine cognoſcere cupiens, qua vitæ ſubſtantia vir fidelis aleretur, qui miniſtrari ſibi panem ab homine noluiſſet, ad requirendum eum ipſe proficiſcitur. Ille ubi eminus ſenem venire conſpexit, occurrit; agit gratias, ducit ad cellulam, cum ingreſſi pariter ambo, conſpiciunt palmiciam ſportam calido pane congeſtam, foribus affixam de poſte pendere. Ac primum calidi panis odor ſentitur, tactu vero, ac ſi ante paullulum focis eſſet ereptus, oſtenditur. Ægyptii tamen panis forma non cernitur. Obſtupefacti ambo, munus cœleſte cognoſcunt. Cum ille

hoc

Cærula colla.] Sic meliores libri ex illo Virgilii :

Attollentem iras, & cærula colla tumentem. Giſel.

Aegyptii tamen panis forma non cernitur.] Panes Monachorum Ægypti dicebantur paximates ſeu paximatia. Suidas: δίπυρος ἄρτος ὁ παρὰ Ῥωμαίοις λεγόμενος παξαμᾶς. Frequens vox in vitis Patrum.

Duos

hoc abbatis adventui præſtitum fateretur, abbas vero illius fidei ac virtuti id potius adſcriberet, ita ambo cœleſtem panem cum multa exſultatione fregerunt. Quod cum ſenex ad monaſterium poſt regreſſus fratribus retuliſſet, tantus omnium incenderat ardor animos, ut certatim ad eremum & ſacras ſolitudines ire properarent; miſeros ſe fatentes, qui diutius in congregatione multorum, ubi humana eſſet patienda converſatio, reſediſſent.

VI. In hoc monaſterio duos ego ſenes vidi, qui jam per quadraginta annos ibi degere, ita ut nunquam inde deceſſerint, ferebantur, quorum prætereunda mihi commemoratio non videtur; ſiquidem id de eorum virtutibus, & Abbatis ipſius teſtimonio, & omnium fratrum audierim ſermone celebrari, quod unum eorum ſol nunquam vidiſſet epulantem, alterum vidiſſet iratum nunquam. Ad hæc Gallus, me intuens: O ſi veſter ille (nolo nomen edicere) nunc adeſſet, vellem admodum iſtud audiret exemplum; quem in multorum ſæpe perſonis nimium experti ſumus, vehementer iraſci; ſed tamen, quia inimicis ſuis, quantum audio, nuper ignovit, ſi iſtud audiret, magis magiſque propoſito confirmaretur exemplo, præclaram eſſe virtutem, iracundia non moveri. Nec vero inficiabor juſtas illi cauſſas irarum fuiſſe; ſed ubi durior pugna, ibi glorioſior eſt corona. Unde quendam, ſi agnoſcis, cenſeo jure laudandum, quod cum eum libertus deſeruerit ingratus, miſeratus eſt potius, quam inſectatus abeuntem. Sed neque illi iraſcitur, à quo videtur abductus. Ego autem, niſi iſtud vincendæ iracundiæ Poſthumianus prodidiſſet exemplum, graviter iraſcerer diſceſſione fugitivi: ſed quia iraſci non licet, tota iſtorum commemoratio, quæ nos compungit, abolenda eſt. Te *inquam*, Poſthumiane, te potius audiamus. Faciam, *inquit*, Galle quod præcipis, quatenus tam ſtudioſos audiendi eſſe vos video. Sed

Duos ego ſenes vidi.] Quæ hic de duobus ſenibus narrantur ſine nomine, hoc de Pæſio & Ioanne narrat Caſſianus v. Inſtit. cap. XXVII. Idem habetur apud Pelagium lib. IV. num. 24.

Per quadraginta annos.] Alii ſexaginta, ut Onuphrius Paphnutii præceptor, & alii in Vitis Patrum.

Con-

Sed mementote, quia non ſine fenore iſtum apud vos depono ſermonem; libens præſto quod poſcitis: dummodo paullo poſt quod popoſcero, non negetis. Nos vero, *inquam*, habemus, in quo tibi mutuum vel ſine fenore reſtituere poſſimus. Sed tamen quidquid putaveris, imperato, dummodo ut cœperas, deſideriis noſtris ſatisfacias. Valde enim nos delectat tua oratio. Nihil, *inquit* Poſtumianus, veſtra ſtudia fraudabo: & quia eremitæ unius incipientis agnoviſtis virtutem, referam adhuc vobis pauca de plurimis.

VII. Ergo ubi prima eremi ingreſſus ſum, duodecim fere à Nilo millibus, (habebam autem unum è fratribus ducem, locorum peritum) pervenimus ad quendam ſenem monachum, ſub radice montis habitantem. Ibi, quod in illis locis rariſſimum eſt, puteus erat. Bovem unum habebat, cujus hic erat totus labor, impulſa rotali machina aquam producere. Nam fere mille aut amplius pedum, putei profundum ferebatur. Hortus illic erat multis oleribus copioſus: id quidem contra naturam eremi, ubi omnia arentia, exuſta ſolis ardoribus, nullius unquam ſeminis vel exiguam radicem ferunt. Verum hoc ſancto illi labor cum pecore communis, & propria præſtabat induſtria. Frequens enim irrigatio aquarum tantam pinguedinem arenis dabat, ut mirum in modum vivere atque fructificare horti illius olera videremus. Ex iis igitur una cum domino bos ille vivebat. Nobis quoque ex ea copia, cœnam ſanctus dedit. Ibi vidi, quod vos Galli forte non creditis, ollam cum oleribus, quæ nobis in cenam præpara-

Contra naturam eremi.] Eremos ita deſcribit Hieron. Procemio in Amos ad Pammachium: *nullus eſt viculus, ne agreſtes quidem caſæ & furnorum ſimiles, quas Afri appellant mapalia. Et quia humo arida atque arenoſa nihil omnino frugum gignitur, cuncta ſunt plena paſtoribus, ut ſterilitatem terræ compenſent pecorum multitudine.* Idem Epiſt. 1. ad Heliodorum: *O deſertum floribus Chriſti vernans! O ſolitudo, in qua illi naſcuntur lapides, de quibus in Apocalypſi, civitas magni Regis extruitur! O eremus familiarius Deo gaudens.* Incommoda vitæ anachoreticæ latius oſtendit Fr. Spanhemius II. Dub. c. & III. 2.

Sine igne fervere.] Frequens id in Africa. Quin & ferrum nimio ſolis ardore molleſcere ſcribunt qui interiorem Libyam perluſtrarunt.

Hæ

rabatur, ſine igne fervere. Tanta vis ſolis eſt, ut quibuſlibet coquis etiam ad Gallorum pulmenta ſufficiat. Poſt cœnam autem jam inclinante veſpera, invitat nos ad arborem palmam, cujus interdum pomis uti ſolebat: quæ fere duobus millibus aberat. Nam hæ tantum in eremo arbores, licet raro, habentur tamen. Quod utrum ſollers antiquitas procuraverit, an ſolis natura gignat, ignoro: niſi ſi Deus præſcius habitandam quandoque à ſanctis eremum, hæc ſervis ſuis paraverit. Ex majore enim parte, qui intra illa ſecreta conſiſtunt, cum alia ibi germina nulla ſuccedunt, iſtarum arborum pomis aluntur. Ergo ubi ad illam, ad quam nos humanitas noſtri hoſpitis ducebat, arborem pervenimus, leonem ibi offendimus; quo viſo, ego & ille dux meus intremuimus, ſanctus vero ille incunctanter acceſſit; nos, licet trepidi, ſecuti ſumus. Fera paululum (cerneres imperatam à Deo) modeſta diſceſſit, & conſtitit; dum ille adtigua ramis humilioribus poma decerperet. Cumque plenam palmulis manum obtuliſſet, accurrit beſtia, accepitque tam libere quam nullum animal domeſticum; & cum comediſſet, abſceſſit. Nos hæc intuentes, & adhuc trementes, facile potuimus expendere, quanta in illo fidei virtus, & quanta in nobis eſſet infirmitas.

VIII. Alium æque ſingularem virum vidimus, parvo tugurio, in quo non niſi unus recipi poſſet, habitantem. De hoc illud ferebatur, quod lupa ei ſolita erat adſtare cœnanti; nec facile unquam beſtia falleretur, quin illi ad legitimam horam refectionis occurreret, & tamdiu pro foribus exſpectaret, donec ille panem, qui cœnulæ ſuperfuiſſet, offerret; illam manum ejus lambere ſolitam; atque ita quaſi impleto officio, & præſtita conſolatione diſcedere. Sed forte accidit, ut ſanctus ille, dum fratrem qui ad

cum

Hæ tantum in eremo arbores.] Vide Notas ad 1. Hiſtor. pag. 80. b.

Iſtarum arborum pomis aluntur.] Hieron. in Vita Pauli Eremitæ: *Cibum & veſtimentum ei palma præbebat.*

Parvo tugurio, in quo non niſi unus recipi poſſet.] Sic Hilation: *æſtus & pluvias brevi tuguriunculo declinavit, quod junco & carice texerat. Extructa deinceps brevi cellula, latitudine pedum quatuor, altitudine pedum quinque, ut ſepulchrum potius quam domum putares.*

Palmi-

cum venerat, deducit abeuntem, diutius abeſſet, & non niſi ſub nocte remearet. Interim beſtia ad conſuetudinarium illud cœnæ tempus occurrit. Vacuam cellulam, cum familiarem patronum abeſſe ſentiret, ingreſſa, curioſius explorans ubi nam eſſet habitator; caſu contigua cum panibus quinque palmicia ſportella pendebat. Ex his unum præſumit, & devorat; deinde perpetrato ſcelere diſcedit. Regreſſus eremita, vidit ſportulam diſſolutam, non conſtante panum numero. Damnum rei familiaris intelligit, ac propè limen panis abſumpti fragmenta cognoſcit. Sed non erat incerta ſuſpicio, quæ furtum perſona feciſſet. Ergo cum ſequentibus diebus ſecundum conſuetudinem beſtia non veniſſet, nimirum audacis facti conſcia, ad eum venire diſſimulans cui feciſſet injuriam, ægre patiebatur eremita, ſe alumnæ ſolatio deſtitutum. Poſtremo illius oratione revocata, ſeptimum poſt diem affuit, ut ſolebat ante, cœnanti. Sed ut facile cerneres verecundiam pœnitentis, non auſa propius accedere, dejectis in terram profundo pudore luminibus, quod palam licebat intelligi, quandam veniam precabatur; quam illius confuſionem eremita miſeratus, jubet eam propius accedere, ac manu blanda caput triſte permulcet. Dein pane duplicato ream ſuam refecit. Ita indulgentiam conſecuta, officii conſuetudinem depoſito mœrore reparavit. Intuemini quæſo Chriſti etiam in hac parte virtutem, cui ſapit omne quod brutum eſt, cui mite eſt omne quod ſævit. Lupa præſtat officium, lupa furti crimen agnoſcit, lupa conſcio pudore confunditur; vocata adeſt, caput præbet; & habet ſenſum indultæ ſibi veniæ, ſicut pudorem geſſit errati. Tua hæc virtus Chriſte, tua ſunt hæc Chriſte miracula. Etenim quæ in tuo nomine operantur ſervi tui, tua ſunt; & in hoc ingemiſcimus, quod majeſtatem tuam feræ ſentiunt, homines non verentur.

IX.

Palmicia ſportella.] Quales Monachi texebant. Vita Hilarionis cap. 111. *Simulque fiſcellas junco texens, æmulabatur Aegyptiorum Monachorum diſciplinam.*

Vivunt

IX. Ne cui autem hoc incredibile forte videatur, majora memorabo. Fides Chriſti adeſt, me nihil fingere, neque incertis auctoribus vulgata narrare: ſed quæ mihi per fideles viros comperta ſunt, explicabo. Habitant plerique in eremo ſine ullis tabernaculis, quos Anachoretas vocant. Vivunt herbarum radicibus: nullo unquam certo loco conſiſtunt, ne ab hominibus frequententur. Quas nox coëgerit, ſedes habent. Ad quendam igitur hoc ritu atque hac lege viventem, duo ex Nitria monachi, licet longe & diverſa regione, tamen quia olim ipſis in monaſterii converſatione carus & familiaris fuiſſet, auditis ejus virtutibus, tetenderunt: quem diu multumque quæſitum, tandem menſe ſeptimo repererunt extremo illo deſerto, quod eſt Memphis contiguum, demorantem: quas ille ſolitudines jam per annos duodecim dicebatur habitare. Qui licet omnium hominum vitaret occurſus, tamen agnitos non refugit, ſeque cariſſimis per triduum non negavit. Quarto die aliquantulum progreſſus, cum proſequeretur abeuntes, leænam miræ magnitudinis ad ſe venire conſpiciunt. Beſtia licet tribus repertis, non incerta quem peteret, Anachoretæ pedibus advolvitur, & cum flexu quodam & lamentatione procumbens indicabat gementis pariter & rogantis affectum. Movit omnes, & præcipue illum, qui ſe intellexerat expetitum. Præcedentem ſequuntur. Nam præiens, & ſubinde reſtans, ſubinde reſpectans, facile poterat intelligi, id eam velle, ut quo illa ducebat, Anachoreta ſequere-

re-

Vivunt herbarum radicibus.] Mira Aſcetarum abſtinentia. Qui multoties herbis tantum, quæ in deſerto exiſtebant, alebantur. Sic Ioſaphat & alii in vitis Patrum. Vide etiam Sozomenum VI. Hiſt. 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34. Nicephorum XI, 34. & ſeq. qui vitam moreſque priſcorum Ægypti, Palæſtinæ, Syriæ, Monachorum accurate deſcribunt, & huic Dialogo illuſtrando imprimis faciunt, una cum Vitis Patrum.

Ex Nitria.] Καλῦσι ἢ χῶρον τῦτον Νιτρίαν, καθότι κώμη τὶς ἐςιν ὅμορος ἐν ᾗ τὸ νίτρον συλλέγυσιν. *Sozomen.* VI, 31. Alio nomine tractus ille *Sceti* appellatur, in quo *Nitria*, & *Cellia*, loca monaſteriis maxime per univerſam Ægyptum frequentata. *Cellia* à cellis Monachorum dicta, quod ibi ἀποράδην eſſent μοναχικὰ οἰκήματα πολλά. *Idem.*

Leænam miræ magnitudinis.] Similis hiſtoria in Palladio habetur de Macario.

retur. Quid multis? Ad ſpeluncam beſtiæ pervenitur, ubi illa adultos jam quinque catulos male feta nutriebat: qui, ut clauſis luminibus ex alvo matris exierant, cæcitate perpetua tenebantur. Quos ſingulos de rupe prolatos, ante Anachoretæ pedes mater expoſuit. Tum demum ſanctus animadvertit, quid beſtia poſtularet; invocatoque Dei nomine, contrectavit manu lumina clauſa catulorum: ac ſtatim cæcitate depulſa, apertis oculis beſtiarum diu negata lux patuit. Ita fratres illi, Anachoreta quem deſiderabant viſitato, cum admodum fructuoſa laboris ſui mercede redierunt: qui in teſtimonium tantæ virtutis admiſſi, fidem ſancti, gloriam Chriſti, quæ per ipſos eſſet teſtificanda, vidiſſent. Mira dicturus ſum. Leænam poſt dies quinque ad auctorem tanti beneficii revertiſſe, eidemque inuſitatæ feræ pellem pro munere detuliſſe: qua plerumque ſanctus ille quaſi amiculo circumtectus, non dedignatus eſt munus per beſtiam ſumere, cujus alium potius interpretabatur auctorem.

X. Erat etiam alterius Anachoretæ in illis regionibus nomen illuſtre, qui in ea parte deſerti quæ Syenis jungitur, habitabat. Hic cum primum ſe ad eremum contuliſſet, & herbis herbarumque radicibus, quas prædulces interdum, & ſaporis eximii fert arena, victurus, ignarus germinis eligendi, noxia plerumque carpebat. Nec erat facile vim radicum ſapore diſcernere: quia omnia æque dulcia: ſed pleraque occultiore natura virus lethale cohibebant. Cum ergo edentem vis interna torqueret, & immenſis doloribus vitalia univerſa quaterentur, ac frequens vomitus cruciatibus non ferendis ipſam animæ ſedem ſtomacho jam fatiſcente diſſolveret, omnia penitus quæ eſſent edenda formidans, ſeptimum in jejuniis diem ſpiritu deficiente ducebat. Tum ad eum fera, cui ibicis eſt nomen, acceſſit. Huic pro-

rio. Vide Vitas Patrum libro octavo.

Quæ Syenis jungitur.] Syene, urbs Ægypti in Æthiopiæ confinibus ad Nilum ſita, quam hodie Aſnam vocant. Vide Strabonem XVII.

Cui ibicis eſt nomen.] De ibicibus vide Plinium VIII. 53.

Duo

propius aſtanti, faſciculum herbarum, quem collectum pridie attingere non audebat, objecit. Sed fera, quæ virulenta erant, ore diſcutiens, quæ innoxia noverat, eligebat. Ita vir ſanctus ejus exemplo quid edere, quid reſpuere deberet, edoctus, & periculum famis evaſit, & herbarum venena vitavit. Sed longum eſt de omnibus, qui eremum incolunt, comperta nobis, vel audita memorare. Annum integrum & ſeptem fere menſes intra ſolitudines conſtitutus exegi, magis virtutis admirator alienæ, quam quod ipſe tam arduum atque difficile potuerim tentare propoſitum. Sæpius tamen cum ſene illo, qui puteum & bovem habebat, habitavi.

XI. Duo beati Antonii monaſteria adii, quæ hodieque ab ejus diſcipulis incoluntur. Ad eum etiam locum, in quo beatiſſimus Paullus primus eremita eſt diverſatus, acceſſi. Rubrum mare vidi: jugum Sina montis aſcendi, cujus ſummum cacumen cælo pæne contiguum, nequaquam adiri poteſt. Inter hujus receſſus Anachoreta eſſe aliquis ferebatur, quem diu multumque quæſitum videre non potui, qui fere jam ante quinquaginta annos à converſatione humana remotus, nullo veſtis uſu, ſetis corporis ſui tectus,

nu-

Duo beati Antonii monaſteria adii.] De quo vide vitas Patrum, cum Notis Roſvveydi. Martyrol. Roman. XVII. Ian. *In Thebaide S. Antonii Abbatis, qui multorum Monachorum pater, vita & miraculis præclariſſimus vixit.* Quot ab eo Monaſteria condita, vide apud Baronium ad A. CCCXXVIII.

Paullus primus eremita.] Ita communiter antiqui. *Hieron.* in vita Pauli. Caſſianus Collat. XVIII. 6. Quidam ad ipſum Eliam & Iohannem Baptiſtam retulerunt. Idem *Caſſianus & Hieronymus* vita Pachomii cap. I. *Sozomenus* I, 12. *Niceph.* VIII. 39. & alii plurimi. Hieronymus Epiſt. XXII. ad Euſtochium: *Hujus vitæ auctor Paulus, illuſtrator Antonius, princeps Iohannes Baptiſta fuit.* Eremitæ autem alias anachoretæ dicti, id eſt, ſeceſſores, *qui prius in cœnobiis inſtituti, ſolitudinis elegere ſecreta.* Caſſian.

Eſt diverſatus.] Quem locum deſcribit Hieronymus in vita ejus cap. IV. *Saxeus mons, ad cujus radicem haud procul erat grandis ſpelunca, quæ lapide claudebatur. Intus grande veſtibulum, quod aperto deſuper cælo, patulis diffuſa ramis vetus palma contexerat, fontem lucidiſſimum oſtendens. Igitur adamato habitaculo, omnem ibidem in orationibus & ſolitudine duxit ætatem.*

Rubrum mare vidi.] Vide Notas ad I. Hiſtor. pag. 45. b. & 75. b 78. b.

Iugum Sina montis aſcendi.] Vide Notas ad I. Hiſt. pag. 86. b.

Setis corporis ſui tectus.] Macarius: *Capilli capitis totum viri corpus operuerunt.* S. Onuphrius: *Cui tanta capillorum prolixitas erat, ut corpus illius,*

 ipſo-

nuditatem ſuam divino munere veſtiebat. Hic quoties eum religioſi viri adiri voluerunt, curſu avia petens, congreſſus vitabat humanos. Uni tantummodo ferebatur ſe ante quinquennium præbuiſſe, qui credo potenti fide id obtinere promeruit: cui inter multa colloquia percunctanti, cur homines tantopere vitaret, reſpondiſſe perhibetur: *Eum qui ab hominibus frequentaretur, non poſſe ab Angelis frequentari.* Unde non immerito recepta opinione multorum fama vulgaverat; ſanctum illum ab Angelis viſitari. Ego autem à Sina monte digreſſus, ad Nilum flumen regreſſus ſum, cujus ripas frequentibus monaſteriis conſertas utraque ex parte luſtravi. Plerumque vidi, ut dudum dixeram, uno in loco habitare centenos: ſed & bina & terna millia in iiſdem viculis degere conſtabat. Nec ſane ibi minorem putetis diverſantium in multitudine monachorum eſſe virtutem, quam eorum eſſe cognoſcitis. qui ſe ab humanis cœtibus removerunt. Præcipua, ut jam dixeram, ibi virtus, & prima, eſt obedientia: neque aliter adveniens ad monaſterium Abbatis ſuſcipitur, quam qui tentatus prius fuerit, & probatus, nullum unquam recuſaturus, quamlibet arduum ac difficile, indignumque toleratu, Abbatis imperium.

XII. Duo vobis referam incredibilis obedientiæ admodum magna miracula, licet ſuppetant plura recolenti: ſed ad excitandam virtutum æmulationem, cui pauca non ſufficiunt, multa non proderunt. Ergo cum quidam ſæculi actibus abdicatis, monaſterium magnæ diſpoſitionis ingreſſu-

ipſorum diffuſione tegeretur. Vita Pauli Eremitæ: *Crinitum calcaneo tenus hominem.*

Nuditatem ſuam divino munere veſtiebat.] Paphnutius Abbas in vita Onuphrii: *pro veſtimento quoque foliis herbiſque utebatur, quibus ſubteriora renum tantummodo cingebat.*

Congreſſus vitabat humanos.] Sic Anachoretæ multi, ut Ioannes. De quo in vitis Patrum lib. 11. *Nulla fœmina ad conſpectum ejus acceſſit, ſed & viri raro & certis quibuſque temporibus.*

Bina & terna millia.] Imo quina. Caſſian. 1v. Inſt. 1. *In Tabennenſiotarum in Thebaide cœnobio, pluſquam quinque millia fratrum ſub uno Abbate reguntur.*

Monaſterium magnæ diſpenſationis.] Hieronymus præfat. in Regulam Pachomii: *Habent per ſingula monaſteria patres & diſpenſatores, & hebdomadarios & miniſtros.*

Abbas

ſurus, cœpiſſet rogare: Abbas ei cœpit multa proponere, graves eſſe iſtius diſciplinæ labores, ſua vero dura imperia, quæ nullius facile valeret implere patientia. Aliud potius monaſterium, ubi facilioribus legibus viveretur, expeteret: non tentaret aggredi, quod implere non poſſet. Ille vero nihil his terroribus permoveri, ſed magis ita omnem obedientiam polliceri, ut ſi eum Abbas in ignem ire præciperet, non recuſaret intrare. Quam illius profeſſionem ubi magiſter accepit, non cunctatur probare profitentem. Caſu clibanus propter ardebat, qui multo igne ſuccenſus, coquendis panibus parabatur: exundabat abruptis flamma fornacibus: & intra camini illius concava totis habenis regnabat incendium. Hoc igitur advenam illum jubet magiſter intrare. Nec diſtulit parere præcepto: medias flammas nihil cunctatus ingreditur: quæ mox tam audaci fide victæ, velut illis quondam Hebræis pueris ceſſere venienti. Superata natura eſt, fugit incendium; & qui putabatur arſurus, velut frigido rore perfuſus ſe ipſe miratus eſt. Sed quid mirum, ſi tuum Chriſte tironem ignis ille non attigit? ut nec Abbatem pigeret dura mandaſſe, nec diſcipulum pœniteret imperio paruiſſe, qui eo die quo advenerat, dum tentaretur infirmus, perfectus inventus eſt; merito felix, merito glorioſus, probatus obedientia, glorificatus eſt paſſione.

XIII. In eodem autem monaſterio factum id quod dicturus ſum, recenti memoria ferebatur. Quidam itidem ad eundem Abbatem recipiendus advenerat, cum prima ei lex obedientiæ poneretur, ac perpetem polliceretur ad omnia vel extrema patientiam; caſu Abbas ſtoracinam virgam jampridem aridam manu gerebat. Hanc ſolo fixit, atque illi advenæ id operis imponit, ut tamdiu virgulæ aquam irriguam miniſtraret, donec, quod contra omnem naturam erat,

Abbas ei cœpit multa proponere.] Epiſcopi olim dicti Patres. Vnde Patriarcharum nomen poſtea fluxit, quos Arabice *Abuna* vocant. Quod nomen poſtea præfectis monaſteriorum hæſit in occidente, qui Abbates dicti.

erat, lignum aridum in ſolo arente viviſceret. Subjectus advena duræ legis imperio, aquam propriis humeris quotidie convehebat, quæ à Nilo flumine per duo fere millia petebatur. Jamque emenſo anni ſpatio, labor non ceſſabat operantis, & de fructu operis ſpes eſſe non poterat; tamen obedientiæ virtus in labore durabat. Sequens quoque annus vanum laborem jam affecti fratris eludit. Tertio demum ſuccedentium temporum labente curriculo, cum neque nocte neque interdiu aquarius ille ceſſaret operator, virga floruit. Ego ipſam ex illa virgula arbuſculam, quæ hodieque intra atrium monaſterii eſt ramis virentibus, vidi: quæ quaſi in teſtimonium manens, quantum obedientia meruit, & quantum fides poſſit, oſtendit. Sed me dies ante deficiet, quam diverſa miracula, quæ mihi de virtutibus Sanctorum ſunt comperta, conſummem.

XIV. Duo vobis adhuc præclara memorabo, quorum unum egregium erit adverſus inflationem miſeræ vanitatis exemplum; alterum adverſus falſam juſtitiam non mediocre documentum. Quidam ergo Sanctus fugandorum de corporibus obſeſſis dæmonum incredibili præditus poteſtate, inaudita per ſingulos dies ſigna faciebat. Non ſolum enim præſens, neque verbo tantum, ſed abſens quoque interdum cilicii ſui fimbriis, aut epiſtolis miſſis, corpora obſeſſa curabat. Hic ergo mirum in modum frequentabatur à populis ex toto ad eum orbe venientibus. Taceo de minoribus: Præfecti Comiteſque, ac diverſarum Judices poteſtatum pro foribus illius ſæpe jacuerunt. Epiſcopi quoque ſanctiſſimi, ſacerdotali auctoritate depoſita, contingi ſe ab eo, atque benedici humiliter poſtulantes, ſanctificatos ſe

ac

Incredibili præditus poteſtate.] De qua multa in Patrum vitis. In Vita Pachomii cap. XLIX. Diabolus ipſe fatetur: *Ex quo mirabilis incarnatio Chriſti facta eſt in terris, nos ſine viribus prorſus exiſtere cœpimus: ita ut ab his qui credunt in nomine ejus, illudamur ut paſſeres.*

Cilicii ſui fimbriis.] Sic ſupra de Martino: *fimbriæ veſtimenti ejus, cilicioque detractæ, crebras ſuper infirmantibus egere virtutes.* In vita ejus cap. XIX.

Epiſcopi quoque ſanctiſſimi, ſacerdotali auctoritate depoſita.] Id eſt, Epiſcopali. Concil. Taurinenſe C. V. *Iuxta literas venerabilis memoriæ Ambroſii Epiſcopi, vel Romanæ Eccleſiæ Sacerdotis.*

ac divino munere illuſtratos, quoties manum illius veſtemque contigerant, non immerito crediderunt. Hic ferebatur omni potu in perpetuum penitus abſtinere, ac pro cibo (tibi Sulpici in aurem loquar, ne Gallus hoc audiat) ſeptem tantum caricis ſuſtentari. Interea ſancto viro, ut ex virtute honor, ita ex honore vanitas cœpit obrepere. Quod malum ille ubi primum potuit in ſe ſentire graſſari, diu multumque diſcutere conatus eſt: ſed repelli penitus vel tacita conſcientia vanitas, perſeverante virtute, non potuit. Ubique nomen ejus dæmones fatebantur: excludere à ſe confluentium populos non valebat. Virus interim latens ſerpebat in pectore, & cujus nutu ex aliorum corporibus dæmones fugabantur, ſe ipſum occultis cogitationibus vanitatis purgare non poterat. Totis igitur precibus converſus ad Dominum fertur oraſſe, ut permiſſa in ſe menſibus quinque diaboli poteſtate, ſimilis his fieret, quos ipſe curaverat. Quid multis morer? ille præpotens; ille qui ſignis atque virtutibus toto Oriente vulgatus, ille ad cujus limina populi ante confluxerant, ad cujus fores ſummæ iſtius ſæculi ſe proſtraverant poteſtates, correptus à dæmone eſt, tentus in vinculis, omnia illa quæ energumeni ſolent ferre, perpeſſus. Quinto demum menſe purgatus eſt non tantum dæmone, ſed, quod illi erat utilius atque optatius, vanitate. Sed mihi iſta replicanti, noſtra infelicitas, noſtra occurrit infirmitas. Quis enim noſtrum eſt, quem ſi unus homunculus humilis ſalutaverit, aut fatuis atque adulantibus verbis fæmina una laudaverit, non continuo elatus ſit ſuperbia, non ſtatim inflatus ſit vanitate? ut etiamſi non habeat conſcientiam ſanctitatis, tamen quia vel ſtultorum adulatione, aut fortaſſis errore

tis. Vbi Romanæ Eccleſiæ Sacerdos Papa Syricius vocatur. Vide quæ notavimus ad cap. XXVI. Vitæ Martini.

Septem tantum caricis.] Sunt ex ficorum genere, Syriæ peculiares. *Plin.* XIII, 5. Caſſianus Collat. VIII. cap. I. Caricas inter eremitarum edulia refert. Hieron. in vita Pauli eremitæ cap. V. *Quinque caricis per ſingulos dies ſuſtentabatur.* Et in Hilarione cap. III. *Herbarum ergo ſucco & paucis caricis, poſt triduum vel quatriduum deficientem animam ſuſtentabat.*

Energumeni.] Sic dicebantur illi quos malus genius inſederat, *δαιμονιαζόμενοι*.

rore ſanctus eſſe dicatur, ſanctiſſimum ſe putabit. Jam vero ſi ei munera crebra mittantur, Dei ſe munificentia aſſerit honorari, cui dormienti atque reſoluto neceſſaria conferantur. Quod ſi vel de modico ei aliqua virtutis ſigna ſuccederent, Angelum ſe putaret. Cæterum cum neque opere neque virtute conſpicuus ſit, ſi quis clericus fuerit effectus, dilatat continuo fimbrias ſuas, gaudet ſalutationibus, inflatur occurſionibus: ipſe etiam ubique diſcurrit. Et qui ante pedibus aut aſello ire conſueverat, ſpumante equo ſuperbus invehitur: parva prius ac vili cellula contentus habitare, erigit celſa laquearia, conſtruit multa conclavia, ſculpit oſtia, pingit armaria, veſtem reſpuit groſſiorem, indumentum molle deſiderat. Atque hæc caris viduis ac familiaribus mandat tributa virginibus: illa, ut byrrum rigentem, hæc ut fluentem texat lacernam. Verum hæc deſcribenda mordacius, beato viro Hieronymo relinquamus: ad propoſitum revertamur. Tu vero, *inquit Gallus meus*, ne-

Cum neque opere, neque virtute conſpicuus ſit.] Operæ pretium eſt vitam ac mores clericorum illius ætatis graphice depictam nativiſque coloribus expreſſam, verbis Sulpicii ex Dialogo I. & initio ſecundi proponere. Ex qua Cleri ſuperbia monachorum ordo fluxit, qui ſe ab illis vitæ auſteritate & *ἀσκήσει* ſejunxerunt. *Salmaſius*.

Illa, ut byrrum rigentem, hæc ut fluentem texat lacernam.] Epitheta non ſunt hîc inania: ſed ſuperbiam veſtium captum vulgi ſuperantem innuunt. Alioqui byrrus & lacerna veſtium genera plebeia olim erant, & utcunque vilia. Nam lacernis nobiliores atque illuſtriores non utebantur, niſi tempore pluvio aut in ſpectaculis, quas & togis tum ſuperinduebant. Byrrus videtur fuiſſe veſtis hirſuta pilis, qualis fortaſſe endromis Martialis: aut certe, qualiſcumque fuit, rigebat potius, quam fluebat: & militibus propria fuit, quod indicat lex I. *quo quiſque habitu*, C. Th. omnibus enim, præterquam militum ſervis, byrris uti licebat. Atrebaticos & Canuſinos byrros nominat Capitolinus in Carino. *Giſelinus*. Byrrus, lacerna, chlamys, eadem veſtis, ſolo nomine diverſa, ut ex Artemidoro II. *ὀνειροκρ.* III. patet. Byrrus coloris ut plurimum, byrri, hoc eſt, ruſſei, unde & nomen. Nam *burrum* & byrrum Latini dixere, quod Græci *πυῤῥόν*. Sed & cujuſlibet coloris lacernas, byrros etiam *καταχρηστικῶς* appellabant. Cum apud Romanos togæ deſiiſſent, byrris ſive lacernis uſi ſunt. Eo igitur tempore byrrus erat *κοινὴ ἐσθὴς*, pallium aſcetarum geſtamen. Byrris pretioſioribus Epiſcopi, minus pretioſis presbyteri, poſtquam pallia reliquerunt, uſi. Ideo byrros ſibi monachi interdixerunt, quod ambitioſior eſſet veſtis. *Caſſianus* de habitu Monachi cap. VII. *Iſidorus*. Sub byrro clerici colobia primum, hoc eſt, tunicas ſine manicis, poſtea dalmaticas geſtare cœperunt auro clavatas. *Salmaſius*. Vide & Roſvveydum in Vitis Patrum.

Adver-

neſcio quid Hieronymo reliqueris diſputandum, ita breviter univerſa noſtrorum inſtituta complexus es, ut pauca hæc tua verba, ſi æquanimiter acceperint, & patienter expenderint, multum eis arbitrer profutura, ut non indigeant libris poſt hæc Hieronymi coërceri. Sed tu illa potius evolve, quæ cœperas, & illud quod adverſus falſam juſtitiam dictu- rum te eſſe promiſeras, prode documentum. Nam ut vere tibi fatear, nullo perniciofius malo intra Gallias laboramus. Ita faciam, Poſthumianus *inquit*, nec te diutius tenebo ſuſpenſum.

XV. Adoleſcens quidam ex Aſia prædives opibus, genere clarus, habens uxorem & filium parvulum, cum in Ægypto tribunus eſſet, & frequentibus adverſum Blembos expeditionibus quædam eremi contigiſſet, ſanctorum etiam tabernacula complura vidiſſet, à beato viro Johanne verbum ſalutis accepit. Nec moratus inutilem militiam cum vano illo honore contemnere, eremum conſtanter ingreſſus brevi tempore in omni genere virtutum perfectus emicuit: potens jejuniis, humilitate conſpicuus, fide firmus, facile ſe antiquis monachis ſtudio virtutis æquaverat: cum interim ſubiit eum cogitatio, injecta per diabolum, quod rectius eſſet, ut rediret ad patriam filiumque unicum ac domum totam cum uxore ſalvaret: quod utique eſſet acceptius Deo, quam ſi ſolum ſe ſæculo eripere contentus, ſalutem ſuorum non ſine impietate negligeret. Iſtiuſmodi ergo falſæ juſtitiæ colore ſuperatus, poſt quadriennium fere cellulam ſuam atque propoſitum eremita deſeruit. Sed ubi ad proximum monaſterium, quod à multis fratribus habitabatur, acceſſit, cauſſam diſceſſionis atque conſilium quærentibus, confitetur. Renitentibus cunctis, & præcipue loci illius Abbate renitente, malo animo fixa ſententia non potuit avel-

Adverſum Blembos.] Lege Blemmyos. Blemmyi Æthiopes ſunt apud Syenen. Chryſoſtomus: *Palladius Blemmyorum ſive Aethiopum Epiſcopum ſervari prope locum qui Syene vocatur.* Citat Baronius.

Strabo XVII. βλέμμυες καὶ Νῦβαι, καὶ μεγάβαροι οἱ ὑπὲρ Συήνης Αἰθίοπες.

Domum totam cum uxore ſalvaret.] Validum

avelli. Igitur infelici ſe obſtinatione proripiens, cum dolore omnium digreſſus à fratribus, vix è conſpectu abſceſſerat, impletus à dæmone, cruentaſque ſpumas ore provolvens, ſuis dentibus ſe ipſe lacerabat. Deinde ad idem monaſterium fratrum humeris reportatus, cum coërceri in eo immundus ſpiritus non valeret, neceſſitate cogente, ferreis nexibus alligatur, pedes cum manibus vinciuntur. Non immerita pœna fugitivo, ut quem non cohibuerat fides, catenæ cohiberent. Poſt biennium demum oratione ſanctorum ab immundo ſpiritu liberatus, ad eremum, unde diſceſſerat, mox regreſſus, & ipſe correptus & aliis poſt futurus exemplo, ne quem aut falſæ juſtitiæ umbra decipiat, aut incerta mobilitas inutili levitate compellat ſemel cœpta deſerere. Hæc vos de virtutibus Domini, quas in ſervis ſuis vel imitanda operatus eſt, vel timenda, ſcire ſufficiat. Sed quia ſatisfeci veſtris auribus, immo etiam verboſior fui fortaſſe, quam debui, tu modo (ad me autem loquebatur) debitum fenus exſolve, ut te de Martino tuo, ut es ſolitus, plura referentem, jam pridem in hoc deſideriis meis æſtuantibus, audiamus. Quid, *inquam*, tibi de Martino meo liber ille non ſufficit, quem ipſe tu noſti me de illius vita atque virtutibus edidiſſe?

XVI. Agnoſco id quidem, Poſthumianus *inquit*, neque unquam à dextera mea liber ille diſcedit. Nam ſi agnoſcis (aperit librum, qui ſub veſte latebat) en ipſum. Hic mihi, *inquit*, terræ ac mari comes, hic in peregrinatione tota ſocius & conſolator fuit. Sed referam tibi plane, quo liber iſte penetraverit: & quam nullus fere in orbe terrarum locus ſit, ubi non materia felicis hiſtoriæ pervulgata teneatur. Primus eum Romanæ urbi, vir ſtudioſiſſimus tui, Paulinus invexit. Deinde cum tota certatim urbe raperetur, ex-

lidum hoc contra monaſticam vitam argumentum, nec à Dæmone, ut Sulpicius putat, ſed ipſo Deo profectum.

Quas in ſervis ſuis vel imitanda.] Mira conſtructio. ſed quis auſit libris uno ore ſic legentibus repugnare? Laz. *quæ*. Idem hic dialogum ſecat, novo præfixo titulo, cum dialogiſmus ſit perpetuus, neque vel unus mſ. liber hujuſmodi lectionem præ ſe ferat. *Giſelin.*

Thebai-

exſultantes librarios vidi: quod nihil ab his quæſtuoſius haberetur: ſiquidem nihil illo promptius, nihil carius venderetur. Hic navigationis meæ curſus, longe ante progreſſus: cum ad Africam veniſſem, jam per totam Carthaginem legebatur. Solus eum Cyrenenſis ille presbyter non habebat: ſed me largiente deſcripſit. Nam quid ego de Alexandria loquar? ubi pæne omnibus magis quam tibi notus eſt. Hic Ægyptum, Nitriam, Thebaidam, ac tota Memphitica regna tranſivit. Hunc ego in eremo à quodam ſene legi vidi: cui cum me familiarem tuum eſſe dixiſſem, & ab illo & à multis fratribus hæc mihi injuncta legatio eſt, ut ſi unquam terras iſtas te incolumi contigiſſem, ea te ſupplere compellerem, quæ in illo tuo libro de virtutibus beati viri profeſſus es præteriſſe. Age ergo, quia non illa à te audire deſidero, quæ ſcripta ſufficiunt, illa quæ tum vel propter legentium, ut credo, faſtidium præteriſti, multis in una mecum à te poſcentibus explicentur. Equidem Poſthumiane, *inquam*, cum te jam dudum de ſanctorum virtutibus intentus audirem, tacitis ad Martinum meum cogitationibus recurrebam, merito perſpiciens omnia illa quæ ſinguli diverſa feciſſent, per unum iſtum facile completa. Nam cum excelſa retuleris (quod mihi dixiſſe liceat pace ſanctorum) nihil à te penitus audivi, in quo Martinus eſſet inferior.

XVII. Sed ſicut nullius unquam cum illius viri meritis profiteor conferendam eſſe virtutem: ita & illud animadverti decet, iniqua illum cum eremitis, vel etiam anachoretis, condicione conferri. Illi enim ab omni impedimento liberi, cœlo tantum, atque Angelis teſtibus plane admirabilia docentur operari. Iſte in medio cœtu & con-

Thebaidam.] Sic hoc loco o. l. quos ſequor, cum videam & Hilarium eadem vocis conſignatione uti. *Giſel.* Notatum id ſupra ex vitis patrum, ubi frequens.

Memphitica regna.] Vide Notas ad 11. Hiſtor. pag. 438. b.

Iſte in medio cœtu.] Vere dictum. Anachoretæ ſe tantum diligunt: proximum negligunt. Tanto illis excelſior Martinus, qui proximi ſui ſtudioſus fuit. Vide quæ Spanhemius contra Anachoretas in Dubiis, incomparabili opere, diſputat. Locus paulo ante notatus eſt.

Sæpius

converſatione populorum, inter clericos diſſidentes, inter epiſcopos ſævientes, cum fere quotidianis ſcandalis hinc atque inde premeretur, inexpugnabili tamen adverſus omnia virtute fundatus ſtetit: & tanta operatus eſt, quanta ne illi quidem, quos ante audivimus eſſe in eremo vel fuiſſe, fecerunt. Ac ſi illi paria feciſſent, quis judex tam eſſet injuſtus, ut non iſtum eſſe potiorem merito judicaret? Puta enim iſtum fuiſſe militem qui pugnaverit in iniquo loco, & tamen victor evaſerit: illos autem æque compone militibus, ſed qui ex æquo loco, aut etiam de ſuperiore certaverint. Quid ergo? & ſi omnium una victoria eſt, non poteſt eſſe par gloria. Et tamen cum præclara retuleris, à nemine retuliſti mortuum ſuſcitatum: quo uno utique te neceſſe eſt confiteri Martino neminem conferendum. Nam ſi admirandum eſt, quod illum Ægyptium flamma non attigit: hic quoque ſæpius imperavit incendiis. Si revolvas, quod Anachoretis feritas beſtiarum victa ſuccubuit: hic familiariter & rabiem beſtiarum, & ſerpentium venena compeſcuit. Quod ſi illum conferas, qui immundis ſpiritibus obſeſſos verbi imperio, ac etiam fimbriarum virtute curabat; ne in hac quidem parte inferiorem fuiſſe Martinum multa documenta ſunt. Si etiam ad illum recurras, qui ſetis ſuis pro veſte contectus, putabatur ab Angelis viſitari; cum iſto Angeli quotidie loquebantur. Jam vero adverſus vanitatem atque jactantiam ita invictum ſpiritum geſſit, ut illa vitia fortius nemo contempſerit, cum quidem immundis ſpiritibus adflatos abſens plerumque curaverit; nec ſolum Comitibus, aut Præfectis, ſed ipſis etiam Regibus imperaret. Minimum id quidem in illis virtutibus: ſed credas velim, non ſolum vanitati, ſed cauſſis etiam atque occaſionibus vanitatis, neminem fortius repugnaſſe. Parva quidem, ſed non prætereunda dicturus ſum: quia & ille laudandus eſt, qui ſumma præditus poteſtate, tam religioſam

Sæpius imperavit incendiis.] Bis, ut in Vita annotavit cap. XI. & Epiſtola I.

Ipſis etiam Regibus imperaret.] Vide Notas ad cap. XXIII. Vitæ Martini.

Vin-

ſam ad reverentiam beati viri oſtenderit voluntatem. Memini Vincentium Præfectum, virum egregium, & quo nullus ſit intra Gallias omni virtutum genere præſtantior, dum Turonos præteriret, à Martino ſæpius popoſciſſe, ut ei convivium in ſuo monaſterio daret: in quo quidem exemplum B. Ambroſii Epiſcopi præferebat: qui eo tempore Conſules & Præfectos ſubinde paſcere ferebatur: ſed virum altioris ingenii, ne qua ex hoc vanitas atque inflatio obreperet, noluiſſe. Ergo fatearis neceſſe eſt, in Martino omnium illorum quos enumeraſti, fuiſſe virtutes: Martini autem in illis omnibus non fuiſſe. Quid tu, *inquit* Poſthumianus, ita mecum? quaſi non eadem tecum ſentiam ſemperque ſenſerim.

XVIII. Ego vero quoad vivam ſemper, & ſapiam, Ægypti monachos prædicabo. Laudabo anachoretas, mirabor eremitas: Martinum ſemper excipiam; non illi ego quemquam audebo monachorum, certe non epiſcoporum quempiam comparare. Hoc Ægyptus fatetur, hoc Syria, hoc Æthiops comperit, hoc Indus audivit, hoc Parthus & Perſa noverunt: nec ignorat Armenia: Boſphorus excluſa cognovit, & poſtremo ſi quis aut Fortunatas Inſulas, aut Glacialem frequentat Oceanum. Quo miſerior eſt regio iſta noſtra, quæ tantum virum cum in proximo habuerit, noſ-

Vincentium præfectum] A. cccc. ſub Stilicone Conſule Vincentius prætorii præfecturam in Galliis geſſit, ut reſcriptum Honorii Imperatoris ad eundem datum ſignificat l. 1. *Vtrum vi.* C. Theodoſ. Hujus cum laude Severus meminit. *Baron.*

Hoc Indus audivit.] In vita Macarii Romani: *Vbi cœlum terræ jungitur.* Ita putarunt antiqui, planam eſſe terram, & alicubi cœlo jungi. Ibique Paradiſum collocarunt. Alcimus Avitus 1. de Geneſi:

Ergo ubi tranſmiſſis mundi caput incipit Indis,
Quo perhibent terram confinia jungere cœlo,
Lucus inacceſſa cunctis mortalibus arce,
Permanet. ———

Parthus & Perſa.] Vide Notas ad libros Hiſtoriarum, ubi de his nominibus.

Boſphorus.] Scythia, quæ Chriſtianiſmum amplexa, & cui unicus tum præerat Epiſcopus. *Sozomenus* VII, 19. *Salmaſ.*

Fortunatas Inſulas.] Quæ Canariæ. De quo in Opere de Originibus Americanis.

Glacialem Oceanum.] De eodem in opere citato. Iuvenalis:

Vltra Sauromatas fugere hinc libet & glacialem
Oceanum.

Homi-

noſſe non meruit. Nec tamen huic crimini miſcebo populares: ſoli illum clerici, ſoli neſciunt ſacerdotes. Nec immerito. Noſſe illum invidi noluerunt; quia ſi virtutes illius noſſent, ſua vitia cognoviſſent. Horreo dicere, quod nuper audivi, infelicem dixiſſe neſcio quem, te in illo libro tuo plura mentitum. Non eſt hominis vox iſta, ſed diaboli; nec Martino in hac parte detrahitur, ſed fidei Euangelii derogatur. Nam cum Dominus ipſe teſtatus ſit iſtiuſmodi opera, quæ Martinus implevit, ab omnibus fidelibus eſſe facienda; qui Martinum non credit iſta feciſſe, non credit Chriſtum iſta dixiſſe. Sed infelices, degeneres, ſomnolenti, quæ ipſi facere non poſſunt, facta ab illo erubeſcunt; & malunt illius negare virtutes, quam ſuam inertiam confiteri.

XIX. Verum nobis ad alia properantibus, omnis iſtorum memoria relinquatur; tu potius, ut jamdudum deſidero, reſidua Martini opera contexe. At ego, *inquam*, arbitror rectius iſtud à Gallo eſſe poſcendum, quippe qui plura noverit (neque enim ignorare potuit magiſtri facta diſcipulus) & qui non immerito iſtam vicem non ſolum Martino, ſed etiam nobis debeat; ut, quia ego jam librum editum, ac tu hactenus Orientalium geſta memoraſti, iſtam demum neceſſarii ſermonis hiſtoriam Gallus evolvat: quia, ut dixi, & nobis debet loquendi vicem, & Martino ſuo credo præſtabit, ut non gravate illius facta commemoret.

XX. Ego plane, *inquit* Gallus, licet impar ſim tanto oneri, tamen relatis ſuperius à Poſthumiano obedientiæ cogor exemplis, ut munus iſtud quod imponitis, non recuſem. Sed dum cogito me hominem Gallum inter Aquitanos verba facturum, vereor ne offendat veſtras nimium urbanas aures ſermo ruſticior. Audietis me tamen ut Gurdonicum hominem, nihil cum fuco aut cothurno loquentem.

Nam

Hominem Gallum inter Aquitanos.] Vide Notas ad 11. Hiſtor. ubi illa verba: *Aquitanis, Gallis ac Hiſpanis.*

Gurdonicum hominem.] In Mſ. *Gortonicum*, & *Gurtonicum*. Giſelin. Gurdonicus homo eſt ſtolidus, importunus, vel potius ſimplex. Quintil. 1, 9. *Gurdos, quos pro ſtolidis accepit vulgus, ex Hiſpa-*

Nam ſi mihi tribuitis Martini me eſſe diſcipulum; illud etiam concedite, ut mihi liceat exemplo illius inanes ſermonum phaleras & verborum ornamenta contemnere. Tu vero, *inquit* Poſthumianus, vel Celtice, aut ſi mavis, Gallice loquere, dummodo jam Martinum loquaris. Ego autem profiteor, quia etiamſi mutus eſſes, non defutura tibi verba, quibus Martinum facundo ore loquereris: ſicut Zachariæ in Joannis nomine lingua reſoluta eſt. Cæterum cum ſis ſcholaſticus, hoc ipſum quaſi ſcholaſticus artificioſe facis, ut excuſes imperitiam, quia exſuperas eloquentia. Sed neque monachum tam aſtutum, neque Gallum decet eſſe tam callidum. Verum aggredere potius, & quod te manet explica. Nimium enim dudum alias res agentes conſumimus tempus: & jam ſolis occidui umbra prolixior monet, non multum diei, vicina nocte, ſupereſſe. Deinde cum paullulum omnes conticuiſſemus, Gallus ita cœpit: Cavendum mihi imprimis eſſe arbitror, ne ea de Martini virtutibus repetam, quæ in libro ſuo Sulpicius iſte memoravit. Unde prima illius inter militandum geſta prætereo: neque ea attingam, quæ laicus egit, ac monachus; nec vero audita ab aliis potius, quam quæ vidi ipſe, dicturus ſum.

Hiſpania traxiſſe originem audivi. Hiſpani ab Africis acceperunt eam vocem. Laberius enim apud Gellium XVI, 7. ſe *gurdum ex Africa venientem accepiſſe* ſcribit..

Celtice, aut ſi mavis, Gallice loquere.] Celtas intelligit, qui antiqua lingua Gallorum utebantur, Gallos qui recentiori, & in Romanam corrupta. *Horn.*

Zachariæ in Ioannis nomine.] Lucæ cap. 11.

Quæ laicus egit ac monachus.] Infra Dial. III, 20. *Sævit in clericos, graſſatur in laicos.* Vbi vide Notas. Monachi tum adhuc à clericis diſtincti. Supra id oſtenſum.

DIALOGVS II.

De virtutibus B. Martini.

QUo primo igitur tempore, relictis ſcholis, beato me viro junxi, paucos dies euntem ad eccleſiam ſequebamur. Interim ei ſeminudus hibernis menſibus pauper occurrit, orans ſibi veſtimentum dari. Tunc ille, accerſito archidiacono, juſſit algentem ſine dilatione veſtiri. Deinde ſecretarium ingreſſus, cum ſolus, ut erat illi conſuetudo, reſideret (hanc enim ſibi etiam in eccleſia ſolitudinem permiſſa clericis libertate præſtabat) cum quidem in alio ſecretario Presbyteri ſederent, vel ſalutationibus vacantes, vel audiendis negotiis occupati, Martinum vero uſque in eam horam qua ſolennia populi agi conſuetudo depoſceret, ſua ſolitudo cohibebat. Illud non prætereo, quod in ſecretario ſedens, nunquam cathedra uſus eſt. Nam in eccleſia nemo unquam illum ſedere conſpexit; ſicut quendam nuper (teſtor Dominum) non ſine meo pudore vidi, ſublimi ſolio quaſi regio tribunali, celſa ſede reſidentem. Sedebat autem Martinus in ſellula ruſticana, ut eſt in uſibus ſervulorum, quas nos ruſtici Galli tripetias, vos ſcholaſtici, aut certe tu qui de Græcia venis, tripodas nuncupatis. Hoc ergo ſecretum bea-

ARCHIDIACONO.] Sicut primus presbyter dictus eſt Epiſcopus, ita primus Epiſcopus Archiepiſcopus: primus Diaconus Archidiaconus. Vide Salmaſium de Primatu. cap. 1.

Secretarium.] Vide Notas ad Epiſtolam 1.

Sublimi ſolio quaſi regio tribunali, celſa ſede reſidentem.] Hi mores clericorum jam Sulpicii ævo. Ambitio, faſtus, avaritia regnabant. Vnde mirum non eſt illam Hierarchiam exortam. Diaconi presbyterorum locum ambiebant; hi Epiſcoporum: Epiſcopi dignitas in dominatum degenerarat & manifeſtam tyrannidem. *Iſidor. Peluſiot.* 11. Epiſt. CXXV. *Salmaſius.*

Nos ruſtici Galli tripetias.] Vides, amice lector, linguam illam, qua hodie Galli omnes utuntur, non hodie aut heri natam eſſe, ſed ante annos M. CC. cepiſſe ſuum initium ac originem, indeque inſequentibus ſæculis majore incremento ad noſtram uſque ætatem propagatam, in eam tandem copiam & elegantiam exuberaſſe, ut nulli propemodum primigeniæ linguæ ulla in parte concedat, multas etiam ſuperet. Tripetias hodie, qui iis utuntur, à voce Latina

beati viri pauper ille captatum, cum ei Archidiaconus dare tunicam diſtuliſſet, irrupit, diſſimulatum ſe à clerico querens, algere deplorans. Nec mora, ſanctus, paupere non vidente, intra amphibalum ſibi tunicam latenter eduxit, pauperemque contectum diſcedere jubet. Dein paullo poſt Archidiaconus ingreſſus, admonet, pro conſuetudine exſpectare in eccleſia populum, illum ad agenda ſolennia debere procedere. Cui ille reſpondens ait, *pauperem prius* (de ſe autem dicebat) *oportere veſtiri: ſe ad eccleſiam non poſſe procedere, niſi veſtem pauper acciperet.* Diaconus vero nihil intelligens, quia extrinſecus indutum amphibalo, veſte nudum interius non videbat, poſtremo pauperem non comparere cauſſatur. *Mihi*, inquit, *veſtis quæ præparata eſt, deferatur: pauper non deerit veſtiendus.* Arctatus demum clericus, neceſſitate compulſus, jamque felle commoto, à proximis tabernis bigerrigam veſtem, brevemque atque hiſpidam, quinque comparatam argenteis rapit, atque ante Martini pedes iratus exponit. *En*, inquit, *veſtem, ſed pauper hic non eſt.* Ille nihil motus, jubet eum paullulum ſtare pro foribus, ſecretum utique procurans, dum ſibi veſtem nudus imponeret; totis viribus elaborans, ut poſſet occultum eſſe quod fecerat. Sed quando in ſanctis viris latent iſta, quærentibus velint nolint cuncta produntur.

II. Cum hac igitur oblaturus ſacrificium Deo veſte procedit...

tina tripede vocant, *tripiées*. Sic & bigerrigam veſtem, quaſi bariegatam *bigaré*.

Intra amphibalum.] Sic & Paulinus IV. Fortunatus III. Gregor. Turonenſ. lib. de glor. Confeſſ. cap. XIX. de Sancto Trajano: *Si norum, ut adſolet, amphibalum induiſſet, cum quo proceſſurus diœceſin circumiret, fimbriæ hujus veſtis à diverſis diripiebantur.* In veteri Lexico D. Benigni Divionenſis: *Amphibalus*, Byrrhus villoſus. In aliis gloſſis vetuſtis: *Amphibalum eſt veſtis ex utraque parte villoſa.* Iuretus.

Ad agenda ſolennia.] Editio Aldina: *ad agenda miſſarum ſolennia.* Paulinus IV. *Præcedat miſſam.* Quod nomen etiam in Milevitano concilio extat, & uſitatum eſt Ambroſio, Victori Vticenſi, aliiſque. Veriſimile eſt ex Paulino extitiſſe quoque apud Severum, & in V. C. ab Aldo repertum. *Iuret.*

Bigerrigam veſtem.] Aldus: *nigerrimam.* Male. Fortunatus III, I.

Induitur ſancta hirſuta bigerrica palla.

In Gloſſis vetuſtis: *veſtis nigra & groſſior.* A Bigerrionibus populis Aquitaniæ. *Iuret.*

Cum hac igitur oblaturus ſacrificium Deo veſte procedit.] Veſtes ſacerdotales per incremen-

cedit. Quo quidem die (mira dicturus ſum) cum jam altarium, ſicut eſt ſollenne, benediceret, globum ignis de capite illius vidimus emicare, ita ut in ſublime contendens, longius collum crinemque flamma produceret. Hoc, licet celeberrimo factum die, in magna populi multitudine viderimus, una tantum de virginibus, & unus de Presbyteris, tres tantum videre de monachis: cæteri cur non viderint, non poteſt noſtri eſſe judicii.

III. Per idem fere tempus, cum Euantius, avunculus meus, vir licet ſæculi negotiis occupatus, tamen admodum Chriſtianus, graviſſima ægritudine extremo mortis periculo cœpiſſet urgeri, Martinum evocavit. Nec cunctatus ille properavit; prius tamen quam medium viæ ſpatium vir beatus evolveret, virtutem advenientis ſenſit ægrotus: receptaque continuo ſanitate, venientibus nobis obviam ipſe proceſſit: Altera die redire cupientem, magna prece detinuit: cum interim unum è familia puerum lethali ictu ſerpens perculit; quem jam exanimem vi veneni ipſe Euantius ſuis humeris illatum ante pedes ſancti viri, nihil illi impoſſibile confiſus, expoſuit. Jamque ſe malum ſerpentis per omnia membra diffuderat. Cerneres omnibus venis inflatam cutem, & ad utris inſtar tenſa vitalia. Martinus porrecta manu, univerſa membra pertractans, digitum prope ipſum vulnuſculum, quo beſtia virus infuderat, fixit. Tum vero (mira dicturus ſum) vidimus venenum ex omni parte revocatum, ad Martini digitum cucurriſſe; deinde per illud ulceris foramen exiguum, ita virus ſtipaſſe cum ſanguine;

crementa, ad eum qui nunc habetur, auctæ ſunt ornatum. Nam primis temporibus communi veſtimento induti Miſſas agebant: ſicút & hactenus quidam Orientalium facere perhibentur. Srephanus autem conſtituit Sacerdotes, & Levitas veſtibus ſacratis, in uſu quotidiano non uti, niſi in Eccleſia tantum. Statutum eſt Concil. Bracarenſi ne Sacerdos ſine Oratorio celebret Miſſam. Addiderunt in veſtibus ſacris alii alia, vel ad imitationem eorum, quibus veteres utebantur ſacerdotes, vel ad myſticæ ſignificationis expreſſionem. *VValefridus Strabo de Reb. Eccleſ. cap. 24. Veſtes ſacræ, quibus jam celebrantur Miſſæ, in uſu non fuerunt in Eccleſia per annos à Chriſto* 400. Perkinſ.

Cum jam altarium, ſicut eſt ſollenne, benediceret.] Circa an. cccc. uſus altarium obtinuit non ad ſacrificium offerendum, ſed ad honorem, & memoriam

ne, ut ſolet ex uberibus caprarum aut ovium, paſtorum manu preſſis, longa linea copioſi lactis effluere. Puer ſurrexit incolumis. Nos obſtupefacti tantæ rei miraculo, id quod ipſa cogebat veritas, fatebamur, non eſſe ſub cœlo qui Martinum poſſit imitari.

IV. Conſequenti itidem tempore iter cum eo, dum diœceſes viſitat, agebamus. Nobis neſcio qua neceſſitate remorantibus, aliquantulum ille proceſſerat. Interim per aggerem publicum plena militantibus viris fiſcalis rheda veniebat. Sed ubi Martinum in veſte hiſpida, nigro & pendulo pallio circumtectum, contigua de latere jumenta viderunt, paullulum in partem alteram pavefacta hæſerunt. Deinde funibus implicatis, protentos illos, quibus, ut ſæpe vidiſtis, miſera illa animalia conglobantur, ordines miſcuerunt; dumque ægre expediuntur, moram fecere properantibus. Qua permoti injuria militantes, præcipitatis in terram ſaltibus ſe dederunt. Dein Martinum flagris ac fuſtibus urgere cœperunt: cum quidem ille mutus & incredibili patientia præbens terga cædentibus, majorem inſaniam infelicibus commoveret; magis ex hoc furentes, quod ille quaſi non ſentiens verbera illata contemneret. Nos illico conſecuti, fœde cruentum, atque univerſa corporis parte laniatum, cum exanimis in terram procubuiſſet, invenimus; ſta-

riam martyrum. Concil. Carthag. v. c. 14. *Perkinſ.*

Iter cum eo dum diœceſes viſitat, agebamus.] Vegetius 1, 23. *aut ſi iter agitur.* Laz. *iter facientes.* Abhorruiſſe videtur locutionem nonnihil inuſitatam, *iter agere*: quam tamen Ovidius de arte lib. 2. non abhorruit. Ipſe Severus lib. 2. Sacræ hiſtor. de Nehemia agens, *Statimque eum cum præſidio, quo tutius iter ageret, demiſit.* Giſelin. Diœceſis Epiſcopi non heri atque hodie appellari cœpta eſt, cujuſcunque territorii juriſdictio ad unius civitatis Epiſcopum pertinens. Paſſim ita uſurpari invenias in Codice Africanæ Eccleſiæ. Vt *Hipponenſis Diarrhytorum diœceſis.* Can. XCIII. & *Mappalienſis diœceſis.* Canone LIV. & alibi. Etiam capitur pro parœcia, id eſt diœceſeos Epiſcopalis parte. Vt apud Severum Sulpicium Dial. II. de Martino Turonenſi Epiſcopo: *Conſequenti itidem tempore, iter cum eo, dum diœceſes viſitat, agebamus.* Salmaſius.

Per aggerem publicum.] Eum fortaſſe intelligit, qui *longus pons* apud Tacitum dici ſolet. *Giſelin.*

Fiſcalis rheda.] Vide Notas ad II. Hiſtor. pag. 420.

In veſte hiſpida, nigro & pendulo pallio circumtectum.] Hic habitus aſcetarum & monachorum. Vide Salmaſium in Tertull. de pallio.

ſtatimque eum aſello ſuo impoſuimus, ac locum cædis illius exſecrantes, raptim abire properavimus. Interea illi regreſſi ad rhedam ſuam, furore ſatiato, agi quo ire cœperant jumenta præcipiunt. Quæ cum omnia ſolo fixa, ac ſi ænea ſigna, riguiſſent; tollentibus altius vocem magiſtris, flagris hinc atque inde reſonantibus nihil penitus movebantur. Conſurgunt deinde omnes pariter in verbera. Conſumit Gallicas mularum pœna maſtigias. Tota rapitur ſilva de proximo; trabibus jumenta tunduntur; ſed nihil penitus ſævæ manus agebant; uno atque eodem in loco ſtabant fixa ſimulacra. Quid agerent infelices homines neſciebant. Nec jam ultra diſſimulare poterant, quin, quamlibet brutis pectoribus, agnoſcerent, divino numine ſe teneri. Tandem ergo in ſe regreſſi, cœperunt quærere, quis ille eſſet quem in eodem loco ante paullulum cæcidiſſent; cum percunctantes cognoſcunt ex viantibus, Martinum à ſe tam crudeliter verberatum. Tunc vero apparere omnibus cauſſa manifeſta, nec ignorare jam poterant quin ob illius viri injuriam tenerentur. Igitur omnes rapidis nos paſſibus conſequuntur, conſcio facti ac meriti pudore confuſi, flentes, & pulvere, quo ſe ipſi fœdaverant, caput atque ora conſperſi, ante Martini ſe genua provolvunt, veniam precantes, & ut eos abire ſineret, poſtulantes: *ſatis ſe vel ſola conſcientia dediſſe pœnarum: ſatiſque intellexiſſe, quam eoſdem ipſos vivos abſorbere terra potuiſſet, vel ipſi potius amiſſis ſenſibus in immobilem ſaxorum naturam rigeſcere debuiſſent, ſicut affixa locis quibus ſteterant jumenta vidiſſent. Orare ſe atque obſecrare, ut indulgeret ſceleri veniam, & copiam præſtaret abeundi.* Senſerat etiam, priuſquam accurrerent, vir beatus, illos teneri, nobiſque id ante jam dixerat. Veniam tamen clementer indulſit, eoſdemque abire permiſit, animalibus reſtitutis.

V. Il-

Conſumit Gallicas mularum pœna maſtigias.] Lazius legit: *galligas mularum pœnam.* Maſtigias pro ſcuticis & flagellis ponit, quæ maſtiges, μάστιγας. Alias *maſtigia* ſumitur pro verberone, cui tergum flagris conſciſſum. Gallicas maſtigias vocat, qualibus ruſtici Galli & muliones uſi.

Conſcio facti ac meriti pudore confuſi.] Sic Dialogi primi capite octavo: *Lupa*

V. Illud autem animadverti ſæpe, Sulpici, Martinum tibi dicere ſolitum, nequaquam ſibi in Epiſcopatu eam virtutum gratiam ſuppetiſſe, quam prius ſe habuiſſe meminiſſet. Quod ſi verum eſt, immo quia verum eſt, conjicere poſſumus, quanta fuerunt illa quæ monachus operatus eſt, & quæ teſte nullo ſolus exercuit, cum tanta illum in Epiſcopatu ſigna feciſſe, ſub oculis omnium viderimus. Multa quidem illius geſta prius innotuere mundo, neque potuere celari; ſed innumerabilia eſſe dicuntur, quæ, dum jactantiam vitat, occultavit, neque in hominum notitiam paſſus eſt pervenire: quippe qui humanam ſubſtantiam ſupergreſſus, virtutis ſuæ conſcientia mundi gloriam calcans, cœlo teſte frueretur. Quod verum eſſe, vel ex his quæ comperta nobis ſunt, nec latere potuerunt, poſſumus æſtimare; ſiquidem ante Epiſcopatum duos mortuos vitæ reſtituerit, quod liber tuus plenius eſt locutus; in Epiſcopatu vero, quod prætermiſiſſe te miror, unum tantummodo ſuſcitaverit. Cujus rei ego teſtis ſum, ſi tamen nihil de minus idoneo teſte dubitatis. Id ipſum autem vobis, qualiter geſtum ſit, explicabo. Fuerat cauſſa neſcio quæ, qua Carnotum opidum petebamus. Interea dum vicum quendam habitantium multitudine frequentiſſimum præterimus, obviam nobis immanis turba proceſſit, quæ erat tota gentilium. Nam nemo in illo vico noverat Chriſtum. Verum ad famam tanti viri campos omnes late patentes confluentium multitudo contexerat. Senſit hic Martinus operandum, & annuntiante ſibi ſpiritu totus infremuit; nec mortale ſonans verbum Dei gentilibus prædicabat; ſæpius ingemiſcens, cur tanta Dominum Salvatorem turba neſciret. Interea ſicut nos incredibilis circumdederat multitudo, mulier quædam, cujus filius paullo ante defecerat, corpus exanimum beato viro protenſis

Lupa conſcio pudore confunditur.

Nec mortale ſonans.] Imitatur, ut ſæpe, Virgilium:

Nec vox hominem ſonat.

Dominum Salvatorem.] Chriſtus recte & Servator dicitur & Salvator. Fruſtra hanc vocem Ciceroniani quidam rejiciunt, quæ frequentiſſima in Veteri verſione Bibliorum & apud ſcriptores Eccleſiaſticos.

ſis manibus cœpit offerre, dicens; *Scimus quia amicus Dei es, reſtitue mihi filium meum; quia unicus eſt mihi.* Junxit ſe cætera multitudo, & matris precibus acclamat. Tum Martinus videns pro exſpectantium ſalute, ut poſtea nobis ipſe dicebat, conſequi ſe poſſe virtutem, defuncti corpus propriis manibus accepit; & cum inſpectantibus cunctis, genua flexiſſet, ubi conſummata oratione ſurrexit, vivificatum parvulum matri reſtituit. Tum vero multitudo omnis in cœlum clamore ſublato, Chriſtum Dominum fateri; poſtremo cuncti catervatim ad genua beati viri ruere cœperunt, fideliter poſtulantes, ut eos faceret Chriſtianos. Nec cunctatus, in medio ut erat campo, cunctos impoſita univerſis manu catechumenos fecit, cum quidem ad nos converſus diceret, *non irrationabiliter in campo catechumenos fieri, ubi ſolerent martyres conſecrari.* Viciſti, *inquit Poſthumianus,* Galle, viciſti; non utique me, qui Martini ſum potius adſertor, & qui hæc omnia de illo viro & ſcivi ſemper, & credidi; ſed eremitas omnes, anachoretaſque viciſti. Nemo enim illorum, ſicut Martinus hic veſter, immo noſter, mortibus imperavit. Meritoque hunc iſte Sulpicius Apoſtolis comparat & Prophetis: quem per omnia illis eſſe conſimilem, fidei virtus, ac virtutum opera teſtantur. Sed perge, quæſo, quanquam nihil magnificentius audire poſſimus, perge tamen Galle, quod etiam nunc de Martino ſupereſt ſermonis evolvere. Nam etiam minima illius, & quotidiana, animus feſtinat agnoſcere: quia minima illius, aliorum maximis majora eſſe, nulli dubium eſt. Ita faciam,

Gal-

Poſtulantes ut eos faceret Chriſtianos.] Sicut pagani docebantur ardentiſſimo deſiderio diem epoptiæ expectare, ut ex Tertull. adv. Valentinianos patet: ſic & Catechumeni fuerunt inſtituti, ut tota cupiditate Sacramentorum participationem deſiderarent. Vnde in Veteri Gloſſario legitur: λειτουργία, τελετή, *deſiderata.* Sic enim legendum. Ergo *deſiderata* eſt initiatio in Chriſtianiſmo, id eſt, baptiſmus & Euchariſtia. Auguſtinus Epiſt. CVII. *Audit Sacerdotem exhortantem populum Dei, orare pro Catechumenis, ut eis deſiderium regenerationis inſpiret.* Hujus deſiderii Chryſoſtomus ſæpe meminit, & alii Patres. *Caſaub.*

Impoſita univerſis manu Catechumenos fecit.] Primo fiebant Catechumeni, deinde competentes, poſtremo fideles & Chriſtiani. Plena ſunt Patrum monumenta, præſertim Auguſtini, hujus neceſ-

Gallus inquit. Verum id quod dicturus ſum, ipſe non vidi; prius enim geſta res eſt quam me illo viro jungerem. Sed factum celebre eſt, fidelium fratrum, qui interfuerant, ſermone vulgatum.

VI. Eodem fere tempore, quo primum Epiſcopus datus eſt, fuit ei neceſſitas adire comitatum. Valentinianus tum major rerum potiebatur. Is cum Martinum ea petere cognoviſſet, quæ præſtare nolebat, juſſit eum palatii foribus arceri. Etenim ad animum illius immitem ac ſuperbum uxor acceſſerat Arriana, quæ totum illum à ſancto viro, ne ei debitam reverentiam præſtaret, averterat. Itaque Martinus, ubi ſemel atque iterum ſuperbum principem fruſtra adire tentavit, recurrit ad nota præſidia; cilicio obvolvitur, cinere conſpergitur, cibo potuque abſtinet, orationes diebus noctibuſque perpetuat. Septimo vero die aſtitit ei Angelus: jubet eum ad palatium ire ſecurum, regias fores quamlibet clauſas ſponte reſerandas, imperatoris ſpiritum ſuperbum molliendum. Igitur iſtiuſmodi præſentis Angeli confirmatus alloquio, & fretus auxilio, palatium petit. Patent limina, nullus obſiſtit; poſtremo uſque ad regem nemine prohibente pervenit. Qui cum venientem eminus videret, infrendens cur fuiſſet admiſſus, nequaquam aſſurgere eſt dignatus aſtanti, donec regiam ſellam ignis operiret, ipſumque regem ea parte corporis, qua ſedebat, adflaret in-

neceſſariæ obſervationis. *Caſaub.* Vide Notas ad Vitam Martini cap. x.

Quo primum Epiſcopus datus eſt.] Anno Chriſti CCCLXXV.

Adire comitatum.] Eo verbo curiam Principis tum deſignabant. Sic Dial. II, cap. 15. *ad comitatum ire compulſus.* Ammianus lib. XXVIII. *litteris ad comitatum miſsis.* Giſelin. Vide quæ dicta ad vitam cap. XXII.

Valentinianus tum major.] Ratio, quamobrem quod hic narratur eveniſſe putem, Valentiniano & Valente II. Coss. eſt ea unica, quod eo anno frequentes in Hiſpaniis & Galliis Synodi contra Arrianos fuerint coactæ. Si tamen quis idem rejicere malit in tertium, quartum, aut quintum annum ſubſequentem, nihil pugnabo. *Giſelinus.*

Ad animum immitem ac ſuperbum.] Ammian. lib. XXIX. non immitem ſolum, ſed ſuopte etiam ingenio trucem nominat: ejuſque immanis truculentiæ egregia aliquot exempla ſubjicit. *Giſelinus.*

Vxor acceſſerat Arriana.] Iuſtina τὰ Ἀρειανῶν φρονοῦσα. *Socrates* V, 11. *Theodorit.* V, 13. Eadem etiam Valentiniani II. mater fuit. Itaque marito & filio

incendium. Ita ſolio ſuo ſuperbus excutitur, & Martino invitus aſſurgit: multumque complexus, quem ſpernere ante decreverat, virtutem ſenſiſſe divinam emendatior fatebatur; nec exſpectatis Martini precibus, prius omnia præſtitit, quam rogaretur. Colloquio illum atque convivio frequenter adſcivit; poſtremo abeunti multa munera obtulit, quæ vir beatus, ut ſemper paupertatis ſuæ cuſtos, cuncta rejecit. Et quia palatium ſemel ingreſſi ſumus, licet diverſis in palatio temporibus geſta connectam. Nequaquam enim prætermittendum videtur, circa Martini admirationem, reginæ fidelis exemplum.

VII. Maximus Imperator rempublicam gubernabat, vir omni vitæ merito prædicandus, ſi ei vel diadema non legitime, tumultuante milite, impoſitum repudiare, vel armis civilibus abſtinere licuiſſet. Sed magnum imperium nec ſine periculo renui, nec ſine armis potuit teneri. Hic Martinum ſæpius evocatum, receptumque intra palatium, venerabiliter honorabat. Totus illi cum eo ſermo de præſentibus, de futuris, de fidelium gloria, de æternitate ſanctorum. Cum interim diebus ac noctibus de ore Martini regina pendebat, Euangelico illo non inferior exemplo, pedes ſancti fletu rigabat, crine tergebat. Martinus, quem nulla unquam fœmina contigiſſet, iſtius aſſiduitatem, immo potius ſervitutem non poterat evadere. Non illa opes regni, non imperii dignitatem, non diadema, non purpuram cogitabat; divelli à Martini pedibus ſolo ſtrata non poterat, poſtremo à viro ſuo popoſcit, deinde Martinum uter-

filio impotens mulier magnorum cauſa malorum fuit. Vide Scriptores Eccleſiaſticos.

Maximus Imperator.] Maximus, confirmato trans Alpes Imperio, omnes ſibi conciliare ſluduit, Catholicos, Iudæos, gentiles. Nam gentilibus reddere demta per Gratianum ſacrificia voluit, reſtituereque ſublatam in Capitolio victoriæ aram. Vnde & incredibili plauſu eum exceperunt, & laudes ejus Symmachus conſularis peculiari libro conſcripſit recitavitque, teſte Socrate v, 14. Pro Iudæis edicta compoſuit. Vnde illa vox Chriſtianorum: *Rex iſte Iudæus factus eſt.* Ambroſ. Epiſt. LXXIX. Catholicæ etiam fidei acerrimus defenſor videri volebat. Quod ex ejus ad Siricium Papam Epiſtola patet, quæ extat Tomo 1. Epiſt. Rom. Pont.

Vir omni vitæ merito prædicandus.] Sic & Oroſius VII, 34. judicat. Supra eum

uterque compellunt, ut ei remotis omnibus miniſtris, præberet ſola convivium. Nec potuit vir beatus obſtinatius reluctari. Componitur caſtus reginæ manibus apparatus; ſellulam ipſa conſternit, menſam admovet, aquam manibus ſubminiſtrat: cibum, quem ipſa coxerat, apponit. Ipſa, illo ſedente, eminus ſecundum famulantium diſciplinam ſolo fixa conſiſtit immobilis, per omnia miniſtrantis modeſtiam, & humilitatem exhibens ſervientis: miſcuit ipſa bibituro, & ipſa porrexit. Finita cœnula, fragmenta panis aſſumpti, micaſque collegit, ſatis fideliter illas reliquias imperialibus epulis anteponens. Beata mulier, tantæ pietatis affectu illi merito comparanda, quæ venit à finibus terræ, audire Salomonem, ſiquidem ſimplicem ſequamur hiſtoriam. Sed ſi fides reginarum eſt conferenda (quod mihi liceat ſeparata myſterii majeſtate dixiſſe) illa expetiit audire ſapientem; iſta non tantum audiſſe contenta, ſed & meruit ſervire ſapienti. Ad hæc Poſthumianus: Jamdudum, *inquit*, Galle audiens te loquentem, vehementer admiror reginæ fidem. Sed illud ubi eſt, quod nulla unquam fœmina ferebatur propius aſtitiſſe Martino? Ecce iſta regina non ſolum aſtitit, ſed etiam miniſtravit. Et vereor, ne iſto aliquantulum ſe tueantur exemplo, qui libenter fœminis inſeruntur. Tum Gallus: Quid tu, *inquit*, non vides quod ſolent docere grammatici, locum, tempus, perſonam? Propone enim tibi ante oculos captum in palatio Imperatoris precibus ambiri, reginæ fide cogi, temporis neceſſitate conſtringi, ut clauſos carcere liberaret, exſiliis datos reſtitueret, bona adempta redhiberet. Hæc quanti putes conſtare Epiſcopo debuiſſe, ut pro his omnibus non aliquantulum de rigore propoſiti relaxaret? Verumtamen quia oc-

eum vocat *ferocis ingenii virum & bellorum civilium victoria elatum.* In Vita cap. XXIII. Oroſio, *trux, & ab immaniſsimis Germanorum gentibus tributa ſolo terrore nominis exigens.* Vide quæ ſupra notavimus non uno loco, ad II. Hiſt. & Vitam.

Verumtamen quia.] Multus etiam in eo Paulinus eſt, ut hoc Martini factum excuſet libro IV. ſed alio colore quam fecit Severus. Indicat enim neminem culpæ imputare debere quod fœminæ potius facilem ſe exhibuerit quam viro, quia fides plus quam ſexus mereri iſtud

occaſione hujus exempli male uſuros eſſe aliquos arbitraris, illi vero felices erunt, ſi à diſciplina exempli iſtius viri non recedant. Videant enim, quia Martino ſemel tantum in vita ſua, jam ſeptuagenario, non vidua libera, non virgo laſciviens, ſed ſub viro vivens, ipſo viro pariter ſupplicante, regina ſervivit & miniſtravit. Hæc edenti aſtitit, non cum epulante diſcubuit: nec auſa eſt participari convivio, ſed deferebat obſequium. Diſce igitur diſciplinam; ſerviat tibi matrona, non imperet; & ſerviat, non recumbat; ſicut Martha illa miniſtravit Domino, nec tamen eſt aſcita convivio; immo prælata eſt miniſtranti, quæ verbum potius audiebat. Sed in Martino iſta regina utrumque complevit; &

iſtud videbatur. Ac ſuſpicor id de induſtria feciſſe Paulinum, ne quis iniquus arbiter calumniaretur, quod haberet uxorem ſuam Theraſiam comitem. *Iuret.*

Iam ſeptuagenario.] Cum unico hoc loco parum mihi convenit: Gregorio autem Turonenſi nullo modo. Si enim B. Martinus duodeviginti annos natus, id eſt, duobus annis ante Arbetionem Conſ. ſacramento baptiſmi ſuſcepto, nomen Chriſto dedit: non ille Cæſario & Attico Coss. ex hac vita decedens annos 81. potuit numerare: cum ab Arbetione ad hos Coss. anni non plures quadraginta & uno numerentur. Neque vero hic diſcrimen eſt biennii aut triennii, ſed annorum undeviginti, quod, ut uno verbo ingenue dicam quod ſentio, tolli nullo modo poteſt, niſi alterutri, aut Severo, aut Gregor. Turonenſi fides abrogetur. Nam quod ad me attinet; dummodo mihi Chronologiæ meæ ad Valentinianum, ſive B. Martini epiſcopatum ex ipſarum rerum hiſtoria & verbis Severi inoffenſe deductæ ratio conſtet: de reliquis non magnopere laboro. Nam hoc loco non tam mihi cum Severo controverſia eſt, quam ipſi Severo ſecum. Vt enim, quod hic de Martino ſeptuagenario ſcribitur, veritati ſit conſentaneum: neceſſe eſt omnia, quæ de ejuſdem baptiſmo, de relicta militia, de convictu & occurſu Hilarii, de ipſo denique Hilario & magna Sacræ Hiſtoriæ parte cum temporum & locorum diſtinctione accuratiſſime memoriæ prodidit; ea non ſolum vero diſſentanea eſſe, ſed pugnantia etiam ac plane falſa. Nam qua tandem ratione aut colore potius, qui Arbetione conſule vix 21. annum ætatis attigerat, vivo Maximo diei poſſit ſeptuagenarius, cum idem Maximus poſt Arbetionem anno 33. ſit interfectus? Sed & eadem cum iis, quæ de morte & ætate ejus ſcribit Turonenſis, pugna eſt. Nihil enim verius quam hoc Martini ſeptuagenarii in Reginæ palatio convivium ad illud tempus pertinere, quo à Maximo idem ſe invitari, & regia menſa excipi paſſus eſt, Fl. Euodio & Fl. Honorio Coss. anno urbis 1138. Chriſti 386. Eo tempore nondum Priſcillianum capitis damnatum fuiſſe, multoque minus Treverenſem Synodum habitam, ubi B. Martinus ſuis ipſe ingratiis Epiſcoporum adverſum ſe vim regiam implorantium communionem inire à Maximo coactus eſt: non difficile eſt ex ipſis Severi verbis evincere cap. 23. Vitæ B. Martini: & præcipue cap. 15. dialog. 3. in quo ab ea Synodo ſedecim annis ſuperſtes fuiſſe, neque ullam deinde ſynodum aut conventum epiſcoporum adiiſſe narratur. Vnde & neceſſario

& miniſtravit ut Martha; & audivit ut Maria. Quod ſi quis hoc uti voluerit exemplo, per omnia teneat exemplum; talis cauſſa ſit, taliſque perſona, tale obſequium, tale convivium, & in omni vita ſemel tantum. Præclare, *inquit Poſthumianus*, noſtros iſtos, ut Martini non egrediantur exemplum, tua conſtringit oratio; ſed profiteor tibi, quia hæc ſurdis auribus audientur. Nam ſi Martini ſequeremur vias, nunquam cauſſas de oſculo diceremus, & univerſis ſcævæ opinionis opprobriis careremus. Verum ſicut tu ſoles dicere, cum edacitatis argueris, *Galli ſumus*: ita nos in hac parte nunquam vel Martini exemplo, vel tuis diſputationibus corrigendi fatemur. Veruntamen hæc nobis jamdudum agentibus, quid tu tam obſtinate, Sulpici, taces? Ego, *inquam*, non ſolum modo taceo, ſed olim de iſtis tacere diſpoſui. Nam quia quandam viduam vagam, nitidulam, ſumptuoſam objurgaverim, laſcivius victitantem; itidemque virginem adoleſcenti cuidam mihi caro indecentius adhærentem, cum quidem ipſam frequenter audiſſem, alios etiam qui talia agerent increpantem; tanta mihi omnium fœminarum, cunctorumque monachorum odia concitavi, ut adverſum me utræque legiones jurata bella ſuſceperint. Unde quæſo taceatis, ne etiam hoc quod vos loquimini, ad meam referatur invidiam; tota vobis iſtorum mentio relinquatur; ad Martinum potius revertamur. Tu Galle, ut aggreſſus es, cœptum opus explica. Tum ille: Jam quidem vobis, *inquit*, tanta narravi, ut ſatisfacere ſtudiis veſtris meus ſermo debuerit. Sed quia voluntati veſtræ non obſecundare nefas mihi eſt, quantum adhuc diei ſupereſt,

ſario ſequitur eumdem non 81. ætatis anno, ut teſtatur Turonenſis, ſed 87. ſexto nempe poſt Atticum & Cæſarium Coss. eſſe mortuum: tot enim vel abſque abaco & calculis numerantur. His ego rationibus eo redigi mihi videor, ut alterutrum fatendum ſit, aut memoria ſua Severum miſere eſſe lapſum, aut, quod vero propius eſt, depravatum eſſe locum, idque aut à nimium piis librariis, aut ab impudentibus interpolatoribus, qui Severum cum aliis potius auctoribus ipſi parum feliciter & importune ſuccenturiantibus, quam ſecum concordare maluerunt. Simul varietas ſcripturæ dictionem, *ſeptuagenario*, proxime antecedens, & litura libri Laur. ſuſpicionem meam

varie

eſt, loquar. Nam certe dum ſtramen illud, quod in lectos noſtros paratur, aſpicio, ſubvenit in memoriam etiam de ſtramine, in quo Martinus jacuerat, factam eſſe virtutem. Res ita geſta eſt.

VIII. Claudiomachus vicus eſt in confinio Biturigum atque Turonorum. Eccleſia ibi eſt celebris religione ſanctorum, nec minus glorioſa ſacrarum virginum multitudo. Præteriens ergo Martinus, in ſecretario eccleſiæ habuit manſionem. Poſt diſceſſum illius, cunctæ in ſecretarium illud virgines irruerunt, adlambunt ſingula loca ubi aut ſederat vir beatus, aut ſteterat, ſtramentum etiam in quo quieverat, partiuntur. Una earum poſt dies paucos partem ſtraminis, quam ſibi pro benedictione collegerat, energumeno, quem ſpiritus erroris agitabat, de cervice ſuſpendit. Nec mora, dicto citius ejecto dæmone, perſona purgata eſt.

IX. Per idem fere tempus Martino à Treveris revertenti fit obviam vacca, quam dæmon agitabat; quæ relicto grege ſuo, in homines ferebatur, & jam multos noxie petulca confoderat. Verum ubi nobis cœpit eſſe contigua, hi qui eam eminus ſequebantur, prædicere magna voce cœperunt, ut caveremus. Sed poſtquam ad nos torvis furibunda luminibus propius acceſſit, Martinus elevata obviam manu, pecudem conſiſtere jubet. Quæ mox ad verbum illius ſtare cœpit immobilis. Cum interea videt Martinus, dorſo illius dæmonem ſuperſedentem, quem increpans; *Diſcede*, inquit, *funeſte, de pecude, & innoxium animal agitare deſiſte.* Paruit ne-

varie exaugent. *Giſelin.*

Claudiomachus.] Fortunatus:
Incola quem vicum vocitavit Claudiomagum.

In ſecretario Eccleſiæ habuit manſionem.] Vide Notas ad Epiſt. 1.

Virgines.] Vide Notas ad caput xx. Vitæ.

Adlambunt ſingula loca.] Paullinus:
——*Solium doctoris adorant.*

Gregorius Turonenſis 1. de Miracul. Martini 2. *Singula loca adlambens oſculis, vel irrigans lacrymis, in qua vir beatus aut ſederat, aut oraverat, ſive ubi cibum ſumſerat, vel corporis quieti poſt multos labores indulſerat.* Sic & Paulinus epiſtol. x. ad Severum, de tunica Melaniæ Sanctæ fœminæ. Paul. Diacon. lib. xiv. de Theodoſio Imperat. *Fertur quod cum Conſtantinopoli Epiſcopus Chebronenſis fuiſſet mortuus, ſagum ejus valde ſordidiſſimum quæſierit, & eo circumamictus*

ſit,

nequam ſpiritus, & receſſit. Nec defuit ſenſus in bucula, quin ſe intelligeret liberatam; ante pedes ſancti recepta quiete proſternitur; deinde jubente Martino, gregem ſuum petit, ſeque agmini cæterarum, ove placidior, immiſcuit. Hoc illud fuit tempus, quo inter medias flammas poſitus, non ſenſit incendium, quod mihi non arbitror eſſe referendum, quia in hoc plenius iſte Sulpicius, licet in libro ſuo præteritum, in epiſtola tamen poſtea, quam ad Euſebium, tunc Presbyterum, modo Epiſcopum, fecit, expoſuit; quam tu Poſthumiane, aut, credo, legiſti; aut, ſi incognita tibi eſt, cum libuerit in promptu ex illo armario habes, nos ab illo omiſſa referimus.

X. Quodam autem tempore, dum diœceſes circuiret, venantium agmen incurrimus. Canes leporem ſequebantur. Jamque multo ſpatio victa beſtiola cum undique campis late patentibus nullum eſſet effugium, mortem imminentem jam jamque capienda crebris flexibus differebat. Cujus periculum vir beatus pia mente miſeratus, imperat canibus ut deſiſterent ſequi & ſinerent abire fugientem. Qui continuo ad primum ſermonis imperium conſtiterunt. Crederes vinctos, immo potius affixos in ſuis hærere veſtigiis. Ita lepuſculus perſecutoribus alligatis, incolumis evaſit. Operæpretium autem eſt etiam familiaria illius verba, ſpiritali ſale condita, memorare.

XI. Ovem recens tonſam forte conſpexerat: *Evangelicum*, inquit, *mandatum iſta complevit: duas habuit tunicas, unam earum largita eſt non habenti: ita ergo & vos facere debetis.* Item cum ſubulcum algentem, ac pæne nudum in pellicea veſte vidiſſet, *En*, inquit, *Adam ejectus de Paradiſo, in veſte pellicea ſues paſcit: ſed nos illo vetere depoſito, qui adhuc*

ſit, credens aliquid ſe ex defuncti ſanctitate promereri. Sic & Demonacten Athenienſes coluerunt, ut ex Luciani Dialogis patet. *Iuret.*

Tunc Presbyterum, modo Epiſcopum.] Tum temporis Epiſcoporum & Presbyterorum ordo diſtingui cœpit. Vide quæ ſupra paſſim annotata, & imprimis Salmaſium de primatu Papæ, qui Epiſcoporum ſuperbiam & *πρωτοκαθεδρίαν* ſolidiſſime dejecit. Vide & Seldenum ad Eutychium.

Cin-

huc in iſto manet, novum Adam potius induamus. Boves ex parte prata depaverant, porci etiam nonnulla ſuffoderant: pars cætera quæ manebat illæſa, diverſis floribus, quaſi picta vernabat. *Speciem*, inquit, *gerit pars illa conjugii, quæ pecore depaſta, & ſi non penitus gratiam amiſit herbarum, nullam tamen florum retinet dignitatem: illa vero quam porci, pecora immunda, foderunt, fornicationis imaginem fœdam prætendit: cæterum illa portio quæ nullam ſenſit injuriam, gloriam virginitatis oſtendit, herbis fœcunda luxuriat fœni, in ea fructus exuberat, & ultra omnem ſpeciem diſtincta floribus, quaſi gemmis micantibus ornata radiat. Beata ſpecies & Deo digna: nihil enim virginitati eſt comparandum. Ita & illi qui conjugia fornicationi comparant, vehementer errant: & illi qui conjugia virginitati æquanda æſtimant, miſeri penitus & ſtulti ſunt. Verum hæc à ſapientibus tenenda diſtinctio eſt, ut conjugium pertineat ad veniam, virginitas ſpectet ad gloriam: fornicatio deputetur ad pœnam, niſi ſatisfactione purgetur.*

XII. Miles quidam cingulum in eccleſia, monachum profeſſus, abjecerat: cellulam ſibi eminus in remoto, quaſi eremita victurus, erexerat. Interea aſtutus inimicus variis cogitationibus brutum pectus agitabat: ut conjugem ſuam, quam Martinus in monaſterio puellarum eſſe præceperat, voluntate mutata ſecum potius vellet habitare. Adiit ergo Martinum fortis eremita: quid haberet animi confitetur. Ille vero vehementer abnuere, fœminam viro rurſus, jam monacho, non marito, incongrua ratione miſceri. Poſtremo cum miles inſtaret, affirmans nihil hoc propoſito eſſe nociturum, ſe ſolo conjugis uti velle ſolatio: porro, ne rurſus ſe in ſua vitia revolverent, non eſſe metuendum: ſe eſſe militem Chriſti, illam quoque in eadem ejuſdem militiæ ſacramenta juraſſe: pateretur Epiſcopus ſanctos, & ſexum fidei merito neſcientes, pariter militare. Tum

Cingulum in Eccleſia, monachum profeſſus, abjecerat.] Cingulum inſigne militare, & dignitatis argumentum. Ideo inter maximas pœnas numeratum, cingulo privari, & qui exautorabantur, diſcincti fuerunt. *Herodianus* II. *Briſſon*, II. Select. Interpr. 7.

Sanctos.] Sic promiſcue nominabant omnes,

Tum Martinus (verba vobis ipſa dicturus ſum) *dic mihi*, inquit, *ſi unquam in bello fuiſti, ſi in acie conſtitiſti?* At ille reſpondens, *Frequenter*, inquit, *in acie ſteti, & bello frequenter interfui.* Ad hæc Martinus: *Dic mihi ergo, numquid & in illa acie, quæ armata in prœlio parabatur, aut cum jam adverſus hoſtilem exercitum collato cominus pede, diſtricto enſe pugnabat, ullam fœminam ſtare aut pugnare vidiſti?* Tunc demum miles confuſus erubuit, gratias agens, errori ſuo ſe non fuiſſe permiſſum: nec aſpera increpatione verborum, ſed vera & rationabili ſecundum perſonam militis comparatione, correctum. Martinus autem converſus ad nos, ſicut eum frequens fratrum turba vallaverat: *Mulier*, inquit, *virorum caſtra non adeat, acies militum ſeparata conſiſtat: procul fœmina in ſuo degens tabernaculo ſit remota. Contemptibilem enim reddit exercitum, ſi virorum cohortibus turba fœminea miſceatur. Miles in acie, miles pugnet in campo: mulier ſe intra murorum munimenta contineat. Habet & illa gloriam ſuam, ſi pudicitiam viro abſente ſervaverit: cujus hæc prima virtus, & conſummata victoria eſt, non videri.*

XIII. Illud vero, Sulpici, meminiſſe te credo, quo affectu nobis, cum & coram adeſſes, illam virginem prædicaret, quæ ita ſe penitus ab omnium virorum oculis removiſſet, ut ne ipſum quidem ad ſe Martinum, cum eam ille officii cauſa viſitare vellet, admiſerit. Nam cum præter agellum illius præteriret, in quo ſe jam ante complures annos pudica cohibebat, audita fide illius, atque virtute, divertit, ut tam illuſtris meriti puellam religioſo officio Epiſcopus honoraret. Nos conſequentes, gaviſuram illam

vir-

omnes, qui ſe Chriſto jam devoviſſent: ut ſit profeſſioni proprium. Sic initio dialogi III. *Conveniſtis ad me audiendum & ſancti & diſerti.* Et in fine Vitæ B. Mart. *Illud facile confido, omnibus ſanctis opuſculum hoc fore gratum.* Giſelinus.

Mulier, inquit, virorum caſtra non adeat.] Servius ad illud Æneid. VIII.

—— *ultima ſecum*
Bactra vehit, ſequiturque, nefas, Aegyptia conjux.

Ingenti, *inquit*, turpitudini apud majores fuit, ſi mulier caſtra ſequeretur. Poſtea tamen id Imperatorum legibus permiſſum. l. *quicunque.* C. de re militari. *Iuret.*

Virginem prædicaret, quæ ita ſe penitus.] Vide quæ notata ad caput XX. Vitæ.

Xenium.]

virginem putabamus: ſiquidem hoc in teſtimonium virtutis ſuæ eſſe habituram, ad quam tanti nominis ſacerdos, depoſito propoſiti rigore veniſſet. Verum illa fortiſſimi vincula propoſiti, ne Martini quidem contemplatione laxavit. Ita vir beatus accepta per aliam fœminam excuſatione laudabili, ab illius foribus, quæ videndam ſe ſalutandamque non dederat, lætus abſceſſit. O virginem glorioſam, quæ ne à Martino quidem paſſa eſt ſe videri! ô Martinum beatum, qui illam repulſam non ad contumeliam ſuam duxit; ſed magnificans illius cum exſultatione virtutem, inuſitato in his dumtaxat regionibus gaudebat exemplo! Ergo cum haud longè ab illa villula nos manere nox imminens coëgiſſet, xenium beato viro eadem illa virgo tranſmiſit; fecitque Martinus quod antea non fecerat; nullius enim ille unquam xenium, nullius munus accepit. Nihil vero ex his quæ virgo venerabilis miſerat refutavit, dicens; *benedictionem illius à ſacerdote minime reſpuendam, quæ eſſet multis ſacerdotibus præferenda.* Audiant, quæſo, virgines iſtud exemplum, ut fores ſuas, ſi eas mali obſidere voluerint, etiam bonis claudant; & ne ad ſe improbis ſit liber acceſſus, non vereantur excludere etiam ſacerdotes. Totus hoc mundus audiat; videri ſe à Martino virgo non paſſa eſt. Non utique illa quemcumque à ſe repulit ſacerdotem; ſed in ejus viri conſpectum puella non venit, quem videre ſalus videntium fuit. Quis autem hoc alius præter Martinum ſacerdos, non ad ſuam injuriam retuliſſet? quos adverſum ſanctam virginem motus, quantaſque iras mente concepiſſet? hæreticam judicaſſet, & anathematizandam eſſe decreviſſet. Quam vero illi beatæ animæ illas virgines prætuliſſet, quæ crebris occurſibus ubique ſe præbent obvias ſacerdoti, quæ convivia ſumptuoſa diſponunt, quæ una pa-

Xenium.] Hoſpitale munus. Gloſſar. Cyrill. Ξένιον, τὸ δῶρον τὸ πεμπόμενον ξένῳ.

Alius præter Martinum Sacerdos.] Sacerdos pro Epiſcopo. Notatum ſupra aliquoties.

Anathematizandam.] Vox Eccleſiaſtica, qua proprie in hæreticos utuntur.

Agnes,

pariter accumbunt. Sed quo me ducit oratio? paullulum iſte liberior ſermo reprimendus eſt, ne in aliquorum forſitan incurrat offenſam. Etenim infidelibus objurgationis verba non proderunt, fidelibus autem ſatisfaciat exemplum. Verum ego ita virtutem hujus virginis prædicabo, ut tamen nihil illis, quæ ad Martinum videndum ex longinquis regionibus ſæpe venerunt, arbitrer derogandum; ſiquidem hoc beatum virum frequenter affectu etiam Angeli frequentarint.

XIV. Cæterum id quod dicturus ſum Poſthumiane, hoc tibi (me autem intuebatur) teſte recte perhibeo. Quodam die, ego & iſte Sulpicius pro foribus illius excubantes, jam per aliquot horas cum ſilentio ſedebamus, ingenti horrore & tremore, ac ſi ante Angeli tabernaculum mandatas excubias duceremus: cum quidem clauſo cellulę ſuę oſtio, nos ibi eſſe neſciret. Interim colloquentium murmur audivimus, & mox horrore quodam circumfundimur, ac obſtupentes nec ignorare potuimus, neſcio quid fuiſſe divinum. Poſt duas fere horas ad nos Martinus egreditur: ac tum eum iſtę Sulpicius (ſicut apud eum nemo familiarius loquebatur) cœpit orare, ut perquirentibus indicaret, quid illud divini fuiſſet horroris, quod fatebamur nos ambo ſenſiſſe, vel cum quibus fuiſſet in cellula collocutus: tenuem enim nos licet, & vix intellectum ſermocinantium ſonum pro foribus audiſſe. Tum ille diu multumque cunctatus, (ſed nihil erat, quod ei Sulpicius non extorqueret invito) incredibiliora forte dicturus ſum, ſed Chriſto teſte non mentior: (niſi quiſquam eſt tam ſacrilegus, ut Martinum æſtimet fuiſſe mentitum.) *Dicam*, inquit, *vobis, ſed vos quæſo nulli dicatis: Agnes, Thecla, & Maria mecum fuerunt.* Referebat autem nobis vultum atque habitum ſingularum. Nec vero illo tantum die, ſed frequenter ſe ab eis confeſſus eſt viſitari; Petrum etiam & Paullum Apoſtolos videri à ſe ſæpius, non ne-

Agnes, Thecla, & Maria mecum fuerunt.] Vides jam illo ævo ſuperſtitioſas ejuſmodi apparitiones jactatas. De his fœminis vide Baronium & alios ſcriptores

negavit. Jam vero dæmones, prout ad eum quiſque veniſſet, ſuis nominibus increpabat. Mercurium maxime patiebatur infeſtum; Jovem brutum atque hebetem eſſe dicebat. Hæc pleriſque in eodem etiam monaſterio conſtitutis incredibilia videbantur; nedum ego confidam omnes, qui hæc audient, credituros. Nam niſi inæſtimabilem vitam atque virtutem Martinus egiſſet, nequaquam apud nos tanta gloria præditus haberetur. Quamquam minime mirum, ſi in operibus Martini infirmitas humana dubitaverit; cum multos hodieque videamus, nec Euangeliis quidem credidiſſe. A Martino autem ſæpe Angelos viſos familiariter, & ſenſimus, & experti ſumus. Rem minimam dicturus ſum, ſed tamen dicam.

XV. Apud Nemauſum Epiſcoporum Synodus habebatur, ad quam quidem ire noluerat; ſed quid geſtum eſſet, ſcire cupiebat. Caſu cum eo iſte Sulpicius navigabat; ſed procul, ut ſemper, à cæteris in remota navis parte reſidebat. Ibi ei Angelus, quid geſtum eſſet in Synodo, nuntiavit. Nos poſtea tempus habiti concilii ſolicite requirentes, ſatis compertum habuimus, ipſum diem fuiſſe conventus, & ea ibi ab Epiſcopis fuiſſe decreta, quæ Martino Angelus nuntiarat.

XVI. Cæterum cum ab eo de fine ſeculi quæreremus, ait nobis, *Neronem & Antichriſtum prius eſſe venturos: Neronem*

in

ptores Eccleſiaſticos.

Mercurium maxime patiebatur infeſtum.] Putabant Dæmones fuiſſe gentilium Deos, Mercurium, Iovem & ſimiles, & eorum formas à Dæmone aſſumi. Vide ſupra caput XXIIII. Vitæ.

Cæterum.] Totum hoc caput ea fide, qua inveni, deſcripſi ex antiquiſſimo lib. Trudonenſi, ne ſyllaba quidem mutata. Idem cuivis legere eſt in Bethl. l. & Parcenſi. Reliqui l. & Laz. omiſerunt. Quod ipſum ego quoque facere decreveram, niſi ſummorum virorum conſilium & auctoritas me diverſam in partem impuliſſent. *Giſelin.*

Neronem & Antichriſtum prius eſſe venturos.] Vide Notas ad II. Hiſtor. pag. 373. Fuit & illa conſtans plerorumque in veteri Eccleſia opinio, venturum Neronem ante ſeculi finem; & vel ipſum fore Antichriſtum, (Iohannes Chryſoſtonius ſerio affirmar Neronem Antichriſti fuiſſe typum:) vel temporibus iiſdem per Occidentem ſæviturum, quibus ille per Orientem: qua de re ſuaviter fabulatur ille verè θαυμάσιος Martinus, apud Severum Sulpicium dialogo ſecundo. Auctor verſuum qui Sybillis tribuuntur, de Nerone,

Ἀλλ'

in Occidentali plaga regibus ſubactis decem imperaturum, perſecutionem autem ab eo hactenus exercendam, ut idola gentium coli cogat. Ab Antichriſto vero Orientale imperium eſſe capiendum: qui quidem ſedem & caput regni Hieroſolymam eſſet habiturus; ab illo urbem & templum eſſe reparandum. Illius eam perſecutionem futuram eſſe, ut Chriſtum Dominum cogat negari, ſe potius Chriſtum eſſe confirmans: omneſque ſecundum legem circumcidi jubeat. Et ipſum denique Neronem ab Antichriſto eſſe perimendum: atque ſub illius poteſtate univerſum orbem, cunctaſque gentes eſſe redigendas: donec adventu Chriſti impius opprimatur. Non eſſe autem dubium, quin Antichriſtus malo ſpiritu conceptus, eſſet etiam in annis puerilibus conſtitutus, ætate legitima ſumpturus imperium. Quod autem hæc ab illo audivimus, annus octavus eſt. Vos autem æſtimate, quo in præcipitio conſiſtunt, quæ futura ſunt. Hæc cum maxime Gallus, necdum explicitis, quæ ſtatuerat referre, loqueretur; puer familiaris ingreſſus eſt, nuntians, Refrigerium Presbyterum ſtare pro foribus. Dubitare cœpimus, utrum Gallum adhuc

Ἀλλ' ἔτι καὶ αὖτις ὁ λοίγιος εἶτ' ἀναχάμψει
Ἰσάζων θεῷ αὐτόν.

& plura in hanc ſententiam vatiis locis ejus operis. B. Auguſtinus De civitate Dei lib. xx. dictum Pauli Apoſtoli explicans, *Iam enim myſterium iniquitatis operatur,* inter cætera ſcribit: *Quidam putant hoc de imperio dictum fuiſſe Romano: & propterea Paulum Apoſtolum non id aperte ſcribere voluiſſe, ne calumniam videlicet incurreret, quod Romano imperio male optaverit, cum ſperaretur æternum. ut hoc quod dixit, Iam enim myſterium iniquitatis operatur, Neronem voluerit intelligi: cujus facta velut Antichriſti videbantur. Vnde nonnulli ipſum reſurrecturum, & futurum Antichriſtum ſuſpicantur. Alii vero nec eum occiſum putant: ſed ſubtractum potius, ut putaretur occiſus: & vivum occultari in vigore ipſius ætatis, in qua fuit cum crederetur extinctus, donec ſuo tempore reveletur, & reſtituatur in regnum.* Caſaub.

Ab Antichriſto vero Orientale imperium eſſe capiendum.] Imo occidentale, ut eventus oſtendit. Nam Antichriſtus eſt Papa Romanus. Proditurum hunc ex ruina Occidentalis ac Romani Imperii certa fides ex veridica Prophetia per traditionem Apoſtolicam penes primitivæ Eccleſiæ Chriſtianos ſemper fuit. Ideo orabant pro mora finis & pro ſalute Imperatorum, etiam idololatrarum, etiam perſequutorum. Quia pro certo credebant Imperatore qui Romæ ſedem tenebat è medio ſublato, exoriturum illud monſtrum hominis, filium perditionis qui Chriſto opponeretur contrarius, quamvis in Eccleſia ejus ſedens. Hoc eſt quod τὸ κάτεχον vocavit Paulus, Imperium ipſum, nempe Romanum, quod quoad ſtaret, Antichriſti adventum moraretur atque impediret. *Salmaſ.* Ridicula & inepta H. Grotii opinio, de Trajano Antichriſto, jamdudum ab eruditis exploſa eſt.

huc eſſet melius audire; an exoptatiſſimo nobis viro, qui officii cauſſa ad nos veniebat, occurrere. Tum Gallus: *Etiamſi non ob adventum ſanctiſſimi ſacerdotis relinquenda nobis hæc eſſet oratio, nox ipſa cogebat, hucuſque protractum finire ſermonem. Verum quia de Martini virtutibus nequaquam explicari univerſa potuerunt, hæc vos hodie audiſſe ſufficiat, cras reliqua dicemus.* Ita pariter accepta Galli ſponſione, ſurreximus.

DIALOGVS III.

De eadem re.

LUceſcit ô Galle, ſurgendum eſt. Nam ut vides, & Poſthumianus inſtat, & hic Presbyter, qui heſterno auditorio eſt admiſſus, exſpectat, ut quæ de Martino noſtro in hodiernum diem explicanda diſtuleras, debitor ſponſionis evolvas. Non ignarus quidem iſte omnium quæcunque memoranda ſunt; ſed dulcis & grata cognitio eſt etiam nota relegenti: ſiquidem natura ita comparatum ſit, ut meliore quis conſcientia ſe noſſe gaudeat, quę multorum teſtimoniis non eſſe incerta cognoſcat. Nam & hic à prima adoleſcentia Martinum ſecutus, novit quidem omnia, ſed libenter cognita recognoſcit. Fatebor enim tibi Galle, Martini mihi ſæpius auditas eſſe virtutes: quippe qui de eo etiam litteris multa mandaverim; ſed per geſtorum admirationem ſemper mihi nova ſunt, quæ de illo licet audita ſæpius revolvuntur. Proinde additum nobis Refrigerium auditorem eo impenſius gratulantur, quo promptius Poſthumianus iſte, qui hæc Orienti inferre feſtinat, quaſi ſub teſtibus conſignatam abs te accepturus eſt veritatem. Hæc me loquente, Gallo jam ad narrandum parato, irruit turba monachorum: Euagrius Presbyter, Aper, Sebaſtianus, Agricola; & poſt paullulum ingreditur Presbyter noſter Etherius, cum Callipione Diacono,

CALLIPIONE DIACONO.] *Cuſtodes ſacrorum* in ordine etiam Eccleſiaſtico ponuntur ab Iſidoro inter Diaconos & ſubdiaconos, quos & *Cuſtodes ſacrarii* vocat. In quibuſdam Eccleſiis etiam Pſaltæ

cono, & Amatore Subdiacono. Poſtremus Aurelius Presbyter dulciſſimus meus, longiore via veniens, anhelus cucurrit. *Quid vos*, inquam, *tam ſubito & tam inſperati, tam ex diverſis regionibus, tam mane concurritis? Nos*, inquiunt, *heſterno cognovimus, Gallum iſtum per totum diem Martini narraſſe virtutes: & reliqua in hodiernum diem, quia nox oppreſſerat, diſtuliſſe. Propterea maturavimus frequens auditorium facere, tantam materiam locuturo.* Interea nuntiatur, multos ſæcularium ſtare pro foribus, nec ingredi audentes, ſed ut admitterentur orantes. Tum Aper: *Nequaquam iſtos*, inquit, *nobis admiſceri convenit: quia ad audiendum curioſitate potius quam religione venerunt.* Confuſus ego illorum vice, quos non admittendos eſſe cenſebat: ægre tamen obtinui, ut Eucherium ex vicariis, & Celſum admitterent conſularem: cæteri ſunt repulſi. Tum Gallum in media ſede componimus; qui cum diu nobili ſua verecundia ſilentium tenuiſſet, tandem ita exorſus eſt. *Conveniſtis*, inquit, *ad me audiendum, & ſancti & diſerti, ſed religioſas potius, quam doctas aures, uti arbitror, attuliſtis, audituri, me fide teſtis, non oratoris copia locuturum. Quæ autem heſterno dicta ſunt, non revolvam: illa qui non audierunt, ex ſcriptis recognoſcent. Nova Poſthumianus exſpectat, nuntiaturus Orienti, ne ſe in comparatione Martini præferat Occidenti. Ac primum geſtit animus, quod Refrigerius in aurem ſuggerit, explicari.*

II. Res

Pſaltæ vel Pſalmiſtæ in canone Eccleſiæ numerati, quos & ψάλτας κανονικοὺς ex eo appellat concilium Laodicenum. Concilium Sardicenſe præter Epiſcopum tres tantum ordines ponit, Lectorum, Diaconorum & Presbyterorum. Nam canone XIII. ſanxit, *ut non prius ordinetur Epiſcopus niſi & lectoris munere, & officio diaconi aut presbyteri fuerit perfunctus, ut per ſingulos gradus ſi dignus fuerit, adſcendat ad culmen Epiſcopatus.* Non ergo ab eo concilio agniti ſunt cæteri ordines minores, per quos tranſire deberet qui Epiſcopus eſſet ordinandus. Hodie apud Græcos munus Acoluthi exercetur à lectore, oſtiarii à ſubdiacono. At fuere in ordine quondam Eccleſiaſtico qui nunc non ſunt, & inſtitutionis quidem Apoſtolicæ ordinatione. Olim quippe & Diaconiſſæ in hoc numero Eccleſiæ ordinū locum habuerunt ab Apoſtolis inſtitutæ, quorum meminit Paulus in Epiſtola ad Romanos cap. XVI, ẏſ. I. & in priore ad Timoth. cap. V. Quædam Eccleſiæ habuere etiam presbyteras ſive πρεσβύτιδας, quæ aliæ omnino videntur à Diaconiſſis, quas canon XI. Laodicenæ Synodi conſtitui in Eccleſia vetat. *Salmaſ.*

Amatore ſubdiacono.] Habebant archidia-

II. Res in Carnotena geſta eſt civitate. Paterfamilias duodecennem ab utero mutam puellam Martino cœpit offerre, poſcens, ut linguam ligatam meritis ſuis ſanctus abſolveret. Ille cedens Epiſcopis, qui tum forte latus illius ambiebant, Valentiniano atque Victricio; imparem ſe eſſe tantæ moli, ſed illis quaſi ſanctioribus nihil impoſſibile fatebatur. At illi pias preces una cum patre ſupplici voce jungentes, orare Martinum, ut ſperata præſtaret. Nec cunctatus ultra, (utrumque præclarum, & oſtendendo humilitatem, nec differendo pietatem) jubet circumſtantis populi multitudinem ſubmoveri: Epiſcopis tantum & puellæ patre aſſiſtentibus, in orationem ſuo illo more proſternitur. Dein puſillum olei cum exorciſmi præfatione benedicit, atque ita in os puellæ ſanctificatum liquorem, cum & linguam illius digitis teneret, infudit. Nec fefellit ſanctum virtutis eventus. Patris nomen interrogat: mox illa reſpondit. Proclamat pater cum gaudio pariter & lacrymis, Martini genua complexus, & hanc primam ſe filiæ audiſſe vocem cunctis ſtupentibus fatebatur. At ne cuiquam incredibile forte videatur, perhibeat vobis præſens Euagrius teſtimonium veritatis. Nam res ipſo præſente tum geſta eſt.

III. Parum illud eſt quod nuper Harpagio Presbytero referente cognovi. Sed non prætermittendum videtur, Avitiani

chidiaconos, diaconos, ſubdiaconos; de quibus officiis vide Salmaſium de Primatu Papæ cap. I.

In orationem ſuo illo more proſternitur.] Fortunatus IV, 1.

Sternitur ergo ſolo tacitus prece, ſydera pulſans
Corpore fuſus humi. ——

Sic & Paulinus. Auguſtinus de cura pro mort. agen. cap. V. *Orantes de membris ſui corporis faciunt, quod ſupplicantibus congruit, cum genua figunt, cum extendunt manus, vel etiam proſternuntur ſolo.*

Puſillum olei.] Chriſma veterum non tantum in fronte, ſed etiam in aliis partibus fuit adhibitum. Cyrillus, Catech. 3. Myſtag. *Hoc ſanctum oleum eſt donum Chriſti & Spiritus ſancti, præſentia ejus divinitatis factum efficax. Quo frons & alii ſenſus corporis ſui Symbolicè inunguntur, & corpus quidem iſto viſibili unguento perungitur, anima vero ſancto vivificoque ſpiritu ſanctificatur.* Idem etiam fuit ad oculos, nares, aures adhibitum, Synodus Trullana, c. 95. *Perkinſ.*

Cum exorciſmi præfatione.] Solennis quædam formula fuit, quam exorciſmum vocabant. Vide infra cap. VI.

Sanctificatum liquorem.] Oleum benedictum. Paulinus V.

—— *medicati infuſio ſucci.*

Et II.

Singula contingit medicato chriſmate membra.

Miſiſ-

tiani comitis uxorem miſiſſe Martino oleum, quod ad diverſas morborum cauſſas neceſſarium (ſicut eſt conſuetudo) benediceret: ampullulam vitream iſtiuſmodi fuiſſe, ut rotunda in ventrem creſceret, ore producto, ſed oris exſtantis concavum non repletum: quia ita moris ſit vaſcula illa compleri, ut pars umbonibus obſtruendis libera relinquatur. Teſtatur Presbyter, vidiſſe ſe oleum ſub Martini benedictione creviſſe, quoad exundante copia ſuperne deflueret; eandemque, dum ad matremfamilias vaſculum referretur, ſervaſſe virtutem. Nam inter manus pueri portantis ita ſemper exundaſſe oleum, ut omne illius veſtimentum copia ſuperfuſi liquoris operiret: matronam itaque ad ſummum labrum plenum vaſculum recepiſſe; ut Presbyter hodieque fatetur, obdendi peſſuli, quo claudi diligentius ſervanda conſueverunt, in vitro illo ſpatium non fuiſſe. Mirum & illud quod huic (me autem intuebatur) memini contigiſſe. Vas vitreum cum oleo, quod Martinus benedixerat, in feneſtra paullulum editiore depoſuit: puer familiaris incautior linteum ſuperpoſitum, ampullam ibi eſſe ignarus, attraxit. Vas ſuper conſtratum marmore pavimentum decidit. Cunctis metu exterritis, ne benedictio deperiſſet, ampulla perinde incolumis eſt reperta, ac ſi ſuper plumas molliſſimas decidiſſet. Quæ res non potius ad caſum, quam ad Martini eſt referenda virtutem, cujus benedictio perire non potuit.

IV. Quid illud, quod factum eſt à quodam, cujus nomen quia præſens eſt, & prodi ſe vetuit, ſupprimetur; cui qui-

Miſiſſe Martino oleum.] Eo ævo viris ſanctitate conſpicuis, oleum benedicendum & conſecrandum offerebant, quo poſtea ad propulſandos morbos utebantur. Hieronymus in Hilarione: *Vt benedictum ab eo panem vel oleum acciperent.* Eo morbos curatos volunt. Hieronymus ibid. *Benedicto itaque oleo univerſi agricolæ atque paſtores tangentes vulnera, certam ſalutem reſumebant.* Paulo poſt: *Cujus generum & filiam de morte liberavit unctione olei.* Tertullian. lib. ad Scapulam: *Proculum Chriſtianum, qui eum per oleum aliquando curaverat, requiſivit.* Iuret.

In feneſtra paululum editiore depoſuit.] Paulinus v. addit, ſuo tempore oleum illud benedictum, à Chriſtianis recondi ſolitum in ſacris locis martyrum & aliorum ſanctorum, quo efficacius redderetur. Iſque mos maxime in Oriente invaluit, in urbe Bethlehem, in Cal-

quidem tempori hic etiam Saturninus interfuit. Canis nobis importunior oblatrabat. *In nomine*, inquit, *Martini jubeo te obmuteſcere.* Cani hæſit latratus in gutture; linguam ut abſciſſam putares, obmutuit. Ita parum eſt, ipſum Martinum feciſſe virtutes. Credite mihi, quia etiam alii in nomine ejus multa fecerunt.

V. Avitiani quondam Comitis noveratis barbaram nimis, & ultra omnes cruentam feritatem. Hic rabido ſpiritu ingreſſus Turonum civitatem, ſequentibus cum miſerabili facie ordinibus catenatis, diverſa perdendis parari jubet genera pœnarum, diſponens poſtera die attonita civitate ad opus tam triſte procedere. Quod ubi Martino compertum eſt, ſolus paullo ante mediam noctem ad prætorium beſtiæ illius tendit. Sed cum profundæ noctis ſilentio quieſcentibus cunctis, nullus foribus obſeratis pateret ingreſſus, ante limina cruenta proſternitur. Interea Avitianus gravi ſomno ſepultus, Angelo ingruente percellitur: *Servus*, inquit, *Dei ad tua limina jacet, & tu quieſcis?* Qua ille voce percepta, lecto ſuo turbatus excutitur; convocatiſque ſervis trepidus exclamat, *Martinum eſſe pro foribus, irent protinus, clauſtra reſerarent, ne Dei ſervus pateretur injuriam.* Sed illi, ut eſt omnium natura ſervorum, vix prima limina egreſſi, irridentes dominum ſuum, quod ſomno fuiſſet illuſus, negant quemquam eſſe pro foribus; ex ſuomet ingenio conjectantes, neminem nocte poſſe vigilare: nedum illi crederent, in illo noctis horrore jacere ante aliena limina ſacerdotem: idque Avitiano facile perſuaſum. Rurſum ſolvitur in ſoporem. Sed mox vi majore concuſſus, exclamat Martinum ſtare pro foribus, ſibi ideo nullam quietem animi corporiſque

variæ loco, apud ſepulcrum Chriſti, & in monte Oliveti. *Idem.*

Barbaram nimis & ultra omnes cruentam feritatem.] Paulin. v.

Hic ſævos vincens dira feritate Tyrannos.

Fuit ſub Iuliano Vicarius Africæ; ut patet ex l. 15. C. Theod. de Curſ. Publ. l. 2. Cod. de Indul. Deb. & l. 2. Cod de Itin. muniendo. Hujus quoq; meminit Ammian. Marcell. XXVII. ſub Valentiniano & Valente quem *Exvicarium* vocat.

Miſerabili facie ordinibus catenatis.] Paulinus v.

Agmina conveniunt, & longa catena reorum

Accreſ-

que permitti. Tardantibus ſervis, ipſe uſque ad limina exteriora progreditur: ibi Martinum, ut ſenſerat, deprehendit. Perculſus miſer tantæ manifeſtatione virtutis: *Quid*, inquit, *mihi hoc domine feciſti? nihil loqui te neceſſe eſt, ſcio quid deſideres, video quid requiras: diſcede quantocyus ne me ob injuriam tuam cæleſtis ira conſumat: ſatis ſolverim hucuſque pœnarum. Crede, quia non leviter apud me actum eſt, ut ipſe procederem.* Poſt diſceſſum autem ſancti, advocat officiales ſuos, jubet omnes cuſtodia relaxari; & mox ipſe proficiſcitur. Ita fugato Avitiano, lætata eſt ſe civitas liberatam. Hæc cum multis Avitiano referente, comperta ſunt; tum nuper Refrigerius Presbyter, quem coram videtis, ab Euagrio fideli viro, ex tribunis, ſub invocatione divinæ majeſtatis audivit, qui ſibi hoc ab ipſo Avitiano relatum eſſe jurabat. Cæterum nolo miremini, me hodie facere, quod heſterno non feci, ut ad ſingulas quaſque virtutes nomina teſtium perſonaſque ſubnectam; ad quas ſi quis fuerit incredulus, quia adhuc in corpore ſunt, recurrat. Exigit id infidelitas plurimorum, qui in aliquibus, quæ heſterno memorata ſunt, nutare dicuntur. Accipiant ergo teſtes adhuc incolumes atque viventes, quibus, quia de fide noſtra dubitant, magis credant. Sed ſi adeo infideles ſunt, profiteor quia nec illis ſunt credituri. Miror autem quemquam, qui vel tenuem ſenſum religionis habeat, tantum piaculi velle committere, ut putet quemquam de Martino poſſe mentiri. Faceſſat à quoquam qui ſub Deo vivit, iſta ſuſpicio. Neque enim Martinus hoc indiget, ut mendaciis aſſeratur; ſed tamen totius ſermonis fidem apud te Chriſte depromimus, nos nec alia dixiſſe, nec alia dicturos, quam quæ aut ipſi vidimus, aut quæ manifeſtis auctoribus, vel plerumque ipſo referente, cognovimus. Cæterum etſi dialogi ſpeciem, quo ad revelandum faſtidium lectio variaretur, aſſumpſimus, nos pie præſtare profitemur hiſtoriæ veritatem. Hæc me extrin-

Accreſcente coma, quorum caro tota fluebat.

De diverſis pœnarum generibus vide eundem, & ibi Iuretum.

 Agmi-

extrinſecus inſerere, nonnullorum incredulitas, non ſine meo dolore compulerit. Sed redeat ad noſtrum ſermo confeſſum; in quo cum me tam ſtudioſe audiri videam, fateor, neceſſe eſt Aprum feciſſe conſtanter, qui repulit infideles; eos tantum judicans audire debere, qui crederent.

VI. Efferor, ſiquidem creditis, ſpiritu, & præ dolore totus inſanio. Non credent Martini virtutibus Chriſtiani, quas dæmones fatebantur? Monaſterium beati viri duobus à civitate erat millibus diſparatum: ſed ſi quoties venturus ad eccleſiam, pedem extra cellulæ ſuæ limen extulerat, videres per totam eccleſiam energumenos rugientes, & quaſi adveniente judice agmina damnanda trepidare, ut adventum Epiſcopi clericis, qui venturum eſſe neſcirent, dæmoniorum gemitus indicaret. Vidi quendam appropiante Martino in aëre raptum, manibus extenſis in ſublime ſuſpendi, ut nequaquam ſolum pedibus attingeret. Si quando autem exorcizandorum dæmonum Martinus operam recepiſſet, neminem manibus attrectabat, neminem ſermonibus increpabat, ſicut plerumque per clericos rotatur turbo verborum, ſed admotis energumenis, cæteros jubebat abſcedere, ac foribus obſeratis in medio eccleſiæ cilicio circumtectus, cinere reſperſus, ſolo ſtratus orabat. Tum vero cerneres miſeros diverſo exitu perurgeri, hos ſublatis in ſublime pedibus quaſi de nube pendere, nec tamen veſtes defluere ſuper faciem, ne faceret verecundiam nudata pars corporum. At in parte alia videres ſine interrogatione vexatos & ſua crimina confitentes: nomina etiam nullo interro-

Agmina damnanda trepidare.] Paulinus *larvas* vocat. Sic & Fortunatus I V.

Agmina larvarum trepidabant ore rotato.

Orabat.] Paulinus V.

——*Admoto verbi terrore fugavit.*

Minucius Felix in Octavio: *Ipſos dæmonas de ſemetipſis confiteri, quoties à nobis tormentis verborum, & orationum incendiis de corporibus exiguntur.* Lactantius II. Inſt. 16. *cultores Dei metuunt, cujus nomine adjurati, de corporibus exeunt: quorum verbis tanquam flagris verberati.* Vide Cyprianum libro, quod Idola Dii non ſint.

Tum vero cerneres miſeros.] Idem de energumenis ad ſepulcra Martyrum cruciatis refert Hieronymus in epitaphio Paullæ matris, ad Euſtochium. Quem tamen locum ex iſto ſic opinor emendandum: *Alios rotare caput, &c. ſuſpen-*

rogante prodebant. Ille ſe Jovem, iſte Mercurium fatebatur. Poſtremo cunctos diaboli miniſtros cum ipſo cerneres auctore cruciari. Ut jam in Martino illud fateamur impletum, quod ſcriptum eſt: *Quoniam ſancti de Angelis judicabunt.*

VII. Pagum quendam in Senonico annis ſingulis grando vaſtabat. Compulſi extremis malis incolæ à Martino auxilium popoſcerunt, miſſa per Auſpicium præfectorium virum ſatis fida legatione, cujus agros ſpecialiter gravior quam cæterorum adſueverat procella populari. Sed facta ibi oratione, Martinus ita univerſam penitus liberavit ab ingruenti peſte regionem, ut per viginti annos, quibus poſtea manſit in corpore, grandinem in illis locis nemo pertulerit. Quod ne fortuitum eſſe, & non potius Martino præſtitum putaretur, eo anno quo ille defunctus eſt, rurſus incubuit rediviva tempeſtas. Adeo ſenſit & mundus viri fidelis exceſſum, ut cujus vita jure gaudebat, etiam ejuſdem mortem lugeret. Cæterum ſi ad hæc probanda, quæ diximus, teſtes etiam infirmior auditor exegerit, non unum ego hominem, ſed multa millia producam; & totam in teſtimonium virtutis expertæ Senonum advocabo regionem. Et tamen tu Refrigeri Presbyter, credo, meminiſti, nuper nobis ſuper hoc cum Romulo Auſpicii illius filio, honorato, & religioſo viro, fuiſſe ſermonem; qui hæc nobis tanquam incomperta referebat; & cum futuris proventibus per aſſidua damna trepidaret, ut ipſe vidiſti, magno ſecum mœrore lugebat, Martinum non in hæc tempora reſervatum.

VIII. Sed ut ad Avitianum recurram, qui cum in omnibus locis cunctiſque urbibus ederet crudelitatis ſuæ infanda monumenta, Turonis tantum innocens erat. Et illa beſtia, quæ humano ſanguine, & infelicium mortibus aleba-

ſuſpenſiſque pede fœminis veſtes non defluere in faciem. Giſelinus. Idem factitatum ad memorias & tumulos martyrum legimus. *Paulinus* in Natali VII. S. Felicis. *Hieronym.* in Epitaphio Paulæ ad Euſtochium.

Secre-

batur, mitem ſe atque tranquillum beato viro præſente præſtabat. Memini quodam die ad eum veniſſe Martinum; qui ubi ſecretarium ejus ingreſſus eſt, vidit poſt tergum ipſius dæmonem miræ magnitudinis aſſidentem. Quem eminus (ut verbo, quia neceſſe eſt, parum Latino loquamur) exſufflans, Avitianus ſe exſufflari exiſtimans. *Quid me*, inquit, *ſancte ſic aſpicis?* Tum Martinus: *Non te*, inquit, *ſed eum qui cervici tuæ teter incubuit*. Ita receſſit diabolus, & reliquit familiare ſubſellium. Satiſque conſtat, ab illo die Avitianum mitiorem fuiſſe; ſeu quod intellexerit, egiſſe ſe ſemper aſſidentis ſibi diaboli voluntatem; ſeu quod immundus ſpiritus ab illius conſeſſu per Martinum fugatus, privatus eſt poteſtate graſſandi, cum erubeſceret miniſter auctorem, nec miniſtrum auctor urgeret.

IX. In vico autem Ambatienſi, id eſt, caſtello illo veteri, quod nunc frequens habitatur à fratribus, idolum noveratis grandi opere conſtructum. Politiſſimis ſaxis moles turrita ſurrexerat, quæ in conum ſublime procedens, ſuperſti-

Secretarium ejus ingreſſus eſt.] Avitiani. In his ſecretariis jura olim reddebant Iudices. Eaque vox frequens eſt, ut l. pen. C. de accuſat. & in Cod. Theodoſ. l. 1. de offic. rect. prov. in lib. 20. de Exactio. & in Novella Valentiniani de Epiſc. Iudic. Auguſtinus 111. contra Creſcon. cap. 56. *ſecretarium prætorii* vocat.

Exſufflans.] Paulinus v.

—*Vt flatu benedicti contigit oris.*

Nihil frequentius in Sanctorum geſtis dæmonum *exſufflatione*, *inſufflatione*, *inſputatione*. Vita Pachomii: *Qui ſigno crucis frontem ſuam muniens, exſufflavit in eum, moxque fugatus eſt.* Irenæus 1, 9. *exſufflantes & anathematizantes eum.* Tertullianus de Idolol. 11. *Quo ore fumantes aras deſpuet & exſufflabit, quibus ipſe proſpexit?* Exſufflatio fiebat non ſolum à baptizante in faciem baptizandi, ſed etiam à baptizando in Diabolum, cui renuntiabat. Hujus meminit Cyprianus, ſive potius Author lib. de Duplici Martyr. *Denunciaſti perpetuas inimicitias, renunciaſti omnibus illius pompis ac voluptatibus, exſufflaſti, exibilaſti, juraſti in verba Redemptoris.* Rabanus, lib. 1. c. 27. de Inſt. Cler. ait à baptizato *poteſtatem ſævam exſufflari.* Dionyſius de Eccleſ. Hierarchia c. 2. ait: *Deinde cum illum, occidentem verſus, attendentem, manuſque porrigentem collocavit, tunc eum jubet ter Satanam inſufflare, & præterea quæ abrenunciationis ſunt, profiteri.*

Quæ in conum ſublime procedens.] Nemo non videt, ea verba, *in quo collectio ſummitatis*, ſcholiaſtæ neſcio cujus eſſe. At utrum verius cenſeri debeat, *thronum* ne an *conum*, dubitare quis poſſit, niſi gloſſema faceret pro poſteriore. Nihil enim aliud conus, quam collectio ſummitatis, ut in meta, pyramide, & turbine inverſo. Non ignoro in Fortunato aliud legi:

In ſublime thronum procedens æde ſuperba.

Verum

ſtitionem loci operis dignitate ſervabat. Hujus deſtructionem Marcello, ibidem conſiſtenti Presbytero, vir beatus ſæpe mandaverat. Poſt aliquantum tempus regreſſus, increpat Presbyterum, cur adhuc idoli ſtructura conſiſteret. Ille cauſſatus, vix militari manu & vi publicæ multitudinis, tantam molem poſſe ſubverti, nedum id facile putaret per imbecilles clericos, aut infirmos monachos quiviſſe curari. Tum Martinus recurrens ad nota ſubſidia, noctem totam in orationibus pervigilat. Mane orta tempeſtas, ædem idoli uſque ad fundamentum provolvit. Verum hæc Marcello teſte dicta ſint.

X. Aliam ejus non diſſimilem, in ſimili opere, virtutem Refrigerio adſtipulante perhibeo. Columnam immenſæ molis, cui idolum ſuperſtabat, parabat evertere: ſed nulla erat facultas, qua id daretur effectui. Tum ad orationem ſuo more convertitur. Viſam, certum eſt, parilem quodammodo columnam ruere de cœlo, quæ impacta idolo totam illam inexpugnabilem molem ſolvit in pulverem: parum ſcilicet, ſi inviſibiliter cœli virtutibus uteretur, niſi ipſæ virtutes viſibiliter ſervire Martino humanis etiam oculis cernerentur.

XI. Idem autem Refrigerius mihi teſtis eſt, mulierem profluvio ſanguinis laborantem, cum Martini veſtem (exemplo mulieris illius euangelicæ) contigiſſet, ſub momento temporis fuiſſe ſanatam.

XII. Serpens flumen ſecabat, & ripæ in qua conſtiteramus adnatabat: *In nomine*, inquit, *Domini jubeo te redire.* Mox ſe mala beſtia ad verbum ſancti retorſit, & in ulteriorem ripam nobis exſpectantibus tranſmeavit. Quod cum omnes non ſine miraculo cerneremus, altius ingemiſcens ait: *Serpentes me audiunt, & homines non audiunt.*

XIII. Piſcem Paſchæ diebus edere conſuetus, paullo ante

Verum ille verſus aut depravatus eſt, ut totum ejus opuſculum, aut certe, ut clementiſſime dicam, quod elegantiſſime extulit Severus, reddidit non optime. *Giſelinus.*

Piſcem Paſchæ diebus edere conſuetus.] Iejunia ſua ſolemnibus Paſchæ & Pentecoſtes diebus laxabant. *Paulinus v. Tertullian.*

ante horam refectionis interrogat, an haberetur in promptu. Tum Cato Diaconus, ad quem monaſterii adminiſtratio pertinebat, doctus ipſe piſcari, negat per totum diem ſibi ullam ceſſiſſe capturam, ſed neque alios piſcatores, qui vendere ſolebant, quidquam agere quiviſſe. *Vade*, inquit, *mitte linum tuum, captura proveniet*. Contigua flumini, ut Sulpicius iſte deſcripſit, habebamus habitacula. Proceſſimus cuncti, utpote feriatis diebus, videre piſcantem; omnium ſpebus intentis, non incaſſum futura tentamina, quibus piſcis, Martino auctore, Martini uſibus quæreretur. Ad primum jactum reti permodico immanem eſocem Diaconus extraxit, & ad monaſterium lætus accurrens, nimirum, ut dixit poëta, neſcio quis (utimur enim verſu ſcholaſtico, quia inter ſcholaſticos fabulamur) *Captivumque ſuem mirantibus intulit Argis*. Vere Chriſti iſte diſcipulus, geſtarum à Salvatore virtutum, quas in exemplum ſanctis ſuis edidit, æmulator, Chriſtum quoque in ſe monſtrabat operantem, qui ſanctum ſuum uſquequaque glorificans, diverſarum munera gratiarum in unum hominem conferebat.

XIV. Teſtatur Arborius ex præfecto, vidiſſe ſe Martini manum ſacrificium offerentis, veſtitam quodammodo nobiliſſimis gemmis, luce micare purpurea, & ad motum dextræ colliſarum inter ſe fragorem audiſſe gemmarum.

XV.

tullian. I. de Corona mil. *Epiphan*. III. contra hæreſes. *Hieronym*. epiſt. LIV. & LVIII. Iejunium Quadrageſimale fuit quondam obſervatum admodum ſevere in ſicco & aqua, ſine vino aut piſcibus. Veteres enim ſiccorum eſu utebantur, id eſt, pane & ſale cum aqua. *Epiphan*. in fine Panarii. Et jejunatum eſt à carnibus & vino. *Greg. Nyſſ*. Oratione de amandis pauperibus. Et Concil. Carthag. IIII. c. 85. Hieron. ad Lætam: *In jejuniis ab oleo & pomis abſtinebant*. & in Epitaph. Paulæ, *à vino, liquamine, piſcibus, melle, ovis*. Chryſoſt. Serm. de jejunio, ait, *à vino, & carne jejunare Eccleſiam*. Microlog. c. 49. *Nec juxta canones Quadrageſimaliter jejunare cenſemur, ſi ante veſperam reficimur*. Ambroſ. ſerm. 34. Iejunum in Quadrageſima ptanſo oppouit. *Perkinſius*.

Ex præfecto.] Supra de Vita Martini XX. *Vir præfectorius*. Fortunarus IV.

Nobile quinetiam ex præfecto Arborius ſignum.

Fit ejuſdem Arborii mentio in Vita B. Martini cap. 20. ubi virum præfectorium nominat: Meminit Æmilii Magni Arborii Avunculi, & Cœcilii Agricii Arborii avi ſui Auſon. parent. 3. & 4. qua è familia hic fortaſſe eſt oriundus. *Giſelinus*.

Sacrificium offerentis.] Sic veteres voca-

XV. Veniam ad illud, quod propter notam temporum ſemper occultavit; ſed nos celare non potuit. In quo illud eſt miraculi, quod facie ad faciem cum eo eſt angelus collocutus. Maximus Imperator, alias ſane bonus, depravatus conſiliis ſacerdotum, poſt Priſcilliani necem, Ithacium Epiſcopum Priſcilliani accuſatorem, cæteroſque illius ſocios, quos nominari non eſt neceſſe, vi regia tuebatur, ne quis ei crimini daret, opera illius cujcuſcumquemodi hominem fuiſſe damnatum. Interea Martinus multis gravibuſque laborantium cauſſis ad comitatum ire compulſus, procellam ipſam totius tempeſtatis incurrit. Congregati apud Treveros Epiſcopi tenebantur, qui quotidie communicantes Ithacio communem ſibi cauſſam fecerant. His ubi nuntiatum eſt inopinantibus, adeſſe Martinum, totis animis labefacti, muſſitare & trepidare cœperunt. Et jam pridie Imperator ex eorum ſententia decreverat, tribunos ſumma poteſtate armatos ad Hiſpanias mittere, qui hæreticos inquirerent, deprehenſis vitam & bona adimerent. Nec dubium erat, quin ſanctorum etiam maximam turbam tempeſtas iſta depopulatura eſſet, parvo diſcrimine inter hominum genera: etenim tum ſolis oculis judicabatur, cum quis pallore potius, aut veſte, quam fide hæreticus æſtimaretur. Hæc nequaquam placitura Martino, Epiſcopi ſentiebant: ſed male conſciis illa vel moleſtiſſima erat cura, ne ſe ab eorum communione adveniens abſtineret, non defutu-

vocarunt cœnam Domini, variis de cauſis. Vide Mornæum & alios.

Maximus Imperator.] Vide 11. Hiſtor. & ibidem Notas pagina 446. & ſeqq.

Cujuſcumquemodi hominem.] Non abſimile eſt vero, ſubſtituendam hoc loco vocem omni antiquitati hac notione uſitatiſſimam, *cuicuimodi*, ubique fere ſuperioribus ſæculis è bonis ſcriptoribus ejecta. Gellius lib. 9. cap. 2. *Demus huic aliquid æris, cuicuimodi eſt.* Quod ſolius lituræ occaſione propono. Neque enim alterum diſplicet, cum eadem fere forma in Salluſtii Catilina legatur, *cujuſque modi hominum genus.* Giſelin.

Qui quotidie communicantes Ithacio communem ſibi cauſam fecerant.] Condemnato, opera Ithacii, Priſcilliano, Eccleſia graviter ſciſſa fuit. Quidam enim eum averſabantur ut ſanguinarium: alii factum defendebant. *Baronius.*

Pallore potius, aut veſte.] Vide Notas ad 11. Hiſtor. pag. 448.

Magi-

futuris qui tanti viri conſtantiam præmiſſa auctoritate ſequerentur. Ineunt cum Imperatore conſilium, ut miſſis obviam magiſterii officialibus, urbem illam propius vetaretur accedere, niſi ſecum pace Epiſcoporum ibi conſiſtentium adfore fateretur. Quos ille callide fruſtratus, profitetur ſe cum pace Chriſti eſſe venturum. Poſtremo ingreſſus nocturno tempore, adiit Eccleſiam tantum orationis gratia. Poſtridie palatium petit. Præter multas, quas evolvere longum eſt, has principales petitiones habebat: pro Narſete comite, & Leucadio præſide, quorum ambo Gratiani partium fuerant, pertinacioribus ſtudiis, quæ non eſt temporis explicare, iram victoris emeriti. Illa præcipua cura, ne tribuni cum jure gladiorum ad Hiſpanias mitterentur. Pia enim erat ſolicitudo Martino, ut non ſolum Chriſtianos, qui ſub illa erant occaſione vexandi, ſed ipſos etiam hæreticos liberaret. Verum primo die, atque altero, ſuſpendit hominem callidus Imperator, ſive ut rei pondus imponeret, ſive quia nimis ſibi implacabilis erat, ſeu quia (ut plerique tum arbitrabantur) avaritia repugnabat: ſiquidem in bona eorum inhiaverat. Fertur enim ille vir multis boniſque actibus præditus, adverſus avaritiam parum conſuluiſſe: niſi fortaſſe regni neceſſitate, quippe exhauſto ſuperioribus principibus reipublicæ ærario, pæne ſemper in expeditione atque procinctu bellorum civilium conſtitutus, facile excuſabitur, quibuſlibet occaſionibus ſubſidia impe-

Magiſterii officialibus.] Sub finem libri 11. Hiſt. Sacræ, eum qui huic officio præeſt, vocat magiſtrum officiorum. Et Ammian. lib. XXVI. *tractatiq; aſperius ab Urſatio tunc magiſtro officiorum.* Ut Magiſterium ſit ipſum dignitatis nomen. Ibidem Ammian. *Auctus magiſterii dignitate, &c.* Giſelin.

In bona eorum inhiaverat.] Idem ei Latinus Pacatus objecit. Vide Notas ad 11. Hiſtor. pag. 450. Immane atque incredibile, quibus verbis Maximi avaritiam in ſua ad Theodoſium panegyri efferat Latinus Pacatus: *Quid*, inquit, *referam perfunctorum honoribus ſummis virorum bona publicata, capita diminuta, vitam ære taxatam? Stabat ipſe purpuratus ad lances, & momenta ponderum, nutuſque trutinarum pallens atque inhians exigebat. Comportabantur interim ſpolia provinciarum, exuviæ exſulum, bona peremptorum. Hîc aurum matronarum manibus extractum: illic raptæ pupillorum cervicibus bullæ: iſtic dominorum cruore perfuſum appendebatur argentum: numerari ubique pecuniæ: fiſci repleri: æra cumulári: vaſa concidi: cuivis ut non Imperatoris domicilium, ſed latronis receptaculum videretur.*

imperio paraviſſe. Interea Epiſcopi, quorum communionem Martinus non inibat, trepidi ad regem concurrunt, prædamnatos ſe conquerentes, *actum eſſe de ſuo omnium ſtatu, ſi Theogniſti pertinaciam, qui eos ſolus palam lata ſententia condemnaverat, Martini armaret auctoritas, non oportuiſſe hominem recipi mœnibus: illum jam non defenſorem hæreticorum eſſe, ſed vindicem: nihil actum morte Priſcilliani, ſi Martinus exerceat illius ultionem.* Poſtremo proſtrati, cum fletu & lamentatione poteſtatem regiam implorant, ut utatur adverſus unum hominem vi ſua. Nec multum aberat, quin cogeretur imperator Martinum cum hæreticorum ſorte miſcere. Sed ille licet Epiſcopis nimio favore eſſet obnoxius, non erat neſcius Martinum fide, ſanctitate & virtute cunctis præſtare mortalibus: alia longe via Sanctum vincere parat. Ac primo ſecreto accerſitum, blande appellat, hæreticos jure damnatos more judiciorum publicorum, potius quam inſectationibus ſacerdotum: non eſſe cauſſam, qua Ithacii, cæterorumque partis ejus communionem putaret eſſe damnandam. Theogniſtum odio potius, quam cauſſa feciſſe diſcidium; eundemque tamen ſolum eſſe, qui ſe à communione interim ſepararit: à reliquis nihil novatum. Quin etiam ante paucos dies habita Synodus, Ithacium pronuntiaverat culpa non teneri. Quibus cum Martinus parum moveretur, rex ira accenditur, ac ſe de conſpectu

ejus

deretur. Hæc, aliaque plura Pacatus: in quibus tamen non minus rhetorem, quam hiſtoricum agnoſcas. *Idem.*

Hæreticos jure damnatos more judiciorum publicorum, potius quam inſectationibus ſacerdotum.] Caute Sancti patres civilem Magiſtratum interpellarunt, ut opem Eccleſiæ contra hæreticos ferrer. Nam ab inferendo capitali ſupplicio eum magnopere dehortati ſunt, ut ex Auguſtino & aliis patet. Vnde & in Eccleſia Catholica uſu receptum eſt, ut cum quis expetit à ſecularibus Magiſtratibus opem adverſus hæreticos, ne Ithacianæ partis conſors & ſectator eſſe videatur, conteſtationem illam occulte præmittere; nimirum ſic ſe correctionem expetere delinquentium, ut tamen citra pœnam ſanguinis puniantur. *Baronius.*

Habita Synodus.] Burdigalenſiſne, de qua ſub finem lib. 11. Sacræ hiſtoriæ? quod tane non videtur. Nam Priſcillianus quidem in ea hæreſeos damnatus eſt & motus epiſcopatu: ſed multum deinde temporis interjectum, cum provocaſſet ad principem, idemque Martini rogatu quoad Treveris fuit, cognitionem & ſententiam ſuſpendiſſet. *Giſelinus.*

ejus abripuit. Et mox percuſſores his, pro quibus Martinus rogaverat, diriguntur. Quod ubi Martino compertum jam noctis tempore eſt, palatium irrupit. Spondet, ſi parceretur, ſe communicaturum, dummodo ut & tribuni jam in excidium Eccleſiarum ad Hiſpanias miſſi retraherentur. Nec mora interceſſit, Maximus indulget omnia. Poſtridie Felicis Epiſcopi ordinatio parabatur, ſanctiſſimi ſane viri, & plane digni, qui meliore tempore ſacerdos fieret. Hujus diei communionem Martinus iniit, ſatius æſtimans ad horam cedere, quam his non conſulere, quorum cervicibus gladius imminebat. Veruntamen ſumma vi Epiſcopis nitentibus, ut communionem illam ſubſcriptione firmaret, extorqueri non potuit. Poſtero die ſe inde proripiens, cum revertens in via mœſtus ingemiſceret, ſe vel ad horam noxiæ communioni fuiſſe permixtum: haud longe à vico, cui nomen eſt Andethanna, qua vaſtas ſolitudines ſilvarum ſecreta patiuntur, prægreſſis paullulum comitibus, ille ſubſedit, cauſſam doloris & facti accuſante ac defendente invicem cogitatione pervolvens. Aſtitit ei repente Angelus: Merito, *inquit*, Martine compungeris, ſed aliter exire nequiſti. Repara virtutem, reſume conſtantiam, ne jam non periculum gloriæ, ſed ſalutis incurreris. Itaque ab illo tempore

Spondet, ſi parceretur, ſe communicaturum.] Cur Martinus dimoverit Imp. ab inquiſitione hæreticorum, cauſam Severus juſtiſſimam affert. Quia nimirum oprimi quique Chriſtiani, quorum pallerent ora jejuniis, & ex diſciplina gravior eſſet inceſſus, facile pro hæreticis habiti fuiſſent abſque diligentiori examine, & cæſi: cum ipſi Priſcilliani ut laterent, ſecularibus ſe moribus conformarent, & ſolito more, pejerarent ac fallerent. Cuinam parcerent exploratores, ſi ipſe Martinus ob magnam abſtinentiam vultu pallens, in crimen ejus hæreſis adductus fuit? Accidebat proculdubio in Hiſpaniis, quod de urbe Hieronymus tradit: *Quam*, inquit, *viderint pallentem atque triſtem, miſeram & Manichæam vocant.* Epiſt. XXII.

Felicis Epiſcopi ordinatio parabatur.] Felix hic, una cum Martino, in cauſa Ithaciana lapſus, & ab illis Epiſcopus Trevirenſis ordinatus fuit, ut Marianus Scotus affirmat. Ejus meminit Concilium Taurinen. c. 5. *Illud decrevit præterea ſancta Synodus, ut, quoniam Legatos Epiſcopi Galliarum, qui Felici non communicant, deſtinarunt, ſi quis ab ejus communione ſequeſtrare velit, in noſtræ ſanctæ pacis conſortium ſuſcipiatur.*

Hujus diei communionem Martinus iniit.] Majore conſtantia Maximo ad id ipſum allicienti, nempe ut communicaret Epiſcopis partis Ithacianæ, Ambroſius reſtitit anno ſequente, cum apud eum legatione fungeretur pro Valenti-

pore ſatis cavit, cum illa Ithacianæ partis communione miſceri. Cæterum cum quoſdam ex energumenis tardius quam ſolebat, & gratia minore curaret, ſubinde nobis cum lacrymis fatebatur, ſe propter communionis illius malum, cui ſe vel puncto temporis, neceſſitate, non ſpiritu, miſcuiſſet, detrimentum ſentire virtutis. Sedecim poſtea vixit annos, nullam Synodum adiit, ab omnibus Epiſcoporum conventibus ſe removit.

XVI. Sed plane, ut experti ſumus, imminutam ad tempus gratiam multiplici mercede reparavit. Vidi præterea ad pſeudothyrum monaſterii ipſius adductum energumenum, & prius quam ad limen attingeret, fuiſſe curatum.

XVII. Teſtantem quendam nuper audivi, cum in Tyrrheno mari curſu illo, quo Romam tenditur, navigaret, ſubito turbinibus exortis, extremum vitæ omnium fuiſſe diſcrimen. In quo cum quidam Ægyptius negotiator nec dum Chriſtianus, magna voce clamaverit, *Deus Martini eripe nos;* mox tempeſtatem fuiſſe ſedatam, ſeque optatum curſum cum ſumma placidi æquoris quiete tenuiſſe.

XVIII. Lycontius ex Vicariis vir fidelis, cum familiam illius lues extrema vexaret, & inauditæ calamitatis exemplo per totam domum corpora ægra procumberent, Mar-

lentiniano Imperatore. *Baronius.*

Ad Pſeudothyrum.] In tribus hiſce opuſculis unicum hunc locum ex ingenio non etiam è libris correxi, ac mutavi. Cum enim in Lazio & quatuor Lovan. eſſet pſeudophoram, quintus autem Laurent. duplicem afferret ſcripturam, nempe pſeudoforum & pſeudotiforum, quod poſterius item Trudon. oſtendit: auſus ſum penultima ſyllaba extrita ſcribere pſeudothyrum, ipſa ſententia idem poſtulante. Quam (ut ex Langio meo intellexi) ſecutus olim Aldus, fores monaſterii, ſuppoſuit. Accedit, quod Oroſium huic noſtro ætate ſupparem eadem Græca voce uſum videbam lib. VII. cap. 6. Quæ tamen itidem, ut hoc loco in manuſcriptis lib. depravata viſitur, in ſeudocherum. Ammian. lib. 27. latentem poſticam appellat, Horat. ad Torquatum, ex verbo fecit orationem, Atria, *inquit*, ſervantem poſtico falle clientem. *Giſelin,*

Ex vicariis.] Sic hoc dialog cap. I. de Eucherio, more ejus ſæculi, quo eos qui ejuſmodi muneribus, aut dignitatibus functi erant, ex præfecto, ex tribunis, ex conſule, ex prætore, &c. appellabant, quomodo Rom. olim quæſtorios viros, prætorios & conſulares, nominabant, qui eos magiſtratus aliquando geſſiſſent. Quin & poſteriori ætate exconſules & exquæſtores dicebant, ut ex Cod. Iuſt. eſt diſcere, eadem ratione, qua eumdem & pro conſule & pro conſulem nominitabant. *Giſelin.*

Martini per litteras imploravit auxilium. Quo temporevir beatus rem eſſe promiſit difficilem impetrari. Nam ſpiritu ſentiebat, domum illam divino numine verberari: tamen non prius deſtitit ſeptem totos dies, totidemque noctes orando & jejunando continuans, quam id quod exorandum receperat, impetraret. Mox ad eum Lycontius, divina expertus beneficia pervolavit, nuntians ſimul & agens gratias, domum ſuam omni periculo liberatam. Centum etiam argenti libras obtulit, quas vir beatus nec reſpuit, nec recepit. Sed priuſquam pondus illud monaſterii limen attingeret, redimendis id captivis continuo deputavit. Et cum ei ſuggereretur à fratribus; ut aliquid ex eo in ſumptum monaſterii reſervaret, omnibus enim anguſtum eſſe victum, multis deeſſe veſtitum: *Nos*, inquit, *Eccleſia & paſcat & veſtiat, dummodo nihil noſtris uſibus quæſiſſe videamur.*

XIX. Succurrunt hoc loco illius viri magna miracula, quæ facilius admirari poſſumus, quam referre. Agnoſcitis profecto quod dico: multa ſunt illius quæ non queunt explicari. Veluti iſtud eſt, quod neſcio an ita, ut geſtum eſt, à nobis poſſit exponi. Quidam è fratribus (nomen non ignoratis: ſed celanda perſona eſt, ne ſancto viro verecundiam fecerimus) quidam ergo cum ad fornaculam illius carbonum copiam reperiſſet, & admota ſibi ſellula divaricatis pedibus ſuper ignem illum nudato inguine reſideret, continuo Martinus factam ſacro tegmini ſenſit injuriam, magna voce proclamans: *Quis*, inquit, *nudato inguine noſtrum inceſtat habitaculum?* Hoc ubi ille frater audivit, & ex conſcientia quod increpabatur agnovit: continuo ad nos cucurrit exanimis, pudorem ſuum non ſine Martini virtute confeſſus.

XX. Quodam itidem die dum in area, quæ parva admodum tabernaculum illius ambiebat in illo ſuo (quod noſtis omnes) ſedili ligneo reſediſſet, vidit duos dæmones in

Quidam è fratribus.] Hæc duo, quæ ſequuntur miracula, abſunt à quinto libro Paulini. Ea autem Fortunatus IV, 19, 20. habet. Sextus autem liber miracu-

in excelſa illa quæ monaſterio ſupereminet, rupe conſiſtere, inde alacres ac lætos vocem iſtiuſmodi adhortationis emittere: *Heia te Brictio, Heia te Brictio.* Credo cernebant miſerum eminus propinquantem, conſcii quantam illi rabiem ſpiritus ſuſcitaſſent. Nec mora, Brictio furibundus irrupit, ibi plenus inſaniæ, evomuit in Martinum mille convicia. Objurgatus enim pridie ab eo fuerat, cur qui nihil umquam ante clericatum (quippe qui in monaſterio ab ipſo Martino nutritus) habuiſſet, equos aleret, mancipia compararet. Nam jam illo tempore arguebatur à multis, non ſolum pueros barbaros, ſed etiam puellas ſcitis vultibus coëmiſſe. Quibus rebus infeliciſſimus inſano felle commotus, &, ut credo, præcipue dæmonum illorum agitatus inſtinctu, Martinum ita aggreſſus eſt, ut vix manibus temperaret: cum quidem ſanctus vultu placido, mente tranquilla infelicis amentiam per mitia verba cohiberet. Sed ita in eo nequam ſpiritus redundabat, ut ne ſua quidem illi, quamvis vana admodum, mens ſubeſſet, trementibus labiis, incertoque vultu, decolor præ furore, rotabat verba peccati, ſe aſſerens ſanctiorem: quippe qui à primis annis in monaſterio inter ſacras eccleſiæ diſciplinas ipſo Martino educante creviſſet: Martinum vero & à principio, quod ipſe diffiteri non poſſet, militiæ actibus ſorduiſſe, & nunc per inanes ſuperſtitiones & phantaſmata viſionum ridicula prorſus inter deliramenta ſenuiſſe. Hæc cum multa, atque alia etiam, quæ reticere melius eſt, acerbiora vomuiſſet, egreſſus tandem furore ſatiato quaſi qui ſe penitus vindicaſſet, rapidus ea qua parte venerat, recurrebat: cum interea, credo per Martini orationes, fugatis ab illius corde dæmonibus, reductus in pœnitentiam, mox revertitur, atque ad Martini ſe genua proſternit veniam poſcens, fatetur errorem, nec ſine dæmone ſe fuiſſe tandem ſanior confitetur. Non erat apud Martinum labor iſte difficilis, ut ignoſceret ſupplicanti.

raculorum Martini, complectitur ea quæ Severus non habet, quorum indiculum Paulinus à Perpetuo Epiſcopo Turonenſi acceperat.

canti. Tunc & ipſi, & nobis omnibus ſanctus expoſuit, qualiter illum à dæmonibus vidiſſet agitari: ſe conviciis non moveri, quæ magis illi à quo eſſent effuſa, nocuiſſent. Exinde cum idem Brictio multis apud eum magniſque criminibus perſæpe premeretur, cogi non potuit ut eum à Presbyterio ſubmoveret, ne ſuam perſequi videretur injuriam: illud ſæpe commemorans, ſi Chriſtus Judam paſſus eſt, cur ego non patiar Brictionem? Ad hæc Poſthumianus? Audiat, *inquit*, iſtud exemplum noſter iſte de proximo. Qui cum ſit ſapiens, immemor præſentium, immemor futurorum, ſi fuerit offenſus, inſanit, in ſua ſe non habens poteſtate: ſævit in clericos, graſſatur in laicos; totumque terrarum orbem in ſuam commovet ultionem: in qua per triennium jugiter dimicatione conſiſtens, nec tempore, nec ratione ſedatur. Dolenda hominis & miſeranda conditio, etiamſi hac ſola inſanabilis mali peſte premeretur. Verum iſta ei patientiæ & tranquillitatis exempla referre ſæpius Galle debueras, ut ſciret iraſci, & ſciret ignoſcere. Qui ſi iſtum ipſum breviter inſertum ſermonem meum in ſe prolatum forte cognoverit, ſciat non magis ore inimici, quam amici animo me locutum: quia ſi fieri poſſet, optarem ut Martino potius Epiſcopo, quam Phalari tyranno ſimilis diceretur. Sed iſtum, cujus commemoratio parum ſuavis eſt, tranſeamus, & ad Martinum noſtrum Galle redeamus. Tum ego, cum jam adeſſe veſperum occiduo ſole ſentirem, *Dies*, inquam, *abiit, Poſthumiane: ſurgendum eſt. Simul tam ſtudioſis auditoribus cœna debetur.*

XXI.

Vt eum à presbyterio ſubmoveret.] Hunc Brictionem ſive Briccium Gregor. Turonenſis narrat B. Martino Arcadii & Honorii anno 11. ſucceſſiſſe, & eo munere annis 47. ſanctiſſime nonnullis tamen cum moleſtiis ac miſeriis obito, ſepulrum tandem fuiſſe in eadem baſilica, quam B. Mart. vivus ædificaverat. Hiſt. l. 11. item l. x. Hujus tamen rei nullam à Severo factam eſſe mentionem, non poſſum ſatis demirari. *Giſelin.*

Sævit in clericos, graſſatur in laicos.] Clerici apud Veteres à Laicis diſtincti, quod munus gerebant in Eccleſia publicum, quo diſtinguebantur ab iis, quibus non fuit cura Eccleſiæ. Deinde quia in pœnis ratio habebatur perſonarum; ſi clerici, majores erant; ſi laici, minores. Abuſus ergo diſtinctionis eſt, ut populus æſtimetur prophanus, & clerici immunes fiant à civili gubernatione. *Perkinſ.*

Non

XXI. De Martino autem exſpectare non debes, ut ulla ſit meta referendi. Latius ille diffunditur, quam ut ullo valeat ſermone concludi. Ita interim de illo viro portabis Orienti. Sed dum recurris, diverſaſque regiones, loca, portus, inſulas, urbeſque præterlegis, Martini nomen & gloriam ſparge per populos. In primis memento non præterire Campaniam, & ſi maxime curſus in devio ſit, non tamen tibi tanti ſint vel magnarum morarum ulla diſpendia, quin illic adeas illuſtrem virum, ac toto laudatum orbe, Paullinum: illi, quæſo te, primum ſermonis noſtri, quem vel heſterno confecimus, vel hodie diximus, volumen evolve. Illi omnia referes, illi cuncta recitabis, ut mox per illum ſacra viri laudes Roma cognoſcat: ſicut primum illum noſtrum libellum non per Italiam tantum, ſed per totam etiam diffudit Illyricum. Ille Martini non invidus gloriarum, ſanctarumque in Chriſto virtutum piiſſimus æſtimator, non abnuet præſulem noſtrum cum ſuo Felice componere. Inde ſi forte ad Africam transfretabis, referes audita Carthagini: licet jampridem, ut ipſe dixiſti, virum noverit, tamen nunc præcipue de eo plura cognoſcat, ne ſolum ibi Cyprianum martyrem ſuum, quamvis ſancto illius ſanguine conſecrata, miretur. Jam ſi ad lævam, Achaiæ ſinum paullulum devexus intraveris, ſciat Corinthus, ſciant Athenæ, non ſapientiorem in Academia Platonem, nec Socratem in carcere fortiorem. Felicem quidem Græciam, quæ meruit audire Apoſtolum prædicantem: ſed nequaquam à Chriſto Gallias derelictas, quibus donaverit habere Martinum. Cum vero ad Ægyptum uſque perveneris,

Non abnuet Præſulem.] Videtur expetiiſſe Severus, ut vitam Martini ſcriberet Paulinus Nolanus. Ac in ea opinione eſt Greg. Turon. ac Venantius Fortunatus, lib. 1.

—— *Fide pollens Paullinus & arte*
Verſibus explicuit Martini dogma magiſtri.

Sed errant, qui vitam Martini à Paulino Seniore ſcriptam putant. Iunior enim quidam fuit, cujus extant verſus de Martino. Quod oſtendit Baronius ad A. CCCCII. Præſul nomen ſummi in Eccleſia honoris, idem quod πατριάρχης, Antiſtes, Pontifex ſummus. *Salm.*

Ad lævam Achaiæ ſinum.] Corinthiacum ſinum ſignificat, qui Achaiæ ad lævam eſt. *Giſelin.*

ris, quanquam illa ſuorum ſanctorum numero & virtutibus ſit ſuperba, tamen non dedignetur audire: quia illi, vel univerſæ Aſiæ, in ſolo Martino Europa non ceſſerit.

XXII. Cæterum cum Hieroſolymam inde petiturus, ventis curſuum vela commiſeris, negotium tibi noſtri doloris injungo, ut ſi umquam illuſtris illius Ptolemaidis litus acceſſeris, ſolicitus inquiras, ubi ſit conſepultus noſter ille Pomponius: nec faſtidias viſitare oſſa peregrina. Multas illic lacrymas, tam ex affectu tuo, quam ex noſtris funde viſceribus. Ac, licet inani munere, ſolum ipſum flore purpureo, & ſuave redolentibus ſparge graminibus. Dices tamen illi, ſed non aſpere, non acerbe, compatientis alloquio, non exprobrantis elogio: Quod ſi vel te quondam, vel me ſemper audire voluiſſet, & Martinum magis quam illum, quem nominare nolo, fuiſſet imitatus, nunquam à me tam crudeliter diſparatus, ignoti pulveris regione tegeretur, naufragi ſorte prædonis paſſus in medio mari mortem, & vix in extremo nactus littore ſepulturam. Videant hoc opus ſuum, quicunque ex illius abſceſſu mihi nocere voluerunt: videant gloriam ſuam, & vel nunc adverſum me graſſari deſinant vindicati. Hæc cum maxime flebili voce gemeremus, omnium lacrymis per noſtra lamenta commotis, cum magna quidem Martini admiratione, ſed non minore ex noſtris fletibus dolore, diſceſſum eſt.

Solum ipſum flore purpureo, & ſuave redolentibus ſparge graminibus.] Ethnicorum hic mos, ut notum. Qui & ſepulcris coronas appendebant floridas, cujus ritus meminit Lucianus aliquoties, ut in Scytha, & περὶ τῆ ἐπὶ μισθῷ συνόντων. Chriſtiani vero hoc non faciebant. Quo nomine etiam à paganis accuſati. Cæcilius apud Minucium in Octavio: *Coronas ſepulcris denegatis.*

Magna quidem Martini admiratione.] Feſtum ejus ad x 1. Novemb. in Faſtos relatum eſt. Qua die Chriſtiani, turpe dictu, altera Bacchanalia vivunt, & anſerina carne ſe farciunt. Cujus moris origo incerta eſt. Quæ communiter tradunt, id propterea fieri, quod anſeres Martinum ſtrepitu ſuo prodiderint, vel ei cauſa mortis, ex nimio eſu anſerinæ carnis fuerint; & alia hujus generis, mera commenta ſunt, ut Magnus Voſſius cenſet. Cujus opinio eſt (ut mihi Cl. Vir G. Andreas Richterus perſcripſit) à Septentrionalibus populis, ruſticana præſertim plebe, hanc feſtivitatem deſcendiſſe, cui avis illa inter præcipua menſæ fercula, ſicut urbanis turdus vel perdix.

FINIS.

TEM-

TEMPORVM RATIO SACRÆ SVLPICI SEVERI HISTORIÆ & reliquis opuſculis accommodata.

Anno Mundi.	
2242.	*AB orbe condito uſque ad eluvionem & Noë ex arca egreſſum ſunt anni* 2242.
3312.	1. *Ab eo tempore, ad Abrahamum ortum anni ſunt* 1070.
3387.	2. *Idem admonitus à Deo relicta patria venit in terram Chananæorum, ætatis ann.* 75.
3817.	3. *Ab ea Abrahami migratione, in illud tempus quo Hebræi ex Aegypto ſunt egreſſi, anni* 430.
3884.	4. *Ab eo Hebræorum egreſſu, ad Ioſuæ mortem, anni* 67.
4303.	5. *A Ioſuæ morte ad mortem Samſonis, ann.* 419.
4405.	6. *A Samſone ad quartum Solomonis annum, quo templi prima fundamenta jacta ſunt, anni* 102.
4829.	7. *A quarto Salomonis anno ad captivitatem Babylonicam ſub Ieconia Rege cœptam, ann.* 424.
5089.	8. *A primo ejus captivitatis die ad reſtaurationem templi perfectam & Hieroſolymorum, anni* 260.
5487. ſive 5437.	9. *Ab eadem templi reſtitutione ad Chriſti crucem duobus Geminis Coſſ. anni* * 398. *vel potius.* 348.
5869. ſeu potius 5819.	10. *Ab iiſdem Coſſ. ad Stiliconem Conſulem, anni* 382.

Ex hac tabella cuivis intelligere eſt, quam vere Severus initio Sacræ hiſtoriæ dixerit, Mundum ſua ætate ſex pœne annorum milibus fuiſſe conditum. Quam vero parum conſentiant qui rationem temporum inveſtigatam ediderunt,

mox oſtendam, ſi prius ſingulorum capitum rationem paucis reddidero.

Primum igitur auctoris eſt. Secundum nos ex ſacra Bibliorum hiſtoria accerſivimus, quod reliqua ei ita videantur inniti, ut alioquin nullo modo conſtent. Inter ſecundum & tertium aliud medium Sulpicius inſerit pagina 59. eo tamen omiſſo, idem reliquas annorum ſummas ab Abrahamo in terram Chananæam commigrante, orditur. Quare & nos ſatis habuimus idem caſtigare, non etiam in hunc indicem advocare.

Tertium ſummæ caput cum duobus ſequentibus ipſi auctori ſeſe debent: optimeque ea inter ſe convenire, indicio ſunt numeri minores iiſdem ſubſervientes.

Sexti vero, ut ab auctore ſubductum eſt, ea demum eſt ratio, ut Heli annis 20. Samuelis & Saulis 38. Davidis ac Salomonis 44. id eſt, annis 102. utraque proxime ſuperior adjiciatur. Sic enim efficientur 588.

In ſeptimo colligendo auctoris verba ſecuti ſumus, nulla habita ratione, diſſentanea ne ea ſint aliorum ſcriptis, an minus. Neque enim hoc agimus. Omnium itaque Regum Iudæ anni ad unam ſummam revocati, redeunt ad 424. & menſes 6. quorum menſium ea re non fecimus mentionem, quod in proximo item ſequenti capite aliquot deſiderentur.

Octavi capitis Severus eſt auctor: neque numeri, quibus Babylonicam ſervitutem & Perſarum regna deſcribit, eidem diſconveniunt. Soli enim tres menſes deſiderantur, ut ex ſeptem menſibus Magorum, qui Cambyſem trucidarunt, & duobus Xerxis ſecundi, integer annus redeat. Minime vero hoc loco prætereundum, à Severo pag. 297. aliam longe ſupputandi viam monſtrari, qua & propius multo itur, & minor eſt erratio. Scribit enim Darii; qui Hyſtaſpis filius fuit, regnantis annum 32. eumdem eſſe, qui ab Urbe condita eſt 260. A quo deinde anno, ſi, inquit, inveſtigatio Romanorum Conſulum non fallit, anni reliqui ſunt ad Stiliconem Conſulem 888. cui ſummæ ſi annos 70. captivitatis

vitatis Babylonicæ,31. Darii, 9. Cambyſis, 7. menſes Magorum, & 32. Darii ſecundi adjeceris (ſunt autem 102. & medius) ſumma naſcetur annorum à die captivitatis Babylonicæ ad Conſulem Stiliconem, 990. Illud ſcitum, quod quibus Severus maxime viſus eſt diffidere, iidem minime omnium fefellerint, Conſules dico Rom. quorum faſtos ceteris omnibus Chronographiis certiores eſſe, ſolus hic locus fidem faciet. Quot enim annos tum Severus à T. Geganio Macerino & P. Minutio Augurino Coſſ. ad Stiliconem Conſ. numerabat: totidem fere etiam hodie recenſent omnes, qui eoſdem faſtos magno ſtudio & ſumptibus reſtituere atque illuſtrare eniſi ſunt, nominatim Hubertus Golzius noſter, omnium longe Princeps, qui duobus dumtaxat annis Severum noſtrum ſuperat numerans annos 890. cujus varietatis, quia item pag. 366. occurrit, alio loco & tempore rationem, volente Deo, ſum redditurus.

Reliqua duo numerorum capita Auctori ſua ſunt: atque ut è variis auctoribus concinnata, ita quoque à faſtis conſularibus multum evariant, annis enim 50. eos excedunt. Qui exceſſus quoniam immodicus eſt, & ſevero Sulpicii calculo indignus, prope abeſt, ut levi mutatione illum auſim corrigere, & ad annorum numerum cum ſuperiori æqualem reducere. quod facile fiet, ſi pag. 305. pro CCC XCVIII. reſtituamus CCC XLIII. tum enim in utriuſque ſummæ reductione neque plures erunt neque pauciores ann. 990.

VITA

VITA B. MARTINI,

ET QVÆ EODEM TEMPORE GESTA

ſunt, Onuphrii fâſtis ſive Chronico eccleſiæ accommodata.

Ann. Urb.	Ann. Chr.	
1087	335	*Hoc anno Conſtantini Imper. 21. moritur S. Silveſter Papa Rom. Naſcitur eodem fere tempore B. Martinus Sabariæ, patre militum tribuno.*
1088	336	*S. Marco Papæ poſt menſes 8. dies 22. mortuo ſuccedit S. Iulius, Pontifex 36.*
1089	337	*Morienti Conſtantino ſuccedunt filii Conſtantinus Iunior, Conſtantius, & Conſtans.*
1090	338	
1091	339	
1092	340	*Conſtantinus Iun. Imp. occiditur.*
1093	341	*Synodus Arrianorum contra Athanaſium Antiochena.*
1094	342	
1095	343	*Moritur S. Paullus Thebæus primus Eremita.*
1096	344	*B. Martinus fit catechumenus.*
1097	345	*Altera Synodus Antiochena.*
1098	346	
1099	347	*Synodus magna Sardicenſis pro Athanaſio.*
1100	348	*Naſcitur Aur. Prudentius Clemens.*
1101	349	*B. Mart. anno ætatis 15. militari ſacramento implicatur.*
1102	350	*Conſtans Imp. occiditur: Magnentius imperium accipit. Synodus Syrmienſis.*
1103	351	
1104	352	*B. Martinus baptizatur, anno ætatis 18. in Vita cap. 11.*
1105	353	*S. Iulio Pontif. morienti ſuccedit Liberius,*

Ann. Urb.	Ann. Chr.	
		rius, Pont. 37. Magnentius ac Decentius tyranni in Galliis à Conſtantino ſuperantur. Hiſt. Sacr. pag. 406.
1106	354	*Synodus Mediolanenſis, contra Athanaſ. Euſebius Vercell. cum aliis abit exſulatum, Hiſt. Sacræ pag. 409.*
1107	355	*Fl. Arbetione & Mavortio Lolliano Coſſ. Iulianus occiſo Gallo Cæſar appellatur, & in Gallias mittitur. S. Liberius Rom. Pont. pellitur in exſilium.*
1108	356	*B. Martinus à Iuliano Imp. prope Vangionas impetrat miſſionem. Inde aliquot menſibus B. Hilario convivit. Qui hoc ipſo anno abit in exſilium.*
1109	357	*Revocatur ab exſilio Liberius.*
1110	358	
1111	359	*Euſebio & Hypatio Coſſ. Arimini in Occidente, & Seleuciæ in Oriente coactæ Synodi ſub menſem Octob.*
1112	360	*B. Hilarius Conſtantinopoli à Conſtantio tribus libellis audientiam poſcit & jubetur Pictavos redire.*
1113	361	*Hilario pleraſque eccleſias Ariminenſi concilio corruptas obeunti, Romæ occurrere B. Martinus meditatur, ac deinde eumdem ſequitur.*
1114	362	*Moritur Conſtantius. Cui Iulianus ſuccedit. Monaſterium ſibi Pictavis B. Martinus ædificat.*
1115	363	*Occiſo in Perſica expeditione Iuliano ſuccedit Iovianus.*
1116	364	*Moritur Iovianus. Succedunt Valentinianus & Valens: hic in Oriente, ille in Occidente.*
1117	365	

Libe-

Ann. Urb.	Ann. Chr.	
1118	366	*Liberio Papæ ſufficitur S. Damaſus Pont. 38. Moritur B. Hilarius in patria, anno reditus ſui ſexto. Sac. hiſt. pag. 436.*
1119	367	*Gratianus Valent filius creatur Auguſtus.*
1120	368	*Frequenter in Gallia Synodi contra Arrianos.*
1121	369	*Ambroſius Mediolanenſis Epiſc.*
1122	370	*Hoc fere tempore B. Mart. in Epiſcopum Turonenſem electus fuit. Et Imp. Valentinianus ſolio ſuo divinitus excuſſus eumdem ejuſque preces cogitur admittere. Dial. 2. c. 6.*
1123	371	
1124	372	
1125	373	*Synodus Valentina in Gallia.*
1126	374	
1127	375	*Decedit Valentinianus. Fit Valentinianus Iunior Auguſtus.*
1128	376	
1129	377	*Vlphilas Gothorum Epiſcopus litteras Gothicas invenit.*
1130	378	*Valens Imperator occiditur.*
1131	379	*D. Auſonio & Hermogeniano Olybrio Coſſ. creatur Cæſar & Auguſtus Theodoſius.*
1132	380	Synodus Cæſarauguſtana.
1133	381	*Gratiani reſcriptum contra Priſcillianum & cæteros hæreticos Sac. hiſt. pag. 116.*
1134	382	
1135	383	*Gratianus occiditur. Maximus Occidentis Imperium occupat.*
1136	384	*Moritur Damaſus. Surrogatur Siricius Pont 39.*
1137	385	*Maximus Treveros victor ingreditur. Synodo Burdigalenſi condemnatur Inſtantius, Priſcillianus ad Principem provocat.*
1138	386	*B. Martinus Treveris excipitur regio convivio*

Ann. Urb.	Ann. Chr.	
		vivio à Maximo Impp. Fl. Euodio Conſule præſente. Item à Regina. Elicit ſponſionem ab Imp. ut ſanguine reorum abſtineat. eo tamen ad ſuos reverſo, inſtante Ithacio & aliis Epiſ. Priſcillianus & reliqui ſupplicio afficiuntur. Hiſt. Sac. pag. 450. &c. in Vit. cap. 23. Dial. 2. cap. 7.
1139	387	*Ithacii cauſſa à Synodo Epiſcoporum & Imp. Maximo approbatur, non autem à B. Martino, Dial. 3. cap. 15.*
1140	388	*Victoriam Theodoſii & Valentiniani Iunioris de Maximo Onuphrius in hunc annum refert. Hub. Golzius in ſequentem, Promoto & Timaſio Coſſ. Certe in Vita Martini, cap. 23. ait Severus primo anno converſum eſſe in fugam Valentinianum: altero vero ſequente Maximum intra Aquileiæ muros interfectum.*
1141	589	*Promoto & Timaſio Coſſ. Ithacius & Nardacius eccleſiæ communione privantur. Proſper in Chron.*
1142	390	
1143	391	
1144	392	*Valentiniano Iuniore occiſo occupat Occidentis imperium Eugenius.*
1145	393	*Honorius Auguſtus appell.*
1146	394	*Eugenius occiditur. Honorius Imperat. in Occid.*
1147	395	*Moritur Theodoſius.*
1148	396	
1149	397	*Fl. Cæſarius & Pontius Atticus Coſſ. Hoc anno mortuum vult B. Mart. Gregor. Turonenſis. De quo poſt.*
1150	398	
1151	399	
1152	400	*Fl. Stilico V.C. Fl. Aurelianus Coſſ. Ad hunc*

Ann. Urb. | Ann. Chr.

hunc annum perducit hiſtoriam Sacram Severus, nulla in ea de B. Martini morte facta mentione. Idemq; de diſcordiis à Priſcilliani morte excitatis in fine ejuſdem Hiſt. Sac. ſic ſcribit: Quod jam per quindecim annos fœdis diſſenſionibus agitatum, *&c. Quæ verba proximo demum anno, qui à Priſcilliani morte eſt decimuſquintus, locum habent ſuum.*

1153 | 401

1154 | 402 *Theodoſ. Iunior Auguſtus app.*

1155 | 403

1156 | 404 *Hic annus à Treverenſi Epiſcoporum conventu, ſive à 4. anno Maximi Imp. eſt decimus ſeptimus. Verba autem Sulpicii Dial. 3. cap. 15. hæc ſunt:* Sedecim poſtea vixit annos: nullam Synodum adiit: ab omnibus Epiſcoporum conventibus ſe removit, &c. *quæ verba cum illis Gregorii Turonenſis lib. 1. Hiſtor. ſub finem comparabit qui volet. Nam judicium non eſt meum.*

Arcadii & Honorii ſecundo Imperii anno S. Martinus Turonorum Epiſcopus, plenus virtutibus & ſanctitate, præbens infirmis multa beneficia, octogeſimo & primo ætatis ſuæ anno, Epiſcopatus autem XXVI. *apud Condatenſem diœceſis ſuæ vicum, excedens è ſæculo, feliciter migravit ad Chriſtum. Tranſiit autem media nocte, quæ Dominica habebatur, Attico Cæſarioque Conſulibus, à paſſione Domini anno* CCCCXII.

FINIS.

RE-

RERUM MAXIME MEMORABILIUM
Quæ in textu Sulpicii & Commentariis occurrunt

INDEX.

Literæ, *a*, *b*. columnas paginarum indicant,
Vbi litera deeſt, textus innuitur.

A.

Aron eſt Horus.108.b.*vitulam facit*.100.a.*obit*.111.b.112. a
Abactor. 93. a
Abbas. 533. *initiandum igne probat*. ibid.
Abdolcharitz. 10. a
Abel. 8. b. *an cœlebs fuerit*. ibid. *occiſus*. 9. a
Aben Batrich. ibid.
Abjatar Pontifex. 171. b. 172. a
Abila urbs. 442. b
Abimelech Rex. 40. b
Abimelech Pontifex. 171. a. *interficitur*. ibid. b. *Tyrannus*. 133. b. *non Iudex*. 134. a. *occiſus*. ibid. b
Abirom. 108. b
Abiud. 202. a
Abner. 180. a
Abraam. 23. b. 29. b. *Aegyptios docuit*. 26. b
Abram. 23. b. *quando natus?* 24. a. *an Damaſci regnarit?* 25. b. *Chaldaice locutus*. ibid. a
Abſalon rebellat. 186. a. *ejus caſum David luget*. ibid. b
Abſolvere ſomnium. 55. b
Acaciani & Baſiliani. 424. b. 425. a
Acacius. 404. b. *ſchiſma facit*. 424. b
Accitor. 320. b. *Bethuliam venit*. 321. b. *fit Iudæus*. 322. a
Achab impius. 208. a. *pœnitentiam ſimulat*. 214. b. *Syris bellum infert*. 216. b. *interficitur*. 217. a
Achas. 238. a. *Idololatra*. ibid. *genuit* XI. *anno*. ibid. b
Achaſveros eſt Xerxes. 292. b
Achazias. 218. a
Achaz, Rex Iudæ. 229. b
Achitob Sacerdos. 153. a
Achitophel an avus Bathſabes. 184. b
Acoſta caſtigatus. 15. a
Adad quis. 223. a. *pro Deo cultus*. ibid. *Rex*. 182. b
Ἄδαμα *quid?* 6. a
Adam. ibid. a. *quot filios genuerit*. 10. a. *quando mortuus*. 10. b. *ubi ſepultus*. ib. & 193. b
Addon Propheta. 201. b
Adon. 124. a
Adonizedek. 118. b
Adorandi mos Perſicus. 310. b. 311. a
Adullam ſpelunca. 171. a
Adverſa pars. 472. b
Aëtius. 421. b. *hæreticus*. 416. a
Aegypti diviſio. 523. a. *nomina*. 26. a
Aegyptii à Perſis deficiunt. 316. b. *an literas à Moſe didicerint*. 63. b. *Iudæos execrabantur*. 72. a. *minio fores illinere ſoliti*. 73. a. *eorum commenta de Iſraëlitis*. 73. b. *repoſcunt bona ſua*. 74. a. *lingua*. 58. b
Aegyptus Cham. 19. a. 23. b. *unde dicta*. 250. a
Aenigmata in nuptiis propoſita. 140
Aera Alexandri. 335. a. *Græcorum*. 326. b. *martyrum*. 385. a
Aetas hominum decreſcit. 38. b
Aethiopes. 38. a. *Abiſſeni*. 242. a
Aethiopes in Aegypto regnant. 235. b
Aethiopia unde dicta. 241. b. *duplex*. 242. a
Africa unde dicta. 38. a
Africæ deſcriptio. 515
Agag commune nomen. 40. b
Agape ſeducit Helpidium. 439. a
Agnus Paſchalis an Sacrificium. 71. a, b. *quare immolatus*. 72. a. *à quibus*. ib. b.
Agra urbs. 33. a

Aharonitæ. 105. a
Alchimus. 348. a. *Pontifex.* ibid. *moritur.* 349. a, b
Alcorani fabulæ de Abrahamo. 25. a
Alcuinus. 14. b
Alemanni Gallias vaſtant. 464. a. *pacem petunt.* 465
Alexander Balas. 350. *Syriam invadit.* ibid. b. *fedus cum Ionatha init.* ibid. *Demetrium occidit.* ibid. *interficitur.* 352. b. 353. a
Alexander Iannæus. 357. b. *frater Ariſtobuli.* ibid. & 358. a. *bellicoſiſſimus.* ibid. a. Θρᾳκίδας *dictus.* ibid.
Alexander Macedo ſpurius. 325. a. *cur Bicornis dictus.*ib. *Darium debellat.*ibid. *Hieroſolymam adit.* ibid.b. *obit.*326.a. *veneno necatus.* ibid. b. *ejus Epiſtola ad Ariſtotelem.* 11. a
Alexandra. 358. b
Alexandria contentionibus ardet. 520
Allon. 138. b
Ἀλλόφυλοι. 40. b. 125. a. *fuſi.* 157. b
Altaria. 17. a
Altarium. 98. a. *uſus.* 546. b
Amalechitæ. 84. a. *incantatores.* ibid. b. *quare deleti.* 164. b. 165. a. *direpti.* ibid. b
Amaſia. 224. a
Amazias bellum Ioæ infert. 224. b. *capitur.* 225. a
Ambroſius Ep. Mediol. rejicit Priſcillianum. 444. a. *an Legatus Epiſcopi Romani ?* ibid. b.
America an ante diluvium culta? 12. a
Ameſtris an Eſther. 306. b. 307. a
Aminadab primus ingreditur mare rubrum. 78. a
Ammiogli poſteri Saneballat. 301. b
Ammon. 33. a. 247. b. *eſt Cham.* 19. a
Ammonitæ alii à filiis Ammon. 33. a. 135. b. 160. b
Ammonitis bellum David infert. 184. a
Amorrhæi Magi. 112. b
Amoſis. 52. a
Amphibalum quid. 545. a
Amri. 206. b. *quamdiu regnarit.* ibid.
Anachoreta nudus in monte Sina degit. 532
Anachoretæ. 529, 530
Anania Propheta. 204. a
Anatolius fingit ſibi Chriſtum apparere. 489. *confunditur.* 490
Andethanna vicus. 578
Andromedes fabula ex Ionæ hiſtoria expreſſa. 232. a
Angeli an cum mulieribus concubuerint ? 12. b. *præfecti regionum.* 45. a. *Sodomam miſſi.* 31. a. *lapſi.* 12. b
Angelus peſtem immittens. 189. b
Anna. 150. b
Annacus. 11. a. *eſt Enochus.* ibid. b
Anni diverſum initium. 70. b
Anni ſervitutis quomodo ſupputandi. 126
Annus Iſraëlitarum vetus. 70. a. *Sabbathicus.* 97. b. *quæ ejus privilegia.* ibid.
Anomœouſia. 415
Ἀνόμοιοι. 416. a
Antichriſtus. 287. b
Antichriſtus quis. 563. a. b
Antiochia. 543. a,b. *undecim Arianos Epiſcopos continuos habuit.* 404. a
Antiochus Epiphanes. 331. a. *Iudæos cogit Græcam religionem ſuſcipere.* 333. a, b. *Aegypto cogitur excedere.* ibid. b. *templum ſpoliat.* 334. a. *ejus ſpurcities.* 336. b. *eſt Gog.* ibid. 337. a. *præſidium arci imponit.* ibid. a. *legem abolere conatur.* ibid. b. *Tyrannis ejus.* 339. b. *inopia.* 341. b. 342. a. *Elymum diripere conatus, obit.* 345. a,b. 346. a
Antiochus Eupator. 346. a. *vincitur à Iuda.* ibid. *petit pacem.* 347. a. *interficitur.* 348. a
Antiochus Soter. 335. a. *Theus.* ibid. *Hierax.* ibid. *à Scipione victus.* ibid. *Magnus.* 336
Antiochus Theos Rex Syriæ à Tryphone factus & occiſus. 353. b
Antipater Aſcalonita procurator Iudææ. 361. a,b
Antoninus Pius. 382. b. *ſub eo pax Eccleſiis.* ibid. & 383. a
Antonius Monachorum pater. 531. a
Aod Eglonem trucidat. 124. a, b
Ἀορασία. 31. b
Apis unde dictus. 316. b. *vulneratur à Cambyſe.* 317. a. *irridetur ab Ocho.* ibid.
Ἀποβατήριον. 16. b
Apocalypſis in Patmo ſcripta. 379. b. *à quibus rejecta ſit.* ibid.

Apo-

Apollonius. 341
Apoſtoli albati. 475. b
Ἀποθέωσις. 501. b
Appellationes ad Epiſcopum Romanum quales. 400. b
Apries. 274. b
Aqua ex dente. 142. a
Aqua in deſerto an ab aſino monſtrata. 83. b
Aquæ penuria. 110. a
Aquitani à Gallis diſtincti. 420. a
Arabes ἐρεμβοί. 227. b. *unde dicti.* 228. a
Arad. 112. a
Aræ privatæ. 157. b
Arafet mons. 34. a
Ἄρραχνα. 20. b
Arborius. 482. b
Arbor, unde Adam edit, qualis? 7. a
Arca à quibus & quomodo geſtata. 116. b. *in pugnam effertur.* 151. b. *capitur.* 152. a. *reducitur.* 155. b. *quamdiu capta.* 178. a. *tranſlata in Sion.* 182. a
Arca fœderis. 99. a
Arca Noæ. 14. a. *ſtructa in Babylonia.* 14. b. *in ea quot ſalvati.* 15. b. *hæſit in Armenia.* 16. a, b
Archelaus Tetrarcha. 365. a
Archidiaconus. 544. a
Archiepiſcopus Cantuarienſis Papa alterius orbis. 494. a
Areccæi campi. 20. b
Arelatum ſedes Præfecti Prætorii. 407. a
Areuna. 190. a. *in ejus area exſtructa ara.* ibid.
Arſaxat. 329. a, b
Ariani controverſiam extenuant. 422. a. *orthodoxis Sabellianiſmum impingunt.* 424. a. *Vſiæ & Homouſiæ verba rejiciunt.* 426. b. 427. a. *eorum dogmata.* 394. a. *damnantur in Concilio Nicæno.* 395. a. *ſimulant conſenſum.* 395. b. *odium in Catholicos.* 396. a. *in Athanaſium.* ibid. b. *Concilium Sardicenſe pervertunt.* 400. b. *perfidiam ſuam occultant.* 401. b. 402. a. *Catholicos ſe gerunt.* ibid. *præcipuos Epiſcopatus invadunt.* 403. b. *vim adhibent.* ibid. a. *Principes eorum qui.* 403. b. *ſunt inconſtantes in fide ſua.* 410. a. *Synodum Nicænam pro ſe interpretantur.* 414. a ὁμοούσιον *omnibus viribus oppugnant.* 414. & ſeqq. *concedunt ſimilitudinem, adimunt unitatem.* 415. a
Ariminenſes Patres decepti ab Arianis. 430. a, b. *reſipiſcunt.* 433. b. *recipiuntur in communionem.* 434
Ariſtobuli & Hyrcani contentiones. 359. a
Ariſtobulus à Pompeio capitur. 360. b. *primus Rex poſt captivitatem.* 357. a
Ariſtocratia ſub Moſe. 85. b
Arius hæreſin excitat. 393. & ſeqq. *duo ejus nominis.* ibid. b
Arma hoſtium conſecrare mos antiquus. 168. a
Arma ruſtica. 162. b. *antiqua.* 163. a
Arridæus Philippus. 327. a
Artaxerxes. 297. b. *an impedierit ſtructuram templi.* 298. a. *quamdiu regnavit.* 314. b
Artoſaſta. 295. b
Arx Hieroſolymitana. 344. a
Aſa. 202. b. *quotus à David.* ibid. *obit.* 207. a
Aſaël frater Ioab. 180. b
Aſarhaddon an Sardanapalus. 243. b
Aſcalon. 155. a
Aſcetarum abſtinentia. 529. a. *rigida vita.* 499. a. *veſtitus.* 471. b. 474. *victus* 516. a, b
Aſeneth. 57. a
Aſer. 43. b
Aſinus loquitur. 113. a
Ἄσχεα. 129. b
Aſpidem puer illæſus deſert. 524
Aſſuerus quis. 307. a. *ejus convivium.* 308. a
Aſſur idem qui Θοῤῥᾶς. 230. b
Aſſyrii bellum Ioſuæ denunciant. 118. a
Aſſyrii in Samariam ducti. 236. b
Aſtarte. 197. a
Aſtyages an Nabonnidus. 283. b. 284. a. *Rex Medorum.* 288. a
Aſyla. 91. a
Athanaſius Alexandriæ Epiſcopus. 396. a, b. *ab Arianis falſis criminibus oneratur.* 396. b. *damnatur in Concilio Tyrio.* ibid. *relegatur in Gallias.* 398. a. *revocatur.* 399. a. *iterum damnatur ab Arianis.* 401. b. *incredibilis ejus conſtantia.* 402. a, b. *defenditur à Paulino*

& Lucifero. 402. b. 403. a. ejus damnationem urgent Ariani. 406. b
Atlantica. 12. a
Avitiani Comitis crudelitas. 568. a. à Martino inhibetur. ibid. 569. 571. Dæmon ab eo pellitur. 572
Augustinus Steuchus Eugubinus. 8. a
Augures Palæſtinorum. 155. a
Auranitis. 6. b
Aurelius Diaconus. 500. Imp. quintam perſecutionem movet. 383. a
Aurem perforare ſignum ſervitutis. 90. a
Αὐτοχειρία an licita. 145. a
Auxentius. 467. b
Aza. 12. b
Azaël. ibid. b
Azahel Rex Syriæ. 223. a. ſtrangulat Benhadadum. ibid.
Ἀζανῖται. 99. a
Azarias. 226. b. ſacerdos. 228. b
Azotus. 153. a.

B.

Baalim. 123. a
Baalzebub. 217. a, b
Baaſa. 204. b. 205. a. impius. ibid. quamdiu regnarit. ibid. non fuit filius Ieroboam. 203. b
Babylonia igneos campos habet. 8. a
Babylon. 20. a. quis ejus conditor. ibid. b. locus ubi Petrus paſſus. 372. a
Babylonium regnum ab Aſſyriorum jugo liberatum. 235. a
Bacchides victus. 349. b
Bagoa ſpado Ochum tollit. 317. b. quale id nomen. 323. a
Βαιθύλια. 42. a
Balac. 113. a
Balthaſar an filius Evilmarodachi. 280. b. an Nabonidus. 281. a. epulatur. 281. b. videt manum ſcribentem. 282. a. occiditur. 283. b
Baptiſmi neceſſitas. 461. b. 468. b. 469. a. ritus veteres. 481. a, b
Baptizandi olim candidati erant. 462. a
Βαπτίζειν immerſionem ſignificat. 481. a, b
Barac an maritus Deboræ. 126. a
Barbari Gallias irrumpunt. 463. b
Barca deſertum. 294. a
Barchochaba Iudæos ad rebellionem movet. 380. a, b
Baris mons. 15. b. 16. b
Baſan. 112. b
Baſiliani & Acaciani. 424. b
Baſilius. 5. b
Baſſula Sulpicii ſocrus. 506
Bathuel. 37. a
Beda. 17. b
Bel. 290. a. fabula de eo. ibid. b
Beleſes Rex Aſſyriæ. 232. b
Bellare Chriſtianis quando liceat. 464. b. 465. b
Bellum Aethiopicum. 64. a. Benjamiticum. 146. b. Palæſtinum ſub Davide. 187. a. primum. 27. b
Belus. 130. a
Belus conditor Babylonis. 289. a. eſt Nimrod. ibid. alius ab eo Tyrius. 289. b. ſtatua ejus. 290. a
Benedictio. 501. a
Benhadad. 203. a. divino honore Damaſci cultus. 223. a. Rex Syriæ. 214. b. funditur. 215. b. in gratiam recipitur. 216. a
Benjamin. 49. a. charus Ioſepho. 59. a
Benjamitæ ad internecionem cæſi. 148. a
Beregeſus Abbas. 466. b
Beroſus Ammianus. 18. b
Berſabe. 184. b
Berſabea unde dicta. 41. a
Bethabara ubi. 131. b. eſt Bethbara. 16
Bethlehem. 520. a
Bethſabe. 184. b. an impudica. 185. a
Bethſames. 256. a. ejus incolæ pereunt. ibid.
Bethulia. 321. b
Biblia an & à quibus corrupta. 194. b
Bigerriga veſtis. 545. b
Bitumen in Babylonia. 14. b
Blemmyes. 537. a, b
Bocchoris Rex Aegypti. 235. b
Booz an Ebſan. 138. b
Boſphorus, id eſt, Scythia. 541. b
Brictio Martinum calumniatur. 581. ſuccedit Martino in Epiſcopatu. 582. a
Bulkis regina Sabæ. 192. b
Buſiris. 68. a
Buteo. 14. a
Byrrus quid. 536. a, b

C.

Cadavera condita. 61.a
Cades ubi. 110.a
Cadmus Og. 113.a
Cædes infantium Chriſtianis objectæ. 437. b. Iſraëlitarum ob fornicationem. 113. b. Priſcillianiſtarum. 450, 451. de ea ambigitur. 452. a. Regum à quibus metuendæ. 205.b
Cæſarea Paleſtinæ metropolis. 404.b. dejicitur ab Hieroſolyma. ibid.
Cæſar unde. 369.a
Cafila. 51.a
Cain. 8.b
Cainan. 11. a. ejus ſepulcrum. ibid.
Calcei auro illiti. 491.a
Cambyſes. 294.b. ſubigit Aegyptum. 205. a. perit. ibid.
Cambyſes an Nabuchodonoſor ſecundus. 315.b
Candidus color in ſacris. 475.b
Caphthorei. 76.a
Caravana. 51.a
Carcemis. 254.b
Cardyæi montes. 16.b. 17. a
Cariathjarim. 156.b
Carices. 355
Carnes an ante diluvium comeſta. 17. b. 18.a
Caro coturnicum Iſraëlitis lethalis. 106.a
Carthago à quibus condita. 119.b
Cataclyſmus unicus. 15.b
Catechumeni qui. 410. a. 462. b. 463. a candida induti. 410.b
Cathathita. 116.b
Catholicus quis. 396. a. 409. b. 410.a
Cato Diaconus. 574
Cauſa Eccleſiaſticæ ubi diiudicandæ. 447. a,b. 449. a
Cecrops, διφυής. 5.b
Cellaria dare. 419.b
Cellia. 529.b
Cenſere populum. 187.b
Cetura. 37. a. an Hagar. ibid.
Ceturæi quas regiones occuparint. 38.a
Cete quod Ionam devoravit, quale. 231. b
Chaber Iberi. 236.a
Chædreanach 11?.b
Chalach Colchi. 236.a
Chaldæi. 24. b. 69. a. 266. a. interficiuntur. 287. a,b
Chaldæorum imperium primum. 269. a,b
Chaleb. 107.b
Chaliſa. 115.a
Cham. 19. a. an patrem irriſerit. ibid. meridiem occupavit. 23.b. à quibus cultus. 23.b
Chananæa. 25. b. dividitur tribubus. 119. a, b. 120.b. ejus fertilitas. 106. b. oppida. 107.a
Chananæi an Hebræi dicti. 89. b. Aegyptiis ſuſpecti. 58. a. fugiunt in Africam. 119. b. in Americam veniunt. 120. a. in gentem coaleſcunt. 125.b
Chaos quid. 5.a
Charra. 25.a
Chavila. 7.a
Chelſalini. ibid.
Cherubin quales. 99 b
Chiddekkel. 6.b
Chilias. 129.a
Chlamys Romanorum alba. 462.b
Χνᾶ. 25.b
Χοῤῥαῖ☉ν. 48.a
Choziba rebellat. 380.b
Chreſtiani. 367.a
Chreſtus. ibid.
Chriſtiani. 367. a. multiplicantur. 370.a, b. flammantur. 371.a,b
Chriſtiani olim milites. 463. b. 464. b
Chriſtiani pro maleficis quare habiti. 371. b. invidia Romæ incenſæ onerati. 370. b. pro Iudæis habiti. 378.a
Chriſtiani qui dicti. 477. b. iis objecta immania ſcelera. 437. b. 438. a. 449. b. 450.a
Chriſtianus ſum, locutio veterum. 466.b
CHRISTVS quando natus. 364.a,b. quando paſſus. 365.b. 366. a,b
Chronicon Severi. 1.a
Chronologia Sulpiciana. 4.a,b. 585. & ſeqq.
Chronologicæ controverſiæ. 149.a,b
Chus. 19.b
Cingulum inſigne militare. 558
Cinphes. 69.b
Circumciſio. 30.b
Civitas prima. 9.a. plures ante diluvium. ibid.
Clarus diſcipulus Martini. 488.a

Clarus Presbyter. 501.b
Claudiomachus. 556
Clerici qui. 384.b
Clerici reprehenduntur. 120.b
Clericorum aduiatio. 484.a
Clericorum & Laicorum diſtinctio. 582.b
Clericorum mores. 544
Clericorum ſuperbia. 535,536
Cœli pugnant contra Siſeram. 126.a
Cognati Regis 285.a
Collatio. 420.b
Columna nubis. 75. b. 102. b. *Moſen tabernaculo excluſit.* 104.b
Comam alere quid. 140.a
Comitatus. 551.a
Comites quid. 485.a
Comitia in Silo celebrata. 122.a,b
Commendatum pecus ſi pereat, quid juris. 94. a,b
Communio, ab ea ſuſpendere quid. 412.a,b
Concilia pro ſeſsionibus. 421.b
Concilium Arelatenſe. 407.a. *Ariminenſe.* 418.b. *fuit Orthodoxum.* 425. a. *Biterrenſe.* 407.b. 434.a. *in eo damnatur Hilarius.* 408. a. *Pariſienſe.* 434. b. *Conſtantinopolitanum.* 431. a. *in eo damnatur nomen* ὑποστάσεως. 431. b. *Mediolanenſe.* 408. a. *ei interfuit Hilarius.* ibid. b. *Nicænum.* 394. b. *quot in eo Epiſcopi.* ibid. 395. a. *damnat Arianos.* 395. *Sardicenſe.* 398. b. *& in eo Schiſma.* 399. b. *damnatur ab Arianis.* 401. a. *Seleucienſe.* 422.b
Concubinatus veterum. 37. a, b. 133.a
Condatenſis diœceſis. 507.a
Confeſſores. 504.a
Confirmatio quid. 477.a,b
Confuſio linguarum. 22.a. *morum.* 22.b
Conſecrare quid. 483.a
Conſtantii imbecillitas. 418.a,b
Conſtantinopolis noua Roma. 400.a
Conſtantinus M. primus Imperator Chriſtianus. 386. a,b. *vincit Licinium.* 387. a. *celebrat concilium Nicænum.* 394.b. *Athanaſium relegat.* 398. a. *obit.* ibid. b *donatio eius ficta.* 398.b
Conſtantinus Manaſſes. 15.b
Conſtantius Arianorum mancipium. 403. a. *milites baptizari iubet.* 405. b. *timidus.* ibid. *hoſtis Eccleſiæ.* 406. b. *improbat vocem* ὁμοούσιε. 415. a. *quo argumento ſubverſus fuerit.* 415.b
Controverſia ob Origenis ſcripta. 517, 518, 519
Cophti. 26.a
Copiatæ qui. 511.a
Core ſeditioſus. 108. a. *abſorbetur à terra.* ibid.b
Coriandrum. 81.b
Corona in Martyrio. 502.b
Coturnices. 80.b
Corvi cibum miniſtrant. 210.a
Corvus nuncius. 16. a. *cadaveribus detentus.* ibid.
Crucis ſignum apud veteres quid. 465. a. 476. a,b. 477.a. 488.a. *orationi conjunctum.* 500
Crux. 117.b. *Domini an ab Helena reperta* 391,392,393. *an ex cedro.* 391.b. *titulus ſemper cruci affixus.* 392.a. *eſt fabuloſum.* 392.b
Crypta. 162.b
Cteſias Gnidius. 3.a
Cubitus. 14.a
Cuthæi à leonibus devorati. 237.a
Cypriani ſepulcrum. 514.b
Cyrenaicæ deſcriptio. 515,516
Cyrus. 269.b
Cyrus cur canis ubera ſuxiſſe dicatur. 107. b. *unde dictus.* 288.a. *Babyloniam occupat.* 288.b. *Monarchiam ad Perſas transfert.* ibid. 289.a. *quamdiu regnarit.* 293.a. *perit in bello Scythico.* ibid. b. 294. a,b. *ſepulcrum ejus.* ibid.

D.

Dæmon Eſavi. 46.a
Dæmones ejiciuntur. 481,482
Dæmones Martinum metuunt. 570
Dagon. 153. b. *Idolum ejus corruit.* 154.a
Damaſcus. 320. a. *à quo condita.* 35. b. 36. a
Damaſus Epiſcopus Romæ. 443.a
Dan. 43.b
Daniel. 282.b. *Satrapa.* 284.b. *in magno honore.* 285.a. *Prophetia ejus.* 287.a,b. *an Propheta.* 261.b. 262.a. *an caſtratus.* ibid.b
Darius Codomannus. 324.b. *an Arſami filius.* ibid. 325. a. *vincitur ab Alexandro & occiditur.* 325. a,b

Darius

Darius Hyſtaſpis. 296.b. *ſub eo templum reſtituitur.* ibid. *ſigillum ejus.* ibid. *vincitur apud Marathonem.*297.a. *ejus uxor Eſther.* 307.a
Darius Medus quis. 284.a. *vult adorari.* 285.b. *convertitur.* 286.b,287.a. *quamdiu regnarit.* 287,288
David. 165.b. *ungitur.* ibid. *quot annorum.* 166.a. 167.a. *paſtor ovium.* ibid.
*David Adoniam exhæredat.*190.a. *ei parcit Salomo.* ibid.b
David ad Regem Moab fugit. 171.a,b. *an Saulem potuerit occidere.* 173.b. *arma capit contra Saulum.* 170.b. *ei non fidunt Palæſtini.* 176.a. *obit.* 190 b.191.a. *ſepultus Hieroſolymis.* ibid. *in ejus ſepulcro theſauri.* ibid. *peſtem eligit.* 189.a. *quot in ea perierint.* ibid. *Rex appellatur.* 180.a. 181.a. *tribunus.* 168.b
Debbora. 125.b. *an uxor Barac.* 126.a
Decalogi diviſio. 87.b.88 a
Decius perſequitur Chriſtianos. 384.b
Decuriones. 86.a
Defenſor Epiſcopus. 472
Delila. 142.b. *uxor Samſonis.* ibid. *comam ejus abradit.* 143.b
Delphidius Epiſcopus Burdigalæ. 443.b
Delphidius rhetor. 444.a
Demetrius Roma profugit ac Syriam occupat. 347.b. 348.a. *occiditur.* 350.b. *in Cretam fugit.* 351.b. *filiam Ptolemei ducit.* 352. *Syria potitur.* 353
Depoſitum. 93.b
Deſertum inter Aegyptum ac Chanaanæam. 76.b
Deſiderius quis. 457.b
Deſitudo. 458.b
Deſperatio hoſtium. 206.b
Deucalion. 12.a
Deus inviſibilis. 103.a. *retro videtur.* ibid.
Diabolos ſalvandos qui putarint. 488.a
Diabolus Chriſti ſpecie apparet. 491. *fætore cellam replet.* 492. *Martinum vexat.* 487. *ei variis formis apparet.* ibid.
Diaconi qui. 500.a.564.a,b
Diaconiſſæ. 565.b
Diadema quid. 357.b. *quando Romanis Imperatoribus in uſu eſſe cœperit.* 374.b
Dianæ Epheſiæ templum. 193.a
Διαπάλαιον. 39.a
Diar. 47.b
Dicæarchus. 6.a
Diglito. ibid.b
Diluvii memoria inter Americanos. 15.a
Dina. 43.a. *violatur.* 48.a,b
Diocletianus Chriſtianos perſequitur. 385.a
Diodori Siculi libri amiſſi. 3.b
Diœceſeon origo. 496.a
Diœceſis quid. 521.b. 547.a
Dionyſius Epiſc. Mediolanenſ. 409.b.436 a,b. *pellitur in exilium.* 410.b. 411.a. *qua conditione damnationi Athanaſii ſubſcribere voluerit.* 409.b
Diplois. 173.b
Diſciplina veteris Eccleſiæ circa lapſos. 436.a
Diſcordia Epiſcoporum. 454.a,b
Diviſio orbis. 23.a
Doëg. 172.a. *ejus filius an Davidi mortem Saulis annunciarit.* 180.a
Domine frater. 502.a
Dominus, id eſt, Chriſtus. 45.b. *apparet Iacobo.* ibid.
Domitianus perſequitur Chriſtianos. 379.a
Domnus. 502.a
Dona Ceturæis data. 37.b. 38.a
Donativum. 464.b
Doron. 343.a
Doſanus. 411.b
Dos danda vitiatæ puellæ & ducenda. 95.a
Druma concubina Gedeonis. 133.a
Duces Alexandri M. Reges ſe vocant. 327.b. 328.a
Duces belli à militibus occiſi. 134.b
Dura. 276.a,b
Dynaſtiæ Regum Aegypti quomodo concilianda. 198.a,b

E.

EBræa an lingua primitiva. 21.a
Ebræi unde dicti. 23.a,b
Elſan. 158.a
Eccleſia pro templo. 421.a
Edacitas Gallorum notatur. 521
Eden. 6.b. 7.a
Edicta Impp. contra Priſcillianiſtas. 453.b
Editus. 37.b

Edom unde dictus. 45.a
Εἴδωλον. 88.a
Elchana. 150.b
Elephantorum uſus in bello. 346.b
Eliachim. 252.b. *dictus Ioachis.* 253.a. *filius Ioſiæ.* ibid.
Elias. 209.a. *an Phinees.* 150.a. *eremum petit.* 209.b. *ſacerdotes Idolorum occidit.* 211.b. 213.a. *ſacrificium ejus.* 212.a. *aquam affundit altari.* 212.b. *ejus fuga.* 213.b. *transfertur.* 218.a,b.219.a. *an Sacerdos.* 218.b
Eliezer. 35.b. 66.b
Elim. 80.a
Eliſæus. 219.a,b. *miracula ejus.* ibid.
Elleborum venenatum. 468.a
Elmacinus. 17.a
Elon. 138.b
Elusates populi Galliæ. 443.b
Emor. 47.b
Enakim. 166.b
Encænia templi. 195.b
Engaddi deſertum. 172.b
Enochi liber. 11.a. *ejus tranſlatio.* ibid.b
Enos. 10.b
Ephraim Regnum. 199.a,b
Ephrem. 57.b
Ἐπιπίπτοντες. 13.a
Epiſcopi à quibus olim electi. 471.a,b
Epiſcopi Catholici in cauſa Priſcilliani quid peccarint. 447
Epiſcopi & Presbyteri nihil differunt. 465.b. 485.b
Epiſcopi Romani authoritas. 445.b
Epiſcoporum ambitio. 385.b. *cauſa Hierarchiæ.* 386.a
Epiſcoporum in cauſa Athanaſii factiones. 402.b
Ἐπίτροπος. 53.b
Equi Solis. 249.b
Eremi quid. 526.a
Eremitæ ſetis corporis ſui tecti. 531.b
Eris Armenius eſt ille miles Syrus, quem Eliſa ſuſcitavit. 219.b
Eſaias. 227.b. 241.a. *ſerra diſſectus.* 503.b
Eſavi uxores. 49.b. *primogenituram vendit.* 38.b. *aſperſetis.* 39.b. *unde dictus.* ibid.
Eſdras. 299.b. *an Ioſedec vel Malachias.* 300.a. *Hieroſolymam venit.* ibid.b
Eſebon. 138.a
Ἐσκίπλων. 39.a
Eſthera Mardochæo deſponſata. 309.a. *fit Sultana Aſſueri.* 309.b. *ad Regem ingreditur non vocata.* 312.b. 313.a. *quando vixerit.* 306.a,b. *an à Mardochæo adoptata.* 309.a
Ethbaal Rex Tyri. 208.a
Ethnarcha. 356.a. 365.a
Εὖα, *quid.* 7.a
Eva unde. 6.a
Euantius à Martino curatur. 546
Εὐχαριστία *etiam infantibus data.* 481.b
Euchrocia uxor Delphidii. 444.a. *capitis damnatur.* 451.a,b
Evectio quid. 423.a
Eugenius tempeſtatibus debellatur. 126.a,b 157.b
Euhemerus. 18.b
Evilmarodach. 257.a. 280.a
Eunuchi in aulis Regum. 51.b.53.b
Euodius. 449.b. *capitis damnat Priſcillianum.* 450.a,b
Euphrates centrum diviſi orbis. 23.a
Euſebius Vercell. Epiſcopus. 408. 434. *in exilium pulſus.* 412.b. *diſſidium ejus cum Lucifero.* 436.a
Exeelſa. 203.a
Exilium primorum parentum. 8.a,b
Exodus. 104.b
Exorciſmus. 566.b
Exorciſta quid. 466.a
Expectantes in Anglia Iohannem expectant. 491.a
Expræfectus. 574.b
Exſufflatio. 572.a,b
Exvicarius. 579.b
Exules Epiſcopi celebrantur. 414.a
Ezechias. 238.b. *an Achazi filius.* ibid. *Paſcha celebrat.* 239.a,b. *moribundus.* 244.b. *vita ei prorogatur.* ibid.
Ezechiel. 273.a,b. *an Pythagoras.* ibid. *ejus liber difficilis.* ibid.

F.

Fabula ridicula de Ogo. 113.a
Falſi teſtes quomodo puniti. 97.a
Falſi rumores ſparguntur à Dæmone. 483

Faltim. 174.a
Fames. 164.a. Aegypti, nota gentilibus. 56.b. an univerſalis. 57.b. quanta Hieroſolymis. 375.a. tempore Davidis. 187.a
Faran. 106.a
Fares. 53.a
Femur quare ſacrum in iuramentis. 36.a,b
Feſti Flori tyrannis in Iudæos. 372.b
Feſtum μαγοφονίας. 296.a
Feriæ gentilium ſanctis adſcriptæ. 475.a,b
Feris obiicere mos vetus. 286.a
Fervor Aegypti. 526
Fidelis quid à Chriſtiano differat. 477.b
Filia Iephtæ immolata. 137.b
Filii Noæ. 18.b
Fiſcalia quid. 420.b
Flammare quid. 371.a,b
Flores ſpargere in ſepulcris mos. 584.a
Fœgadius Epiſcopus. 428
Fœminæ Perſicæ pulcherrimæ. 308.a. nolunt conſpici ab aliis. ibid.b
Fontes quid Sulpicio. 3.b
Forma Dei. 98.b
Fortunatæ inſulæ. 541.b
Franci pacem petunt à Iuliano. 465.a
Frater unanimis. 458.a
Fratres omnes Chriſtiani. 487.a,b
Fratris uxor cur ducta. 52.b
Φύλαρχοι. 85.b
Φυλή. 36.a
Fundarum uſus. 167.b
Fur nocturnus occidi poteſt. 93.a
Furti pœna. 92.b
Fuſius Geminus Conſul. 366.a

G.

Gabaa. 146.b
Gabaonitæ in deditionem recepti. 118.a
Gad. 43.b
Gader, turris. 48.b
Galaad. 45.a
Galba. 373.b. 374.a
Gallia fidem Chriſti ſuſcipit. 383.a,b
Gallica lingua quando cœperit. 544
Gallinaria Inſula. 468.a
Gallus Martini diſcipulus. 513.a. Martini virtutes enarrat. 542
Gavidius Epiſcopus. 420.b.
Gedeon. 127.b. 128.a. an ſacrificarit. 129.a,b. aram diruit. ibid. contra Madianitas proficiſcitur. 130.b. eos cadit. 131.a. regnum aſpernatur. 132.b
Gennadius. 457.a
Gentes ad internecionem devotæ. 117.b
Gentes circumciſæ. 30.b
Gerara. 40.b
Gerſom. 66.a
Gichon. 6.b
Gigantes. 106.b. ante diluvium. 13.a. unde nati. ibid.b. Palæſtini. 187.a
Γίγας. 20.a
Γιγαντομαχία. 22.a
Gnoſtici. 437.a,b. in Aegypto. 438.b. fugiunt in Hiſpaniam. ibid. eorum turpitudo. 449.b
Godolia. 261.b
Goiim. 27.a
Goliat gigas. 166.b
Gomor. 83.a
Gopher ligna. 14.b
Goſen qualis regio. 59.b
Gothi civitate Romana donantur. 271.b
Gotholia. 221.a. eius crudelitas. ibid.b. interficitur. 222.a,b
Gotholia occiſus. 274.a
Gozan. 236.a
Gradus gloriæ an dentur. 503.a
Gratianus Priſcill. coërcet. 443.a. corrumpitur. 444.b
Græcia, id eſt, Aſia. 270.a
Græci rerum occidentalium ignari. 428.b
Gregorius Epiſcopus. 445.b. Hiſpaniarum vicarius. ibid.
Gurdonicus homo. 542

H.

Habitatio prima poſt diluvium ubi? 21.b
Hadad. 203.b
Hadar Eſer Rex. 182.b
Hadrianus Hieroſolymis Idola conſtituit. 381.a. Iudæos eius aditu arcet. ibid. Chriſtianis favet. ibid.a. quartam perſecutionem movet. 382.b. ea ſedatur. ibid.
Haï. 117.a
Hagar. 30.a,b. an Cetura? 37.a. urbs. 33.a
Haman Amalecita. 310.b. an Mamuchæus.

chan. ibid. *Hebræos delere conatur.* 311. a, b. *ſuſpenditur.* 313.b. 314.a
Harſeroth urbs. 125.b
Haſamonæorum nomen unde. 338.a
Hazohar. 12.b
Heber. 39.b
Hebræi an ex Chananæis. 89.b. *victi.* 152. a, b
Hebræi & Græci cur in Chronologia adeo diſſentiant. 5.a
Hebron ſepulcrum Patriarcharum. 60. b
Hela Rex Iſraël. 205. a, b. *interfectus.* ibid. b
Helchias. 248.a
Helena it Hieroſolymam. 388.b. *Baſilicam ibi ſtruit.* 389. a. *an crucem Domini repererit.* 390, 391, 392. *mater Conſtantini Magni.* 388. a. *fuit Edeſſena.* ibid. b. *non fuit concubina Conſtantii Chlori.* 388.b
Heli. 146.a. *Sacerdos.* 150.a. *Ithamarides.* ibid. *ejus filii impii.* 151.a. *perit.* 152.b. *judex quamdiu.* ibid. 153.a
Helias. 209.a. *falſus in Hiſpania apparet.* 490
Helpidius ſeducitur ab Agape. 439.a
Hemor. 48 a
Her. 52. a
Hercules eſt Samſon. 145.b. *ejus nominis multi.* 121.a
Herodes. 362.a. *alienigena quomodo dictus.* ibid. *fit Rex Iudææ.* 362.b. *primus externus Rex.* 363.a, b. *Tyrannis ejus.* ibid. *Meſſias eſſe vult.* ibid. *dictus Magnus.* ibid. *obit.* 364. a, b. 365.a
Herodes Antipas. ibid.b
Herodiani. 363.b
Hiericho. 116.a. *munitiſſima.* ibid. *muri ejus corruunt.* 116.b. 117.a
Hieroboam. 11. *Rex Iſraëlis.* 225.b
Hieronymi laus. 522
Hieronymus Presbyter. 520. a. *Origenis ſcrutator.* 519
Hieroſolyma capitur à Nabuchodonoſore. 259. b. *obſeſſa à Sennacheribo.* 240. b. *à Tito.* 375. a. *quanta ibi fames.* ib. *capitur.* 375. b. 376. a, b. *quanta hominum multitudo in urbe fuerit.* ib. *templis exornata.* 387. b. 388. a. *ejus majeſtas.* 182. a
Hieroſolymitani Epiſcopi Iudæi. 381. a, b
Hieroſolymitanus Epiſcopus fit Patriarcha. 404. b
Hilarius ab exilio revertitur. 468. a, b. *Martinum excipit.* 465. *exul.* 407. b. 423. a. *interest Synodo Seleucienſi.* ib. b. *in Phrygiam relegatus.* 411. *quando id factum.* 413. a. *Conſtantium acerrime reprehendit.* 415. a. *obit.* 436. b. 437. a. *Occidentem ab Arianiſmo purgat.* 434. a, b. *tres libellos Conſtantio exhibet.* 432. a. *acerrime invehitur in Imperatorem.* ibid. *revertitur ab exilio.* ibid. b. 433.a
Hirom eſt Suron. 193.b
Hiſtoria Eccleſiaſt. quomodo ſcribenda. 2.a
Hiſtoria Sacra ubi deſinat. 2.b. 3.a
Holofernes. 317. b. *Perſa.* 319.b
Homicidium capitale. 90. b. *niſi factum ſit caſu.* ibid.
Homo primus cur ἀνδρόγυνος *putatus.* 5. b. *ubi creatus.* ibid.
Honorare parentes quid. 88. b
Horæ Canonicæ. 494
Hoſius. 411. b. *in exilium pulſus.* 412. a. *an in Arianiſmum lapſus.* 416. b. 417. a. *ejus authoritas.* ibid. *exitus.* ibid b
Hoſpitia publica per Aſiam. 147.a
Hutchinſonia. 439.a
Hyginus Epiſcopus Cordubæ. 440. b. *fit Priſcillianiſta.* 442.a
Hyrcani nomen unde. 356.b. 357.a. 359.a
Hyrcanus à fratre Ariſtobulo pellitur regno. 359.a. *fugit ad Pompeium.* ibid. b. *ab eo in Pontificatum reſtituitur.* 360.b. *capitur à Parthis.* 361.b. 362.a. *quamdiu Pontifex.* 361.b

I.

Iabin. 125.b
Iacobi femur loco ſuo motum. 46.b. *claudicat.* ibid. *an ſanatus?* 247.a. *filios benedicit.* 60. b. *vult in Chananæa ſepeliri.* ib. a. *in Ægyptum deſcendit.* 59. b. *obit.* 61.a. *ſepelitur.* ib. *unde dictus.* 40.a. *luctatur cum Domino.* 46.a
Iaddua Alexandrum placat. 325.b
Iair. 135. a, b
Ianus an Noë? 19. b
Iaphet. 19. a. *an maximus natu?* 18. b. *Septentrionem tenuit.* 23.b
Iaſon. 330.b. 331.a. *Sacerdotium invadit.* ibid. a, b. *pellitur.* 333.a

IAΩ. 87.b
Ibn Sumbolat. 301.a
Ibbum. 52.b
Idatius Lamacenſis. 486.b
Idola ante diluvium. 11.a. ex metallis combuſta. 249.a,b
Idololatria capitalis. 95.b. quando cœperit? 24.a
Idolum. 88.a
Idomenei votum. 136.a
Idumæi iidem cum Phœnicibus. 110.b. rebellant. 218.a. eorum Reges. 111.a. an tranſitum dederint Iſraëlitis. ib. b. unde. 45.a
Iehu Rex factus. 221.a
Iejunia veterum. 573.b. 574.a
Iiʒʒ. 34.a
Iephta. 136. an filiam immolarit. 137.a votum ejus. ibid.b. 138.a
Ieremias. 258.a. in carcerem conjicitur. ib. liberatur. 260.b
Iericho diripitur. 117.a
Ieroboam rebellis. 198.b. 199.a. in Aegyptum fugit. 198.a. eligitur Rex. ibid.b. regnum ſuperſtitione ſtabilit. 200.b
Ieroboam Sacerdotium ad plebem infimam transfert. 201.b
Ierubbaal. 128.a
Ieſus Dux contra Amalechitas. 84.b
Ieſus & Ioſua idem nomen. 107.a
Iethro. 65.b. 66. ad Moſen venit. 85.a. domum regreditur. 86.a
Iezabel. 208.a
Ifricus. 38.a
Ignei Serpentes. 112.a
Ignis cœlo miſſus. 212.a. 213.a
Ignominioſum à muliere interfici. 134.b
Imago & Idolum nil differunt. 88.a
Imago pro ſtatua. 268.a
Imperatores Catechumeni. 410.a,b. etiam Reges dicti. 422.b
Imperia magna à Semo & Iapheto condita. 268.b. 269.a
Inachidæ ſunt filii Enac. 106.b
Inane tempus. 15.a
Inca Garcilaſſo. ibid.a
India. 304.b
Indo-Scythæ à Perſis. ibid.b
Indus terminus Perſarum. 312.a
Infantes in utero Rebeccæ exultant. 39.a
Inhoſpitalitas. 147.a
Inſtantius Epiſc. 441.b. deponitur. 446
Interceſſio pro mortuis. 469.b
Invocatio Sanctorum. 505.a,b
Ioab interficit Abner. 181.a
Ioachas. 224.a. à Syris afflictus. 224.a,b. obit. ibid.
Ioachas. 251.b. captivus abductus. 252.a
Ioacim. 255.a. abducitur. 256.b
Ioas an bellum Amaſiæ intulerit. 224.b. Syrum placat. 223.b. interfectus à ſuis. ibid. ſepultus. 224.a
Ioathas. 229.a. obit. ibid.b
Iobab non eſt Iob. 66.b
Iobus moritur. 108.a. quando, quis? 66.b. 67.a
Iohannes. 451.b
Ioh. Arca Sardus Luciferum ſanctis adſcribit. 436.b
Iohannes à quibus expectetur in Anglia. 491.a
Ioh. Carthvvright. 22.a
Iohannes falſus apparet. 490
Iohannes Hyrcanus. 356.b. unde ſic dictus. ibid. 357.a
Iohannes in Patmum relegatus. 379.a. ibi ſcribit Apocalypſin. ibid.b
Ioiada Gotholiam tollit è medio. 222.a,b
Ionas eſt Hercules. 231.b. 232.a. quando vixerit. 229.b. à ceto devoratus. 231.b. quis. 211.
Ionathan à populo liberatus. 164.b
Ionathan Iudæ Maccabæo ſuccedit. 349.a. fedus cum Alexandro Bala init. 350.b. ab eo Pontifex conſtituitur. 351.a. inſignibus regiis donatur. ibid. à Tryphone interficitur. 354.a
Ioppe ante diluvium. 9.a. 231.a
Ioram. 218.a. cæſus 220.b. Rex Iſraelis. 225.b. 227.a
Iordanes. 115.b. origo ejus unde. ibid. exundat ut Nilus 116.a. ſcinditur. ibid.
Ioſaphat. 207.b. an cum Iambri pacem habuerit. ibid.
Ioſeph. 44.a. in carcerem conjicitur. 54.a. obit. 61.a. dignitas apud Pharaonem. 56.a. poteſtas. b.
Ioſephi oſcitantia. 282.b. error. 283.b
Ioſephi ſomnium. 50.a. venditur. 51.a. Apis dictus 316.b. 317. Serapis. 56.a.
Ioſephus mendax. 161.a. ungitur. 177.a. Romanorum cauſa multa omittit. 100.a

ſæpe fallit. 117. b. Simeonem ligat. 58.b. fratribus ſe agnoſcendum dat. 59.a. ſomniorum interpres. 54.b
Ioſias. 247.b. Paſcha celebrat. 250.a. à Nechao cæditur. 250.b.251.a
Ioſua. 107.a. eſt Hercules Phœnicius. 121. a. obit & ſepelitur. 121.b. quot annis regnarit. ibid. Rahabam an duxerit. 117.a. Dux primus. 115.a. eius ſucceſſor quis. 122.a
Iraka. 20.b
Iſaac. 31.a. nubit. 38.b. eius ætas. 49.b. immolatio nota gentilibus. 34.a
Isbaal Rex. 180.b
Isboſeth Rex. 180.b. ſeptem annis. 181.b
Iſmaël. 30.b
Iſmaëlitæ mercatores. 50.b. eorum lis cum Iſraëlitis coram Alexandro. 34.a
Iſſachar. 43.a
Iſraël. 46.a
Iſraëlitæ an cum Iudæis Hieroſolymam redierint. 304.a. diſperſi in Oriente. 304.b.305.a. an recta mare tranſgreſſi. 79.b. à Salmanaſſere abducti. 236.a. nunquam reverſi. 236.a,b. Chananæam occupant. 120.b. civitates ſtruunt in Aegypto. 62.a. corrumpuntur. 122.b. cur adeo preſſi in Aegypto. 62.b. in Idololatriam lapſi. 135.b. Iordanem tranſeunt. 116.a. multiplicantur in Aegypto. 61.b. quomodo caſtra moverint. 111.a. quanto numero egreſſi; & quamdiu in Aegypto. 74.b.75.a. admixti iis Aegyptii. 75.a. Regem poſcunt. 158.a. cur improbatum id. 158.b.159.a,b. exitus ex Aegypto. 73.b. ſpoliant Aegyptios. ibid. & 74.a. eorum ſeditio. 105.b. 108.a
Ithaciana factio. 452,453,454
Ithacius à Latino Pacato exagitatur. 450. a,b. eius factum condemnatur. 452.a. Epiſcopatu deiicitur. ibid.b
Ithamaridæ. 150.a.153
Ithatius detegit ſcelera Priſcillianiſtarum. 438.b. Epiſcopus Emeritæ. 440.b. ſeculares iudices adit contra Priſcillianum. 443. eum accuſat coram Maximo. 446. peccat. 447. reprehenditur. ibid. & 448. Martinum accuſat. ibid.b
Iubai, Apollo. 13.a
Iudas. 43.a. Maccabæus. 340.a. Apollonium & Seronem profligat. 341. nec non Duces Lyſiæ. 342, 343. templum repurgat. 344. encænia celebrat. ibid. Eupatorem ad pacem adigit. 347.a. Nicanorem vincit. 349.a. cadit. ibid.
Iudæa fluctuat inter Babylonios & Aegyptios. 255.a. pro οἰκουμένη. 184.b. quamdiu Ptolemæis paruerit. 328.b. fluctuat. 330.a. ſub Davide florentiſſima. 187.a,b
Iudæ fornicatio. 53.a
Iudæi ad Gentiles Græcos deficiunt. 333.a. in factiones diviſi. 334.a. arcentur Hieroſolymæ aditu. 381.b. exoſi gentibus. 311. b. fœdus cum Romanis pangunt. 348 a. rebellant. 372.b. vincuntur à Veſpaſiano. ibid. 373.a. obſidentur Hieroſolymis. 375.a,b. numerus peremtorum. 376.b.377.a. captivorum. ibid. eorum ultima captivitas & diſperſio. 38.a,b. rebellant duce Barchochaba. 380. debellantur ab Hadriano. 380.b.381.a. iis non licuit ducere alienigenas. 301.a. tributarii Regum Syriæ. 328.b. non ſubiecti Seleuco Nicatori. ibid. Sacerdotibus ſubſunt. 329.a. eorum nomen invaleſcit. 291. b. alii Babylonii, alii Palæſtini. ibid. inſtaurant templum & urbem. 292.a. Reſpublica. 199.b. 200.a. ultima captivitas. 260.b. diſperſio. 272.a. in Aegyptum fugiunt. 275.a
Iudices Iſraëlitarum. 123.a,b
Iudith quando vixerit. 306.b.314 b.315. a. an ſub Cambyſe. ibid.b. Ocho. ibid. & 319.a. eius hiſtoria figmentum eſt. ibid. a. non eſt liber Canonicus. 318.b. in caſtra Aſſyriorum venit. 322.b. Holofernem capite truncat. 323.b
Iulianus Cæſar. 432.b. 463.b. Epiſcopos exilio liberat. 433.a. Chriſtianiſmum ſimulat. ibid.
Iuramentum. 93.b. 94.a. per ſanguinem Abelis. 9.a
Iurandi mos antiquus. 36.a
Iurare per caput Regis. 88.a
Ius Regis. 159.a,b

K.

KAinan. 15.b
Kaiomarthis. ibid.

Καμετ-

Καμασήνη. 19.a
Κεραυνοβόλος legio. 126.a.157.b
Κλωσσοί. 19.b
Κρίψ. 69.b
Κόρας. 80.a
Κρανίου τόπος. 10.b
Κρόνος. 4.a
Kurdi. 17.a

L.

Laban. 41.b. Magus. ibid. Iacobum perſequitur. 44.b
Laboroſarchodus eſt Balthaſar. 280.b
Lacerna quid. 536
Lacus. 50.b. pro carcere. 258.b. 259.a
Lamech. 9.b. 11.b. quem occiderit. ibid.
Lamia Ionam devoravit. 231.b
Lapides oleo delibuti. 42.a
Lapis ſine manibus abſciſſus. 272.b
Lapſi quomodo in communionem recepti. 436.a
Lapſus gentilibus notus. 7.a
Λάβραξ. 14.a
Laoſthenes Cretenſium Dux. 351.b
Latinus Pacatus Rhetor paganus. 450,451
Latronianus capite plectitur. ibid.
Laxii error. 457.a,b. 496.a,b
Lea. 42.a,b
Leana anachoretæ ſupplicat. 529. ejus gratitudo. 530
Legati Ariminenſis Synodi. 422.a,b. decipiuntur. 425.b. 426.a
Legatorum violatio. 184.a
Leges Medorum & Perſarum immutabiles. 286.a
Legiones. 341.b
Leo diſcerptus à Samſone. 140.b
Leporeſum vicus. 478
Leonidas Martyr. 383.b
Leron inſula. 442.b
Levi. 43.a
Levitæ increpiti à Moſe. 101.b. an peccarint in cultu vituli. 102.a. trucidant vituli cultores. ibid.
Leviticus. 104.b
Levita uxorem in XII. partes ſecat. 147.b
Levi tribus. 105.b
Lex combuſta ab Achazo. 248.a
Lex fertur. 87.a. per angelum. ibid.b
Lia. 42.a,b. oculis deformior. ibid.
Liber de vita Martini laudatur. 538,539
Liberi ſabula unde. 106.a
Liberius reſtituitur. 413. fit Arrianus. ibid. b. Romæ Epiſcopus. 411.a. ejus primatus nullus. ibid. b. prærogativa tamen aliqua. ibid. in exilium pellitur. 411.a. 412.b. 413.a
Librariorum negligentia. 194.b
Librorum corruptio. ibid. b
Licinius. 386.b. victus & occiſus. 387.a. Milites litare cogit. ibid.
Lignum quo aqua edulcata, quale. 80.a
Limina Apoſtolorum, quid. 368.b
Lingua primitiva quæ? 21.a
Linguarum confuſio unde? 22.a
Litare. 104.b. 105.a
Literæ Vriæ. 185.a
Longævitas primorum hominum. 10.b
Lot. 25.b. captus. 28.a. ejus filiæ inceſtuoſæ. 32.b. uxor. 31.b. in ſtatuam converſa. 32.a
Lubar mons. 16.b
Luci Diis ſacri. 129.b. eos violare nefas. ibid.
Lucifer Calaritanus. 409.a. ſchiſma facit. 433.b. 435.b
Lucorum conſecratio. 203.a
Luctus ſigna. 107.b
Λυκία. 13.b
Lupa aſtat cœnanti eremitæ. 528
Lupicinus Conſul. 470.a
Lycontius peſte liberatur. 580
Lyſias. 342.b. 345
Lyſimachus Pontifex. 332.b

M.

Maccabæorum nomen unde. 340.a,b. ſepulchra. 354.b. 355.a
Macedonicum imperium. 207.a,b
Macedonius favet Priſcill. 444.b
Macedonum origo. 270.b
Machabaël. 12.b
Madonæi. 51.a
Madian duplex. 126.b. 127.a. regio. 65.a
Madianitæ. 50.b. 126.b. cæſi. 113.b
Μαγαρέζιν. 33.a
Μαγαρέσμος. ibid.a
Magi. 295.a. regnum Perſicum occupant. 205.b. 296.a. cæduntur. ibid.

Magi-

Magiſterii officiales. 576.a
Magiſtratus poteſtas in hæreticos. 577.a
Magiſtri officiales. 419.a
Magnentius vincitur apud Merſam. 405, 406
Magus unde. 266.b
Mairan eſt Μαίρων. 108.b
Majeſtas Dei. 102.b
Majores LXX. *qui.* 98.a,b
Majus monaſterium. 473.b
Malaſar. 263.a
Manaſſe. 57.a
Manaſſe Rex. 246.b. *abducitur.* ibid. *reſipiſcit.* 247.a
Manehem. 233.a. *crudeliſſimus.* ibid.b
Manichæi. 437.a
Manna. 81, 82.a. *quando defecerit.* ibid.b. *unde dictum.* ibid. *ubi aſſervatum.* 83.a
Manus in pariete ſcribens. 282.a
Manuum impoſitio. 477.a,b
Mapalia. 506.a
Marcellus Ancyræ Epiſcopus damnatur. 396.b. *reſtituitur.* 397.a,b. *iterum damnatur.* 400.a,b. *Sabellianus.* 401.a
Marcus primus Epiſcopus Hieroſolymis ex gentibus. 382.a
Mardochæus an Mardonius. 308.b. *an patruus Eſtheræ.* 309.a. *inſidias Regi prodit.* 310.a. *non adorat Hamanem.* 311.a
Mardokempad. 235.a
Maris Rubri diviſio miraculoſa. 78.a
Martini funus. 510. *morientis verba.* 509. *à flamma ambuſtus.* 497, 499. *comparatur cum Monachis Aegypti.* 540. *Martyrii cupidus.* 503. *obit.* 502, 507, 508. *quo anno.* 509. *pauperem veſtit.* 545. *Euantium ſanat.* 546. *à militibus miſere verberatur.* 547. *currum ſiſtit.* 548. *majora ante Epiſcopatum miracula fecit quam poſt.* 549. *Catechumenos in campo facit.* 550. *apud uxorem Maximi convivatur.* 554. *quando mortuus.* ibid. 555. *leporem à venatoribus liberat.* 557. *Agnes, Thecla, Mariae ei apparent.* 561. *Dæmones.* 562. *Angeli.* ibid. *opinio ejus de Antichriſto.* 562, 563. *puellam mutam ſanat.* 566. *oleum benedicit.* 567. *canis ad nomen ejus obmuteſcit.* 568. *Avitiani comitis crudelitatem inhibet.* 568, 571. *exorcizat Dæmones.* 570. *regionem grandine liberat.* 571. *Idola deſtruit.* 573. *Serpentem fugat.* ib. *Ithacio communicat.* 575, 576, 577, 578. *pœnitet propterea.* 578. *tempeſtates ſedat.* 579. *abſens quid actum cognoſcit.* 580. *Brictionis injurias tolerat.* 582. *ejus laus.* 583. *feſtum.* 584. b. *Priſcillianiſmi accuſatur.* 448.b. *Apoſtolis conferendus.* ibid. *reſiſtit Ithacio.* 449.a. *ejus communionem deſerit.* 453.a. *Sulpicio in ſomnio apparet.* 501. *ubi natus.* 460.a. *militat.* ibid. & 461. *convertitur.* ibid. *veſtit pauperem.* 462. *miſſionem Remis petit.* 464.b. *inermis ante aciem ſtare cupit.* 465. *degit apud Hilarium.* ibid. *Exorciſta fit.* ibid. *latronem convertit.* 467. *Diabolum fugat.* ibid. *Arianis reſiſtit.* ibid. *mortuum excitat.* 469, 470. *vir Apoſtolicus.* 470. a. *fit Epiſcopus.* 470, 471, 472. *Monaſterium ſibi ſtruit.* 473. *umbram latronis evocat.* 475. *funus ſiſtit.* 475, 476. *arboris caſum avertit.* 476, 477. *flammam ſiſtit.* 478. *fana evertit.* ibid. & 479. *paralyſin curat.* ibid. & 480. *Diabolum ejicit.* 481, 482. *leproſum ſanat.* ibid. *febrim curat.* ibid. *Paullinum curat.* 483. *Maximum corripit.* 484. *apud eum convivatur.* 485. *prædicit ei exitium* 486. *Diabolum videt.* 487. *eum ſalvari poſſe credit.* 488. *Anatolium confundit.* 490. *Diabolum fugat.* 491, 492. *Paullinum commendat.* 493. *Virtutes ejus.* ibid. 494, 495. *ejus inimici Epiſcopi.* ibid.
Martyres adeſſe ſepulcris. 504.b. 505.a
Martyres in Gallia. 383.a
Martyria erecta. 405.b. *quid.* 474.a,b
Martyrium incruentum. 504
Martyrologia. 386.a
Martyr quis. 384.a. *Martyrium.* ibid.
Martyrum ſub Diocletiano mirabilis alacritas. 385.b
Maſoretharum diligentia. 195.a
Maſtigia. 548.a
Mathathias. 338.a. *dictus Haſamonæus.* ibid. *an Pontifex.* ibid. b. *Hebræum occidit.* 339.a
Mathuſala. 11.b
Mathuſalam. 9.b
Matrimonia cum gentilibus corrumpunt Iſraelitas. 122.b
Matronianus capite plectitur. 451.a,b

Maxil-

Maxilla aſini Simſonis. 142. a. *fons ex ea.* ibid.
Maximinus perſequitur eccleſiam. 384.a,b.
Maximus Imperator Martinum recipit. 484. *Imperium rapit.* ibid. b. 44.b. *Martinum convivio adhibet.* 485, 486. *interficitur.* ibid. *Priſcillianum pleƈtit.* 485. b. *ejus avaritia.* 576. a, b. *ob cædem Priſcillianiſtarum accuſatur.* 451. a. 453. a. *excuſatur.* 552. *ejus uxor Martinum convivio excipit.* 552, 553
Medi. 283. a, b. *iidem cum Perſis.* ibid.
Medius locus honoratiß. 485.b
Melchi, nomen Moſis. 64.a
Melchiſedec. 28.b
Melchol. 169.a
Memphis. 57.a. 438.b
Menelaus Pontifex. 332. a
Menophanes. 404.b
Menſes Iudæorum Lunares. 71.a
Menſis primus Niſan. 70.b
Menſium nomina. 71.a
Mephres. 61.b
Mercatura veterum. 47.b
Mercurius Triſmegiſtus. 55.b
Mereri quid. 246.a
Μέροπες. 22.b
Meretricius habitus. 52.b
Mergus. 507.b
Meſa Rex Moab obſeſſus. 220.a
Meſopotamia. 36.b
Μελεμψύχωσις fratrum Ioſephi. 51.a
Metropolitani unde orti. 403. a. *eorum jus vetus.* 404.a. *omnes inter ſe pares.* 404. b. *tres eorum præcipui.* ibid.
Mexicanorum migrationes. 114.b
Michal. 169. a. *amat Davidem.* ibid. *eum ſervat.* 170.b
Michæa. 216.b. 217.a
Midianitæ à Gedeone cæſi. 132.b
Milites Chriſtiani. 463.b
Millia interficere quid. 168.b
Miniſtri Eccleſiarum. 120.b
Miracula Magorum qualia. 69.a
Miſpa. 148.a
Miſſa quid. 502. a, b
Μισρα. 26.a
Mithras τριπλάσιος. 245. a, b
Mithridates. 359.b
Mixtio cum pecude, capitalis. 95.a
Moab. 32.b
Moabitæ à Davide ſubaƈti. 182. b. *regionem ſuam à Iephta repetunt.* 112.b. 136.b.
Mo Aegyptiis aqua. 32.b. 33.a
Modin. 339.a,b
Mos orandi. 566.a,b.
Moloch. 135.b
Monachi non cohabitabant. 489.b. *ſordes affeƈtarunt.* 471.b. 472. a,b. *non radebant.* 472.b. *eorum vita.* 523, 526. *obedientia.* 533. *patientia.* 534. *ſobrietas.* 535
Monarchia Babylonica. 123. a. *Macedodonica dilaceratur.* 327.a. *quarta.* 270.b
Monaſteria Aegypti 523. a, b. *veterum qualia.* 489. b. *Scholæ fuerunt.* 473. b. *ſuberant Epiſcopis.* 474. a. *eorum origo.* 467. a,b
Monios. 64.a
Monomachia. 167.a
Montes diluvio obruti. 15.a
Morgangabica. 37.a,b
Moria mons. 34.b
Morſa ubi. 405.a
Mortui ſuſcitati. 211.a,b. 219.a,b
Moſes an Magus. 69. a. *gentilium Liber.* 107. b. *Imperator bello Aethiopico.* 64. a. *Aegyptium occidit.* ibid. b. *an excuſari queat faƈtum ejus.* ib. & 65.a. *ligno aquas edulcat.* 80.a. *montem conſcendit.* 98.a. *naſcitur.* 63.a. *exponitur.* ibid. *cur Pharaoni non ſucceſſerit.* ibid. b. *obit.* 113. b. *eſt gentilium Liber.* ibid. *an in cœlum adſcenderit.* 114. a. *ſepulcrum ejus.* ibid. b. *tantum triennii geſta in deſerto deſcribit.* 109. b. *unde diƈtus.* 64. a. 84. a. XL. *dies in monte.* 99. a. *deſperatur ejus reditus.* ibid. b. *facies renidet.* 103. b. *cur cornutus putetur.* ibid. *velata.* 104.a. *ejus incredulitas.* 110.b. *cauſa cur non ingreſſus Chananæam.* ib. *inſtitutio.* 63.b. *miracula.* 68.a,b. *Geneſin in Madian ſcribit.* 66.a
Muhammed. 10. a. 11. a. *Abrahamo ſimilis eſſe voluit.* 25.a
Mumiæ. 61.a
Mundiales hiſtorici. 318.a. *cur ſacra prætermiſerint.* 318. a, b
Mundus, quando creatus. 4.a,b
Mures Palæſtinam vaſtant. 154. a,b
Muſi-

Muſicæ vis. 170.a
Myſterium. 268.a

N.

NAama. 12.b
Naaman. 219.b
Nabonaſſar. 234.a
Nabonnedus. 281.a. 283.b. *quare Medus dicatur.* 284.a
Nabuchodonoſor. 254. a. *bellum Aegyptiis infert.* 254. a, b. *Aegyptum occupat.* ibid. *Hieroſolymam occupat.* 255. b. *populum captivum abducit.* 356. a, b. *ejus victoriæ.* 275.b. *ſtatua.* 276. a. *regno ejicitur in feram mutatus.* 278. a, b. *reſtituitur.* 279. a. *quamdiu regnarit.* ibid.
Nabuth. 213. b. *interficitur.* 214.a
Nadab. 204.a,b
Najoth ubi. 170.a
Narciſſus Epiſcopus. 403.b.404.a
Nardacius. 453.a,b
Nathan. 185.b
Nazireatus. 139.b
Nebuzardan. 260.b
Nechao Rex Aegypti. 250. a. *bellum Aſſyriis infert.* 250.b
Nehemias. 301.b. *Hieroſolymam reſtituit.* 303.b. 305. b
Nembrod. 20.a
Nephilim. 13.a
Nephtalim. 43.b
Nero. 366.b. *primus perſecutionem movet.* 367.a. *Antichriſtus putatur.* ibid. b.& 373. a,b. *Matricida.* ibid. *Pythagoræ nubit.* 368.a,b. *Romam incendit.* 370.b. *Chriſtianos urit.* 371. a. *dubitatum de morte ejus.* 373. a,b. *Antichriſtus.* 562
Nicææ Thracum fides improba conſcribitur. 426.a,b. 427.b
Nicænſis formula Ariana. 414.b
Nicænum concilium. 394.b
Nicanna Regina Sabæ. 192.b
Nicanor. 343,349.a
Nilus dictus σείρας. 63.a. *fœcundat Aegyptum.* 56.a
Ninive à quo ſtructa. 230.a, b. *urbs ingens.* ibid. *hodie periit tota.* ibid.
Ninus an Nembrod? 20.a. *Gigas.* ib.
Niſan menſis. 70.b
Niſi fabula à Samſone petita. 143.a
Nitocris. 281.b
Nitria. 529.a,b
Noa an in Braſiliam navigarit? 22.b. *an vini repertor?* 19.a,b. *ejus nurus.* 15.a. *Deucalion.* 12.a
Nomina mulierum unde? 37.a. *Regum Aſſyriorum.* 235.a. *Chaldæorum.* 254.a
Νυχθήμερον. 497.b
Numerus Iſraëlitarum qui egreſſi Aegypto. 74.b.

O.

OAlab Aos quis. 330.a
Ochi crudelitas. 316.a. *Aegyptum recipit.* 316.a,b. *ejus exitus.* 324.b. *veneno tollitur.* 300.b
Ochozias. 217.a. 220. *Idolum conſulit.* ibid. *moritur.* ibid.b.221.a
Oculi molles, pro pulchris. 42.b
Og. 112.b. *ejus lectus ferreus.* 113.a. *occiſus à Moſe.* ibid.
Olla Prophetiſſa. 248.a
Olei augmentum. 211.a. *benedicendi mos.* 576.a,b
Oleum multiplicatur. 220.a. *ſanctum abſconditur.* 251.b.252.a
Oliva. 16.a,b
Olla in Aegypto fervet ardore Solis. 526
Olympiadum initium. 226.b
Omar Califa. 17.a
Ὀμογιύσιον *Arianorum.* 414.& ſeqq.
Ὀμοουσίον *ab Arianis oppugnatur.* ibid. & ſeqq.
Onan. 52.b
Onias. 111, 330.a,b. 336.a. *exauteratur.* 331.b
Ophir ubi. 196.a
Oppida prima poſt Diluvium quæ. 20.b
Orbis ante diluvium qualis. 12.a
Orbis Arianus. 433.b
Ordinandi coram Eccleſia prædicari ſoliti. 471.b
Oreb 83.b
Orfa. 25.a
Orientales pro Græcis. 403.b
Orientales ſuos Reges adorant. 58.a
Origeniſtæ pelluntur Aegypto. 519
Origenis ſcripta damnantur. 518

Origines pro Geneſi. 49.b
Or mons. 111.b
Orpha an mater Goliathi. 166.b
Oſee. 234. a,b. *an ultra omnes impius.* ib.
Oſſonoba civitas. 442.a
Oſtraciſmus. 41.a
Otho. 373.a
Othoniel. 123.a. *quamdiu Iudex.* 124.a
Ozias. 225. b. 226. b. *quando regnare cœperit.* 226. a. *lepra percuſſus.* 228.b. *obiit.* 229.a

P.

PAches. 233.b
Pæan Iſraëlitarum. 79.a
Palæſtini unde orti. 76.a. *eorum potentia.* 182.b.
Pallium habitus Sacerdotum. 510.a
Palma pro martyrio. 503.b
Palmæ. 80. b. *in eremis.* 527
Palmicia ſportella. 528. a,b
Παμφυλία. 27.a
Pamphylium mare Alexandro cedit. 78.a
Πανδαισία. 100.b
Papa Antichriſtus. 563
Papæ, pro Epiſcopis. 494.a
Papa Patriarchatum occidentis invadit. 400. a
Papæ univerſalis poteſtas tempore Liberii nulla. 409.a
Paradiſus an extra orbem. 7.a,b. *quomodo perierit.* ibid.b. 8.a. *quid, ubi, unde?* 6. a, b
Parentes percutere, capitale. 91.a
Parochia quid. 520.b
Parthi Antigonum reducunt. 361.b. 362.a. *cum Perſis iidem.* 270.a
Partus deformatus quid. 92.a
Parvuli ſubmerſi. 62.b
Paſcha quando celebratum. 71.b. *unde dicatur.* 239.a
Paſtores Aegyptiis exoſi. 59.b
Paſtorum vetuſtiſſimorum vita. 26.b
Patibulum. 391.a
Patresfamilias αὐτόνομοι. 28.a
Patriarchæ tres pro diis habiti. 68.a
Paullini laus. 583, 493
Paulinus Epiſcopus. 436.b
Paulinus Epiſcopus Treverorum. 402. b. *defendit cauſam Athanaſii.* ib. *in exilium agitur,* 407.b
Paullinus curatur à Martino. 483
Paulus Romanæ Eccleſiæ fundator. 369. a,b. *decollatur.* 372. a. *Cæſarem appellat.* 369. a. *viperam excutit.* 497. *triduum in profundo.* ibid. a,b
Paulus primus eremita. 531.a
Pax Eccleſiæ ſub Conſtantino. 2.b
Paximates panes Aegypti. 524.b
Pedes abluere, mos antiquus. 492.b
Pelaſgi à Pelego. 24.a
Pellex. 146.b
Peluſium à Sennacheribo obſeſſum. 241. b. *liberatum.* 242.b
Pepuza. 439.a
Peregrini non exoſi Iudæis. 97.a
Περιχυθεὶς aliud eſt quam βαπτισθείς. 481.b
Perpetui potus carentia. 537
Perſæ iidem qui Parthi. 269. b. 270.a
Perſeverantia Monachorum. 125
Perſica Monarchia quamdiu ſteterit. 325
Petavius reprehenſus. 5.a
Petrus an Romæ Epiſcopus. 368. b. *& ubi paſſus.* 372. a. *crucifixus.* ibid.
Phacee. 234.a
Phægadius Epiſcopus. 441.a
Phalti. 174.a
Pharan. 33.b
Pharao nomen Regum Aegypti. 51.b
Pharao qui afflixit Iſraëlitas, an Aſſyrius. 62. a. *quod ejus nomen.* ibid. *ſubmerſus.* 78. b. *ſub quo egreſſi Iſraëlitæ, quis.* 77. a. *proſequitur eos.* ibidem.
Pharao Rex dicitur. 55.a
Philippus primus Chriſtianus Imperator. 386.a
Philiſtæi in vulpes animadvertunt. 141. b. *ob Arcam captam affliguntur.* 154.a
Philoſtratus. 6.b
Phinees an Elias. 209. a. *exauthoratus.* 150. a. *noluit abſolvere Iephtam.* 137. b. 138.a
Phœnicia unde. 225.b
Photinus damnatur. 396. b. 397. b. 399. a. *ejus hæreſis.* 401 a,b
Phrat. 6.b
Phrygiæ duæ. 423.a
Phul Belochus quis. 233.b

Πιχειδής. 73.a
Pincerna & piſtor. Pharaonis quid peccarint. 54.b
Piſchon. 6.b
Piſtor Pharaonis ſuſpenſus. 55.a
Plaga Aegypti. 70.a
Plagium capitale. 91.b
Plinius pro Chriſtianis intercedit. 380.a
Pœna Regum apud Hebræos. 185.b
Polygamia patrum. 43.a. *permiſſa Regibus Iudæis.* 185.b
Pompejus Mithridatem domat. 359.b. *Hieroſolymam capit.* 360. a. *templum ingreditur.* ibid. b. *Hyrcanum reſtituit.* 360.b. *tributum Iudæis imponit.* 361.a
Pomponii obitus. 584
Pontificatus perpetuus eſſe deſinit. 331.a. *conjunctus cum Principatu.* 332.a
Pontifices in Iudæa poſt captivitatem. 329.b. *qui.* 494.b
Pontifex quomodo Deum conſuluerit. 174.a,b
Popilius Antiochum Epiphanem cogit Aegypto excedere. 333.b
Porſennæ fedus cum Romanis. 162.b
Poſthumiani profectio in Orientem. 512
Potamius. 451.b
Potifar. 51.b
Potifar Ioſephi ſocer quis. 57.a
Potta Armeniæ oppidum. 17.a
Præcepta filiis Noæ data. ibid.b
Præcinere. 267.a
Præda diviſio quomodo facta. 183.b
Præputia quare David afferre juſſus. 169.a,b
Præſidium templi. 344.b
Presbyteræ. 565.b
Presbyter Iohannes Imperator Abyſſinorum, quare ſic dictus. 242.a, b
Presbyteri. 264.a. *convincuntur à Daniele.* 265.b
Presbyteri eadem munia quæ Epiſcopi olim. 2..a
Presbyteri & Epiſcopi quid differant. 465.b. 485.b
Presbyteri nomen unde. 489.a
Presbyterorum continentia. 517
Priapus. 203.a
Primogenita Deo ſacra. 96.b
Principium. 39.b
Priſcilliani qui. 439.a
Priſcillianiſtæ. 437. & ſeqq. *ex variis hæreſibus conflati.* ibid. *horrenda eorum dogmata & facta.* 437.b. 438.a. *habitabant in ſpeluncis.* ibid. *ſunt alii à Priſcilliani.* 439.a. *hæreſis eorum creſcit.* 453.b
Priſcillianiſtis Martinus quare faverit. 575, 576
Populi numeratio ſub Davide. 187.b
Priſcillianus. 2.b
Priſcillianus pro martyre habitus. 453. b. *quis.* 439. *Epiſcopus Abilenſis.* 442. b. *provocat ad Maximum.* 447.a. *Romam & Mediolanum contendit.* 444. *capitis damnatus plectitur.* 450, 451. *colitur à ſuis ut martyr.* 453.b
Privata dominia quando cœperint. 8.b
Procopius Gazæus. 28.b
Propagatio hominum poſt Diluvium. 21.a
Proprietas rerum humanarum non amiſſa per lapſum. 8.b
Πρόσωπον 318.
Provinciæ proconſulares. 41.b 445.a
Pſalmi in monaſteriis decantati. 490.a,b
Pſeudothyrum. 579.a
Πτερύγιον. 40.a
Ptolemæus Demetrio infeſtus. 350. *Alexandro Balæ infeſtus.* 352.a. *Syriam occupare conatur.* ibidem. *obit.* ibidem b.
Ptolemæus Lagi Iudæam occupat. 329.a
Puer pro ſervo. 89.b
Purgatorium unde ortum. 469.b
Pyramides ab Iſraëlitis ſtructæ. 62.a. *an à Ioſepho ſtructæ.* 56.b. *ſepulcris impoſitæ.* 354.b
Pythagoras an Ezechiel. 273.b

Q.

Quadringenti anni ſervitutis Aegyptiacæ. 29.a
Quærentes in Anglia Ioannem expectant. 491.a
Quercus Abrahami. 134.a

R. Rab-

R.

R*Abſace an Iſraëlita fuerit.* 240.b
Rachel. 42. b. *nupta Iacobo.* 43.a
Rachel furatur Theraphim. 44. b. *obit.* 49.
Raguel. 65.b
Rameſſes. 62.b
Raphidim. 84.a
Rebecca. 37. a. *quando pepererit.* 38.b. 39. a.
Rege peccante cur populus puniatur. 189.b
Reges adorati. 58.a
Reges Babylonii. 279.b. 280.a
Reges & Sacerdotes olim iidem. 28.b
Reges Idumæi. 111.a
Reges Iſraël & Iudæ quomodo differant. 202.b. 204.b
Reges Iſraëlis an uncti. 204.a. *Midianitarum caſi.* 132.a. *Perſarum.* 293.a. *primi.* 27. a. *ſocii parum proſunt.* 215.a. *Syriæ.* 203. a, b. *Tyri.* 208.b
Regina Sabæ. 192.b
Regni Iudæ finis. 260.a. *ſplendor ſub Ioſia perit.* 251.a, b
Regnum Iſraëlis & Iudæ diviſum. 201.b
Regum communia nomina. 40.b. 51.b. *libri.* 148.b
Rehabeam. 197. *durus.* ibid. b. *Rex duorum tribuum.* 199.b. *parat Exercitum.* 200.a
Reſpicere vetitum. 31.b
Rex Chananæus. 112.a
Rex Haï ſuſpenſus. 117.b
Rex Meſopotamiæ ſubigit Iſraëlitas. 123.a
Rheavienſis quid. 388.a, b
Roboam obit. 202.a
Roma à Nerone incenſa. 370. b. *ejus encomium.* 270.b
Romana Eccleſia particularis non univerſalis. 443. a. *ejus authoritas.* ibidem b.
Romani Epiſcopi cur tam diverſimode enumerentur. 368.b. 369.a
Ruben. 43.a
Rubrum mare unde. 45.b. *ejus Sinus.* 76. a. *dividitur.* 77.b
Rubus ardens. 67.a
Ruffinus Origeniſta. 522.b
Rufus Epiſcopus. 449. a, b. *decipitur.* 490.
Ruricius. 471.a
Ruſtici ab aratro ad pugnam, ubi. 125.a

S.

S*Abbathum quando inſtitutum.* 82. a. *ejus religio nota gentilibus.* 88.b
Sabæa rebellat. 186. b. *cæditur.* 187.a
Sabellii dogma. 424.a
Sacerdos pro Epiſcopo 494. a, b. 495. a, b
Sacerdos quid. 65.b
Sacerdotes. 105.a
Sacerdotes Ægyptiorum Philoſophi. 55.b
Sacerdotes & Reges olim iidem. 28.b.
Sacerdotes non immolarunt agnos Paſchales. 72.b
Sacerdotium pro Pontificatu ponitur. 329.b
Sacramentum quid. 410.b
Sacrificia an ſoli Sacerdotes obtulerint. 161.b. *incruenta ante diluvium.* 17.b
Sacrificiorum multitudo. 196.a
Sacrificium propter viam. 73.a
Saga Endorenſis. 175.a
Salem an Sichem. 47.a
Salina. 358.b
Salmanaſſer an idem cum Senacheribo. 234.b. *an Rex Chaldæorum.* 235.a
Salmaſii Hiſtoria Eccleſiaſtica. 2.a
Salome. 358.b
Salomonis divitiæ. 196.a, b
Salomo corrumpitur. 196. b. *ducit alienigenas.* ibid. *uxores ejus quot.* ibid. *Idolatriam permittit.* 197.a *ſcivit cauſas præceptorum.* 105.a. *rebellionem ſuorum experitur.* 197 a. *obit.* 197. b. *reſipuit.* 198. a. *Rex factus.* 190. a, b. *ungitur.* ibid. *ſapientiſſimus.* 191 b. *ejus judicium de puero mortuo.* 192.a. *ſcripta ejus.* ibidem. *conſtituit Academiam.* ibid. b. *templum ſtruit.* ibid.b
Salvator Chriſtus. 549.b
Samaria excisa. 235.b. *obſeſſa.* 220.a. *ſtructa.* 207.a
Samaritæ qui Aſſyriis. 237.a
Samaritani an columbam coluerint. 237.b.

eorum verſutia. ibid. origo. 236. b. fuerunt contemtiſſimi. ibid. unde dicti. 237.a,b. eorum religio. ibid. multa de iis conficta. ibid.
Samgar. 124.b. an fuerit Index. 125.a
Sammaël. 34.b
Samſon an ὠν ὁ ἡρ... 145.a. eſt Hercules. 145. b. natus. 139.a. fuit Naziræus. ibid.b. intonſus. 140.a. facta ejus. ib. traditur. 143. a. capitur. ibid.b. templum diruit. 144.a,b. vulpes ſegeti immittit. 141.a
Samuel an Pontifex. 156.b. 157.a. an Sacerdos. 178.b. 179.a. an verus Sauli apparuerit. 175. a,b. Levita. 150.b. miniſtrat Domino. 151.a. obit. 174.b. quamdiu judicarit. 177.b. 178.b
Sanctificatio Sacerdotum. 87.a
Sanctorum veneratio. 556.a,b
Saneballat duplex. 298.b. 303.a. ejus poſteritas adhuc ſupereſt. ibid.
Sanguine veſci cur vetitum. 17.b. 18.a
Sara. 24.b. 29.b. 30.a
Saraceni. 126.b
Sarchin. 285.a
Sardanapalus. 233. b. an Aſarhaddon. 243.b
Sarepta. 210.a
Sarra. 33.b
Saturninus Arelatenſis Epiſcopus. 416. b. 435. 407.b. damnat Hilarium. 408.b. homo peſſimus. 416.b
Saturnus Abraham. 34.a
Saul an iterato unctus. 161.a. Deum ſciſcitatur. 175.a. ejus juramentum temerarium. 163. b. interdicit ſuis cibo. 164. a. melancholia. 170.a. peccatum. 162.a. quamdiu regnarit. 177.a,b. 178.a. Rex ungitur. 160.a. ejus virtutes & forma. ibid.b. victus à Palæſtinis, cadit in prælio. 176. a,b. cadaver ejus combuſtum. 179.b
Sceptrum Iudæ. 199.b. non pertinet ad ſolos Reges. ibid.
Sceti. 529.b
Schiſma Eccleſiæ Orientalis & Occidentalis. 419.b. 399.b. 429.b. inter Arianos & Orthodoxos. 421.b. ob Ithacianam factionem. 452.b. 453.a. Anglorum. 439
Scholares alæ. 460
Scholaſticus. 522.a
Scribæ legis. 300.a
Scythæ. 293.b
Scythia Iapheto attributa. 23.b
Scythopolis. 26.a
Secretarium Eccleſiæ quid. 496. b. aulæ quid. 572.a
Seculares libri. 316.a
Sedecias. 256.a. 257.a. obſidetur à Nabuchodonoſore. 257.b. capitur. 259. b. 260.a
Segreges dominatus. 13.b
Seleucus an primus Syriæ Rex. 328. a,b. an Iudæam tenuerit. ibid. Callinicus. 335.a. Ceraunus. ibid. Philopator. 336. a. Nicator Rex Syriæ. 334.b
Sellum. 233.a
Sem. 18.b
Semeia Propheta. 201.b
Semen, de uno. 182.b
Σῆμος. 18.b
Σιναάρ. 21.b
Senacherib. 240.a. denuo obſidet Ieroſolymam. 243.a. cæditur ab angelo. ibid. interficitur à filiis. 243. b. quando. 244. a. ſolvit obſidionem Ieroſolymæ. 242. b. ſcribit ad Ezechiam. ibid.
Senones grandine liberantur. 571
Seon. 112.b
Sephora. 66.a
Septem fratrum martyrium. 340.a
Septenarius numerus myſticus. 116.b
Septuaginta & quinque Hebræi in Aegyptum venerunt, an verum. 74.a
Septuaginta hebdomades. 306. a. Interpretes. 3.b
Sepulchra Pſeudoprophetarum combuſta. 249.b
Sepulchrum Moſis cur occultum. 114. b. 115.a
Serapis eſt Ioſephus. 56.a
Seron. 341
Serpentes in Liberi ſacris. 112.a
Seſoſtris. 241.b. ſocer Salomonis. 196.b
Seth. 10.a
Sethon eſt Tirhaca. 241.b
Severi liber de vita Martini. 457. Epiſtola ad Deſiderium. ibid. à Martino convivio excipitur. 492. 493. Epiſtola ad Euſe-

Euſebium. 496. *quæritur de calumniis.* ibid. & ſeqq. *caſtigat Epiſcopos.* 420.b
Severus ſextam perſecutionem movet. 383.b
Servus quamdiu ſervierit. 89.b. *quando liberatus.* 90.a
Sex præcepta Adamo tradita. 8.b
Sibyllina carmina. 15.a
Siccitas tempore Eliæ. 209.b
Sichem. 26.a. 48.a. *exciſa.* 134.a
Sichimitarum cædes. 48.b
Sicima. 47.b. *unde dicta.* 48.a
Sidera culta. 249.a
Sidon. 208.b
Sigonius correctus. 3.b
Sihon Moabitis regionem adimit. 112.b
Sillyes inſula. 451.b
Simeon. 43.a. *obſes.* 58.b
Simmichar. 145.b. *quando regnarit.* ibid. & 146.a
Simon. 330.b
Simon Magus archihæreticus. 438.a. *Romam venit.* 369.b. *fabula videtur evolare conantem delapſum.* 370.a
Simon Thaſi Ionathæ ſuccedit. 354.b. *Iudæos plene in libertatem vindicat.* 355.a,b. *Ethnarcha.* 356.a. *interficitur.* ibid.b
Simulacra Dæmoniis dicata. 153.b
Sina. 86.a,b. *an mons.* ibid.
Sinai. 83.b
Sin deſertum. 109.b
Sinerunt. 497
Singara. 21.b
Σῖρις. 63.a
Siſera à fœminis debellatus. 126.a
Σκυλισμός. 13.b
Smerdis. 296.a
Sodoma everſa. 32.b
Sodoma. 26.b. 27.b
Sodomia. 27.a
Sogdianus. 298.b
Solima. 358.b
Solis quadrigæ ex Eliæ raptu. 219.a
Sol immobilis ſtat. 118.b. 119.a. *retrogreſſus tempore Ezechiæ.* 245.a,b
Somnium Pharaonis. 55.a
So Rex Aegypti. 235.a,b
Soſſuba civitas. 442.a
Σπάδων. 51.b. 53.b
Spelunca Eliæ. 209.b
Speluncarum uſus. 172.b
Statua Nabuchodonoſoris. 269.a. *ſalis.* 32.a
Status Aſiæ ſub Ioſia. 250.b
Stellæ à Chaldæis cultæ. 249.a. *earum numerus.* 29.a
Stephanus Antiochenus. 404.a
Stigmata crucis. 492.a
Stilico conſul. 1.b. 297.a. 412.b
Strabo. 6.a
Stratagemata. 131.b
Sua. 52.a
Subſtantia. 37.b
Sucdianus. 298.a
Suffetes. 123.b
Sulpicii error. 497.b
Sulpicius Severus. 1.a
Summus Sacerdos, pro Epiſcopo. 494.a,b
Supplicia Hebræorum. 91.b
Suron Rex Tyri. 192.b
Suſa. 301.b
Suſacus Hieroſolymam diripit. 202.a
Suſakim Rex Aegypti. 198.a
Suſanna Hiſtoria. 263.b. *an vera.* 264.b
Syene. 530.a,b
Sylina Inſula. 451.b
Symbolum Nicænum. 395.a
Synodus Ariminenſis. 418.b. 419.a,b. *fuit Orthodoxa.* 425.a. *Burdegalenſis.* 446.b. 577.b. *Cæſarauguſtana.* 437.b. 441.a,b. *Conſtantinopolitana.* 431.a. *Pariſienſis.* 423.b. *Seleucienſis.* 422.b. *in ea ſchiſma.* 424.b
Syria. 183.a. *cur Scham dicta.* 23.a
Syriæ Reges. 334. & ſeqq.
Syriæ Rex primus quis. 328.a
Syrtes. 514.b

T.

TÁαυτος. 55.b
Tabernacula. 47.b
Tabernaculi partes. 109.a
Tabernaculum extra caſtra quale. 102.a,b. 104.a
Tabernaculum quamdiu Nobæ. 187.a
Tabulæ lapideæ. 101.a. *ſcriptæ à Deo.* ib. *creatæ.* ib. *confractæ.* 101. *refectæ.* 103.

Talio naturalis. 18.a
Tanis. 68.a
Tarquinius Superbus. 294.b
Tarſus à quo condita. 231.b
Tataria deſerta. 294.a
Tatari. 293.b. *an ab Iſraëlitis orti.* 305. a, b
Taurus mons. 111.b
Taurus præf. prætorio. 419.a. *præeſt concilio Ariminenſi.* 428
Tempe in Aſia quinque. 27.a
Templi Salomonici magnificentia. 193. a. *quando cœptum.* 193. b. 194. *abſolutum.* 195
Templum & urbs quando à Iudæis inſtaurata. 292.a,b
Templum Heliopolitanum. 336.a. *Hieroſolymitanum à Romanis dirutum.* 378.a. *Meccanum.* 33.b. *Salomonis ubi exſtructum.* 42.a
Tempus ἄδηλον, μυθικὸν, ἱστορικόν. 4.b
Terick Dhilkarnain. 335.a
Terra abſorbet ſeditioſos. 108.b.109.a
Terra Iſraël. 120.b
Tertullus. 451.b
Teſtamentum Patriarcharum. 43.a. 60.b
Tetradius. 480.b
Thamar. 52.a
Thamni, 206.b
Thara quando obierit. 25. b. *ſtatuarius.* 24.a
Tharbis. 66.a
Tharſis. 231.a. *ubi.* 196.a
Thau litera myſtica. 28.a,b
Thebaida. 539.a
Thebez ubi. 143.b
Thebni. 206.a
Theodorus Heracliæ Epiſcopus. 404.a
Theogniſtus Ithacium damnat. 577
Θεοκρατία. 109.b
Θεὸς *unde.* 4.a
Theraphim. 44.a
Thermuthis. 63. a. *Moſen adoptat.* ibidem b
Θιὸν. 14.a
Thola. 135.a
Thubal-cain. 9.b. *Vulcanus.* 13.a
Tiberianus. 451.b
Timur. 253.a. *ejus hiſtoria Arabica.* 294.a
Tirhaka Rex Aethiopum. 235. b. 241.a. *& Aegypti.* 241. b. *Aſſyriam invadit.* 242.b
Tiſuccorum clauſtra. 399.b
Titus Hieroſolymam obſidet. 374.b. *pacem Iudæis offert.* 375. a. *deliberat an templum evertendum.* 377.a,b
Tobias in captivitatem ductus. 238.a
Tonſura Monachorum. 472.b
Trajanus Chriſtianos perſequitur. 379. b. *perſecutionem inhibet.* 380.a
Tranſitus Iſraëlitarum per mare rubrum cognitus Ethnicis. 78.b
Tres pueri. 276.b
Tripetiæ quid. 544.b
Triturandi mos. 128.a
Tryphon. 353.a. *Syriam occupat.* ibid. b
Turris Babylonica. 22.a. *rudera ejus ſuperſunt.* ibid. *à quibus ſtructa.* 21.a
Tyrannus primus quis. 20.a
Tytea uxor Noæ. 14.b
Tzoan. 68.a
Tzoba regnum. 182.a

V.

V*Acua occupantium ſunt.* 26.b
Valens & Vrſatius vafri veteratores. 429. *fallunt Ariminenſes,* 430
Valens Murſorum Epiſcopus Arianus. 404. a,b. *ejus calliditas.* 406.a
Valentinianus major Martinum admittit. 551. *ejus uxor Ariana.* ibid. b
Valentinianus à Maximo fugatur. 486.a
Valerianus octavam perſecutionem movet. 384.b
Vaſti. 307.b. 308.a. *repudiatur ab Aſſuero.* 308.b
Verſio LXX. *Interpretum.* 328.b. 329.b. 330.a
Veſpaſianus contra Iudæos bellum gerit. 372. & ſeqq. *Imperator creatur.* 374. a,b
Veſtes conſcindere luctus ſignum. 107.b
Veſte purpurea donari mos in Oriente. 285.a
Veſtes ſacerdotales. 546.a
Veſtigia Chriſti in monte Oliveti, fabuloſa. 389.b
Vexationes pro perſecutionibus. 2.b

Vexilla

Vexilla quatuor in caſtris Iſraëlitarum. 111.a
Via Regia. ibid.a
Vigilræ noctis quot. 131.a
Vincentius præfectus. 541
Virga arida floret. 534
Virgines ſacræ. 510.b
Virginitatis laus. 558
Virgo Martinum non admittit ad conſpectum. 560
Vita Martini. 457. *à quibus ſcripta.* ibid.b
Vitarum Scriptores quid ſpectarint. 459
Vitellius. 373.a. *perit.* 374.a. 375.b
Vitiare puellam quale crimen. 94.b. 95.a
Vitulus aureus imitatione Aegyptiorum confectus. 100.a, b. *an vivus fuerit.* ibid.
Vituli aurei Ieroboami. 200.b. *quare iis uſus.* 201.a. *poſiti in Bethel & Dan.* ibid.
Vltionis jus. 141.b
Vmbra regreditur. 245.a,b
Vnctio Regum. 181. *ceſſat.* 251.b. 252.a. *cur iterata.* 181.b. *qualis.* 165.b. *veterum qualis.* 480.a,b
Volventius Proconſul. 445.a
Ὑποζύγιον. 97.a
Ὑποςάσεως *nomen damnatur.* 431.b
Vr. 25.a
Vranius Epiſc. Tyri. 425.a
Vrbes conſecratæ. 120.a
Vrias eſt Bellerophon. 185.a. *quare Hethæus.* 184.b. 185.a
Vrim & Thummin pereunt. 251.b
Vrſacius à Singeduno princeps Arianorum. 404,409
Vſiæ verbum rejicitur. 426.b. 427.a
Vſura quatenus vetita. 94.b. 95.a
Vva ingens. 106.b
Vulpes capere. 141.a
Vxama. 442.a

X.

XAib. 65.b
Xenophon. 6.a
Xerxes. 11. 298.a. *Achaſveros.* 292.b

Z.

ZAbelus Arabum Dynaſta. 353.a
Zabii. 72.b
Zabulon. 43.a
Zacharias Propheta. 227.b
Zacharias Rex Iſraël. ibid.a
Zambri Rex Iſraël. 205.b. 206.a. *Elam interficit.* ibid.
Zara. 53.a
Zarah Rex Aethiopiæ. 242.a
Zarduſt. 266.b
Zelpha. 43.a
Ζεὺς *unde.* 4.a
Ziglac. 179.b. 180.a
Zoroaſtris Magica. 7.b
Zorobabel. 299.a. *reſtituit templum.* 299.b

FINIS.

u/F ; 15